

de qua dicit Donatus sic. ¶ Tum breuiter.) Na hoc coueniebat, quæ q̄ primū mori cuperet. ¶ Huc fiste.) Huc instat adhuc. ¶ Chara.) Blanditur, vt impetret per blandimēta: quod illa propter ingrauescentē aetate, poterat recusare. Elegit personā, quæ tarde peregeret, & cū mora remearet: vt sibi longiusculum ad mortē patranda; patiū daretur. & propter hoc dixit, fiste, & nō mitte. ¶ Dic corpus.) Et hoc ad morā innectendam pertinet. ¶ Et pecudes.) Et hoc similitur. ¶ Moriemur.) In plurali dixit: vel ita sic sæpe vsurpamus, vt de vno dicamus, nos: vel quia & reliquæ erant periturae. ¶ Hauriat.) Pars vltionis erit, si hostis abiens, rogi flamas aspiciat: & tristis oibus nauiget. Hec ille. ¶ COrdo est. Dido, sup. ait hæc: & versabat. i. frequenter vertebat: animum in oēs partes quærens. i. appetens, inuenta occasione, absumpere: q̄ primum. i. valde cito: lucem inuisam. i. vitam, odio habitā: aut lumen cœli, quod inuita videbat secludere per mortem. Tum. i. deinde: affata est breuiter. i. paucis verbis, aut incūstanter ne videatur malū prætere: Barcen. i. animum illā: nutricem Sichæi. i. mariti. (Nancq; pro quia cinis ater. i. funestus, aut adustus: habebat. i. occupabat: suā. i. ipsius Didonis nutricem.) Est autē mala reciprocatio, pro qua aptius dixisset, Nam ipsius patria antiqua, &c. sup. in patria. i. Sidonia: antiqua. i. chara: quia duas habere nō potest: aut nobili, aut patria. i. regione: antiqua. i. priore: dixit ergo, o chara nutrix, fiste. i. adduc & cōstitue: accersendo mihi. i. ad votū meū: huc. i. ad me: sorore: sup. meam, videlicet Annā, dic, vt, sup. properet. i. festinet (nō tamen petebat callida, in malum suū mulier tam properare. sed ne videatur appetere oīum absentia, uerū potius sororis p̄sentia, mandat ut properet, sperans anteq; anus id dixerit. & soror quantumuis properanter effecerit: necē quā conceperat exequi seclusis arboris, quū etiā nutrix ablegata esset) spargere. i. aspergere & irrigare: caput. i. suū: lympha. i. aqua fluuiali, quæ uim purgatiuā habere credebatur ab illis. unde in. ij. Donec me flumine uiuo Abluerō. & dic, sup. ut ducat secum pecudes: & piacula. i. purgamina, aut libamina, quib. pientur. i. placent manes: monstrata. i. indicata per sacerdotē Maslyliæ gentis: & ipsa ueniat sic. i. iustitiam: & cū piaculis ac pecudibus. q. d. non aliter: & tu ipsa o nutrix tege tempora. i. capitis tui: uita pia. i. religiosa: quia animus est mihi perficere. Iouli Stygio. i. Plutoni: sacra. i. sacrificia q̄ incepta ego parauit: rite: aut q̄ incepta ego parauit. i. intēdi. i. perficere rite: & animus. i. uolūtas & propositū est imponere curis. i. amor finē: id uere dixit: sed aliū finē intellexit anus: credebatur. n. remedium intelligere cū mortē intelligeret: & aiū est permittere flammę. i. igni, hoc est incendere rogi. i. pyrā, ac struē lignorū: capitis Dardani. i. in quo est effigies Æneæ, qui & Dardanius dictus est: Dido, sup. ait sic: illa. i. nutrix Sichæi hoc est Barce: celerabat. i. celeriter abibat: studio. i. conatu: anili. i. qui anui congruebat: q̄ dū se mouet, uix promouet. At. i. sed: Dido trepida. i. festina: & effra. i. imanis effecta: & quasi eminenter fera: aut (ut dicit) a mētis statu trāsportata: imanib. i. ceptis. i. per imania, hoc est crude lia cepta: uolens acie. i. oculorū: sanguinea. i. cruentā (q̄res qui id nouit poeta, quum sine arbitris esset Dido. Sed scies id nosse à multis, quæ sacerdos est: aut ex coelecturis) & interfusa. i. habes interfusas genas. i. receptacula lachrymarū: tremētes. i. trepidas & cōmotas: interfusa, dicit, maculis. i. diuersis colorib. & pallida morte futura. i. propter mortē futurā: irrūpit. i. uolēter intrat: interiora limina domus. i. suæ: & ipsa furibūda. i. frequenti furore percita: cōcedit altos rogos. i. ubi erat arma exuuiæ, & effigies Æneæ: & recludit. i. aperit, & euaginat ensē Dardaniū. i. ipsius Æneæ Dardani (appositorie) existens munus. i. quod sorte munerū datū erat Æneæ: non qd̄ ipse dederat, aut munus. i. instrumētū, quo obeat munus. i. officiū bellicū: nō q̄ sitū. i. cōparatū ab Æneæ: in hos. i. in huiusmodi usus. i. ad interficiendū se, sicut Dido factura est. Postq; Dido, sup. p̄pexit: hic. i. hoc loco: super rogos. i. uestes Iliacas. i. Troianas, hoc est exuuias Æneæ: & cubile notū. i. lectū geniale, super quē ab Æneæ cognita fuerat: ipsa morata. i. impedita: paulum. i. modicū lachrymis: &

mente. i. rōne: q̄, pro & j. simul incubuit toro, & dixit nouissima. i. uprema uerba. i. o dulces exuuiæ. i. uestes, quas uir dulcis exuerat: dū fata & deus, sinebat. i. p̄mittebat vos esse dulces: ac cipere hæc animā. i. sanguinē, quē in uos effundā: & exoluite. i. liberate me: his curis. i. sollicitudinibus. Ego vixi. i. hætenus, & peregi curiū, quē fortuna dederat: nō quē natura, nec fatū, quā diutius potuisset uiuere, & nūc magna imago mei. i. simulachrū corporis mei: ibit sub vmbras. i. ad inferos: ego statui p̄clara vrbem: & vidi mea moenia: & ego vltā virū. i. q̄ vindictā feci de interfectore viri. i. mariti: recepi p̄enas. i. punitionē à fratre. i. pygmalione: de quo receperat p̄enas auhedo thesaurū, ob quē habendū cū occiderat: vixi (inquit) & vidi hæc existēs felix, heu nūc miū felix, tantū. i. trūmō si carere. i. naues: Dardanię. i. Troianę, nunq; tetigissent nostra littora: dixit. i. Dido. i. finiuerat sermonē & imp̄ssa toro os. i. habēs os imp̄ssum toro coniugali: ait. i. lectū moriemur inultā. i. sine vindicte: fed. i. licet inultē: moriamur, & iteq; remordēs dicit sic. i. moriemur ne sic: & n̄det: sic iuuat ire sub vmbras, hoc est et, si inulta moriar: aut sic. i. hoc lectū, & eodictō statim in gladiū incubuit: addēs Dardanus crudelis. i. Æneæ seuus: hauriat. i. auide capiat oculis: hūc ignē. i. rogi, i. quo cōburat: ab alto. i. mari: & ferat secū oīa nostrę mortis. i. infelicitatem quā meruit, cōpellēdo nos ad mortē, & quā uisus rogi nauigatib. afferre solet. Beroaldus dicit in Seruiū, noīa in, bundus, exponētē sic. Pluribus in locis Ser. tradit noīa definentia in bundus, signāre similitudinē quod itidē refertur à Prisciano, aliisq; gramaticis: quorū error manifestarius corrigi à recētoribus scriptoribus: & Au. G. in. x. plenissime docet, quæ admodū ista oīa q̄ terminant, hac particula, bundus, signant, atq; demonstrant vim & copiā, & quasi abūdantiā rei, cuius id uerbū sit: vt letabūdus dicat is, q̄ abūde letus: populabūdus q̄ passim, ac stre nue populat: furibūdus qui uehemēter furit. ceteraq; id genus oīa, ita dici oñdit: vt particula hæc postrema, declarat largam vim, ac fluentē copiā: ideo autē exēplis superfedeo, quod in uulgo edita sunt innumerabilia q̄ Seruii Priciani, ac reliquorū idē sententiū opinionē aperitissime refellunt. Duo tantū exēpla referam, q̄ paulo remotiora sunt, quibus r̄nderi nō posse, scio: q̄ haud dubie, subuertant dicta gramaticorū. Qu. Curtius, qui sine conuouerſa, inter scriptores classicos assiduorūq; numerat, ita scribit de Alexādō, quo uulnerē afflicto magna vi sanguinis emittente remisit arma, moribūdo similis: si moribūdus signaretur similis morienti: quid opus erat addere similis moribūdo: nōne esset oratio inuenusta, inelegans, ac inuisa, quasi accipit similis similis morienti: quinetiam Vale. Max. & ipse quoq; scriptor nō proletarius de Antiocho, loquens sic, refert: Iacebat ipse in lectulo moribūdo similis: lamentabant necessarii. Multis itaq; & his potissimū duobus exēplis liquido manifestatur: noīa in, bundus, definentia, similitudinē significare nō posse, sed potius copiā quandam & abundantiam, rerum, à quibus producuntur.

## P I E R I V S.

¶ Sic ueniat.) Codi. nōnulli veteres, legunt, Sic ueniet, finitio uero sed, ueniat: iperādo, magis placet. ¶ Illa gradū studio celerabat anili.) In co. q̄ uida; sane q̄ uetustis, anilē, legi: q̄ppe gradū. Videturq; maius esse, celerare gradū anilē studio, q̄ celerare gradū anilē studio. hoc tñ in medio relinquit. ¶ Paulū lachrymis.) In anti. aliquot exēp. paulū lacrimis, habet. Ac de lacrimis quidē, sup. q̄ dictū alibi. Quantū uero p̄tinet ad aduerbiū, paulū, duplici ll, notatū, id ita scribendū esse cōstanter adeo affirmat Terē. Scaurus, vt eos peccare sine dubio, dicat, q̄ paulū per vnū l, scribunt. Hinc in ueterū monumētis legas, HOSPES QVOD DICO PAVLLVM EST ASTA, AC PELLICE. & eodē mō pleriq; locis, tam pro aduerbio, q̄ pro noīe proprio, Paulū, Paullus, scriptū cōperias. Missa uero facio numismata, in quibus fere passim, Paullus, legitur, ll, geminatō. ¶ Dū fata, deusq; sinebat.) In aliquot anti. codi. sinebat, singulari numero legitur, vt pximiori ad eōmodē. Sed magis placet plurale, sinebant. ¶ Inimico à fratre recepi.) Minime placet, qd̄ in codi. nōnullis manu scriptis legit, Inimico fratre, absq; p̄positione.

In bundus terminata.

## S E R V I V S.

¶ Inter talia.) Per talia: vt, Hunc inter fluuii Thyberinus amoenus. ¶ Sparſasq; manus.) Aut p̄fusas sanguine: aut morte resolutas. ¶ Fœmineo vlulatu.) Proprio fœminarū. Horatius, Et illa nō uirilis eiulatio. ¶ Antiqua Tyros.) Vel nobilem

[Dixerat, atq; illam media inter talia ferro, Collapsam aspiciunt comites, ensēq; cruore Spumantem, sparſasq; manus. it clamor ad alta Atria, concussam baccharur fama per urbem. Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.

## P O E.

Virg.

bilem dicit: vel illud ostēdit, quæ Carthago ante Byrsā, post Tyros dicta est, post Carthago à Carthā oppido. Vñ fuit Dido inter Tyron & Berithō. ¶ Audiit exanimis exterrita.) Nā ut diximus, exanimatus mortuus est. ¶ Ora soror fœdās, & pectora pugnis.) Cruē

Rr iii] tans,

tans, sanguine foedans. ¶ No mine clamat.) Aut Didonem vocat: vt supra diximus, Pœ nou lingua viraginē. Nā Elissa dicta est. sed virago est appellata, quā se in igne p̄cipitavit. Aut noie clamat, nominat: sicut Homerus dixit ἰκτὸν ὄνομα? sexties nominabat. aut certe vero noie, vt solent dolentes: vt, Hūc te Euryale alpicio. Item, Mater Cyrene mater. Hinc & ibi ait, Et te crudelem noie dicit. Et multi q̄rūt quō procedat hoc cū eius nomen nūsq; sequatur. Sed tractum est, à iure vbi dicitur nihil interesse vtrū quis vnū filium habens dicat, fili hæres esto: an Tite hæres esto. Ergo dicendo, Hoc illud germana fuit: quasi nomen dixit. Sane sciendū bene eū perturbatē in te grū non dedisse sermonem. Hoc rogus iste mihi.) Alludit ad historiam. ¶ Quid primū deserta q̄rar? Conquestio cur relicta sit: nec ad par exitū conuocata. ¶ Comitēne sororē (preuisti?) Deest, Illudne q̄ spreuisti comitē sororē? & semiplene loquit. ¶ Struxi manibus.) Subaudis. ¶ Rogos. Patrios deos.) Saturnū & Iunonē. ¶ Posita.) Exanimata. Statius, Positus q̄ beata morte pater. ¶ Date.) Aut aquā: aut date. i. p̄mittite. Lauare aut cadauera satis p̄ximis concedebat. Vnde querit mater Euryali, Nec vulnera laui Veste tegēs. ¶ Ore legā.) Sic Cicero in Verriis, Vt extremū filioꝝ spiritum ore excipere liceret. ¶ Gradus euaserat altos.) Ascenderet, rogi. i. qui pro qualitate fortunatum fiebat. Vnde in. vj. Cœloꝝ educere certant. ¶ Cruores. Virupatū. Nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores. ¶ Siccabat) autem exprimebat.

DONATVS.

¶ Dixerat, atq; il. m. inter talia f. Col. af. co. &c.) Non descripsit istū, quo Dido cōfossa est: sed q̄ fecisset demonstrauit, vt oñderet celeritate facti. nā nullus vidit peccentē sed cadetē, & ferrū spumare inundatione sanguinis. tanta aut vis fuit, vt exanimas manus deflectione celerrima spargerentur. ¶ It clamor ad alta Atria, &c.) Descriptio acerbi & repētini funeris potētis p̄fong, q̄ primo intra parietes cū clamoribus plangebant, ex illis exorta fama per urbē cucurrerat vlulatus simul & gemitus; lachrymæq; p̄ tecta, donec ipsa sydera variis clamorū generibus ferirentur. hoc signat, quod alio loco dixit, & sydera verberat vnda. vult. n. tān valuisse illas voces, sicut illas vindas, vt vltierius ire potuissent, nisi syderū obiectus obstaret. terra aut & ciuitas ois p̄fectū, vlulatus, & oim gemitibus personabat. & sonus ois perueniebat ad cœlum. ¶ No a. q. i. r. h. o. Carthago, &c.) Sic ois carthago luctu reginæ cōcussa est, vt qui tantos vlulatus & clamores audisset, putaret hostes occupasse Carthaginē, aut Tyrum deletā, aut deoꝝ culmina subuersa. ¶ Audiit.) Hic distinguit dum est, dehinc addendū. ¶ Exanimis tr. q; ex. c. Vn. ora (o. &c.) Audiit, & cū audisset sororis interitū soror exanimis facta aduolauit turbata ferali nuntio, & morientē vocare cœpit noie suo. iccirco separandū diximus, Audiit; quia multi, audiit exanimis, pronuntiant, quod cōtra est: nā audiit, & accepto nuntio exanimis facta aduolauit. hoc rectū est. ceterū audiit exanimis, nō est verū, nō enim anteq; audiret exanimis fuit, quū nō fuisset causa, quū igitur audisset, & ex eo quod audiit, exanimis fuisset effecta, vt in doloribus fieri solet, vnguibus ora sua vtpote vnanimis soror foedabat & pectora pugnis. bis accipiendū est foedās, vt sit. foedās ora vnguibus, & pugnis foedās pectora. p̄ medios ruit: nō dixit venit, sed ruit. hoc. n. faciebat doloris immanitas, & morientē noie clamat. nec in totū mortua fuit, nec in totū retinebat vitā. sic eam qm̄ ex maiore mortis pondere p̄mebat noie uocitabat. q̄ritur cur dixerit noie clamat, & cur nō se cutū sit Didonem vocabulū. ¶ Hoc il. g. f.) Aut quid necesse fuerit eā clamari. cū noie igitur vocari oportuit eā, quæ maxima leti parte oppressa uolenscentibus iam mēte oculis nesciret, q̄ loqueret. quia tamen accipere aliquid auribus potuit, addi uocabulū debuit, cuius integratio est, quod nō Didonem, sed germanā dixit. bina enim

Non aliter, q̄ si immixtis ruat hostibus omnis Carthago: aut antiqua Tyrus, flammæq; furentes Culmina, perq; hominum voluantur, perq; deorum. Audiit exanimis, trepidoq; exterrita cursu Vnguibus ora soror foedans, & pectora pugnis, Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. [Hoc illud germana fuit: me fraude petebas? ANNA Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant? Quid primum deserta querat comitem ne sororem Spreuisti moriens eadem me ad fata vocasses. Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset. His etiam struxi manibus, patriosq; vocavi Voce deos, sic te vt posita, crudelis abessem? Extinxi te, meq; soror, populūq; patresq; Sidonios, vrbeiq; tuam. date vulnera lymphis Abluam, & extremus si quis super halitus errat, Ore legam. [ Sic fata gradus euaserat altos, POE. Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat Cum gemitu, atq; atros siccabat veste cruores.

enim noia hoies habent, vni nature ac sanguinis, quo se debent appellare cōiunctæ personæ, vt est nomen patris; matris, aut, auig, sororis, fratris patris, amite, filii, filia, nepotis, n. p̄tis, auunculi, materis, & cetera q̄ completi longissimū est. aliud nomē quod iccirco alicui apponitur ut eo ab extrariis uocites. cū igitur aliquā personā necessitudine coniunctā vocamus, aut cum ea loquimur noie naturali eā appellare debemus, ipso docente Virgilio. qui ait, O pater o hoium, rerūq; eterna potestas, O genitrix quo fata vocant, aut quid petis istis. Itē, nate meæ vires, mea magna potentia. nate mihi vita quondam, dum vita manebat Carre magnoi, cū prima per artem foedera turbasti. exēpla

ista sufficient doctis. aliaꝝ personarū legendo reperient. interea redeamus ad annæ cōsiliū. debuit enim morientē germanā noie appellare, vt sentiret sororē iuā esse præsentē. ergo appareret recte positum, & morientē noie clamat, & recte consecutus, hoc illud germana fuit. ¶ Me fraude petebas. Hoc. ro. i. m. h. i. a. q; p.) Hæc dictio, quæ dolentis & repentini casus scelere commota est, cōtinua esse nō potuit. deniq; sese non sequitur. ait. n. hoc illud germana fuit, & nō dixit quid fuit. patebat enim, quid illud esset, quod in querelā veniebat. deinde transit ad aliud, me fraude petebas: decipit hoim, qui fraude aliquem petit. deniq; deceptionis ipsius partes & causi as infra ostendit, hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant: huc inquit tēdebat rogus, ignis; & ararū p̄paratio: inde se ad aliud transtulit, dicēs. ¶ Quid p. d. q.) Deserta sine sororis solatio, hoc est singularis & sola. partes sunt istæ deceptionis, quæ prima fuit in qua sororis solatiū perit. Incipit alia. ¶ Comitēne f. Sp. m. æ. m. a. f. v.) Si remotus, aut dolis, quid disponeret sorori esses sine fraude cōfessa, venissem tecū ad extrema fatōꝝ vltimaq; cōiortia. ¶ Item am. f. d. a. e. h. tu.) Et quas vnus iunxerat germanitatis affectus, vntum genus mortis eadē simul momenta consumerent: perindeq; fieret, vt altera alterius durū nō videret exitū. addit alia, ut magis exacerbet, quæ superius dixit. ¶ His etiā struxi manibus.) Quod est deterius, dum tibi, inquit, p̄paro nescia, quæ exitū tuū cōplere potuissent, manus meas p̄ricidii crimine polluisi. ¶ Pa. q; u. Vo. d.) Et ne deesset aliquid iceleri, diis testibus patriis ista cōpositū, & cū arbitraret profuturā salutē tuæ, quæ instatē implebam, eosdē ipsos gerēdis rebus fautores adhibui. ¶ Sic te urp. e. a.) Et hoc amplius infœlix, q̄ in hūc casus posita affui ego crudelis & sæua. ¶ Extinxi te, meq; f. &c.) In iunmā collegit, quæ mala ex orta sint illa mortua. Extinxi isti, inquit, te soror. & me extinxi isti, & populū, hoc est plebē, patresq; sidonios, vrbeq; tuā tuo interitu perdidisti. more humano Virgi. plangentis descripsit affectū, dicēdo, eadē me ad fata uocasses. Idē ambas ferro, atq; eadē hora tulisset. dixit illa, quod factura nō fuerat. ceterū si futurū diceret, mox sese iugularē habens occasiōnem gladii, quo perierat soror. ¶ Date u. l. y. Ab.) Hoc fuit, quod morienti potuit exhiberi, lauare uulnera post uerberorū finē. ¶ Et extremus si. i. u. a. e. O.) Obseruare enim uolo exeuntē spiritum, ideo hoc dixit, quia hunc carissimi colligere se posse arbitrant, licet teneri non possit. Ore legā, dubiū est, utrum ore suo an ore morientis quolibet genere fiat, sit incausum, quia quod incorporeale est nec excipi potest nec teneri. ¶ Sic effata, gradus euaserat altos, Semianimemq; si. g. a. f. &c.) Cōtinebat semianimem soror protestans gemitibus dolores tuos. siccabat autē cruorē uelle, q̄ cruorē sorbuerat: ut sit a cōtrario argumētū. nā cū oia humēctent unda, madidaq; reddant, solū uulnus siccat & sanguis, si lauetur. hoc genus dictionis & in lib. x. posuit sic, tyberini ad fluminis undam Vulnera siccat lymphis, corpusq; lauabat.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat, atq; illam media inter talia ferro, Collapsam aspiciunt, &c.) Docet quō post necē inuenta est à famulis & sorore. unde

vnde Doriati verba sunt. *¶* Atq; illa, &c.) *¶* Offedit celeritatem in Didone, vt nemo icu viderit, sed illa cadente aspexerint. *¶* No mine.) Atqui no dixit Dido, sed germana. Sed duplex est nobis nomen. Alteru naturae, & sanguinis, quo coniunctae psonae appellatur: vt mater, pater, frater, soror, & familia. Alteru, qd imponitur ab extraneis. Ergo soror, sorore noie sanguinis appellare debuit. vnde dixit germana. *¶* Hec ille. *¶* Ordo est. Dixerat. *¶* Dido. *¶* Finiuerat sermonem suum: atq; comites. *¶* i. satellites, aut ministrae, aspiciunt illa collapsam: ferro. *¶* i. in ferru, hoc est in gladiu: in ter media talia. *¶* f. verba: & cospicit ensem spumantem cruore: & manus sparsas. *¶* f. cruore. Clamor. *¶* i. euulatus, & plactus: *¶* i. extendit ad alta atria: fama bacchata. *¶* i. more bacchantiu: discurrit per vrbe. *¶* i. ciuitate: cocussam lamentis & gemitu, & vlulatu foemineo. *¶* i. foeminis, pprio: & tecta fremunt: & aether. *¶* i. aer: altus: resonat magnis plangoribus, no aliter qd si ois pro tota Carthago: ruat. *¶* i. euertat: hostibus immissis: aut si Tyrus antiqua. *¶* f. Tyro rum, patria ruat: & si samae furentes voluatur per culmina hominu. *¶* i. domu priuata: & per culmina deo. *¶* i. templo deo. Soror. *¶* f. Anna: exanimis. *¶* i. territa & examinata metu: audiit. *¶* f. clamore: & ipsa exterrita cursu. *¶* f. concursu, & agitatione populi trepido. *¶* i. pra timore festino: & foedans. *¶* i. dilacerans: ora. *¶* i. facie vnguis, & pectora pugnis: ruit per medios. *¶* i. concurrentes populos: acclamat morientem. *¶* i. clamore dirigit ad morientem: noie. *¶* f. necessitudinis: & no proprio, o germana, fuit hoc. *¶* f. quod fecisti: illud: quod signasti te velle facere sacrificiu: petebas. *¶* i. adoriebaris ne me fraude. *¶* i. deceptione: aliud ages, & aliud dissimulas iste rogus. *¶* f. que tu mihi iussisti extruere, & isti ignes, & iste are parabant. *¶* i. parabant ne mihi: hoc. *¶* i. hanc rem. *¶* f. nec e tua tam tristem: quid ego deserta querar primu? *¶* q. d. nescio. *¶* O germana, spreuisti ne moriens. *¶* i. quu mori velles me, sup. sorore tua: comitem. *¶* i. focia mortis: q. d. id no deberes facere: quia vocasses. *¶* i. vocare debuisses me: ad eade fata. *¶* i. simile genus mortis, idem dolor, atq; eade hora tulisset. *¶* i. abstulisset nos ambas: ferro. *¶* i. en se, aut mucrone, seu gladio, Ego struxi etiā his manibus. *¶* f. meis, sup. rogos: & vocaui. *¶* i. inuocaui: voce. *¶* f. praecedenti: deos patrios. *¶* f. Saturnu & Iunone: vt ego crudelis. *¶* i. crudeli similis, abessem te posita. *¶* i. de posita: sic. *¶* i. in tali statu: hoc est exanimata: verum, o soror,

## SERVIVS.

*¶* Sub pectore.) Nunc p trāsum dicit vulneris locu. *¶* Ter reuoluta toro ē.) Aut sepius: aut Promateus est propter bella Carthaginis. *¶* Ingemuitq; reperta.) Atq; dixit, Inuisam qrens qprimu abrupere lucem. sed offedit morientes sua improbare desydera: vt in sexto, Quam vellēt ethere in alto Nūc & pauperē & duos pferre labores. *¶* Tū Iuno vipotens.) Aut pronuba, aut Isera. *¶* Difficilesq; obitus.) Quia supererat vita ei: q casu, no aut fato aut natura moriebatur: vt, Na quia nec fato merita, nec morte peribat. *¶* i. naturali. *¶* Irim demisit olympo.) Vt & supra diximus, trahit hoc de Alceste Euripidis, q in ducit Mercuriu ei comā secātem: quia fato peribat mariti. Sane sciendum hoc ideo nūc fieri, quia certis consecrationibus solebant homines facere: vt muniti essent aduersus fortunae impetus. nec poterāt mori, nisi exauthorati illa consecratione. Vnde circa Didonem ista seruantur. *¶* Sed misera ante diem.) Non est contrarium quod dicit in decimo, Stat sua cuiq; dies. Nam vt saepe diximus, secundum se etas loquitur: & hoc secundum alios, illud secundum alios dictum est: quanquā grammaticae responsioni possit sufficere. Oia vincit amor: & nos cedamus amori. *¶* Flauum crinem.) Abscondente galero. Huic ergo dat, quasi turpi. *¶* Caput damnauerat.) Necdum eum morti destinauerat. *¶* Iris Roscida.) Quia cum nubibus est: quae rore non caret. *¶* Aduerto sole.) Bene naturalem rem expressit. Iris enim nisi ē regione Solis non fit, cui varios colores illa dat res: quia aqua tenuis, aer lucidus, & nubes caligantes

o soror, ego extinxi te. *¶* i. consilio meo, & me quae peritura sum: & populu, patres Sidonios. *¶* i. a Sidone profectos: & tuā vrbe q imperfecta deseretur, aut ab hostibus inuadet. Date. *¶* f. aqua, aut permittite: vt. *¶* f. abluta: vulnera. *¶* f. sororis meae: & siquis spiritus vitalis. *¶* f. extremus. *¶* i. reliquus: supererant. *¶* sin toto corpore: ego legā. *¶* i. colligā: & cōtrahā, sup. eū, ad fedē: vitā: ore. *¶* f. meo. *¶* Ipla fata. *¶* i. loquuta sic: inuaserat. *¶* i. iam cōcederat eo, vbi soror eius Dido erat, vnde caetera inter currendū dixerat: & amplexa. *¶* i. amplexens, aut postq amplexa erat: germanā. *¶* i. sorore (uā: semianimem. *¶* i. seminecem, huc semimortuam, fouebat, sup. ea: sinu, sup. suo: cum gemitu. *¶* i. simul gemēs: atq; siccabat veste. *¶* f. lineas: atros. *¶* i. concretos: cruores. *¶* f. effusos.

## PIERIVS.

*¶* Ensemq; cruore spumantē.) In Medi. & aliquot aliis ant. collegere est, cruore, quarto casu: vt plura sint membra ad exaggerationem, haec. *¶* f. collapsam, aspiciunt comites, ensemq; aspiciunt, cruore spumantē aspiciunt, sparsasq; manus. Vel ensem spumantem cruore: transitue, no ineleganter. Sed enim magis oino placet, ensem cruore spumantem. *¶* Resonat magnis plangoribus aether.) In Medi. & anti. plerisq; codi. clangoribus, habetur. *¶* Sed magis foemineū est, plangoribus: & pauloante dictū est, It clamor ad alta atria: quod no fuit tam cito repetendū. *¶* No aliter: quā si immissis ruat hostibus.) In codi. aliquot anti. missis legit: absq; im, ppositione hostiu impetu indicante. Quare qui imitate pertineat ad hostilem vim. & alibi, Immissi Danai, & apud historicos, Immissos equites, Immissos hostes. sepe legas. nulla mihi reliqua fit dubitatio: quin, immissis, legendū sit. *¶* Aut antiqua Tyros.) Veteres pleriq; codices, Tyros, idiome Latino legunt. Sed no displicet, Tyros, cuiusmodi casum Valerius Probus in plerisq; aliis huiusmodi noibus apud Virgiliū agnoscit. *¶* Atq; eade hora tulisset.) In codi. aliquot anti. fuisse, legitur. Sed, tulisset, melius vt assumat accusatiuum, ambas. *¶* Extinxi te, meq; soror.) In veteribus fere oibus exēplaribus, Extinxi, prima psona, legit: quasi fateat Anna se manibus suis parasse instrumenta necis. admittatq; in se culpā ad maiorē doloris exaggerationē. Valerius tñ Probus, Extinxi, p syncopen agnoscit: vna cū Sosipatro Carisio, qui, syncope (ait) est, qui mediē parti aliqd subducit: vt, extinxi te, meq; soror: pro, extinxisti.

calligantes irradiatae varios creant colores. *¶* Corpore soluo.) Quia ait supra, Nexosq; resoluere artus. *¶* Omnis & vna.) Vno impetu effusa est vita, id est anima. *¶* Dilapsus calor.) Secundum eos qui dicunt animam calorem esse, qua recedente corpus friget: vt, Corpusq; lauant frigentes & vngunt. *¶* In ventos vita recessit.) Anima, vt in quarto Georgico, Quēq; sibi tenues nascentē accerere vitas. Et dicendo In vētos, aut eos sequitur qui animā aerem dicunt: hoc est in materiā suā rediit. aut certe eos qui dicunt animam perire cum corpore: vt intelligamus euauit. In ventos recessit: vt i nono, Sed aure oia dūcerpunt. *¶* i. euaneiscunt.

## DONATVS.

*¶* Illa gr. o. co. at. r. Deficit.) Voluit oculos, & aperire non

potuit, opprimebatur enim letali violētia vulneris. ideo sub pectore, vt significaret quā partē corporis illa percussisset. *¶* Ter se se. at. c. q; a. le. &c.) Signa, quae moriens dedit, ostendebant eam factū plenitudinem gemere, quod iam emendari non poterat. deniq; frequenter se erigere voluit, & quoties hoc nitendo aggressa est, toties superata succubuit. errantibusq; per diuersa oculis frustra quae sit caelo lucē, & cū hanc repperisset, ingemuit, q amissam recuperare no posset. *¶* Tum Iuno om. &c.) Misera Iuno longū dolore, & difficilē mortē cupiens relaxare. *¶* Irim demisi. olym. Quē lu. a. n. q; r. a.) Oia, q vita cōstat, sibi inuicē nexa sunt: sed cū resoluta fuerint, atq; a sese recesserint, afferunt mortē. in hac parte Iunonis est nota iuuatis morietē, vt celerē spiritū efflaret, q siquid posset, vitā p̄stare deberat, aut videri subuenire.

subuenire, cū decerneret modi. Dicitur ratio quæ ei difficiles obitus faceret. ¶ Nā, quia nec fato, merito nec morte peribat.) Nec fato, inquit, nec morte merita, hoc est nō sū institutū naturæ, quod à fati attributū est hoibus. s. vt nulla vi adhibita moriantur. tunc enim difficilis mors est, quū nō cōsensu naturæ spi ritus redditur, sed extorqueat violentè, & traditur. ¶ Sed m. a. d.) Hoc est ante tempus, quo natura potuit afferre consensum. ¶ Su. g. a. f.) Dixit, quæ causā natura pūenta sit. furor inquit hanc cōpulsit repentinus, vt appeteret mortē, quā nondū natura per miserat, subito furore dixit, nō tantū repetino, verū etiā nō per tractato. furentes. n. cōsiliū nō habent, & mox quicquid occurrerit faciunt. ¶ Nōdū illi f. p. ue. c. Ab. & c.) Nec Proserpina venerat, q̄ exutū crinē orco solēniter traderet. nōdū. n. vt dictū est, naturæ venerat tēpus. ¶ Ergo i. c. p. c. r. p. M. t. v. ad. f. c. & c.) Ex occasio ne dixit poeta iris arcū iccirco coloribus distinctū, q̄ aduersus solē radieat. ¶ Hunc ego diti f. i. f.) Bene dixit iussa, quæ quod factu ra fuerat, alieni fuit officii perindeq̄ ab vsurpationis crimine potuit excusari, q̄ potioris habuit faciendi autoritatē. ¶ Teq̄ isto c. f.) Hoc, inquit, facio, ne diu crucieris. ¶ Sic ait, & d. c. f.) Scētū crinē qd̄ secutū sit nescit. ¶ Ois & u. (inquit) Dila. c. a. in. u. u. re.) Executionē crinis finis vitæ consecutus est. impleta est pœna per iurii. supra enim dixit, sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat, Vel, pater omnipotens adigat me fulmine ad v̄bras palentes v̄bras herēbi, nōstemq̄ profundam, Ante pudor, q̄ te violē, aut tua iura resoluam.

ASCENSIVS.

¶ Illa graues oculos, & c.) Describit in fine huius, mortem Didonis. nam (vt dixi in (ex. prioribus libris) mortē alicuius, cō memorat ad finē: quia mors, vltima linea rerū est. Docet autē, quia sacerdos erat Iunoni sacra: nec à diis euocata fuerat, e corpore carere: difficiles fuisse eius obitus, & miseratione Iunonis, Irim demissam cœlo, quæ nexos resoluere artus, & eā Diti consecraret: significans per hoc, neminē sibi necē parere decere. Donati de hac re, verba sunt hæc. ¶ Nec fato, nec morte merita.) Non sū institutū naturæ: quod fati attribuitur. Difficilis enim mors est, quū nō consensu naturæ, spiritus redditur: sed vi, extorqueatur. ¶ Ante diē.) Ante tempus quod natura potuit afferre. ¶ Soluo.) Omnia quibus vita constat, sibi inuicem nexa sunt: sed quū resoluta fuerint, atq̄ à sese recesserint, tunc mors sequitur. ¶ Ordo est. Illa. f. Dido: conata attollere. i. leuare: oculos graues i. morte grauatos deficit. s. in conatu suo: quia perficere nō potuit: quia vulnus sub pectore. i. quod sub pectore sibi intulerat: stridet. i. crudescit: aut respirante ipsa, stridorem facit. Ipsa attollens se. i. se ipsam ter leuat (se: ter innixa. i. incubens cubito: & reuoluta est ter toro. i. per torū: & quæsiuit oculis et rantibus. i. vagis, & tremantibus: luce. i. claritatem, sup. in alto cœlo: hoc est, appetit adhuc videre lumen cœli: & ingemuit reperta. i. luce. i. postq̄ ea oculis reperit, quā retinere non potuit, quū vellet: quia Homerus docet, Eos qui sibi concitant mortē, apud inferos id desere. Vnde in lib. Aenei. vj. dicitur, Quam vel lent, æthere in alto, Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Tum. i. tunc: Iuno omnipotens: quia omnipotentis coniux & soror: miserata. i. miserans: longum laborem. f. moriendi: q̄, pro idest: difficiles obitus demisit olympo. i. misit de olympo. i. cœlo: Irim. i. pedisse quam suam, quæ arcu pluuiāli designatur: quæ. i. ideo, vt ipsa resoluere. f. a carcere corporis, animam luctantem: sed cū corpore, quod ipsam retinere videbatur vellet, quia emittere nolebat: & artus. i. compages corporis: nexos. f. beneficio dei, & naturæ: qui eos resoluunt, dum animas euocant, matura morte: nā quia. i. quia nam, hoc est etenim: ipsa nec peribat fato. i. fatali necessitate: de qua Seneca, Qui ad extremū fati sui peruenerit, senex morietur: nam stat sua cuiq̄ dies: hoc est, constituit terminos eius, qui præteriri nō poterunt sed bene, præueniri. nec morte merita. f. per debilitationē naturæ: vt, qui crapula, aut nimia fatigatione, aut ægritudine & morbo, corpus ad maturitatem pertrahunt: sed ipsa misera, & accensa,

Ordo.

ASCENSIVS.

¶ Quintus habet ludos. Ordo est, Quintus, scilicet liber Aeneidos: habet, idest continet: ludos, idest descriptionem ludorum: & ignis, scilicet immixtus à Iunone per Irim, sub specie Beroes: corripit, idest cel eriter absumit: classē,

IN V. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Quintus habet ludos, & classē corripit ignis.

IN EVNDEM MODESTINI IV

RISCON. ARGUMENTVM.

Navigat Aeneas, Siculas defertur ad oras:

subito. i. præcipiti furore: peribat ante diē. f. statim, quā perire non posset: quia stat sua cuiq̄ dies, breue, & irrevocabile tempus. Oibus est vitæ, quod huic loco contrarium nō est: licet Seruius laboret in consensu: quia hic dicit, diē quidē illi fuisse statutam: sed præuentam Proserpina. i. dea inferoz, quæ quæ ad se descende vult, prius aptat: quod in hac nō fecerat: quia nondū abstulerat illi vertice. i. de vertice capitis eius, crinē flammæ qualem habent puellæ: & interdū, licet id Ser. neget, matronæ etiā Romanæ. vnde Oui. in fa. de Lucretia, Forma placet, proueusq̄ color, flauisq̄ capilli. Quodq̄ aderat nulla factus ab arte color: q̄, pro &: nondū, sup. dānauerat caput Orco Stygio. i. dum morti destinauerat: nā Orcus Stygius. i. infernalis, oēs necet, & vrget: vnde nomen sumpsisse à nonnullis putatur. Ergo, quia ad hæc missa erat: Iris rosida. i. quasi rore cū nubibus procreata: trahēs sole aduerso. i. opposito: quia nō nisi ex opposito solis videtur: mille. i. valde multos, & quasi innumeros colores: deuolat. i. deorsum volat: pennis. i. alis: croceis. i. crocei coloris: per cœlū. i. aerē: & alitit. f. statim, postq̄ deuolauerat: supra caput. f. Didonis: dicens, sup. Ego iussa. f. à Iunone: fero. i. fero: hunc. f. capillū flauū: sacrum. i. consecratū, aut in sacrificio Diti. f. Orco, aut Plutoni: & soluo te. f. o anima: isto corpore. s. quod hactenus clauā fuisti, & vnde exire non potes. Ipsa ait sic, scilicet vt dictū est: & secat. i. refecat: & incidit dextra. f. matronæ crinē. i. capillos Didonis: & omnis calor. f. vitalis: dilapsus, sup. est: vna, idest pariter. & vita. i. anima vitalis: discessit in ventos, idest efflata est, ab expirente Didone.

PIERIVS.

¶ Illa graues ocul. con. attol. rursus deficit, infixum stridet sub pectore vulnus.) In antiquis aliquot codi. stridet, à tertia conu gatione est: vt in Georgicis, Stridere apes vtero. Et, Striduntq̄ cauernis. ¶ Cubitoq̄ innixa leuauit.) In plerisq̄ codi. annulata, legitur. Sed id magis animaduertendum, quod vetera quædam exēplaria, cubitu, legūt, quarto declinatu. Nisi sit, vt agri, & donu, & pleraq̄ similia: quorum exempla, superius adnotauimus. ¶ Ingemuitq̄ reperta.) In ant. aliquot exempl. reperta, legitur: pro reperisse, quæ frequens apud eruditos eloquunt. ¶ Difficilesq̄ obitus.) Vt missum faciam, lis, terminationem, in anti. codicibus: id ponā ex eruditoz sententia, Difficiles obitus: ideo a poeta dictos, quia casu moriebatur, non autem fato: de quo apud Atulum Gellium lib. xij. cap. j. ¶ Irim demisit.) Quærebant veteres, cur Irim, non Iridem, Virg. dixisset positūq̄ Irim, pro Iridem. C. Iulius Romanus ait, & ita alibi, Irim de cœlo, Varronem tamen, Tullium, & alios, huius Iris, huius Serapis, huius Isis, protulisse. ¶ Sed misera ante diē, subitoq̄ accēla.) Apud Nonium Marcellum, loci huius expositionem inuenies, & apud Seruium in lib. x. cōmentario. ¶ Abstulerat.) In codicib. aliquot antiquis, abstulerat, per p. legitur. Nam quam veteres, b ante s, durius sonare iudicarent, quod in, abscondit, velius lo gus notat, eam literam in p, cōmutabant, quæ auditum exornaret. Nostra autem ætate, nusquam reperiri tam eruditas aures, quæ duriciem à mollicie, in huiusmodi pronuntiatione discernent. In veterum vero monumentorum inscriptionibus, sæpè, abstulerit, per p. notatum obseruauit: quoz exempla aliquot indicasse non pigeat. Romæ apud D. Eustachii, AVT HANC AV RAM APSTVLERIT IN S. Celsi, epigramate elegiaco, Ap stulerint. In S. Priscæ, QVOD TE FESTINANS APSTVLIT ATRA DIES. Trahens varios aduerso (ole colores.) In Mediceo, & codicibus quibusdam aliis peruetustis, aduersa luce, legitur. Sed, aduerso sole, signate, ex ratione physica positum est. ¶ Et dextra crinem secat.) In Longobardico perueteri codice, crinem tulit, habetur: vt sit pro, abstulit. Magis tamen placet, secat: vt res ipsa pingi videatur. Nam vt pictura poesis est. Atq̄ hæc, hoc libro, dicta sufficiant.

QVARTI LIBRI

FINIS.

classē, scilicet Aeneas. ¶ Pro parte maioris Argumenti, ex planatio est, Aeneas navigat, scilicet a Carthagine (vt des cribitur in principio. v.) & defertur, scilicet vi ventoz ad oras Siculas: & ipse celebrat hic. in Sicilia: manes patris Anchisæ: ipse Acestes hospes vna,

via, id est pariter : faciunt ludos, scilicet funebreis : ad tumulum, scilicet Anchisæ : & ponunt, id est constituunt : certamina, scilicet quadruplicia : nauibus, cursu pedum, celsibus, & arcu valentium : & sagitta prodigiosa, scilicet visa cunctis : allapsa est ardens, id est incensa in aere : quum columba prius auolasset, quam Acces sagittare posset. Iris mentita se ienili habitu, id est per habitum anui congruam : nutricem, scilicet Beroen, incendit nauis : imber subitus, id est subito demissus, ad preces Æneæ, & Ascanii : vindicat, id est defendit eas, ab exustione totali : Anchisæ pater, scilicet

Hic manes celebrat patrios, vna hospes Acces  
Ludos ad tumulum faciunt : certamina ponunt,  
Prodigiosa est cunctis ardens allapsa sagitta.  
Iris nutricem se habitu mentita senili  
Incendit naues, subitus quas vendicat imber.  
In somnis pater Anchisæ quæ bella gerenda,  
Quoq; duce ad manes possit descendere narrat.  
Transcribit matres vrbis, populumq; volentem,  
Et placidum Æneas Palinurum quærit in vndis.

## ALIVD IN EVNDEM.

In Siculas iterum terras fortuna reducit  
Æneam, tumuloq; patris perfoluit honorem.  
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.  
Troes ibi linquunt socios, Venus anxia placat  
Neptunum. Somnus Palinurum mergit in vndas,

scilicet Æneæ : narrat in somnis, id est inter dormiendum, quæ bella gerenda, sup. essent in Italia : & quo duce possit descendere ad manes : quia Sibylla duce, qua ducete ad inferos descendet, in. vj. Æneas transcribit, Vrbi in Sicilia conditæ matres, scilicet timidas : & populum, scilicet decrepitum, & imbellem : volentem, scilicet illic manere, ob tædium diurnæ navigationis : & Æneas quærit in vndis, quibus, scilicet obrutus erat. præcipitatus à summo deo : Palinurum, scilicet gubernatorem nauium : placidum, id est somno captum placido : aut grati & placet Æneæ. Et hæc in argumenta gnti libri.



P. VIRGILII MARONIS  
ÆNEIDOS LIBER  
QVINTVS.

## SERVIVS.

**I**nterea. Dum fletur aut se pelitur Dido. & hoc, sermone librū, vt lolet, superioribus iunxit: cuius pars maior ex Homero sumpta est. Nā oīa quæ hic commemorat, exhibent circa tumulū Patrocli: nisi quod illic Curule exeretur, hic nauale certamen. Sane intelligendum nō potuisse fieri vt vna nec plena die Æneas ad Siciliam perueniret. Vnde accipiendū est, sicut supra legimus, q̄ circa primum ortū lucis nauigauit: vt, Regina ē speculis vt primū albescere lucē Vidit, & æquatis classem procedere velis. Ergo tota die dum se Dido interimit, dum fletur, paululum propeclus est leniter spirātibz ventis: & flāmas rogi circa vesperam vidit, quo tempore & per naturā ignem videre potuit, & per pristinum morem quo per diem cadauera nō incendebant. Deinde tota nauigans nocte & alterius diei parte ad Siciliā venit. (Mediū.) Aut medium est quicquid à principio recedit, & necdum finē sortitur: aut medium, sic altum vt mediū putares: vt, Graditurq̄ per equor Iam mediū. Nam vere medium sequenti indicat loco: vt, Pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla Occurrit tellus. (Certus.) Aut indubitabiliter pergens. aut certus Æneas, id est solers, strenuus: vt, Equidem per littora certos Dimittit. (Atros aquilone.) Quos nuper flans Aquilo atros effecerat: vt, Et mediū pperas Aquilonibus ire. Nam nouimus tempestatas hanc esse naturam, vt reliquias venti teneat, etiam in alterius flatu. Atros autem s̄m Plinium dicit, qui ait in naturali historia non esse maris certum colorem: sed pro qualitate ventōrum mutari: & aut flatum esse, aut luculentum, aut atrū. (Collucet flammis.) Lucent vndique. In honorem enim regum cū facibus pcedebatur à populo. Vnde ait de Pallante, Lucet via longo ordine flāmarū, & late discriminat agros. Postea etiam funebres lectulos proferre cœperunt. Vnde est in sexto, Vel quæ Tyberine videbis Fūera: quū de Marcello dediti diceret filio sororis Augusti, in cuius honorem hoc factū est. (Quæ tantum.) In quantitate est admiratio. Sane sciendū Varronē dicere Æneam ab Anna amatam: & licet (vt supra diximus) plurimū tempus inter sit, lectū tamen est. (Causa latet, duri magno sed amore dolores Polluto.) Vt p̄p̄rio est: sed expositio talis est, Ignorabant causam, coniecturis tamen propius accedebant. Nam duri dolores magno amore polluto, id est læto: & notus foemina: furor ducebat Troianos per triste augurium. (Vt crederent te interemisse Didonem. Multi dicunt, Ducunt, dilacerant: vt ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Trojanorū, q̄ noscebatur duri dolores amore polluto: q̄ notus erat foeminae furor, q̄ ignem rogi videbant, id est omen nauigantibus triste. vt Pertiniste, valde triste sit. Sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantum, non etiam iuperioribus: nec enim Troiani nauigantes iam poterant aut de amore, aut de furore Didonis esse solliciti.

## DONATVS.

**S**upra dixit Troianos nauigasse: sed interposita descriptione aetuum Didonis & mortis eius, nauigationis ipsorū diuisa narratio est. Ad hanc igitur poeta regreditur: q̄a quod interposuerat, constat impletū, ergo subiungit. (Interea mediū Æneas iam classe tenebat Certus iter.) Interea, hoc est, dū illa perageret fata sua, Æneas aliquantū prouectus est. nā iam tenebat mediū iter, hoc est in alto iam fuerat constitutus. sic & in tertio libro ait, Graditurq̄ per equor Iam mediū, nec dum fluctus latera ardua cinxit: certū autē securū debemus accipere, q̄ iam longe esset, & nullū aduerteret sequi. (Fl. q̄ a. a. se.) Qui intelletum loci istius duris interpretationibus dissipant dimisso eo, quod intelligi debet, argumentatione superflua pquirunt, quod poeta non sensit, dicunt. n. aquilone vento à Carthaginis littore ad Italiā nauigari nō posse: perindeq̄ Æneā nō aquilonis suffragio nauigationē mouisse: sed vento alio, qui posset in Italiā ducere, fluctibus tñ ab aquilonis parte venientibus, qui proxime p̄teritis



**I**nterea mediū Æneas iam classe tenebat POE. Certus iter, fluctusq̄ atros Aglone secabat, Mœnia respiciēs, quæ iam infelicis Elissæ Collucet flāmis, quæ tantū accenderit ignē Causa latet, duri magno sed amore dolores Polluto, notumq̄ furens quid foemina possit, Triste per augurium Teucrorū pectora ducunt.

**I**nterea mediū Æneas iam classe tenebat POE. Certus iter, fluctusq̄ atros Aglone secabat, Mœnia respiciēs, quæ iam infelicis Elissæ Collucet flāmis, quæ tantū accenderit ignē Causa latet, duri magno sed amore dolores

quo voluerit sed quo potuerit, nauigauit. Intelligamus ergo fluctus aquilone atros, qui flaret in presenti & suffragiū fugienti sufficeret: nō qui flasset aliqu. si. n. ex Carthaginis littore ad Italiā nō ducebat aquilo, pducebat tñ quocunq̄ fugientē, similis locus est, cū Æneas fugeret harpyas. Tendunt vela noti, fugimus spumantibus vndis, Quæ curium ventusq̄ gubernatorq̄ vocabant. Nā & illic dimissimus, inquit, quo tendebamus, & illius quo potuimus, hoc est euidētis periculi metu nauigabamus in eā parte maris. in quā nos, nō consiliū ducebat, sed gubernator & ventus. Itē cū iminere Cyclopes cernerent ait, p̄cipites metus acer agit quocunq̄ rudentes Excutere, & vētis intendere vela secūdis, nō secūdis quasi ad Italiā ducētibz, sed secundis ad pericula fugienda. pot̄ & sic intelligi, vt viurpatū sit, aquilonis noie, alterius dici debuisset, sicuti & supraposuit, Zephyros autē dis spirare secundos, hoc est ventos. Nō enim multi iunt zephyri, & alio loco ait, & in tutū versis aquilonibus actā, nam & illic viurpatio facta est nois, & numeri. vt vno vocabulo oēs signifiarentur, qui remotis ventis, quos æolus immiserat, alioz flata Troiani liberati videant. vtracq̄ igitur expositio habet rationē suā. vt iam ipse aquilo verus fuerit, qui posset quolibet ducere, aut iub Aquilonis noie alterū dicere, qui suffragiū fugientibus ferret. item dixit & mediis aquilonibus ire, & hibernis spirabat flatibus euri, & semp̄ spirantes frigora chauri. Itē nec meminit surgētes pampinus austros. (Mœnia respiciēs, q. i. in. E. Col. l.) Quod dixit mœnia respiciens, aut affectus loci fecerat, quē inuitus reliquerat, aut metus, ne forte aliquis inde secuturus fuisset. sed dum hac causā Carthaginē respicit, quā intento animo intuebat, quāq̄ incolumē reliquerat, repēte vidit ardentē, quæ iam infelicis Elissæ Collucet flāmis, hoc ex persona poetæ bene audif, qui iciebat vnde ignis esset exortus. redit ad Æneā, Trojanorūq̄ personā. (Quæ t. ac. ig. C. l.) Causa conflati incendi ex aperto noīci nō poterat. (Duri magno, a. d. P. & c.) Intelligi debatur cōiectura currite malū fuisse. q̄q̄ ignis oīderet. notum enim fuit exēplis docētibz quid in hmoī causis possit doloris acerbitas, quid mali futurū, cū amor lædif, quid foemina cogitare, quū propter leuitatē iexus amoris etiā furore percellitur. Hæc Troiani cogitantes, ignis augurio colligebant aliquid mali in illa ciuitate iuxta salutē Didonis esse cōmissum. Ordinā ten sus sic, quæ tantū accenderit ignē, causa latet. sed duri dolores magno amore polluto, notūq̄ furens quid foemina possit, per ignis triste auguriū Teucrorū pectora ducunt, foeminae dolores vel maxime in causā amoris vult Virgilius ostendere satis esse grauiore. quantū enim in vltione reportanda per infirmitatem leixus minus possunt, tanto in sese supplicio vertit, quod exigere de alio nequiuertunt. Hoc discutiebant Troiani necessitatē Didonis personāq̄ tractantes, & licet verū inuenire nō possent, sciebant tñ (vt diximus) triste esse, quod nuntiabat incendium.

## ASCENSIVS.

**I**nterea mediū. Vt perpetuum, & condependens ostendatur opus, vtitur Virgilius in principio librorum, fere coniunctio ne, aut aduerbio, eius cōtinuationis signo: vt, Postquam res Afic: At regina: Interea medium: Sic fatur lachrymās, & c. Interea igitur (inquit) dū Dido se interemit, & ciuitas Carthaginē

**His** luctu angitur: rogus funebre incendit, Æneas tenebat mediam mare: vnde oculos retorquens ad Carthaginē, vidit flammās funebres, quas nō certo sciebat funebres esse, sed cōiectura quadā colligebat. Grammatici dicūt illic, Ad mœnia respiciēs: hypermetrū esse: & syllabam abundantē in principio positam, quæ res inuentura rara est: quocirca plurimi deprefferunt p̄positionē, legentes, Mœnia respiciunt. Dona. dicit sic. ¶ Atros Aquilone. At qui nō est aptus Aquilo, ex Aphrica in Italiā nauigantibus: sed, vel posuit specie pro genere: vel nauigabat Aquilone quia ex secundo Iouis p̄cepto, statuerat Carthaginē relinquere, quocumq; illi ferrent venti: vt etiā Aquilone flante, enauigaret quo illi ferrent. ¶ Ordo autē est. Æneas certus. i. indubitabiliter pergens aut solers in nauigandi arte: tenebat iam interea, scilicet dum talia fierent Carthagini: mediū iter. s. maris: classē sua: & secabat, id est sulcabat: rostris nauium: fluctus, id est vndas maris: atros, id est caliginosos: Aquilone. i. illo vento, nubes afferente: vnde, quia atram dicit tempestatē fuisse, verisimile facit quod sequitur, scilicet flammās visās, quæ nisi maxime essent, de longe, respēdente sole, videri nequirit: secabat dico, respiciēs mœnia, vel ad mœnia, scilicet Carthaginensia ciuitate: quæ. s. mœnia: collucent. i. simul, & quasi ex omni parte lucēt (quod etiam ad verisimilitudinē facit) flammis. s. funebribus: hoc est, rogo, Elissæ. i. Didonis reginæ infelicis: (hoc ex persona sua, dicit poeta: qui p̄dixit, quomodo Dido propter impatiētiam amoris, post abcessum Æneæ se interemerat. nunc autem significat eam, eo rogo quē ad magicas artes extrui fecerat, per simulationē, ipsa, more patriæ exurebat: quod, vt dixit Æneas, Haud

certo sciebat: vnde sequitur, causa quæ accenderit tantū ignem.) latet. s. Æneam, & socios: sed notū est. s. Æneæ, quid duri amores, magno amore polluto. i. violato, sup. possunt: & quid foemina furēs. s. p̄ impatiētiam amoris, postq; se desertā norit: possit, hoc est qd nouit Didonē, maximo amore veri: sciuitq; muliebri sexū esse fragile, nec habere modū: facili cōiectura, id quod erat, opinabat: sibi, videlicet mortē concitasse: & pectora Teucroy, ducunt. s. dignū esse ita credere. i. existimāt: per triste augurium. i. infelix omen: aut, infelicē inspectionē: qd duri dolore magno amore, sup. possunt: & qd foemina furens possit: hoc est, Æneas quidē sciebat, & Teucroi ceteri, animo ducebāt, latebat: tamen causa, quia nesciebant Didonē tam impatienter amasse. vnde dicitur est Æneas ad eā lib. Ænei. vi. Nec credere qui vi, Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.

## P I E R I V S.

¶ Interea mediū Æneas iā classe tenebat Certus iter. Antiqui admodū codices, legunt, mutato numero, Interea Æneas mediū dactylis, & spōdeis, alternatim collocatis: q numerus artificiosior videt. Quāuis, mediū Æneas, ex pluriū literarū collisione grauior habeat. Sed enim suas qsq; aureis cōiulat: nos enim id in medio relinquimus. ¶ Quæ iam infelicis Elissæ Collucent flammis. In codi. aliquot anti. legere est, Iam felix: vt sit, iam, pro παλα: quod ipsamet antea cōfessa fuerat, Felix, heu nimis felix, si littora tantum. Nunq; Dardaniæ tetigissent nostra carina: de priore vita sua loquens. Quod si infelicis placet, & iam respicere ad verbum, collucent: aliena non erit à ratione sententia. Nā & ea se identidem infelicē appellauit paulo ante. & infelix ab Ænea, nuncupatur in. vj.

## S E R V I V S.

¶ Rates. Pro nauibus abusu posuit. ¶ Olli. Aut tunc: aut illi. ¶ Supra caput. Ineuilabilis, mortifer. Nec. n. simpliciter dictū est, quū omnis imber sup caput sit. ¶ Inhorruitynda tenebris. Et noctis, & nubiu. ¶ Ipse gubernator. Qui debuit esse solatio. ¶ Puppi ab alta. Subaudis hæc ait. ¶ Quia nam. Cur. & est interrogantis aduerbiū, quo Vitis est bis, hic, & in decimo, Celicola magni quianā sententia vobis Vera retro? ¶ Colligere arma iubet. Vela contrahere, non penitus deponere. Nā dicit, Obliquatq; sinus in ventum. ¶ Iupiter author. Aut nostre nauigationis, aut secūdum vsum loquutus est: nec si huius rei authorē se Iupiter faciat. Et multi q̄runt quo modo author Iupiter, quum Apollini dicat, Tot maria intravi duce te. Sed legimus, Quæ Phœbo pater oipotēs, & specialiter nauigationis ex Africa author est Iupiter. ¶ Hoc cœlo. Aere. In hoc cœlo qui dicitur aer: Sic Lucretius posuit. ¶ Mutati transfuerat fremunt. Hinc atq; Hinc. Est autem aduerbium factum de nomine: vt, Cunctatur &

Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla  
Occurrit tellus, maria vndiq; & vndiq; cœlum.  
Olli cœruleus supra caput asstitit imber,  
Noctem, hyemenq; ferens, & inhorruit vnda tenebris.  
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,  
Heu quianā tanti cinxerunt æthera nymbi! PALJ.  
Quidue p̄ Neptiē paras? Sic deide loquutus, POE.  
Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis,  
Obliquatq; sinus in ventum, ac talia fatur.  
Magnanime Ænea, nō si mihi Iupiter author PAL.  
Spondeat hoc sperem Italiam contingere cœlo.  
Mutati transfuersa fremunt, & vespere ab atro  
Consurunt venti, atq; in nubem cogitur aer.  
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum  
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur,  
Quoq; vocat, vertamus iter, nec littora longe  
Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos,  
Si modo rite memor seruata remetiō astra.  
Tum pius Æneas, Equidē sic p̄scere vētos POE.  
Iandudum, & frustra cerno te tendere contra. AENE.  
Flecte viam velis, an sit mihi gratior vlla,  
Quoq; magis fessas oprem dimittere naues,  
Quam quæ Dardanium tellus mihi seruat Acesten?  
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?  
Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi POE.  
Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite classis,  
Et tandem læti notæ aduertuntur harenæ.

in mari ipsam desectimus viā. ¶ Fessas nauis. Pro nos fessos. ¶ Dardaniū Acesten. Vt supra diximus, Hippotes filiū iuā Egeflāne ad cetos religare, supposuit nauiculæ, & misit quo fors tulisset. Quæ delata ad Siciliam, Crinifus fluuius concubuit cū ea cōuerus in canem, vnde est Acestes natus. ¶ Seruat. Tenet: vt, Tantas seruabat filia sedes. ¶ Secundi Zephyri. Iam secūdi post conuersionē nauis. ¶ Et tandē. Vacans particula est tandē: vt, Et quo sub cœlo tandē. quū dicat, Fertur cita gurgite classis.

## D O N A T V S.

¶ Vt pelagus te. r. n. i. am. v. Ap. t. c. v. & v. p. Magna descriptio, magnus nauigantis accessus. primo quippe cœperūt remis, de hinc velis ventus est allatus, & illiusq; in terras Teucroy ducunt

rauit aspectus, donec Carthaginis solū appareret incendiū. eē  
 ce iam tantū prouesti sunt, vt subtracto terrarum & illius ignis  
 aspectu solū cœlū videretur & pelagus. ¶ Olli cæ. lu. c. a. im. No.  
 hy. q. f. &c.) Post hæc, inquit, exorta sunt nubila, nimbī etiā. hic  
 pluuia describunt & accedentia ex ipsis. secuta sunt enim nox,  
 tenebræ, frigus, atq; horror vndarū, quæ formidoloso aspe-  
 ctus accedente multiformi terrore cumulatus est. ¶ Ipse guber-  
 nator p. p. a. a. &c.) Tanta fuit elementorū cōfusio, vt Palinurus  
 ipse, qui gubernandi arte pollebat, regendi curius peritiā perdi-  
 disse. deniq; turbatus ingemuit, & dixit, dolenda fortuna nos-  
 tra. nihil enim boni oīa ista signant. Nescio quid neptune mina-  
 ris aduersi. ecce Palinurus p̄didit malū, & gemuit. ¶ Sic deinde  
 locutus.) Hoc est breuiter locutus, deinde. ¶ Colligere a. i. v. q. s.  
 in re.) In illo enim oīum metu cōsilia potius fuerant adhiben-  
 da, q̄ verba. Iubet vela colligit, hoc est breuiari. arma enim di-  
 xit uela quod, ipsum sequentia docent. ait enim validisq; incū-  
 bere remis, vt niteretur remis cōtra vim tempestatis & pelagi.  
 quod dixit colligere arma, exponit, quid factū sit. dicēdo. ¶ Ob-  
 bliquatq; sinus in ventū ac talia fatur.) Hoc fit, quū nimius vē-  
 tus est, nā colligunt velorū sinus, & ad modū necessariū breuiā-  
 tur, vbi autē opportuni sunt, status resoluti pandunt ipso docē-  
 te Virgilio. alio enim loco ait, velorū pandimus alas. obliquare  
 vero sinus in ventū est, nec oēs status excipere, nec oēs effunde-  
 re, vt pars esset cōgesta pro sinus, pars ventis pro cōmodo tra-  
 deretur, quā ipse gubernator librans auras exciperet, aut vita-  
 ret. quū hæc dixisset, & facta essent. ¶ Magnanime, inquit, Æneas,  
 n. si m. I. a. Spondeat, &c.) Licet oīa turbata sint, nec maria eui-  
 denter cernant, aut sydera, quibus cœli plagæ pura cōsideratio  
 ne noscunt, tñ in his partibus esse Italia sperare nō possum, nec  
 si mihi hoc ipsum author Iupiter spondeat. hoc est si mihi præ-  
 sens Iupiter dicat in his partibus esse Italia, fidem ei habere nō  
 possum. ¶ Mutati tr. f. & u. a. a. Cōiurgunt venti.) Non ipsi sunt  
 venti, qui fuerunt. successerūt vero cōtrarij, qui nos in transe-  
 rum ducunt. ¶ Atq; in n. c. a. Nec n. o. c. n. t. &c.) Maiorē, inqt,  
 vim retinendo superare nō possumus. qm̄ aduersa conualuerūt  
 & pro æuro puro nubes solæ cernunt, sequamur fortunā, quam  
 nō valemus euincere, & cōsiliū dedit, & dixit admirādā inīam,  
 vt in rebus agendis si maior vis interueniat, hanc consentiendo  
 potiusq; reluctando vincamus. hoc est quod etiā Terentius mo-  
 net. qm̄, inquit, nō potest fieri quod vis id velis quod possit. Qd̄  
 ergo in præsentī causā fieri cōueniat dicit. Quoq; v. u. i.) Perga-  
 mus, inquit, quo possumus, quia quo volumus, nō licet. ecce ef-  
 factū cōsiliū quē casus ostendit, p̄uadenter monstra, vt appare-  
 ret impedimentū fortunæ nō satis esse cōtrariū. ait enim. ¶ Nec  
 littora longe Fl. r. fr. e. p. q. s. &c.) Ideo, ait, si memor sum. qm̄  
 ea transferat, quū ad Carthaginis littora naufragio truderent,  
 erycis cōmemorationē fecit, qui ante Acestē Siciliā tenuit. hūc  
 volunt veterū fabulæ Æneæ fuisse germanū, vt cōmemoratio-  
 ne fraternalis memoriæ æquo animo Æneas ferret illius nauiga-  
 tionis euentū. ¶ Tum p. Æ. e. sit p. v. Iam dudū, & fr. c. &c.) Ipse  
 quoq; inquit, vidi, quē loqueris. quapropter in viā q̄ datur, ve-  
 la couerte, & statibus plena volūtate cōfenti, nec imple improbo,  
 quod inter ipsa cōtraria fortunæ p̄pexit, vt ad ipsum terrā im-  
 prudentē fertet, q̄ Acestē mihi seruat incolumē, & suo gremio  
 mei patris ossa cōplebitur. nulla mihi est carior, quā vbi amorē  
 viuentis habeo, & reuerendā memoriā patris. Duos admirādā  
 inuētione p̄tulit. Acesten liberalitatis & originis causā, & tumu-  
 lum patris. Cū hanc, inquit, terrā tetigero. erit mihi mirādū mo-  
 dum gratulandū, sic me vitio malæ nauigationis errasse, vt Ace-  
 sten iterū videā, & terrā mei patris reliquias continentē. ¶ Hæc  
 vbi d. p. p.) Hæc Æneas dixit, non tñ Erycis fecit mentionē. hoc  
 quippe nomen omisit, qm̄ quod Palinurus dixit, replicare non  
 debuit. addidit tñ Palinuri dictis augmentū nominādo Acesten  
 & paternā memoriā. ¶ Et vela secundū In. z. f. c. g. c.) Mutato na-  
 uigationis cursū prosperū factū est, quod in alia tendentibus cō-  
 trarium fuit. quippe ferebant naues cursibus plenis. ¶ Et tandē  
 læti n. a. d. a.) Troianis lætitia fuit, q̄ ad littus tendentes ad loca  
 tamen nota peruenissent.

## A S C E N S I V S.

¶ Ut pelagus tenere rates, nec iā amplius vlla Occurrit tellus,  
 maria vn. &c.) Viso funebri rogo, quē infortunium portendere  
 nō nullis visum est: sublequata est tēpesta sua, qua in Siciliam  
 rursus cōpulsū sunt: sed eam rem: prouidus heros Æneas in bo-  
 nam accepit partē, interpretans videlicet deorū voluntate eue-  
 nisse, vt patri Anchisæ illic sepulto, anniuersarios celebraret ho-  
 nores. Donati hic nihil videmus. ¶ Ordo autē est. Vr. i. postq;  
 rates

rates. i. naues: tenere. i. cōscenderant: pelagus. i. altū mare: nec  
 vlla tellus occurrit. i. visui nauarū iam amplius: sed, (sup. maria,  
 sup. occurrit vndiq; & cœlum occurrit vndiq; i. ex omni loco  
 non ex omni parte: nam ex qua parte occurrebat mare, non  
 occurrebat cœlum: sed ex omni loco tantum aquas & cœlum,  
 hoc est nihil terræ videre poterat: olli. i. hoc tempore illi: alibi  
 imber cœruleus. i. cœrulei coloris, aut marinis aquis collectus  
 supra caput. i. verticē, quasi persequitor eius: ferens. i. afferens:  
 noctē. i. tenebras: & hyemen. i. tempestatē: & vnda inhorruit. i.  
 multū horrida facta est: tenebris. i. propter tenebras. Ipse. q. d.  
 nauigādū peritissimus Palinurus gubernator: loquit sup. ab alta  
 puppi, Heu, dolentis interiectio: quianā. i. cur: tanti nymbi. i. nu-  
 bes pluuiosæ: cinxerunt. i. obfederunt: æthera. i. aerem (superio-  
 rem, aut cœlum, ita vt videri iam vix possit: Ve, pro vel: o Ne-  
 ptune, pater. f. maris, hoc est summe rector aquarum: quid nau-  
 ras. i. prætendis, his nubibus? q. d. vis ne omnes obrueret? Ipse lo-  
 quutus sic, iubet deinde colligere. i. contrahere: arma. i. nauiga-  
 toria, hoc est vela, & antemas: & incūbere validis remis. i. vali-  
 de ipsis remis: obliquat sinus. i. cornua anteriōrum: in ventū,  
 id est contra ventum: ac fatur talia, O magnanime Æneas, si. i. &  
 si, aut tametsi: Iupiter author. f. nostrę nauigationis: spondeat  
 polliceatur, sub pignore fidei suæ, tamen, (sup. nō sperem conti-  
 gere Italiam: hoc cœlo. i. hac dispositione aeris state: venti mu-  
 tati, fremunt tranueria. i. in tranuersum. & cōsturgunt ab atro ve-  
 spere. i. ab ea regione, in quam tendimus: & ita habemus ventos  
 contrarios: atq; aer cogitur. i. contrahitur, & cōdensatur in nu-  
 bē: ita vt timor sit de maioribus ventis: quos & Hesperus ater,  
 & aer denus, præ se ferunt. Nec nos sufficimus obniti & tende-  
 re contra. i. incontrariū: tantū. f. quantum, nos venti repellunt:  
 & ita quoniam fortuna. i. fortuita, & repentina tempestas: super-  
 rat. i. vincit, conatus nostros, sequamur. f. sponte, quo trahere  
 mur coacti. (Nam, vt dicit Sene. Fata volentē, ducunt: nolentē,  
 trahunt.) quoq; duæ sunt dictiones. & ita, quo, productur, q.  
 pro &: vertamus iter, (sup. eo quo fortuna, (sup. vocat nos: nec  
 & non: & ego reor littora fida. f. fratrem. i. fratris tui?) Erycis, qui  
 filius Veneris, ex Bute rege Siciliæ: illic in monte sepultus, pro  
 deo postea habitus est. q̄ pro. i. portus Sicano. i. Sicilię, esse  
 nō loqe. f. ab his locis: si modo. i. dū modo: aut modo. i. solū mo-  
 do, hoc saluo: si ego memor rite. i. vt decet solertē nauatā: aut re-  
 metior rite. i. decenter: astra seruata. i. obseruata, dum e Sicilia  
 in Aphricam pellerent, vnde nunc in eam redeunt. Tum. i. tunc  
 Æneas pius, (sup. inquit: equidē. i. ego certe: cerno. i. video: ven-  
 tos poscere sic. f. vt in Sicilia redeamus: & cerno te tendere con-  
 tra. i. ventos: frustra. i. in vanū, aut nequidq; & ita flecte viam  
 maris, q̄ vbiq; est: velis. i. dando vela, q̄ venti impellūt. An vlla  
 tellus sit mihi gratior: ve, pro vel: quo ego magis optē, dimitte-  
 re nauis fessas. i. nos fessos.) Est tamen futuri euentus, omen nā  
 illic dimissurus est, defessos patres: & anus, puero q; imbelles  
 nec nobilibus parentibus editos) quā, (sup. ea tellus, videlicet Si-  
 cilia. q̄ seruat mihi. i. ad vtilitatē meā: Acestē. f. amicitū, & affinis,  
 Troia oriundū: & q̄ cōplebitur gremio. f. suo, hoc est tepulchro,  
 ossa patris Anchisæ. Vbi. i. postq; hæc dicta, (sup. iunt à Palinuro  
 & Ænea: ipsi petunt portus & Zephyri. i. venti: secundū. i. in-  
 quætes, & a tergo vtiliter flantes: intēdunt. i. inflāt, vela: & clas-  
 sis fertur cita. i. velox: gurgite. f. maris, hoc est fluxu, etiā secun-  
 dante. (Est tamen tapinosis: & ipsi læti aduertuntur tandē: non  
 post longa interualla, sed magna dei videria: quia tot nymbos  
 instare viderant.) harenæ notæ. i. ad littus Sicilię: vnde abie-  
 rant non multo ante: sicut in. j. huius patuit.

## P I E R I V S.

¶ Nec iā amplius vlla Occurrit tellus, cœlū vndiq; & vndiq;  
 pontus.) Lectio hæc in codice Longobardico, & quibusdā aliis  
 manu scriptis. Sed. n. in Mediceo, & pleriq; itidem antiquis ita  
 scriptū obseruauit, Maria vndiq; & vndiq; cœlum. Ex eruditis  
 autē viris hanc alij lectionē, alij alterā malunt. ¶ Heu quianam  
 tanti cinxerunt æthera nymbi.) Iouianus Pōtanus summo vir  
 ingenio, eruditioneq; (vt oībus palam est) incomparabili in li-  
 bro de numeris poeticis: multis quidē rationibus legendū esse.  
 Heu quinam monosyllabicis dictionibus nititur adprobare. Ali-  
 quos vero codi. inueni, in quibus paulo sequius, detorto dicto-  
 nis casu, per monosyllaba legatur, Heu quonā. In quodam alio  
 quidā. Sed enim Verulius, quianam, agnoscit: & in. x. sermone  
 Ennianū esse dicit. Vetustioraq; omnia exemplaria, quæ habui,  
 quianam trisyllabum legunt, Priscianus lib. de constructione. i.  
 Quianā ait interrogatiue poni, Virgiliū testimonio hinc citato:  
 idēq; significare, quod apud Græcos *ἴατι*, alibi vero ait, yāp  
 coniunctionem



cōiunctionē causalem, per quānam expressum à Virgilio, Heu quānam tanti: & quānam aduerbiū constare tribracho, hoc lo co teste: Valer. Probus asserit, in atrium institutis. Sofipater Ca rilius, vbi quānam inter aduerbia interrogādi recenset, hunc eun dem citat verbum, Heu quānam tanti cinxerunt aethera nymbi. mihi vero non dupliciter Pontani snia. Sed neq; veteribus codi- cibus vno consensu legentibus eodē modo, & antiquis tot grā- maticis, quos tamen Pontanus eludit, ausim refragari. Quū p- fertim Quintilianus ita lib. viii. dicat, propriis dignitatē dat an- tiquitas. eōq; ornamento acerrimi iudicii, P. Virg. est vsus, olli, &

& quānam, & ad spargendā authoritatem. ¶ Obliquatq; sinus in ventū. In longobardico, sinū, vnitatis numero legitur: in emē- date. Nā & si absq; eclipsi legeretur, absurdū oīno nescio quid sonaret, & sinus, numero multitudinis, vela poetæ libētius ap- ponant. ¶ Nec nos obruti contra. In antiquis codi. pleriq; ob- nixi, legitur: quod adnotandū fuit, non quia obruti candidiorē esse lectionē non agnosceremus, sed quia pleriq; codices manu scripti, eodē modo legunt: Nec tendere tantū. In aliquot anti- quis suauiore numero legitur, neq;. ¶ Quocq; magis fessas optē dimittere nauis. Antiqua pleriq; exemplaria cum Mediceo, Quoue, legunt, particula disiunctiua.

## SERVIVS.

¶ Miratus. Is qui mirabat: aut certe miratus occurrit. ¶ Horrūdis. Terribilis. ¶ Liby- stidid vrsæ. Aut re vera vt sœ: aut feræ Africanæ. ¶ Gaza agresti. Opibus rusticanis. Nam gaza omnis fructus est. ¶ Stellæ fugarat. Poetice di- xit. Nā si stellæ à stando dictę sunt, nō fugant. Semper enim fixę sunt pter planetas. ¶ Dar- danidę magni. Frequēter, vt diximus, ad opus suū Virgi- lius aliqua ex historia deriuat. Nā sic oīa inducit, quasi diui- ni honores soluant Anchisæ, quos constat Iulio Cæsari tri- buisse Augustū. Et bene dicit, Genus alto à sanguine diuū. nā per tacitā oeconomia ostē- dit debere Anchisen generis sui honorē mereri. Vnde est, Diis genite & geniture deos. ¶ A sanguine Diuū. Diuū & deoꝝ pleriq; ponit indifferē- ter poeta: quāq; sit diuinitio, vt deos perpetuos dicamus: diuos ex hominibus factos, quasi qui diem obierint. Vn- de diuos, etiam imperatores vocamus. Sed Varro & Atte- lius cōtra sentiunt, dicentes di- uos perpetuos: deos qui pro- pter sui cōsecrationē timent, vt sunt dii manes, quod tēgit in duodecimo dicēs, Diua deā flagnis, q̄ fulminibusq; sono- ris p̄sidet. ¶ Annus orbis.) Quia mēses in se recurrūt, & annū faciūt. Vnde & annulus quasi annus dictus. Sic abbi, Atq; in se snā per vestigia voluitur an- nus. ¶ Diuini. Aut laus est: vt diuini opus Alchimedontis. Aut re vera diuini, nam ait, Nunc repeto Anchisen, fatoz arcana reli- quit. ¶ Mœstas aras. Mediū se p̄bet. Nā & hoīem fuisse noluit, & vult eum ex cōsecratione numen effectū. Nā mœstas aras ad hoīem pertinet. i. diis manibus consecratas. Et q̄ paulopost di- cit Altaria liquit: vult esse diuinitatis post apotheosin. Vnde est, Et adytis: quæ tempoz sunt. & Successit tumulo: quod est ho- minis. ¶ Nisi fallor. Non quasi nescius dixit: sed ppter anni cō- sulationem, quæ erat apud maiores. Nā ante Cæsarem quī nobis anni rationē cōposuit, quā hodieq; seruamus, intercalabant di- es, vt in Verrinis legimus. f. Lunæ nō cōgruētē rōne. Annus aut primo Eudoxus: post Hipparcus: deinde Ptolemus: ad vl- timū Cēsar reprehēdit. ¶ Acerbū. Propter perditū patrē. ¶ Ho- noratū. Quia deus effectus est. ¶ Sic diū voluistis. Vt i. tertio, Vitum superis. Semper. n. de diis salua veneratione cōqueritur. ¶ Getulis agerem si Syrtibus. Si in Getulis Syrtibus agerem. J. J. Et bene aut desertos, aut hostiles commemorat locos. ¶ Argolico ve mari. Ionico & Adriatico. ¶ Deprensus. Occu- patus. & proprie nauigantium est: vt, Deprensus olim statio tu- tissima nauis. ¶ Vrbe Mycenæ. Græce dixit. Vnde singularem numerū posuit. Mycenæ autē sicut Thebæ. Iuuenalis, Atq; ve- tus Thebæ centū iacet obruta portis. Vt fit Mycene Mycenes: vt Agæe Agæes. Potest & exinde videri latinā fecisse declina- tionem: vt fit hæc Mycena huius Mycenæ: & est Periphrasis Vrbe

At procul excelso miratur vertice montis  
Aduentum, sociasq; rates, occurrit Aestes,  
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ,  
Troia Criniso conceptum flumine mater  
Quem genuit, veterum nō immemor ille parentum,  
Gratatur reduces, & gaza latus agresti  
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis,  
Postera quum primo stellas oriente fugarat  
Clara dies, socios in cœtum littore ab omni  
Aduocat Æneas, tumuliq; ex aggere satura.  
[Dardanidę magni genus alto à sanguine diuū, AEN.  
Annus exactis completur mensibus orbis,  
Ex quo reliquias, diuiniq; ossa parentis  
Condidimus terra, mœstasq; sacrauius aras,  
Iamq; dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum,  
Semper honoratum (sic dii voluistis) habebo,  
Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul,  
Argolico luc mari deprensus, & vrbe Mycenę,  
Annua vota tamen, sollempnesq; ordine pompas  
Exequeret, strueremq; suis altaria donis.  
Nunc vltro ad cineres, ipsius & ossa parentis,  
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum  
Adsumus, & portus delati intramus amicos.  
Ergo agite, & cuncti lætū celebremus honorem,  
Poscamus ventos, atq; hæc mea sacra quotannis  
Vrbe velit, posita templis sibi ferre dicatis.  
Bina bouum vobis Troia generatus Aestes  
Dat numero capita in naues, adhibete penates  
Et patrios epulis, & quos colit hospes Aestes.

Vrbe Mycenę. i. Mycenis: vt, Urbem Pataui. ¶ Annua vota tamen, sollempnesq;. Hæc quæ si nummi. ¶ Suis donis. Con- gruis. Sūt. n. dona tantū superorū: muna sunt inferoz: vt in Bucolicis, Phœbo sua sem- per apud me Munera (sunt) lau- ri: & iuaue rubes hiacynthus, ¶ Nunc vltro. Argumentū à minore ad maius. Vltro aut, aut vltra. i. insup, hoc est, am- plius numina p̄stiterunt, aut vltro. i. sponte sua, nō optan- tibus, aut volentibus nobis. Vult enim ob hoc tempestatē ortam non vt ab Italia depel- lerentur: sed quo sacra renou- uarentur Anchisæ. ¶ Celebre- mus honorē. Non dicit exequias. Nam & ventos quasi à numine vult petere. ¶ Posi- tam. Cōstitutā: vt, Et poitue re in montibus vrbe Pallatis proau de nomine Pallanteū. Dicit autē, Petamus etiā hoc, vt velit nos in vrbe cōstituta singulis qbusq; annis sibi sa- cra persoluerē. ¶ In nauis. Per nauis. In, enim multa s̄ significat, vt diximus supra.

## DONATVS.

¶ At procul excelso mi. ver. m. Aduentum, (o. q. ra.) Ciui- tas, in qua Aestes cōmoraba- tur, sūt in excelso, qua causa longe adhuc positas naues co- gnouit esse Troianas, & earū est miratus aduentū. Legitur & accurrūt, quod est amplius, quā occurrit. ¶ Occurrūt Aestes. Occurrus iste impatientiam hominis vere gratulantis offendit. non enim ferre potuit, donec ad ipsū littus accederent. ¶ Hor- ridus in ia. & p. li. v. Troia Cr. c. su. m. Quē g.) Ipso enim cultu vt̄ debuit, qui esset tali parente progenitus. Flumina enim sine vestis ambitione pinguntur. quod ait Troia mater, nō patriam dixit, sed Troianā mulierē. p̄inde quū hoc dicimus, in tres sylla- bas efferendū est, vt sit dactylus Troia & adiectiū Veterū nō im. il. p. Gr. re.) Cōsiderans vnā sibi & illis esse originē veterū, gratulatus est eos iterū venisse. huius lætitiæ quod fuit signū? ¶ Gaza, inquit, latus agresti Excipit. Ab ipso littore duxit eos, agrestes eis exhibiturus diuitias, hoc est epulas rusticanas. si ad ipsum Virgiliū redeamus, intelligere poterimus, q̄ sunt istæ vel quales. nā ipsas p̄ferēs in Bucco, pastor, Sunt, inquit, nobis mitia poma, Castanæ molles, & p̄si copia lactis. his anneſtere possu- mus oua, atq; herbas agrestes. ecce quāta humanitas hoīs. quan- taq; honorificetiā occurrit venientibus, suoz fuit memor. inco- lumes ac saluos gratulatus est. admodū lætus duxit eos ad dor- mum. quod alteꝝ eoꝝ hoc est s̄m excepisset aduentum, excepit fessos, & opibus rusticis pauit, plus habens affinitatis & amici- tiæ meritū q̄ ciboꝝ. non. n. illa in eo placebat, q̄ imparatus exhi- bebat, sed puritas mētis, & superioris t̄pis largitas, & lætitiā p- sentis. ¶ Postera c. p. st. o. f. & c.) Sequētī die in ipso loci exordio hoc est ante actus aliōs, iussit Æneas oī littore socios oēs acci- ri, ac redactos in cētū. i. cōgregatos, ipse in summo cōstitens, vñ facilius audiri posset, hi s̄ allocutus est verbis. ¶ Darda. m. & c.)

¶ Licet

¶ Licet suos alloqueretur eorum tamen laudem, in qua & ipse partem habuit noluit preterire. que laus eo tendit ut afferat deos, ex quibus essent geniti fuisse potiusque nocuisse, ut impedito cursu, qui tenebatur, ad Sicilię rurium littora ducerent. quod verum esse asserit evidenti argumento, ut exacti anni munus, & incipientis alterius paternis redderet imperiis. vere, inquit, magni Iam mus Dardanidę, & iure nostra pertinere vident ad deos curę, utpote originē ab ipsis ducentes, & genus. ¶ Annuus exactis c. m. o. & c.) ¶ Annus, inquit, concludit, ex quo diuinum patrem meum, hoc est consecratione dignum, terram condidimus. nō dixit, ex quo mortuus est pater meus, sed ex quo terra est condita. hoc enim intelligi potius voluit, quā dici. nō enim viuis obrui potuit, & quā iam dies adest, & quanto tristis tanto suis obseruationibus honorandus, religiosi filii personam induxit dicentis, quę semper acerbū, temp honoratū (sic dii voluistis) habebō. optabat enim (nisi dii obstitissent) officia pietatis viuo potius exhibere, quā mortuo, & ideo fecit apostrophē cum quadā inuidia, quę veniret ex dolore. sciebat enim eōdem omnium conditionē, ac superiora instituta apertius accusari nō posse. proinde, sic dii voluistis, nō ad causam patris tantūmodo, verum etiam ad omnium hominū retulit sortem, quāsi diceret, ferā iniustus, quod expugnare non potui. semper acerbū, semper honoratū. ideo, quia dolor omnis accessu temporis conteneſcit, & solemnitas omnis diuturnitate tenuatur. quod apud Æneā non fuerat, apud quē luctus patris semper recens offēdebatur, & nouus. Interea edicetur ludos illi parti primo occurrit, quā potuit reprehendi, ut quā de morte patris mœstus esse debuerit, velit potius læta sectari. iccirco dixit, quę semper acerbū, semper honoratū. quā feriebat animū eius dolor ex causā, & exigebat defuncti meritū honorificentiam suam. non ergo dixit, futurā ludorum lætitiā, sed futurū honoratum diem. dicit ergo, quid in animo gereret, ut ostendat in exhibitione ludorum nō lasciuiā fore, sed necessitatis causam. ¶ Hūc ego getulis a. si. i. y. & c.) Duo posuit dura, si me, inquit, tenerent Syrtis, aut gręci captiuū. lenierat enim solitudinem Syrtium, & gręcorū urbem viderat, & transferat, & littora, sicut in j. lib. & tertio lectū est. hunc, inquit, tamē tristissimū diem ego, qui sum filius, si inter hostes essem, & solitudines Syrtium, honorarem tamen, neque istud clam sed publice facerē, ducens funereas pompas, & onerans altaria suis donis. i. solēnibus, & veterum moribus institutis. ¶ Nunc vltro ad cineres & c.) Sine mente, inquit, & sine numine, ad deorum potestatem retulit. an, inquit, putatis contra deorum voluntatē, ac potestatem factum, ut ad tumulū patris mei dię solēni ac necessario, atque ad amica littora veniremus? prouenit hoc voluntate diuina, debita solui manibus eius, in quo sunt etiam dii ipsi fautores. ¶ Ergo a. & læ. c. c. honorē.) Honorem dixit, non turpia, quę ludis exhiberi cōiueuerunt. lætū autē non exhibentibus, sed illi cui exhibetur honorificentia. lætari enim feruntur mortui, quando hæc sibi solēnitas redditur. ¶ Polcamus ventos, atque hæc m. f. q. & c.) Cum celebrauerimus hæc, polcamus ventos, qui dent prosperā nauigationē. quū aut puenero, & ciuitatē debitā cōstituerō, faciā ei tēplū, tēplū dixit, ut deo, non memoriā ut homini mortuo. & sacra dixit, non in feriis, & quā spectaculorū gratiam debet etiā respectio corporū sequi. promittit vniuersis annonam. ¶ Bina b. v. t. g. ac. Dat & c.) Promisit de alieno tantum presumens de aceſtis benevolentiam, quantum fiducia dabat superioris temporis largitas, & præcipui animi virtus. ¶ Adhibete penates, Et p. e. & q. c. h. a.) Vos memetote, ut cum binos boues per naues singulas sumpleritis, & paraueritis epulas cum nostris penatibus adhibere deos, quos homines ipse veneratur.

## ASCENSIVS.

¶ At procul excelso, & c.) Docet, quō ab Aceſte amico, suscepti sunt hospites: abs quo videlicet humanissime, prius dimissi erāt: vnde dictū est in j. Vna bonus quē deinde cadis onerarat Aceſtes, Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros, Diuidit, & c. De hac autem re dicit Dona. sic. ¶ Occurrit.) Impatiētiā cupientis gratulari, signat. ¶ Et pelle.) Refert habitū paternū. Erat enim natus ex fluuiō: & fluuii pene nudi, sine ambitione vestitiū, pinguitur. ¶ Agrestis.) Sunt epulę, de quibus ait in Bucō. Sūt nobis mitia poma Castaneę molles, & pressi copia lactis. His addere possumus, oua, & herbas. Hęc ille. ¶ Ordo est. At i. sed: Aceſtes, rex ille Sicilię: miratus. i. admirans: procul. i. de longe. f. de excelso vertice montis: aduentū. f. Æneę: & naueis socios. f. socioꝝ, hoc est Troianorū: occurrit, sup. eis: existēs horridus. i. terribilis, aut asper: in iaculis. i. ppter iacula quę gerebat: & pelle vrsę Libyſtis. i. Libyę, ex Libyā genitę: ut sit Libyſtis patronymicū a patria

tria deductū. Sunt autē in Libyā ferę plurimę, & feroces: quę Aceſte: mater Troia. i. Troiana. (Est. n. triyllaba dictio, Troia genitū cōceptū flumine Crimiso. Incertus ergo illi pater: quā diu fluuiorū ad quos geniti sunt, notiora sunt, quā patrū noia dicantur illoꝝ filii. mater autē dicitur Ægista, Hyppotæ Troiani filia fuisse. Ille. f. Aceſtes, nō imemor veterē parentū. i. memorās se à Troianis oriundū, aut memorās eū esse Troianorū morē, ut hōi patres sint, gratatur reduces. i. reductos esse ad iē: & excipit. i. locosum ad conuiniū accipit eos: gaza agrestis. i. opibus agrestibus, ut ex agro collectis: & id quidem faciebat lætus. i. hilari vultu modicitatē suā, nō illoꝝ contemptū, signaret: ac solatur eos. f. sos. f. ex reluctatione cōtra vētos: opibus amicis. i. facilliter perabilibus, quā amicis acceptę sunt: aut eis tunc conuenientibus. Quū. i. postquam, postera dies clara (hic patet, diē discretū a nocte, etiā foemini generis repperin) fugat. i. fugauerat. f. claritas sua: primo Oriente. i. in primo ortu solis: stellas, ita ut amplius nō apparerēt, Æneās aduocat in cœtū. i. cōcionē: socios. i. socios ab omni littore: & fatur ex aggere tumuli. i. colliguli, aut f. christi Anchisę. O Dardanidę magni genus, ab alto sanguine diu. i. diuorū, præcipue Totius: annuus orbis. i. annua reuolutio facta cōpletur. i. perficit: mensibus actis. i. trāactis: ex quo. i. post nos condidimus terrę. i. terram: sed in ipso elemento. nā terra, ut in terra condere possumus, etiā in aere, aut excelsa turri: terra vero & humi, in ipso elementi loco: condidimus ergo terrę quos, & ossa parentis. f. Anchisę. diuini, aut præcini, futuri quę sacrorū periti, dum viuere: aut in deorū numerum assumpti: i. sacrauimus aras mœstas, sup. in honorem eius. mœstas quidem quia obiuerat: sed sacras, quia in deorū numerū assumptus est. Itaque. i. & iam: nisi fallor, adest dies, sup. anniuersariū: quē ego habebō semper acerbū propter mortē patris, & semper honoratum propter eum, si ita dicā, deificationē, o dii, vos voluistis sic. quod, nisi ita voluissetis: vellē adhuc nobis dux itineris, laborumque laborū esset. Si ego agerem. i. ducerem, & viuere tempus diem, existens exul in Syrtibus Getulis. i. Getulicis, hoc est maximis periculis maris, qualia sunt apud Syrtis: ve, pro velle, tamen si. ego agere hunc diē, existens deprelus. i. occupatus ab ipso tempestate subito orta. Deprendimur enim in facto, facti adulterio, dum alienā coniugem occupamus: vnde Horatius, sermo. Deprendi miserū est Fabio, vel iudice vincā. & in mari tēpestate dum alienū elementū occupamus: ut hic: & in Gen. Deprensus olim statio gratissima nautis, in mari Argolico: & in vrbe Mycenę, pro Mycenarū: aut in Mycene vrbe. f. Argolice. hoc est in medio hostium: tamen. i. nihilominus: ego exequor vota annua. i. anniuersaria: & pōpas. f. exequiales, & fundas solēneis. i. quę toto anno, aut singulis annis exhiberi solent, ordine. i. per ordinē: & sicut ritu taliū sacrorū: & struerē altaria sua. i. propriis donis: vnde significat Anchisen in deū superū statuit: quia altaria nō nisi iuperorū proprie sunt. & tamen iuperiorum Anchisę apud inferos inueniet: sed & aliorū diuorū sunt: sicut Æthnicos. Nos adiuimus nunc: equidē. i. ego quidem reor quod: haud. i. non: sine mente. i. animo: & intentione: & haud sine numine. i. nutu & voluntate deorū, hoc est cum deorū voluntate & præordinatione: adiuimus vltro. i. sine labore nostro oblati ad. i. iuxta, cineres, & ossa ipsius parentis: & nos delati. i. impulsu ventorū, intramus portus amicos. i. amicorum: ergo agimus quod iustat, & quod contentaneū est rationi: & celeberrimus cuncti honorē lætum. i. cū lætitia, aut reuera lætū, quia de re læta, utpote de Anchisę deificatione, seu apotheosi. Polcamus. i. ab ipso patre, iam adeo ventos. f. opportunos atque polcamus, ut sup. Anchites, velit nos & nostros minores ferre sibi: quotannis. i. singulis annis: hæc mea sacra, quę. f. nūc instituta, vrbe posita sunt: & tēplis dicatis. i. consecratis: sibi. i. in honore iustitias generatur Troia, dat vobis bina capita bouū. i. binos boues in naueis. i. per singulas naueis duos boues: (Male legit qui dicit, in capita: vnde corruptus est textus, Dat numero in capitibus ubi legendū est, Dat capita in naueis.) adhibete epulis. i. vinctiōni: & epulo solenni diuos penates: & i. simul: patrios. i. quos auerhimus a patria: & eos, sup. quos Aceſtes, homines nri, colimus peculiariter: hoc est agamus diē lætū, paribus auspiciis & p̄sidibus

## PIERIVS.

¶ At procul excelso miratus vertice motis.) In veteribus quibusdam codicibus, & procul, legitur: quod nō ita placet, est distinctis inde dictionibus, p̄positione & nomine. Ex, cello. n. nulli tamen malunt vna legendum. ¶ Aduentum, sociasque. ¶ Non est excipiendum ritu, quod in antiquis aliquot codicibus, Atuentū, per t, cōsonantē, prima scriptū inueniatur. Fuit

Ordo.

siquidem veterum morem nomen hoc ita scribere, non inficiatur Victorius: sed nos nunc per d, scribere libentius volumus. Et pelle Libyfidis vsq;.) Sunt qui Libyfidis, per ff geminatum, nō per ff, legere contendunt. Quam lectionem ego nusquam in exē pla. ant. inueni: neq; formā eam gentilis nominis, aut possessiui, aut patronymici, aut quauis alia velint ea nuncupatione appellare, traditam à grammaticis: quauis id nomen in multas varietur formas. Primo enim Libys, est proprium nomē, cuius genitiuus Libyos, à quo Libya. Inde nomina deducta, vel gētem, vel quid huiusmodi significantia, hic & hęc Libys & hoc Liby: Libycus Libyca, Libyssa Libyssa, à genitiuo vero Libyos, ex pleonasmō Libystus, Libysticus, Libystinus, Libystias, & quod in frequentissimo est Latinorum & Græcorum vsu, Libystus. Et quoniā apud Stephanum legitur, Libyam, à Liby dictam non importunum fuerit, quid aliū quidam super hoc noīe senserint appone, Libyam ab eo dictam, quod inde Libs stat, putat Ser. & pleriq; alij. Varro vero nomen cōstitutum putat, q̄ Libya, quasi λιπύσα τοῦ ἕν, dici crediderit, cui opinioni Sallust. etiam dictum ad cōmodant coelo, terraq; penuria aquarum. Eam tamē Isocrates à matre Bufiridis ita vocatam dicit, vbi de nobilitate Bufiridis, his verbis loquitur, ὁ πατὴρ μὲν ἦν ποσειδάωνος, μητρόδ' ἑ λυβίης, τῆς ἐπαφροῦ τοῦ διδοῦ ἠν φασὶ πρώτῃν γυναικᾶ βασιλεύσαντων ὀμιώνων αὐτῆ τὴν χώραν καταστῆσαι. Fuit itaque Bufiris, patre Neptuno, matre Libye, quæ Epaphi filia fuit, q̄ Iouis. Eam autem quum mulierū prima regnare adgressa esset suo de nomine regioni nomē indidisse proditum est. Ac fessos opibus solat amicos.) Vetera aliquot exēplaria legunt, & fessos: sed magis placet, ac: quia sequelam quandam cum propeatione subiunxit. Est &, amicos, legere in codi. aliquot antiquis: vt fit, fessos amicos. Sed, amicos opibus, hoc est charis, gratis, & optatis, lōge magis placet. Genus alto à sanguine diuū.) In codici. aliquot antiquis, à sanguine Teucris, legitur. Sed enim magis placet diuum: vt persuasurus diuinos honores celebrandos in honorē, patris, idem ipsi sibi sperarēt, qui genus à Dis, duceretur. Et in antiquioribus

tiquioribus codicibus dubio pcul, diuom, habetur. Ni fallor.) In antiquis codi. nisi fallor. Sed monosyllabum venustus. P Getulis agerem si Syrtibus exul.) Getulis cum æ, diphthong. prima syllaba scribi dictum. Est vero &, exsul: tam ex aliquot codicibus, quam ex antiquorum marmorum testimonio, ac veterum grammaticorum præceptis, per x, & f, scribendum: idq; non eo abusu quo maximum, auxilium, Alexsander, & huiusmodi pleraque in Veterum monumentis notata superius memorauimus. Sed quia Terentij Scauri, Capri, & quorundam veterum grammaticorum præceptum est, exsul, cum litera f, post x, scribendum, vt scilicet nominis quod infertum est, vix appareat. Si quidem exsul, extra solum, esse significat. Quod vero in terminis coeperit, & in hac dictione, & in alijs nonnullis, inde factum, quia Thufci, naturalis linguæ suæ s, literam, raro exprimerent. Apud Latium vero, vnde Latinitas dicta, & vbi orta, & maior populus, & magis egregijs artibus pollens. Capri ipsius testimonio, fuere Thufci, quos nos plurimum sumus imitati. Et vt be Mycene.) In codicibus aliquot antiquis, Mycenæ, cum diphthongo. In aliquot, Mycena, legitur. Sed siue, Mycene, legendum velint, vt apud Iuuenalem, Vetus Thebe: siue declinationem mutatum, vt grammatici tradunt: vt in erudito quodā carmine, Mycena Ditis: aliorum fit iudicium. Nam Priscianus inueniri quædam, ait singulariter prolata idem significatiā, Virgilius quinto Argolicou mari deprensus, & vrbe Mycena. Mihi sane mirifice placet, quod in Romano codi. legi, Mycenis: figura eloquentionis admodum eleganti. Erant & alij codices, in quibus Mycenis, legebatur, numero multitudinis: sed imperitorum hominum iniuria contaminati sunt, vltima abrasa syllaba. Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.) In antiquis codicibus transpositis dictionibus, & lætum cuncti celebremus, habetur. Atq; hæc me sacra quorannis.) In antiquis aliquot codicibus, mea sacra, legitur: à me. s. instituta. Sed quia subsequitur, ferre: magis placet, me ferre. Est &, quot, annis, distinctis dictionibus vt in veterum monumentis, Centeni quinquageni, quot annis, darentur. & alia huiusmodi.

## SERVIUS.

Si nona diem mortalibus almm.) Non de die qui certus est, dubitat: sed de serenitate. Vnde paulo post, Serena iā luce. Et sciendum quia apud maiores vbi quis fuisset extintus, ad domum suam referre batur. Vnde est, Sedibus hunc refer ante suis. & illic septem erat diebus, octauo incende batur, nono sepeliebatur. vnde Horatius, Nouendiales dissipare pulueres: Iure etiam iudi qui honorem mortuorum celebratur, nouendiales dicuntur. Sciendum quia etiam domi suæ sepeliebantur, vnde orta est cōsuetudo, vt dii penates in domibus colantur. Prima.) Re vera prima. Nam cetera, non eo quo dicit ordine editurus est. Viribus audax.) Hoc ad oia ptinet. Aut iaculo icedit melior, leuibvsve sagittis.) Id est iactu velociū sagittarum: vt vacet ve. Sic ista iūxit in nono, Infidijs iaculo & lōge fallente sagitta. Id est iaculo longe fallentis sagitte. Nam nō exhibuit iaculatores. Crudo cęstu.) Aut crudeli, aut duro. Cęstus autem per diphthongum pugilum arma significat. habet etiam pluralē numerū, & est quartę formę. Nam cęstus cęsti numeri tātum singularis, sine diphthongo balteum Veneris significat. Præmia palme.) i. virtutis: à præcedenti quod sequitur. Ore fauete.) Apto sermone vsus est, & sacrificio & ludis. Nā in sacris taciturnitas, in ludis necessarius fauor est, quę propter plausum futuris spectato ribus dat. Fauet autē ore q̄s etiam per taciturnitatem. Horatius, Fauete linguis carmina nō prius audita musarū Sacerdos. Cingite tempora ramis.) Ex Romano more. Nam festis ludis omnis stas coronata spectabat, quod ostendit per Æneam, Acestē, Ascanium: per quos omnē demonstrat atatem. Materna myrto.)

Præterea si nona diem mortalibus almm  
Aurora extulerit, radiisq; retexerit orbem,  
Prima citæ Teucris ponam certamina classis.  
Quiq; pedum cursu valer: & qui viribus audax,  
Aut iaculo incedit melior, leuibvsve sagittis,  
Seu crudo fidit pugnam committere cęstus:  
Cuncti adsint: mentæq; expectent præmia palmæ.  
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.  
Sic fatus, velat materna tempora myrto,  
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes.  
Hoc puer Ascanius, sequitur quos cætera pubes.  
Ille è concilio multis cum millibus ibat  
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.  
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho  
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro,  
Purpureosq; iacit flores, ac talia fatur:  
Salue sancte parens, iterum saluete recepti ÆNEAS  
Nequidquam cineres, animæq; vmbra; paternæ:  
Non licuit sineis Italos, fataliaq; arua.  
Nec tecum Ausoniū (quicunq; est) quærere Tybrim!

Vel

Vel quasi filius, vel quasi Veneris sacrificatur marito. Hoc Elymus facit.) Princeps Troianorum, qui dicitur tres in Sicilia cōdidisse, ciuitates, Acrā Entellam, Egestam. Æui maturus) Honestus quā si quo maturo diceret. Rite.) Secundum ritum sacrificij, quod exigebat vt libaret de mero Baccho, id est puro. Carchesia.) autem genus poculorū. Helymi.) Terræ. Lacte nouo.) Aut statim multo: aut post foetum, quod colostrum dicitur neutro genere. Sanguine sacro.) Victimarum: vt diximus supra. Et notandum quia partim quasi mortuo pari numero sacrificat: partim impari, quasi deo: vt, Cedit quinas de more bidentes. Nam legimus, Numero deus ipare gau det. Purpureosq; iacit flores.) Ad sanguinis imitationē, in quo est sedes animæ. Sic in sexto, Purpureos spargam flores. Item, Purpureasq; super vestes velaminata nota, scilicet vt supra diximus, vt sedis suæ cognoscat imitationē. Salue sancte parens.) Salue & vale fm Varro nem in logistoricis synonyma sunt. Vnde his & in salutatione vitium, & in excretionibus: vt, Valeat qui inter nos diffidit volunt. Vnde etiam hęc mortuis dicimus: non q̄ eis optemus salutem, in quibus nulla esse potest: sed vt significemus nos sic digredi, vt ostēdamus eos nunq; in nostram cōmunionem esse vlturos. Iterū) Hic distinguēdū. Nam quo tempore sepeliit eum, dixit sine dubio salue & vale. Recepti Nequidquā cineres.) Cineres pro ipso patre posuit: ac si diceret, salue pater de Troia liberate sine causa, ppter quod sequitur, Non licuit sineis Italos fataliaq; arua. Alij ad historiā supradictā referunt distinctione mutata, vt dicāt, Recepti iterum cineres semel ex Troia, semel à Diomedes: Virg. Si qui



crificans. hic. i. quum esset ad tumulum: fundit. i. effundit: rite. i. secundum ritum sacrificij: duo carthesia. i. pocula: mero Baccho. i. in quibus erat merum. i. purum vinum: humi. i. in humum, & fundit duo, sup. carthesia: nouo. i. recens mulso, lacte: & duo. i. carthesia plena, sup. sanguine sacro. i. victimarum mactatarum (seruius iterum dicit, colostrum, neutro genere dicit: sed in Bucolicis ostendit esse etiam, colostrum, genere foeminino reperiri. & iacit. i. picit in tumulum: flores purpureos. i. sanguinei coloris: quia talibus omnibus, oblectatur anima in corpore degens: ac fatur talia, O fante (quia in deorum numerum assumptus es) parens, salue (pot dicit, salue iterum, vt docet Donatus) & saluete cineres: & i. simul animae paternae. i. quibus coniuncta aliquando fuit anima paterna: & vmbræ paternæ. i. quibus associata fuit vmbræ paterna, & ita genitui sunt singulares, vt Donatus vult, quod & mihi placet: quauis Seruius philosophetur, astruens multas esse vnus aias, ac vmbras: vt sit ordo, Saluete aig: & vmbræ paternæ: sed neq; animam, neq; vmbram se recepisse significat Aeneas: quum aiam, apud superos: vmbræ, apud inferos, deputet: verum cineres, qui fuerunt aliquando receptacula aig, & vmbræ paternæ. Nō licuit, dolētis interrogatio. q. d. atqui non licuit mihi: quædere tecū. i. te comite: sicut dixerat, Nec nate tibi comes ire recuso, sineis Italos. i. Italicos: & arua fatalia. i. à fatis nobis promissa: & Tybrim Ausonium. i. qui desinit per Ausoniam: quonq; est, quod addit propter tædium longæ inquisitionis: q. d. credo equidem, ex quo pmissus est nobis, Tybrim esse in Ausonia: sed qua tandiu quæris, nec inuenitur, nō possum certi quidquam de eo dicere. Landini, de ludorum institutione, verba sunt hæc. Certamina, mos fuit apud priocos, vt in honorem maximorū viroz, presertim eorum qui in bello oppetissent, funebres ludi exhiberentur. Fueruntq; primæ inferiæ, vt ex captiuis nōnulli ad tumulum mactarentur: hinc gladiatorū munus originem sumpsit. Primi autē ludi funebres, quoz memoria extet instituti sunt ab Hercule, in honore Pelopis, eius atai, & Ioui consecrati, dictiq; sunt Olympici: quia apud Olympū Arcadiæ montē, celebrabantur in Piseis finibus: hos intermissos Iphitus eius filius instaurauit: hinc initium habuit prima Olympias. Hi ludi, iam expleto quarto anno, qnto incipiente

incipiente agebatur. Primus in illis, ipse Hercules coronatus est. Qui quum à bello ad sacra cōuersus esset, etiam à dijs (Em Diosdorum) munera accepit, à Minerua peplū: à Vulcano, clauam & thoracē. Dedit Neptunus, equum: Mercurius, ensem: Apollo, arcum, & illo vt docuit Ceres parua mysteria, ad purgandum centauroz cædem, illi ostendit. In his ludis, victores, oleastro coronabatur. Secundi fuere Phocenses, post Pythonem serpētem, ab Apolline cæsum, in Apollinis honorem cōstituti. Eratq; victoribus corona ex lauro. Tertiū Achei in Istmo, ob idq; Istmi dicit in honore Palæmonis quem Latini Portunū noiant, qui ex Melicerta hoie, deus marinus effectus est. In his, corona ex pinu victoribus decernit. Quarti Argolici, qui Nemei, à Nemea sylua noiantur, in Archemori honore instituti sunt. Hic enī puer Lycurgi filius fuit, & Opheltes appellatus. Verum à nutrice, dū fontem Argiuis in Thebanum bellum, pfciscantibus indicaret, temere humi relictus à dracone ictus perit. Argiui autē, in patris solatiū illi ludos instituerunt: & quia principium facti inde coeptū est, pro Ophelthe Archemorum appellauerunt. Est illis corona ex Apio, vel vt ex herbe humilitate ætas infantilis exprimeretur, vel, quia in Apio iacens, extinctus sit. Hæc igitur erant præcipua genera ludorum in Græcia, quauis & pleriq; alijs extarent, vt in Attica, vbi celebrabant ludos Mineruæ, in Ægina, Æaco: in Arcadia, Lyceo Ioui, Thepijs Amori, Oropi, Amphiarao, Argis, Iu noni: & alibi alijs.

## PIERIVS.

Aut iaculo icedit melior, leuibus ve sagittis. In anti-leuibus q; atq; id expositiue positū. ¶ Seu crudo fudit pugnam cōmittere cæstu. In antiquis aliquot codicibus, transpositis verbis legit, Seu pugna crudo fudit: quod in medio relinquimus, eorum, qui arcanam hanc musicam adamant, iudicio perpendendum, ita et quod subsequitur transpositis tatum dictionibus variatum. ¶ Et cingite tempora ramis. Quod in Roma, codice, & aliquot alijs ita habetur, & tempora cingite ramis: nempe ad similitudinem syllabarū concursus euitadum, te, tem, & ra, ra, Verū huiusmodi syllabarum homophonie plerunq; de industria fiunt à poetis, vt eo loco, Et nos phas extera quædere regna, de quo superiore libro dictum.

## SERVIVS.

¶ Lubricus anguis. Labilis, alias locum dicit: vt, Per lubrica surgens. ¶ Septem ingēs gyros. Loci genium per magnitudinem vult probare. Nullus enim locus est sine genio: qui per anguem plerunq; ostenditur. Per sius, Pinge duos angues: pueri (acer est locus) ex tra Meijte. Sane hunc locū de Homero sumpsit, qui inducit Græcos apud Aulidem omen futuri decennalis belli ex serpente collegisse: qui etiā matrē cōsumpsit nouē pullis comestis. Ita ergo nūc et Aeneas omne sui erroris ostenditur septē gyris. Nam septimus ei annus est finis erroris: & est optimū figmentū. Annus enim secundum Ægyptios indicabat ante inuentas litteras pisce dracone caudam suā mordente: quā in se recurrit. ¶ Gyros. Nomen legitimus: verbum exinde non inuenimus. ¶ Placide. Repens quiete. ¶ Cæruleæ cui terga nota, maculosus & auro Squamam incendebat fulgor. Cæruleæ notæ, & fulgor auro variatus incendebat. i. illustrabat. ¶ Agmine longo tandem. Post illos gyros tandem longo repere coepit. Agmine, id est impetu. ¶ Serpens. Participium est, non nomen, ac si diceret repens. ¶ Libauitq; dapes. Leuiter gustauit epulas superpositas, quæ silicernium dicuntur: quasi silicernium, super silicem positum. ¶ Depasta altaria. Non à se. Nam supra ait, Libauitq; dapes. Sed hoc dicit, tandiu permansit, quandiu cuncta aris superposita flamma cōfumeret. ¶ Genium loci. Quia (vt supra diximus) nullus locus sine genio est. ¶ Famulum ne parentis. Fuit enim hæc maiorum cōsuetudo, sicut hodieq; apud Indos

¶ Dixerat, hæc adytis quū lubricus anguis ab imis POE. Septem ingens gyros, septena volumina traxit Amplexus placide tumulum, lapsusq; per aras Cœruleæ cui terga notæ: maculosus ab auro Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus Mille trahit varios aduerso sole colores. Obstupuit visu Aeneas, ille agmine longo Tandem inter pateras, & læuia pocula serpens, Libauitq; dapes, rursusq; innoxius imo Successit tumulo, & depasta altaria liquit. Hoc magis inceptos genitori instaurat honores, Incertus genium ne loci, famulum ne parentis Esse putet, cædit quinas de more bidentes, Totq; sues, totidem nigrantes terga iuuenos, Vinaq; fundebat pateris, animamq; vocabat Anchisæ magni, manesq; Acheronte remissos. Necnon & focii, quæ cuiq; est copia, lati Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuenos. Ordine athena locant alii, fusiq; per herbam Subiiciunt veribus prunas, & viscera torrent.

dos est, vt quoties reges moriebant, cū his dilecti equi vel serui, & vna de vxoribus charior incendere. Inter quas de hoc ipso erat magna cōtentio. Possumus ergo famulum, seruum sepultum cum Anchisæ accipere, aut p Apotheosim deum ostendit effectum Vnde ei famulū dat quasi ministrū, Singula enim numina habent inferiores potestates ministras: vt Venus Adonis: Diana Virbiū. Aut certe secundū Pythagorā dicit, qui primus deprehēdit de medulla hominis, quæ est in spina, anguem creari: quæ est Ouidius in qnto decimo metamorphoseos dixit, loquente Pythagora. ¶ Nigrates. Nigra terga habetes. ¶ Manesq; Acheronte remissos. Aut venietes de Acherōte ad hanc parentationē: aut certe remissos Acheronte, qui iam in Acherōte nō essent, post Apotheosim factā, id est, post diuinitatis cōfirmationem.

## DONATVS.

¶ Dixerat hæc. Mox, vt locutus est talia, hæc sequuta sunt. ¶ Adytis cum lubricus anguis ab imis &c. Adytis, inquit, nō se pulchro præcessisse anguem, vt cōfirmaret Anchisen dijs esse cōiunctum. Adyta enim deoz secreta sunt, quæ nondum sacrati ingredietes tēpla, nosse nō possunt, magnitudinē eius & decorem qua causa descripsit, possumus estimare. Debuit, n. magnū ali quod & pulchrū inde pcedere, vbi psonę potioris reliquæ tenebant. ¶ Obstupuit visu Aeneas. Quis, n. non miretur nouū visum & magnū? ¶ Ille ag. lō. Agmen dicit quo naturaliter ipellitur serpens, vt loco moueat. anguis ergo serpebat agmine. ¶ Tandem Virg. Si dem

dem iter pateras &c.) Miracula alia, nō timuit anguis ipse, cū ferret, p̄sentium hoīum cætum, sumpsit ad victū, quod voluit, & eo vnde p̄cesserat, remeavit innoxius. color eius & splendor iccirco speciei cœlesti cōparatus est, vt ostenderetur non ex illis esse, quoz detestanda natura est, & saluti hoīum infesta. deniq; vt dicitur est, p̄cessit in cōspectū populi p̄sentis. & amplexibus placidis tumulum circumdedit. ex aris vsurpauit, quę voluit, & nullo hoīum læso remeavit. (Hoc magis in ge. in ho. Incertus &c.) Cum miraretur Æneas nec scire euidētius posset q̄s esset ille, cur in lucem & in humanum conuentū tā facile p̄cessisset, q̄ q̄ esset itrepidus, q̄ tractu suo ambisset tumulū toties, q̄ degustasset ea, quę apposita fuerant, & depasta reliquisset, ac redisset innoxius in ipso incerto raptus est, aliqd esse diuinum. hoc magis. hoc est, iccirco repetit honores patrios, quos disposuerat facto iā sine concludō. hoc est à medio actu ad initiū redijt incertus, genium ne loci famulum ne parentis esse putet. hoc q̄m non potuit verius aestimari cōiectura suspicantis nō vacuum iudicatu est, aut enim genius loci putabatur, aut famulus patris, non anguis sed in anguem cōuersus. (Cædit quinas de more bidentes &c.) Hęc faciebat, q̄ putaret relaxatis egressibus aiām patris esse p̄sentē, & hoc suspicione colligebat Æneas, vt acta repeteret, & vocaret aiām patri, ecce vnam vocat Anchisæ, vnde manifestius p̄bat, quod supra tractauimus, genitiuū esse singularē, nō noiatiuum pluralē, quom dixit, animæq; vmbrae q; paternæ. (Necnon & socii &c.) Obsequēbant & socij, vt poterant singuli. hoc enim Anchisæ meritum exigebat, & honorificētia filij p̄sentis perfectis solemnibus. (Ordine athena locant alij &c.) Militaris ista ciborum accuratio est, aut ad sacroz ptinēs ritum. nam in octauo libro ait, Visera tosta ferunt taurorum.

ASCENSIVS.

(Dixerat, hæc.) Post preces Æneę significauit se Anchisæ eis dignum emittendo serpentem, diuinitatis suę indicem, quo viso, & ipso, & socij eius sacrificia, iustaurabāt. de qua re dicit Dona. sic. (Agmine.) Dixit agmen, quo naturaliter impellit serpēs. Pulchritudo & innocentia serpentis, rem cœlestem, & non noxium animal, significat: propter quod magis honores iustaurauit. Hęc ille. (Ordo est Æneas, supple dixerat hæc: quæ. i. p̄missa sunt, supple tunc: quum. i. quando: anguis lubricus. i. faciliter elabens, propter pingue cuti adhærens: traxit existens ingens. i. valde magnus traxit (dico) ab imis adytis. i. sacrarijs, & penitioribus sepulchri locis, septem gyros, & septena volumina, idest conuolutiones, colligendo se in spiras, seu anulos suos: amplexus, idest amplectens: tumulum. i. sepulchri tumorem: placide. i. sine feritate, & lapsus, supple est, per aras, scilicet Anchisæ, iam extractas: cui, scilicet angui, notæ, idest maculæ: cœruleę. i. cœrulei coloris, supple incendebant terga: & fulgor maculosus auro. i. similis fulgori auri: incendebat, idest resplendere faciebat: squamas, scilicet eius sic: ceu, idest veluti: arcus, scilicet cœlestis, qui & pluuuis dicitur,

SERVIVS.

(Phaethōtis.) Solis ἀπὸ τοῦ φαέθωντος ἢ θω. (Circo.) Spatioioso ludorum loco. (Sacri tripodē.) Sic pulchri vt sacros putares: vel quales sacrari foret. nec enim sacrilegus erat vt sacra donaret. & sic dictum est vt Dodoneosq; lebetas: quales sunt in Dodona. (Et palmę pretium victoribus.) Zeugma vtriusq; lateris. Nam victoribus pretium & ad supradicta & ad dicenda pertinet. (Argētī, aurīq; talenta.) Talentū secundum varias gētes varium pōdus est: sed apud Romanos talentum est septuaginta librarū, sicut Plautus ostendit in Mysterellaria, qui ait duo talēta esse centum quadraginta libras. Legimus etiam talentū esse paululum quiddā. Nā Homerus ī ludis funebribus Patrocli vltima p̄mia dicit duo talēta. Quod nos cogit aliquid minimum intelligere. Nam si pri-

Expectata dies aderat, nonamq; serena  
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant,  
Famaq; finitimos, & clari nomen Acestæ  
Excierat, læto complebant littora coctu  
Visuri Æneadas, pars & certare parati.  
Munera principio ante oculos, circoq; locantur  
In medio, sacri tripodes, viridesq; coronæ,  
Et palmæ pretium victoribus, armaq; & ostro  
Perfusæ vestes, argenti, aurīq; talenta,  
Et tuba commisso medio canit aggere ludos.  
Prima pares ineunt grauibus certamina remis,  
Quatuor ex omni delectæ classe carinæ.  
Velocem Mnēstheus agit acri remige Pistrin,  
Mox Italus Mnēstheus, genus à quo nomine Mēmi,  
Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram,  
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana versu  
Impellunt, terno confurgunt ordine remi.  
Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen,  
Centauro inuehitur magua, Scyllaq; Cloanthus  
Cœrulea, genus vnde tibi Romane Cluenti,

citur, & iris: trahit nubibus, mille varios colores: sole existēte aduerso, idest oppposito: Æneas obstupuit visu, idest quum id videret: ille, scilicet anguis: serpens. i. repens: longo agmine, idest impetu & volumine membrorum: tandem, idest nouissime: inter pateras, & pocula leuia, idest polita: q̄, pro idest simul libauit, idest purum degustauit: dapes. i. Anchisæ oblatas, & innoxius, idest nulli nocens, successit rursus tumulo imo, idest in tumultum imum, & liquit altaria depasta, idest dapes, quas in altaribus depastus erat ignis: aut denegat, vt sit depasta, idest non absumpta, sed solummodo libata: nam si absumpta essent, non dereliqueretur, Æneas iustaurat, idest augmentat: genitori, idest patri suo Anchisæ, honores inceptos, idest sacrificia in honorem eius inchoata: hoc. i. propter hoc, aut tanto magis existens incertus: ne, pro an: putet genium, idest deum generationis, & principium generis (Porphyrius genus vocat) loci, scilicet illius: ne, pro an: famulum parentis, idest an esset deus loco illi p̄sēdis: An Anchisæ specialiter in famulum additus: cedit. i. maclat: quinas. i. quinq; nisi sit vtriusq; sexus: quinas bidentes, idest oues: de more. i. sacrificantium, & tot sues. i. porcos: & totidem. i. etiam: bis quinos iuuencos. i. iniores boues: nigrantes terga. i. habentes terga nigra: aut potius, cum pateris: quia inferis, omnia cōsumenda offeruntur: vnde in. vj. de funere Miseni, Congesta cremant thurea dona dapes fuso crateres oliuo. & vocabat sepulchris. i. ad sepulchra, animam magni Anchisæ: & manes Anchisæ magni. i. in deorum numerum assumpti: remissos. i. relaxatos: Acheronte. i. à lacu infernali: necnon, idest & etiam socij læti: ferunt, idest afferunt dona, quæ cuiq; est copia, idest secundum copiam, idest facultatem, quę cuiq; erat: & onerāt, scilicet sacrificijs, aras, & maclat iuuecos: & alij locant athena. i. vasa aerea: ad abluendas carnes: ordine, idest per ordinem: & ipsi fusi per herbam subiiciūt verubus prunas. i. carbones ardētēs, & torrent, idest assant carnes, scilicet ad parentationem faciendam.

PRIERIVS.

(Cedit quinas de more bidentes.) In Ro. cod. legere est, binas neq; defunt, qui manibus pari numero hostias maclari solitas dicant: In quibusdam alijs exempla. scriptū oberues, ceditq; binas quod mihi subindicat, quinas, legendū: siquidem, v. sepe mutari solitum in, b. literam adnotauit: postea interiectum est punctum, quod, q. a dictione sic scripta q. binas dissepararet, ignariq; artis metricę: ceditq; binas, legendū putauere. quinas vero. bona pars veterū codicū habet. Tā vero bidentis & nigrantes, p. i. passim scripta sunt. (Dona ferūt: onerantq; aras.) In antiquis aliquot codi. absq; copulatiua particula, legere est, Dona ferunt, onerāt aras. Sed mihi copula ea inserta plurimum adridet. (Subiiciunt verubus.) In antiq. subiiciūt, duobus ij, in vnū, idq; figura oblonga coeuntibus, & veribus per i, in pene vltima, ex veterum monumētis: & grāmatorum p̄ceptionibus.

mus victor bouem accepit, cōsequens non est vt dicamus in telligere vltimum tam magnū accepisse premium. Vnde apparet talentum ēēt minimum quiddam significare. (Et tuba commisso.) Romano more: sicut hodieq; videmus omnibus ludis funebribus, vt sunt diutorum. Nam si sacri sint, id est festi, illustrantur faculis. Antea etiam ab hymnis incipiebāt (Prima certamina.) Punico bello primum naumachia ad exercitum instituire Romani cœperunt: postquam probauerunt gētes etiam nauali certamine plurimum posse. ad quā rem in hoc certamine plurimum alludit poeta. (Pares.) Aut p̄riter, aut diuersis comparabiles rebus: vt sequentia indicat, Melior remis, sed pondere pinus. Aut pares ita vt ante certamen videbatur. (Grauibus remis.) Fortibus: vt, Ferit ensē grauem Tymbræus Olym-

Ordo.



Nam graues inferunt tarditatem. ¶ Remige.) Erit nominatius remex. Serenus, Semiremex Hercule. ¶ Pristin.) Vel à tutela depicta, vel ἀπό τοῦ πρίστυν τὰ ὑμᾶτα, idest à secādis fluctibus. ¶ Mox Italus.) Subaudis futurus. Ipse enim familiam Mémiorū cōstituit. Et bene laudat familias nobilium. Nam à sergio Setgia familia fuit: à Cloātho Cluentia: à Gya Gygania, cuius nō facit mentionem. Nobiles autem familias à Troianis fuisse Iuuenalis ostendit, Iubet à p̄cone vocari Ipsos Troiagenas. ¶ A quo noie.) Scilicet Mnesthei. & Mnestheus sic est vt Tydeus. Nā diphthōgus Græca est. ¶ Ingēti mole.) Motu: vt, Magna se mole mouentem. ¶ Virbis opus.) Ita magna vt urbem putares. ¶ Triplici versu.) Omnes Triemes fuerunt. Versu autem, aut ordine, vt, Ille etiam seras in versum distulit vltimos. aut versu, tractu, à verrēdo: vt, Aequora verrebant caudis, æstumq̄s secābant. Sane vnus est sensus. ¶ Pubes impellūt.) Figura est: vt, Pars in frustra secant. Et sciendum inter Barbarismū & Lexin, hoc est latinam & perfectam elocutionē, Metaplasmm qui esse qui in vno sermone fit ratione vitiosus. Item inter Solœcismū & Schema, idest perfectam sermonum cōnexionem figura est, quæ fit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo Metaplasmm & figura media sunt: & discernuntur peritia & imperitia. Fiunt autem ad ornatum. ¶ Donus sergia.) Familia: vt, Da propriam Tymbræe domum. Et in-

de est

de est Sergius Catilina. ¶ Centauro magna.) Fœminini est generis, si de nauī dicas: vt in Eunuchum suam comoediam diceret. Iuuenalis contra sensit, dicens, Et in tergo necdum finitus Orcestes. Sed sciendum genera plerūq̄ cōfundi, aut metri ratione, aut hiatus causa. Sic Horatius, Nec cupido sordidus aufert. Cum significantes cupiditatem, fœminino genere dicamus. Ipse etiam Virgilius ait, Timidi damæ, ceruiq̄s fugaces. Et item, Cum canibus timidi veniunt ad pocula damæ. Cum Horatius secundum fidem dixerit, Et superiecto patuidæ natarunt. Aequore damæ. ¶ Cœrulea.) Aut nigra, aut alta carina. Omne enim altum nigrū est: vt, Scrupea tuta lacu nigro, nemorumq̄s tenebris. ¶ Clueti.) Ad ipsum Apostropha est.

#### DONATVS.

¶ Expectata dies aderat &c.) Expectata dixit, quasi tardius venisset. tm̄ enim optata est. q̄ppe quidquid gratū speratur, aut cōmodum ēt si mature p̄ueniat, tardum est. interea tm̄ fauoris etiam, de ipsis elementis dispositiones. Fœnæ meruerant, vt optabilis oibus dies ille tranquilla luce fulsisset. ¶ Famaq̄s. si. & clari no. a. Ex.) Fama edictorū spectaculoꝝ, & Aceste nomen, quod in honore apud vniuersos fuerat, excitauerat p̄ximos, vt veniret. fuit. n. in illis regionibus insperata ludorū gratia, quæ exoriens repente non tm̄ cōmanentes, verum etiam finitimos puocaret ad visendum.

Virg.

Si ij

dum.

Am. ¶ Læto. c. l. c. Visu. æ.) Brevis distinctio, sed intellectu latissima. Primum quippe, quod dixit visuri Æneas, expressit plenissimam laudem Troianorum: neque enim sola ludorum voluptas ducibat uniuersos, cum unusquisque ad hoc concurreret, ut etiam nosset Æneas, erant tamen, inquit, inter ipsos, qui etiam studio quoque certandi ducerentur capturi ex visu Troianorum gratiam & comodum de certamine. tanti autem confuxerant, ut latitudinem litoris compleuissent. ¶ Muna principio. a. o. c. q. l. In me.) Cum cōcionē haberet Æneas, & ludos ediceret promisit, digna præmia se daturū esse certaturis, quæ res nonnullos adduxerat, ut vellent subire certamina. sed quia promissio nonnunquam minorē retinet fidem, munera ipsa ante cæpta certamina in medio circo pposuit & obiecit oculis oium, ut volentes magis vellent certare, & qualitate præmiorum etiam inuicti cogere. Circoque locatur in medio. nõ quo reuera circus fuisse extructus, sed in spatio, quod ad vicem circi fuerat designatum. In medio ideo, ut à circumfusis populi partibus videri potuisset. ¶ Sacri tripodes. v. q. c. Et. p.) Quare hæc. ¶ Pretium, inquit, victoribus. ) Honores. s. quod victoris gloriâ testaretur. Coronæ & palmæ positæ fuerant super tripodes. ¶ Armaque & ostro Perfusæ vestes argenti. a. q. t.) Ecce & illa pposuit, quæ maiore pretio certantū diuitias augere potuissent. tanta autem largientis copia fuit, ut pposita speciatim quæ numero vel potēre tenerentur, dici nõ possent. Proinde, quia speciatim dici nõ voluerunt, cōpendij causa vestes generaliter dixit, Arma, & auri atque argenti talenta, similiter percurrit. ¶ Et tuba. c. m. c. ag. lu.) Ecce aggerem posuit, qui dixerat circum, ut ostenderet non struibilem fuisse. ¶ Prima pa. in. gr. cer. re. Quatuor. &c.) Ex omni, inquit, classe delectæ sunt naues quatuor pares, ludorū primum inituræ certamen. pares ideo, quia si impares ordinarentur nulla esset æquitas & spectaculorum gratia claudicaret. dicuntur rectorum nomina, dicuntur & nauium. ¶ Velocem Mnestheus agit acri remige prifim. Moxitalus Mnestheus, &c.) Dixit nauium nomina, & earum magnitudines expressit. nominauit duces & eorum nobilitatem complexus est.

ASCENSIVS.

¶ Expectata dies.) Postque octo dies parentationem, ac epulum læti absoluerant, aderat nona dies, qua certamina ineunda erant: & primo, natalia, in quibus quatuor directores concertauerunt: quorum & nauium ipsorum, nomina memoriæ commendanda sunt: nam interdum directores, interdum naues positurus est. Sunt ergo hi, Mnestheus, agens Pistrim: Gyas, Chimera: Sergestus: Cætaurum: & Cloanthus, Scyllam. Donatus dicit sic. ¶ Expectata.) Quasi tardius desideratibus venisset. ¶ Visuri Ænead.) Expressit plenissimam laudem Troianorum: quum Siculi, non solum causa ludorum conuenirent. ¶ Circo.) Non quod esset circus, sed locus in formam circi. ¶ In medio.) Ut ab oibus spectari possent. ¶ Armaque & ostro Perfusæ vestes.) Transit ad generalitatem, ne speciatim diceret. Hæc ille. ¶ Ordo est. Dies expectata, i. desiderata à Troianis audis, laudis, & certaminis. i. nona dies, aderat & equi Phaethontis, idest quos Phaethon, aliquando guber nauerat, quū esset auriga Solis patris sui, hoc est equi Solis: vehabant iam serena luce. i. cum serenitate, auroram nonam, idest nonum diem præcedentem. Et fama. i. Troianorum, aut certaminis: & nomen Aceste clarum. i. iclytum: exierat. i. excitauerat, & euo cauerat: finitimos. i. populos, in confinibus habitantes. Et ipsi complerant. i. compleuerant littora: læto cætu. i. conuentu: visuri. i. ut hi qui videant Æneas. i. Æneæ socios: & pars. i. partim ipsi erant, sup. parati. & i. etiam certare: nedum videre certantes munera, id est premia locatur: principio. i. in primis priusque: certaretur: ante oculos. s. certaturorum: & in medio circo, videlicet tripodes sacri. i. tam pretiosi, ac si essent sacri, aut digni, qui consecrentur: & coro

Ordo.

SERVIVS.

¶ Est procul.) Haud nimis longe, ut & supra diximus. Sicin Bucolicis de nimia viciniate ait, Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Interdum & satis longe significat. ¶ Olim) tunc fere cum cori nubibus abscedit & obruit sidera. ¶ Traquillo.) Melius septimus casus est quæ datus. ¶ Campus.) Saxi latitudo. ¶ Apricus.) Sole gaudentibus. Sane apricus & locus dicitur sole calens, quod est opaco &

Est procul in pelago saxum spumantia contra Littora, quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera Cori, Tranquillo silet, immotaque attollitur vnda Campus, & apricis statio gratissima mergis. Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam Constituit, signum nauris pater, vnde reuerti Scirent, & longos vbi circumflectere cursus. Tum loca sorte legunt, ipsique in puppibus auro Ductores longe effulgent, ostroque decori.

næ virides. s. ex ramo semper virentis: & palmæ (appositorie) pretium, idest vt sint pretium victoribus: locatur, scilicet in medio circo: & arma, & vestes perfusæ ostro: idest purpura: & talenta. i. certa pondera auri & argenti: & tuba canit. i. cantū indicat: medio i. de medio aggeris. s. erat qui in littore: ludos commissos, idest committendos: aut iniunctos, vt peragerentur. Quatuor carinæ i. naues pares. s. fere collectæ ex omni classe: ineunt. i. incipiunt grabatibus. i. validis remis: prima certamina. i. primos ludos, qui nauales erant. Mnestheus, ductor ille peritus: agit. i. impellit: acri remige. i. strenuis remigantibus: Pistrim, idest nauem illam velocem. i. velociter acta: acri. s. remige: Mnestheus (inquit) mox, scilicet futurus: Italus. i. habitator Italiæ, & progenitor Italicorum: à quo nomine, supple deductum est genus. i. familia & progenies. Memmii. i. eorum qui dicuntur Memmii. & Gyas. i. alius ductor, supple agit: Chimæram, nauem illam, sic dictam: ingentē, idest valde magnam: ingenti mole, idest habentem ingentem magnitudinem: aut agit ingenti mole, idest motu: Chimæram ingentem, idest valde magnam (appositorie) opus vrbis. i. istar vrbis, hoc est tam magnam vt urbem putares: aut, quam non priuatæ domus, sed vrbes extruere possint, quam. s. nauim, Chimæram dictam: pubes. i. iuuentus, hoc est multitudo iuuenum: Dardania. i. Troiana, hoc est ipsi Troiani iuuenes, impellunt triplici versu, idest ordine, aut impulsu, quo æquora verrunt. aut cantu, quo vtuntur, vt simul verrant: aut omnibus his: nam subdit remi, cōfurgunt terno ordine, hoc est ipsa erat triremis. Et Sergestus à quo domus, idest familia: Sergia, idest Sergiorum: qui quo hæc scripsit Virgilius tempore Romæ, nobiles erant: Et ita in gratiam illorum videtur hæc commemorare poeta: gaudebant enim nobiles Romani, Troiogenæ appellari: quod & Iuuenia docet, vt recitat Seruius, & Perfluus, dicens, Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labonem prætulit: Nugæ, Nec mirum, si deducta principali discrepant: vt à Cloantho, Cluentius, &c. tenet nomen, id est cognomen inuehitur: Centauro, idest naui sic dicta, magna. Et Cloanthus, quartus ductor: vnde, idest à quo, o Cluenti (sic enim melius legitur, quam Cloanthi) genus, sup. est tibi, sup. inuehitur: Scylla. i. tali nauis: coerulea. i. coerulei coloris: aut, qua in mari tute vtatur.

PIERIVS.

¶ Famaque finitimos & clari nomen Aceste Excierant.) In Romano codice, & in Longobardico exierat, legitur, quod nõ placet. Et Priscianus vt, ch præteritū comprobaret, excierat, ex hoc Virgiliano versu citat. scribendum vero singulari numero, excierat etiam ex antiquis codicibus. ¶ Argenti, aurique talenta.) In codicibus aliquot antiquis, auri, argenti que legitur. Sed altera lectio melior, & numero, & ordine rei, vt illud, argenti, atque auri memoras, quæ multa talenta Gnatius parce tuis. ¶ Remige Pistrin.) In antiquis plebisque codicibus, Pistrin, legitur, quam παρὰ τὸ πρίην dicta volunt, hoc est a secundis fluitibus. Pistrin vero pro nauigij forma No. Marcellus agnoscit (nisi codicibus corrupti, sunt) ad similitudinem marinarum pistrinæ, quæ longi corporis sunt, sed angusti. ¶ Triplix pubes quam dardana versu Impellunt.) Est antiquus codex, in quo scriptum est, impellit, numero vnitatis: sed altera lectio ex Me diceo, & aliquot alijs, magis placet, vt pote figuratior. ¶ Cætauro inuehitur magna.) Codices aliquot antiqui, magno, legunt. Sed magis placet, magna, scemini generis quod agnoscit Seruius esse vero, magno, virili genere: librarij errorem ostendit lectio, quæ subsequitur, Scyllaque Cloanthus coeruleo: quod genus neque nauis, neque Scyllæ possis adcomodare. ¶ Genus vnde tibi Romane Cluenti.) In aliquot exemplaribus antiquis, Cloanthi, legitur: qui primam crediderim cognominationem fuisse. Inde Cluenti, dicitur ceptum: quo modo sepe apud Ciceronem habetur.

co & abdito contrariū: & apricos dicimus locis apricis gaudentes. Virgilius, Duceret apricis in collibus vna colorem. Perfus, vt nostra Floralia possint Aprici meminisse senes. Apricum autē quasi ἀνεύχου, xios, sine frigore. ¶ Mergis.) Esacus Priami filius fuit: hic se precipitavit è muro, nec perit. & cum hoc sepius faceret, deorum miseratione in autem conuersus est: quæ ad imitationem quasi idem facit. ¶ Circumflectere.)



tere.) Bene vno sermone & p sectionem complexus est, & reuerfionem. ¶ Ductores.) Do mini nauium, non gubernatores. ¶ Populea velaf fronde iuuentus.) Hebe Græce est iuuetus vxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc iuuentus vitur populeis coronis: aut ad imitatione virtutis. Populus enim Herculi cōsecrata est. vt, Populus Alcide gratissima. ¶ Nudatos.) Bene nudatos: qd fecit esse confueuerunt. Nam nudum est nunquam tectum: vt facies. ¶ Transftris.) Et transfra dicuntur & iuga. vt in septimo, Inde alias animas que per iuga longa sedebant. ¶ Intenti.) Eodem sermone in diuersis vsus est rebus. Aliter eni brachia, aliter intendimus mem: ¶ Exultantiaq; haurit corda pauor pulsans.) Hypallage, omni parte pulsans pauor corda haurit, id est ferit, & exultare facit. vt, Latus haurit apertū. ¶ Laudumq;.) Ne esset turpe quod ait pauor. Sane ista sunt bellorum prolusiones. vnde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendum maioris ætatis funera ad tubam solere proferri. Perius, Hinc tuba candelæ. Minoris vero ad tibias: vt Statius de Archemoro: Tibia enim teneros solitum deducere manes. ¶ Finibus omnes.) Secundum naturam ante generali vsus est descriptione, venturus ad specialitatem. ¶ Præcipientes.) Festinantes: vt, Præcipientes vigilate viri. ¶ Biiugo.) Et hoc celeritatis est. Plures enim se impediunt. ¶ Carcerē.) Vfurpauit. Nam carcer est numero tantum singulari, custodia noxiorem. Carceres vero tatum pluraliter ostia quibus equi arcentur: vnde & carceres, quasi arceres secundum Varronem. ¶ Iugis.) Iugalibus equis. ¶ Vndantia) autē large est vsa. ¶ Consonat.) Ideo consonat propter echo. Nostræ enim vocis est æmula: vnde & Resulant ait.

## DONATVS.

¶ Est procul in pe. sa. spu. cō. Littora.) Ad imaginem ludorū circensium composuit nauale certamen. naues habuit pro quadrigis, pro aurigis vero eos, quorum noia superius cōprehendit, spatium pelagi pro circi spatio, saxum quod secundum naturam suam descriptū est, ad vicem metæ. illud igitur saxum eminet, inquit, quum tranquillum est mare, & marinis auibz statione præbet. quum aut cōmouentur in tumorem, fluctuūditur, & vndis, spumantibus operitur. erat aut positum nō lōge, atq; ita vt de littore videri potuisset. ¶ Hic viridē Æneas frōdētī ex ilice metam cōstituit & c.) Hic, hoc est in hoc saxo, quoniam tranquillitas fuit, & ex vndis apparebat pater, Æneas metam ex ilice frondenti cōstituit. ¶ Vnde reuertī Sirent, & l. v. c. c.) Illi scilicet, qui regerant naues, & ductores earum fuerant, vt noient ab illo signo sibi esse redeundum. ¶ Tum loca sorte legunt.) Vt fieri consuevit in circo. nō est enim idem labor in singulis locis, & inde fors adhibetur, ne sit in ordinatione cōtento, aut humanum iudiciū gratiæ cuiuspiam transducatur. ¶ Ipsiq; in. p. a. Ducto. l. c. o. q. de.) Ipsi ductores, hoc est, qui ad vicem aurigarum fuerant ordinati longe fulgebant auro ignes, & purpura pretiosa, vt qualitate vestitus euidentiū præter cæteros apparerent: ¶ Cætera populea velatur fronde iuuetus. Nuda. q. hu. oleo. p. ni.) Cætera iuuentus. i. nauarum, coronata fuerat populeis frondibus, oleoq; perfusa. quum dicit cetera iuuentus, ostēdit etiam ductores iuuenes fuisse. ¶ Cōfidunt. r. t.) Locis scilicet remigum. ¶ Intenti. c. si. e. q. hau. Corda pauor & c.) Et signū expectabant, quo accepto certamen aggredierentur, & suspēsis aīs fuerāt cogitantes de victoria & laude, quoz euentus fuerat incertus. ¶ Inde (hoc est deinde) vbi clara dedit sonitum tuba & c.) In ardore vincēdi nō more solito remigabant. plurimum illis addiderat desiderium gloriæ, pariter incumbēbat remis, & claris vocibus psonabāt, vq; adeo vt cœlum ipsum ingenti clamore percuterēt, quod ait ferit æthera clamor, hoc vult intelligi vltra ire clamores potuisse, nisi occurrerēt cœlū. ¶ Totāq; dehiscit Cōuulsum. r. r. q. s. t. x.) Translationibus collecta descriptio. lignū q;pe cū infundit dehiscit, & arctatū cuneorum vi remis præcedentibus aperitur, & ager cum aratro appetitur,

Cætera populea velatur fronde iuuentus, Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit. Confidunt transftris, intentaq; brachia remis Intenti expectant signum: exultantiaq; haurit Corda pauor pulsans, laudumq; arrecta cupido. Inde vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes Haud mora profiluere suis, ferit æthera clamor Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis. Infundunt pariter sulcos, totumq; dehiscit Conuulsum remis, rostrisq; stridentibus æquor. Non tam præcipientes, biiugo certamine campum Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus. Non sic immissis aurigæ vndantia lora Concussere iugis, proniq; in verbera pendent. Tum plausu, fremituq; virum, studiisq; fauentum<sup>1</sup> Consonat omne nemus, vocemq; inclusa volutant Littora, pulsati colles clamore resultant.

no clamore fuisset impletum. augebat autem eundem qualitas loci natura conclusi, quæ acceptas fauentium voces reddendo duplicabat.

## ASCENSIVS.

¶ Est procul, & c.) More suo, priusquam rem describat, præmittit descriptionem loci, in quo gereretur certamen nauale: additq; quomodo finibus exiere suis: de qua re & sequentibus, quum in actione, potius quàm in sententijs consistant, pauca afferuntur. à Donato: ea autem sunt hæc. ¶ Intenti.) Expectantes signum. ¶ Exultantia Corda.) Propter solitudinem victorij, quæ erat incerta. Hæc ille. ¶ Ordo est. Saxum. i. scopulus, aut rupe saxea: est procul. s. à littore: in pelago. i. mari, contra littora spumantia. i. ex opposito littorum spumantium: quod, sup saxum, tunditur. i. percutitur: olim. i. aliquando: vndis tumidis. i. inflatis: existens submersum. i. obruptum: illis vndis: tunc. s. vbi. i. quando: Cori. i. venti illi, qui & Cauri dicuntur (nam au, mutatur in o longam) hyberni. i. tempore hyemali, ac pluuioso flantes: condunt. i. abscondunt. s. nubibus, quas producūt sydera ad cœlum: ac stellas: campus, id est planities capax: silet tranquillo, id est quum tranquillitas est: & attollitur, id est editur: vnde immota. i. quado vnda non mouetur: sed tranquillitas est, supereminet illud saxum, habens in medio campum amœnum: existens, statio. i. locus in quo stare & requiescere possunt, mergis gratissima: mergis, id est illis auibz vrinantibus, apriçis. i. apriçantibus, hoc est soli se explicantibus, postquam sese immerferint. Æneas pater. i. princeps totius cœtus: constituit hic. i. in hoc campo, aut saxo: metam, id est terminum nauigationis: viridem: quia ex ilice, id est quercu illa: frondenti signum, id est in signum, aut existentem signum nauatis: vnde, id est à quo signo scirent reuertī: & vbi scirent circumflescere: longos cursus: id est celeres nauigationes in longū ductas: tum, id est deinde: legunt, id est dispersiuntur: loca, scilicet è qbuz exiliant: quia quæ ex directo stabant breviorum excursuum facturæ erant: & ipsi ductores, id est domini nauium: & qui premio cōtendebant, effugent iu puppibus auro longo, id est longe viso: q; pro: & decori, supple sunt: ostro, id est purpura. Cætera iuuentus, scilicet remigatura: vestitur fronde populea: quæ in tutela est Herculis: & nitescit. s. per ramos, visa, aut vestita erat solum in capite. Perfusa humeros nudatos. i. habens humeros nudatos: pfulos oleo. s. contra aquas & sudores, supple. ipsi remiges: cōfidunt. i. simul locum capiunt: transftris. i. in ipsi transftris. i. iugis, per que transitur in supremo nauij: & brachia, supple eorum, sunt intenta remis: & ipsi intēti expectant signum, scilicet quo dato exiliarent: & pauor pulsans, id est titillans: corda exultantia, scilicet no uitate rei, & spe victoriæ: haurit. i. ferit, & concutit timore ignominia: & cupido, id est auiditas laudum, est, supple abrecta, id est attenda. Inde, id est deinde: vbi, id est postquam: tuba clara dedit sonitum, id est signum ineundi certaminis, quod dat sonandor: haud mora. i. nulla fit mora: & supple omnes profiluere, id est pcul saluerunt: è finibus, id est limitibus suis: clamor nauticus ferit. i. pulsat: æthera, id est summum aerum freta: versa lacertis. i. brachijs remigum adductis: spumant. s. ex impetu præcipienti: & ipsi remiges infundunt pariter, id est simul: & vno istu sulcos, id est aquarum fissuras sulcis similes: & totum æquor dehiscit. i.

Virg.

Sf liij

aperit

appetitur, signatur sulcis, & vomeris vias glebis inuersis ostēdit. Igitur aperiebatur mare transitu nauium & remorum icibus crebris. ¶ Nō tā præcipientes biiugo certamine campū Corripuere.) Quia ad circensium vicem exhibebatur nauale certamen cōparationem de circensibus facit. Non, inquit, tanta mobilitate currus equiue aguntur in circo, quā tantibus nauis nauigia perua dabant. quod ait iugis equos, debemus accipere in iugo cōstitutos, non iuga quibus equi necluntur. ¶ Tum. p. f. q. v. s. t. q. s. a. Cōso. o. n. & c.) Finita cōparatione redijt ad rem. populus, inquit, fauoris ratione diuisus cū prostris streperet voce ac plausibus personabat intantum, vt nemus omne disscq

Ordo

aperit se, cōuulsū. i. simul egulsum, remis: & hoc rostris. s. nauim: stridentibus. i. stridorē faciētib: dum aquas ante se iuentas sulcant, & prouunt. (non est legendū. Rostrisq; stridentibus: q; neq; versus staret: stridēs enim, primā p̄ducit, vt. j. huius, Talia iactanti stridēs Aglone, p̄cella. neq; sententia: non. n. conuulsū erat æquor rostris, sicut remis, q; a remi, à latere, aquas cōuellūt: rostra, à parte anteriori, scindunt.) Curus. i. equi currum trahentes, aut ipsi curus tracti: nō corripuere. i. simul rapuerunt vnq; cāpū. i. circum in curuli certamine biuigo. i. dū vt celerius agatur binis iugis, cōrenditur. non dicit, corripuere cāpū: & effusi carcere. i. carceribus is est locus, vbi priuq; emittātur eq; cursuri arcentur: existēs tā p̄cipites. i. veloces, vt, sup. naues antedictę, aurigę cōcussere sic. i. tā vehemēter: lora vndātia. i. valde effusa: aut spumis abundantia: sed melius effusa. i. laxa, & colla fluētia: & hoc iugis. i. sequorum. i. studiosis iugalibus: immissis. s. in cāpū ex carceribus: & nō pendent sic proni. i. inclinati, ad verbera, vt, sup. remiges incūbunt remis. Tum. i. deinde, postq; signum datū est: omne nemus. i. tota sylua vicina, cōsonat plausu & fremitu, virum. i. viroy: & studijs. i. studiosis acclamationibus: fauētum i. fautoy: & littora inclusa. s. inter montis: volutant. i. frequenter euoluunt: vocem. s. acclāmātium: & colles pulsati. s. flu vocum: resulant. i. resultare videntur, & redundare clamore, propter vehementem clamorem quem reslire faciunt.

PIERTVS.

Intentaq; brachia remis Intenti expectant signum. Seruius quidē, & intenta brachia, & intenti iuuenes, agnoscit: neq; tamē idē repetitum, quum diuersā sit significatio, aliter enim brachia, aliter mētem intendimus, ait ille. Sed enim in codicibus aliquot antiquis, legere est, nudataq; brachia remis intenti. Quæ si placeat eloquutio, vbi lectum erit, Cætera populea velatur fronde iuuentus, Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit, suspendant illa duo verba, Consiunt transitis. Inde per continuationem superioris mēbris, Nudataq; brachia remis intenti expectant signū. Priscianus tamen, intenta, agnoscit, cum Seruio, vbi accusatiuo (inquit) inueniri passiuā coniuncta, sed figurate, vt læditur manum, frangitur pedem. Virgilius. Intētaq; brachia remis Intēti expectant signum. atq; hoc alibi repetit, dictumq; asserit, vt, Nuda genu, & lacerum crudeliter ora. Apud quē tamē etiā si, nudata, legas: traditam ab eo regulam, nihil imutabis, quū de modo eloquutionis, non de vocabulo, sit sermo. Vtrobq; autem in verbis Prisciani codicibus, intenta, scriptum est. Cōuulsū remi, rostrisq; stridentibus æquor. Dissimulandum iam quod in antiquis codicibus habetur, cōuulsū. Et, vt Victorinus scribēdum

SERVIVS.

Elabitur. Præcurrit celeriter: vt, Labere nympha polo. Turbā iter fremitūq;. In ipso principio. Discrimine. Interstitio. Et bene variat nūc naues, nūc ductores cōmémoras. Priorē. Inter se, hoc est tertiū. Metāq; tenebāt. Nauiticum verbū. Princeps. (Mōdo ordinis est. Quo tantum mihi.) Vacat mihi: vt solet pleurūq;. Littus ama. Littus est oē quod aqua alluitur. Vnde & laxū littus vocauit. Stringat. Radat: ac si diceret, Hoc volo quod times. Palmula. Extrema pars remi in modū palmæ protēta. Iterū. Hoc verbum & à poēta potest dici, vt, Iterū reuocabat: & à Gya, vt Quō abis iterum: non iterū pete. Inter nauemq;. Que vacat. Exarsit iuueni. Causa pendet ex causa. Horatius, Nō ego hoc ferrem calidus iuuenta consule Planco. Nec lachrymis caruere genę. Nimis irascentum est. Cicero de Verre, Cum irasceretur, lachrymas iterdum vix tenere. Decorisq; sui. Inhonestum est enim

Effugit ante alios, primusq; elabitur vndis  
Turbam inter, fremitūq; Gyas, quē deinde Cloāthus  
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus  
Tarda tenet, post hos æquo discrimine Pristis  
Centaurusq; locum tendunt superare priorem.  
Et nunc Pristis habet, nunc victam præterit ingens  
Centaurus, nunc vnā ambæ, iunctisq; seruntur  
Frontibus, & longæ sulcant vada falsa carinæ.  
Iamq; propinquabant scopulo, metamq; tenebant,  
Quum princeps, medioq; Gyas in gurgite victor  
Rectorem nauis compellat voce Mœneten.  
Quo tm̄ mihi dexter abis? huc dirige cursum, GYAS  
Littus ama, & læuas stringat sine palmula cautes,  
Altum alii teneant. Dixit, sed cœca Mœnetes  
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.  
Quo diuersus abis? (itey) pete saxa Mœnetes, GYAS  
Cū clamore Gyas reuocabat & ecce Cloanthū  
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.  
Ille inter nauemq; Gya, scopulosq; sonantes  
Radit iter læuum interior, subitusq; priorem  
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.  
Tum verō exarsit iuueni dolor ossibus ingens,  
Nec lachrymis caruere genę, segnemq; Mœneten  
Oblitus, decorisq; sui, sociumq; salutis,

bēdum præcipit, conuulsū. Iud' autē diligentius examinandū quod olim, quodq; nostra maxime ætate grāmaticorum omnū ingenia perturbat, rostrisq; stridentibus. In quo variant & ipsi quoq; codices antiqui, totq; tibi offerunt lectiones, vt cui potissimum adhereas, ambigere cogaris. Nam quum post dictionē rostris, q;, particula copulatiua, multorum omnino veterum exemplarium consensu, subsequatur: veriti pleriq; sunt stridentibus, adscribere: quod primam in eo verbo syllabam produci peruersum haberent. Hinc in vetusto quodam codice, rostrisq; sonantibus, scriptū est. Hinc alij, s. in stridentibus, abundare putauerūt, quod omnino pleriq; alijs locis factum deprendi, in Roma præsertim codi. suspicatisq; sunt, tridentibus, legēdum. Alii: ruentibus, adiuuenerē: qua in opinione! literatissimos ætate superiore viros fuisse accepimus. Sed enim lectiones huiusmodi in nullo ex antiquis exemplaribus quę vndiq; cōquisita inspexerim, offendi. In Oblongo illo codice puetusto, quē Pomponij læti delicias fuisse dicunt, rostrisq; rudentibus, legitur: quod improprie dictum videretur. Quum vero bona codicū antiquoꝝ pars, rostrisq; stridentibus, habeat: eamq; lectionē agnoscat Apronianus, nō absurdū forte fuerit dicere pedem insolitum, quippe amphimacrum, vel molossum, potius quarto loco positū, nisi poētā autoritate sua, primā in, strideo, syllabam, quippe quæ ἰστέον sit, vocalis dictione, corrupuisse, quis asserere voluerit, neq; obliterit, quodq; tribus cōsonantibus inherētibus produci debere videat, quum s. inter liquidas quoq; reiecta sit, Capri testimonio: & ab Ethruscis inter eas literas, q; vix pronunciantur habita, licet olim s. q; cuiusdā potestatis, sonosq; suo, et absq; vocaliū adminiculo sonora videretur. Sed quid obsecro magis proprium, q; in eo strepitu primēdo, per eam syllabarum asperitatē, vt vultum nescio quid, præter et rōnem musicam audiatur legere, cōuulsū remis, rostrisq; stridentibus equor. Quāuis neq; quidem ea mihi lectio displiceat, quam probant literati pleriq; viri, rostrisq; tridentibus. Quam lectionem ab academia Neapolitana profectam, indicauit mihi Angelus Colotius, vir apprime literatus. Videtur vero tridentibus dictū à specie rostri, tridentali effigie, cuiusmodi ea est, q; in Agrippæ nummis habetur. Nā in honoribus Agrippæ habitis, nummi etiā cum nauī rostrata, cussi, s. c, quod Virgilius in dyopeo tangit, Tēpora nauali fulgēt Rostrata corona. Mouet mēp̄ terea Valerij Flacci parodia, ita dicentis. Volat immixtis caua pinus habenis, Infunditq; salum, & spūmas vomit ære tridenti. Nec sic immixtis. Veteres aliquot codices manu scripti, legūt, non sic immixtis: vt sit altera periodus. Sed vulgata lectio omnino receptior.

enim irasci, duci p̄sertim. Sociūq; salutis. Possimus itelligere oblitus salutis (sue socii) gubernatorem. Possimus & socium salutis suæ oblitus p̄ socios, præcipitato scilicet gubernatore. Ipse gubernatio. Vt ostenderet nihil esse quod ipse non posset implere. Hor taturq; viros. Aut ipse dicit Celeuma. Nā hortatores dicuntur, aut quia cōsternati fuerūt, p̄dito gubernatore. Clauū. Fustem gubernaculi. Iam se nior madidaq; fluens in veste Mœnetes. Cōtra illud, quia occurbat gubernatorem nauatādi peritum fuisse debere: addidit seniore mē madida. Fluens in veste. Cui vestis fluebat, honeste locutus est: sic Tuuenalis, Et multo stillaret penula nymbo. Riferē natantem. Vnde in ludis voluptas quæritur. Reuomentem. Sēpius vomentem.

DONATVS. Effugit. a. a. p. q. e. v. Turbā inter. f. q. gyas. Nō inter turbā & fremitū effugit, sed dum populus fremit, & certates turbant primū locū tenuit gyas. Quem

¶ Que deinde Cloanthus Co-  
me.r.) Si melior remis cur nõ  
præcessit? Dicit causam ppter  
quam non est factu. ¶ Sed pon-  
dere.p.t.e.) Tuuabatur, inqt,  
remorum meliorem substantiam,  
sed lignorum genere qbus fabri-  
cata fuerat & pðere, tardaba-  
tur. ¶ Post hos.) Hoc est post  
gyam & cloanthu. ¶ Equo di-  
scrimine.) i. vno & pari inter-

In mare præcipitem puppi deturbat ab alta,  
Ipse gubernaculo rector subit, ipse magister,  
Hortaturq; viros, clauumq; ad littora torquet.  
At grauis, vt fundo vix tandem redditus imo est  
Iam senior, madidaq; fluens in veste Menœtes,  
Summa petit scopuli, siccaq; in rupe resedit.  
Illum & labentem Teucris, & risere natantem,  
Et falsos rident reuomentem pectore fluctus.

strare: vt si dicamus, hic mihi  
semper dormit: non enim mi-  
hi plerumquã alijs dormit) abis  
igitur mihi, vel ex more lo-  
quendi, vel in damnum meũ  
tantum, idest intantum: exi-  
stens dexter, idest in dextrum  
tendens: ò Menœte, dirige cur-  
sum huc, idest in hanc partem  
vbi ego sum, qui significat se  
in leua fuisse: vnde posset di-

scio, quo abis mihi, idest à me: hoc est ab ea parte, in quam nauem  
directam velim, ama, idest sequere littus: & sine, idest permitte,  
supp. vt, palmula, idest remulus, formam palmæ in fine habens:  
stringat, idest leuiter contingat: cautes, idest scopulos, quos vi-  
tauit Menœtes, in sinistra extantes, Alij, scilicet gubernatores, ti-  
midi videlicet teneant altum, idest profundum mare, dixit, scilicet  
Gyas: sed Menœtes timens saxa cæca, idest latetia: detorquet  
proram, idest anteriorem partem nauis: ad vndas, idest fluctus  
profundos pelagi: & Gyas reuocabat. i. iterum vocabat: cum cla-  
more, scilicet valido: ò Menœte, quo abis diuersus, scilicet ab ea  
parte in quam tendere volo. iterum, supple dico tibi: sed imperfe-  
ctus sermo trepidanti competit: pete saxa, idest etiam si saxa sint,  
quod addit, ne Menœtes, excusando saxa tempus terat: & ecce. i.  
præter spem, quum talia diceret: ipse. i. Gyas: respicit Cloanthum  
instantem à tergo: & tenentem propiora. i. propiores partes, hoc  
est proxima loca. Ille. i. Cloanthus: radit. i. molliter contingedo  
cautes pertransit: iter leuam. i. sinistram, à quo Menœtes diuer-  
tat: inter nauem Gyæ. i. Chimæram, & scopulos sonantes. i. con-  
cussione aquarum: & præterit subito priorem. i. eum qui fuerat  
prior, videlicet Gyam: & tenet æquora tuta. i. sine saxis: relictis  
metis. i. vnde debent reuerti: & quia nondũ reuersus erat, non  
dum victor erat, licet primus metas pertigerat. Tum vero. i. sed  
tunc maxime: aut tunc ad verum ingens dolor exarsit. i. exan-  
duit: iuueni. i. Gyæ, qui ideo ardior erat: quia iuuenis ossibus. i.  
ad medullas vsq; nec genæ. i. orbes oculorum caruere lachrymis,  
hoc est simul lachrymauit: & ipse oblitus decoris. i. honestatis  
sug: & salutis socium, pro sociorum suorum: deturbat. i. quũ turba  
deicit, Menœtem seque ab alta puppi, præcipitem in mare. Ipse. i.  
Gyas: subit gubernaculo. i. ad gubernaculo: existens rector. i. fungens  
officio gubernatoris, quẽ deturbauerat: & ipse. i. simul subit gu-  
bernaculo, existens magister. i. princeps & gubernator: & hortatur  
viros. i. viriliter remigates: & torquet clauum. i. gubernaculum:  
ad littora. i. quæ Menœtes vitauerat. At. i. sed: Menœtes grauis:  
quia iam senior & fluens in veste madida: vt. i. postq; redditus est:  
tandẽ. i. postq; diutius fuerat sub aquis, supp. à fundo imo: idest  
emerferat à fundo: ipse petit. i. conscendit, summa scopuli, erat  
enim prope scopulum quẽ vitauerat: & resedit in rupe sicca: Teu-  
cri risere. i. prius illum: & i. simul labentem: quia sciebat peritum  
esse, nec submergi posse: & natatẽ. i. quum natatẽ ad scopulum:  
& rident. i. iam reuomentem. i. frequenter vomentem: fluctus fal-  
sos. i. aquas marinas.

## ASCENSIVS.

¶ Effugit ante alios, &c.) Vt lectorem, auditorumq; varietate  
euetorum recreet, docet varia vfos fortuna in nauali certamine,  
nam qui primas partes in principio obtinuit notissimas, vix na-  
tus est: vnde Donati nihil habemus. ¶ Ordo autem est. Gyas. i.  
nauis ipsius Gyæ: videlicet Chimæra: effugit ante alios, idest an-  
te alias nauis: & elabitur, idest celeriter percurrat: primis vndis,  
idest per primas vndas, inter turbam & fremtum, quem Cloan-  
thus consequitur: deinde, idest proximo loco: existens melior,  
idest peritior: remis, idest arte remigandi: sed pinus, idest nauis  
ex pinu facta, videlicet Scylla: tarda, idest tardata: pondere, idest  
mole & magnitudine: tenet, idest immoratur: ipsum Pistris, idest  
nauis Mnesthei: & Centaurus, idest nauis Sergesti: tendunt, idest  
contendunt, post hos, scilicet prædictos Gyam & Cloanthum:  
æquo discrimine, idest equali distantia: superare locum priorem,  
idest à prioribus occupatum: & Pistris abit, idest præit (quia de-  
relinquit post Centaurum.) nunc, idest aliquando: & centaurus  
ingens, idest valde magna: præterit nunc, scilicet Pistrin: victam. i.  
superatam, & posthabitam: & ambæ feruntur: nũc, idest aliquan-  
do: vna, idest pariter: & frontibus, idest rostris, aut proris: iunctis  
& carina longæ sulcant, idest fundunt: vasa falsa, idest aquas ma-  
rinas: & ipsi propinquat iam scopulo, idest saxo, vbi Æneas me-  
tam constituerat, & ipsi tenebat metam, scilicet ferẽ, quum Gyas  
princeps, idest principium tenens: & victor in medio gyrante  
compellat voce, scilicet vehementi Menœtem rectorem, idest gu-  
bernatorem nauis, quo abis mihi, idest in damnum meũ (& ita,  
vt Landinus sentit, mihi non vacat. Valla tamen argute sentit, da-  
tios pronominales sæpe ad nullum referri, nullumq; demon-  
strare:

## PIERIVS.

¶ Primusq; elabitur vndis.) In Romano codice, in Logobardi  
co, in Mediceo, & aliquot alijs, legere est, primis: vt sit, primis  
vndis. ¶ Et nunc Pistris abit.) In antiquioribus codicibus legere  
est, Et nunc Pistris habet. Sed quanuis Pistrin, vt paulo ante dice-  
bamus παρα τῷ πρίστῳ dictam velint: nihil me moueri vtrũ r,  
prima, an secunda syllaba colloccet, quum multa huiusmodi ex  
metathesi, tam apud Græcos, q̃ apud Latinos enunciari soleant.  
Quod vero, habet, legitur, ideo placet, quod intelligitur de prio-  
re loco quẽ ambo superare cõtebant. Sicui tamen, abit, magis  
placeat, illi sit integrũ suo iure legere, Eam nare lectionem, ego ra-  
ro in his codic. antiquis obseruaui, nisi subditiã, priore abra-  
lectione, quæ, scilicet habet, erat. Non præteribo autẽ esse veteres  
cod. in quibus supra verbum, habet, adscriptũ sit loco paraphra-  
sis, victoriã. ¶ Et longæ sulcant vada falsa carinae.) In Romano  
codice legere est, Et longa sulcant vada falsa carina. neq; obstat,  
quod duo sint, quum subintelligi possit, vnusquisq; sua. In Medi-  
ceo quidẽ, carina, prius fuerat: sed aliena manu & atramẽto, cari-  
na, factũ est. ibidẽ, longæ, absq; diphthongo. vt aduerbiũ videatur,  
quãquã ea in alijs quoq; nominibus desyntheratur. ¶ Quum prin-  
ceps.) In antiquis aliquot codicibus scriptũ est, tum. ¶ Huc dirige  
cursum.) Vulgata quidem exemplaria, cursum, habet. Sed in Ro-  
mano & plerisq; alijs, vno exẽplo legas, gressum. De nauigatiõe  
tũ, cursum potius dici passim obserues. ¶ Littus ama & leuas.)

In Longobardico legere est, litus amet, leuas: non quod vtrūq; de palmula dicatur; nam qui sensus in palmula vt amare possit, nisi figurate dicatur? Sed qa, am'et, per apostrophen vna elisa vo cali scriptū fuerit in antiquis. Quam scriptiois rationē, aliquot veterū inscriptionibus, quæ adhuc in marmoribus restant, alibi comprobauimus. Et quia forte dicerēt aliqui apostrophen apud Latinos in vno tantū verbo, est, fieri solitā, inuenimus hor'unc, pro horū hūc. In antiquissimo monumēto ad diui Bartholomei pontē, qui iungit insulam Æsculapij, Ianiculū versus, ita luculentissimo scriptū in enariolo, GNATOS DVOS CREAUIT HOR' VNC ALTERVM. Libi enim, u, & m, literæ, vna cum adspiratio/nis nota, elisē sunt, nisi quis maluerit, horunc' pro horūce, positū: vt ex hocce, hocce: demū hoc', de quo superius disputatū eo loco, Hoc' erat alma parens. Cum clamore Gyas reuocabat, & ecce Gloantū Respicit.) Multi expungūt, & quod in antiquis codi-

cibus particulam eam adserant non inueniri: id qua ratioe suffi-  
ciant, viderint. Ego sane & in Vaticanæ bibliothecæ codicibus, & in plerisq; alijs, qui mihi præ manibus fuerunt, passim, & ipsum notatum animaduerti: quare pro ijs, qui trochæum quarto loco statuere in hoc versu volunt, nihil habeo certi, quod ex antiquis codicibus afferre possim. Subitusq; priorem præterit.) In Mea diceo, & antiquis aliquot alijs codicibus, subito, legitur. Sicuti magis nomen faciat satis, integrum vicuicūq; est, quam maluerit lectionē eligere. Puppī deturbat ab alta.) In antiquis aliquot codicibus, detraxit: venustate, & proprietate haud quaquā pari. Est & in, deturbat, subitarius impetus. Redditus imo est.) In nonnullis codicibus antiquis, est, verbum desiderat. In aliquot alijs per apostrophen scriptū inuenias, im' est. Sed hæc quoniam ætas nostra videtur abhorrire, quāuis ita sepe in codicibus antiquis scripta repetero, pluribus tamen locis, ne cuiquam fastidio sim, consulto dissimulabo.

SERVIVS.

(Morantem.) Imperitia gubernantis. Æmula pristis.) Eiusdem rei studiosa. Vt, Illo æmulo atq; imitatore studio sum meoz. Cicero in Cæsariis. Aliās inimicum significat. Infurgite.) Ecōtra Lucanus, Atq; in sinistra cadunt, & remis. Hecorei.) Aut fortissimi: aut re vera quondā Hecorei socij. Getulis.) Africanis. à parte totum. Nam Getulia mediterranea est. Syrtis vero iuxta Libyam sunt. sic de Syrtib⁹ Horatius, Vbi Maura semper æluat vnda. Fuisse aut Troianos in Syrtibus ille indicat locus, In breuia & Syrtis vt get, miserabile visu. Ionio.) Quando iuxta Carybdim nauigauerunt. Maleæq;.) Malea promōtorium est Laconicæ puñcia: unde sunt sequaces, id est persecutrices: vt, Cæpreq; sequaces Illuduit. Pri ma.) Quasi que soleo. Mnestheus.) Ille semper victor. Hoc vincite.) Loco victoriæ sit ultimos non redire. Ne fas.) mō opprobriū. Ærea.) Fortis: vt, Et iunelos temo trahat æreus orbes. Nam puppis ærea non est, sed prora. Subtrahiturq; solū.) Vnicuiq; rei quod subiacet solum est ei cui subiacet, vnde est solum nauis mare; & aer, autium. & est verbum cuius perlucida significatio semper inuenit. Riuis.) More riuorum: ac si riuatim diceret. Furēs animi.) Figurate dixit: vt, Præstans animi iuuenis. Interior.) Sinisterior. Cicero, Quæ oia intercanere dicebant. Sallustius, Igitur introrsus priā Asiæ Bithynia est. Iniquo.) angusto: vt, Syluis insedit iniquis. Procurventibus.) Præminentibus, & veluti obuiā venientibus. Murice.) Saxi acumē emines per tranquillitatem. Moratur.) Id est retro agūt. Legūt.) Alij prætereunt: sed melius legūt, id est colligūt. Nam sequitur, Et fractis discentem currere remis. Prona.) Vicina littoribus, vnde altum, est lōge positū. Colūba.) Vbiq; de his domesticis colūbas Virgilius dicit. Persius vero ait, Teneroq; colūbo Es similis. Nā agreles, palumbes vocatur. Exterrita pennis.) Pénarum concussione terrorē significans: vt,

Hic læta extremis spes est accensa duobus,  
Sergesto, Mnestheoq; Gyan superare morantem.  
Sergestus capit ante locum, scopuloq; propinquat,  
Nec tota ramentum ille prior præeunte carina,  
Parte prior, partem rostro premit æmula Pristis.  
At media socios incedens naue per ipsos  
Hortat Mnestheus. Nūc nūc infurgite remis MNE.  
Hecorei socij Troiæ, quos sorte suprema  
Delegi comites, nunc illas promite vires,  
Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus vsi,  
Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus vndis.  
Non iam prima peto Mnestheus, neq; vincere certo  
(Quāquā o) sed superent, quibus hoc Neptune dedisti,  
Extremos pudeat rediisse: hoc vincite ciues  
Et prohibete nefas. Olli certamine summo POE.  
Procumbunt, vastis tremittibus ærea puppis,  
Subtrahiturq; solum. tum creber anhelitus artus  
Aridaq; ora quatit, sudor fluit vndiq; riuus.  
Attulit ipse viris optatum casus honorem.  
Nanq; furens animi, dum proram ad saxa suburget  
Interior: spatioq; subit Sergestus iniquo,  
Infelix saxi in procurentibus hesit.  
Concussæ cautes, & acuto in murice remi  
Obnixi crepuere, illisaq; prora pependit.  
Consurunt nauræ, & magno clamore morantur,  
Ferratasq; fudes, & acuta cuspide contos  
Expediunt, fractosq; legunt in gurgite remos.  
At lætus Mnestheus, successuq; acrior ipso  
Agmine remorum celeri, ventisq; vocatis  
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.  
Qualis spelunca subito commota cumba,  
Cui domus, & dulces latebrosi in pumice nidi,  
Fertur in arua volans, plausumq; exterrita pennis  
Dat tecto ingentem, mox aere lapsa quieto  
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas:  
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis  
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.  
Et primum in scopulo luctantem deserit alto  
Sergestum, breuib⁹q; vadis, frustra q; vocantem  
Auxilia, & fractis discentem currere remis.  
Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole Chimæram  
Consequitur, cedit, quoniam spoliata magistro est.

Timuitq; exterrita pennis ales.  
Nō. n. timet pennis: sed indicat timorē. Radit.) Secat purū aerē. Frustra.) Quis. n. ei relicta victoria subueniret?

DONATVS.

Hic læta ex. se. ac. du. &c.) Duobus postrems spes accessit ex casu gyæ, quoniam eius mora poterat prodesse sequentibus, vt superiores efficerent. Sergestus. ca. a. l. s. q. p. & c.) Propinquabat, inquit, scopulo sergestus, sic tñ, vt non tota nauis esset libera, pars quippe eius videbat pterisse, p; vero apprimē posterioris rostro, gmulā p̄stam dixit, q̄ transire cōtēderet. At media. s. n. p. i. Ho. m.) Mnestheus q̄ videtur modico labore cōpleri posse victoriā, aut modica tarditate iterire, icēdēs p̄ mediā nauim i. inter oēs remigēs discurrens hortabat vniuersos ad gloriā perficiendam. Nūc nūc. i. b. so. & c.) Admonebat eos p̄ter te virtutis eoz fortia facta cōmemoras ac repetēs sape, qd̄ quater ait nūc, & id ipsum saepe cōmēdauit, hoc significat, q̄ oīs gloria iteritūra eēt, si il lud tps, si occasio p̄sens laboretur è manibus. Nūc, inq; nūc infurgite, ad est tps, quo fortia virtutis vestre & gesta superioris tps comprobētis nūc illis animis nūc viribus opus est, q̄b⁹ vsi estis, cū Hecorei essetis sociati virtutibus, q̄ multa mala & ingētia supastis, quos ego post vltimā p̄rie sorte commites delegi. pōt & sic intelligi, Hecorei socij, vt tales eos viderat dixisse, q̄lis hecōr fuisse q̄si singuli singulos Hecores facere potuissent. deniq; addidit & delegi, vt ostenderet, ex plurimis bonis electos esse meliores. recte eos admonet p̄terite virtutis, vt exēplis suis erigatur, potiusq; factis puocentur alienis. Ordinatur sensus sic. Nunc nunc infurgite remis socij, vt Hecorei laudis loco

positum videant, non quomodo aliqui socij fuerant Hecorei vsq; eo locus est, quos ita ab exemplo virtutis Hecoreæ laudaret vt addiderit quos mihi defectos adiūxi post patrię nostrę vltimū factū. & quoz pbauit virtutē plurimis in locis, imitami vos, vt qd̄ i man' dedit fortuna cōpleamus. Quāq; o. s. l. q. h. n. d. Ex. p. e.)

Et cetera tenuerint loca melioris cursus, quibus Neptunus suffragium ferre voluisset, victoria genus est, non redisse postremum. Hoc vi. c. & pr. ne.) Si primum locum tenere nequitis, secundum saltem perdere non debetis. superada sunt extrema ludibria, & vitium pudoris detrimentum, ante nouissimum saltē venire debemus, qui non valuimus prouenire victorem qui socios suos cum magna laude dicebat Hectoreos, magna arte excusauit à culpa non retenti primi loci. quoniam hunc Neptunum asseruit inuidisse, quoniam in regnis suis, cui voluit, fauuit. ecce & victori praecepit gloriam, quia non sua virtute, sed alieno adiutus auxilio loca prima possederat. Olli. c. su. pr. v. i. a. p.) Quatum valuerint hortamenta deferuntur. Illi. n. non incassum auditis, quae dicta sunt, dederit labori operam intantum vt nauis ipsa nixibus fortissimis contemiseret. graenam nauem dixit, aere adornatam & communitam. Subtrahiturque solum.) Sic intenti plenis studiis remis incumbant, vt nihil praeter se & nauim viderent, ceterum prolixitas saxi cernebatur ex littore, & e saxo apparebat soliditas. Tunc creber. an. ar. A. q. o. qua. su. v. ri.) Remigum laborem accidentibus contrariis expressit. os, inquit, habebat siccum, ex eorum vero corporibus fluebant sudores riuus, quasi ex interiore corporis parte humor omnium, qui per ora omnium soleret mitti, per sudoris fluxum videretur effundi ad virtutis ingenitum robur. ecce quatum in rebus hortamenta proficiunt. Attulit ipse. v. o. c. h.) Faciebant quidem, quod vincendi cupiditas exigebat, sed illis ad effectum plus contigit. Namque furere animi. Dicendo ac premittendo, furere animi, aliquid iste inconsiderate reperitur fecisse. Dum prora ad saxum. Interior, & c.) Dum inter saxum & nauim sergestus transire contendit, non vidit saxa procurrētia, & his inhæsit, procurrētia saxa sunt, quae lateerunt à radicibus eminentis saxi in mare tenduntur. hæc ille vt pote furere videre non potuit, & vt dictum est hæsit. Cōcussæ cautes.) Tantis nauis impetus incautus remigibus fuit, vt percussæ cautes interuenissent. Et acuto in. m. re. Ob. cr.) Cum obnixi remis lucantibus tenderent impulsam nauim, meritoque non cedebat saxi, creperunt remi. Illifasque. p. p.) Prora hoc est. prima pars nauis saxum ascendit cetera parte suspensa. Coniungunt nauem. & m. cl. mo.) Dum clamant, fecerunt moras nauim liberandæ. Ferratasque. su. & acu. cu. c. Expediunt, & c.) Non idem omnia faciebant, namque alij expediabant contos liberationi nauis necessarios, & sudores, hoc est, quibus inhærens saxo includi nauigium, & retrorsum reuocari potuissent. alij legebant remorum fragmenta, verbo nautico (vt plurimis locis) vsus est. nam legere dicunt colligere, vel aliqua loca nauigando transire, vela legunt socii. item littoraque epiro legimus. At lætus Mnestheus. f. q. a. i.) Lætus fuit Mnestheus quod optata tenuisset, & inde magis gauserat sibi fauise fortunam. successus autem ipse non veniebat nisi ex malis alienis. Prona petit. m. & p. de. a.) Prona maria, inquit, quasi non ipsa essent, per quae transierant, aut possit fieri, vt sint maria deuexa. non hoc sensit, sed facilitatem reditus voluit demonstrare. Pronum enim dicimus quicquid difficultatem non habet, & arduum quicquid difficulter superatur. Qualis spelunca. f. c. c.) Celeritate feliciter currentis nauis recte volatui columbae comparauit, tunc n. acrius volat, quum ad naturalem mobilitatem aliqui ei pauor accedit. hac completa comparatione redit ad rem. Et primum in scopulo lucantem deserit alto Sergestum.) Tanta est subtilitas recedentis à descriptione, & post parabolam redeuntis, vt si subtrahas parabolam tunc inuenias carminis textum. denique ante dixit. At lætus Mnestheus, successusque acrior ipso Agmine remorum celeri ventisque vocatis Prona petit maria, & pelago procurrit reperto. etiam post parabolam iunxit, quae describebat. Et primum in scopulo lucantem deserit alto Sergestum, breuibusque vadis, frustra que vocantem Auxilia. deseruit constitutum in saxo, deseruit constitutum in vadis, deseruit frustra vocantem auxilia, quia volebat vincere, quia poterat subuenire. iccirco frustra ad auxilium ferendum vocabatur. Plus enim sibi auxiliari debuit, quam alteri. Et fractus di. cur. r.) Huc quoque pertinet, deserit. nam deseruit sergestum lucantem in saxo, quoniam nauem tenaciter retinebat, & meditantem ex necessitate rem nouam, vt nauis eius sine remorum adminiculis curreret. Inde gyan, ipsamque. i. m. c. Cōsequit. c. q. sp. magistro est.) Et factus explicauit, & facti causam. Cedit, inquit, gyan, quia chimera nauis eius magistrum non habebat, praeterit igitur vnum saxi in fixum, alterum vero, quia magistrum non habuit. supererat solus cloanthus. hunc petebat sperans, quod et ipsum transire posset. denique ait.

## ASCENSIVS.

Hic læta extremis, & c.) Docet reliquorum conatus: & (vt dixi) varium euentum: simulque in gratulationem domus Sergiae

egregios animos, facinusque virile Sergesti commemorat: qui tamē infelici fortuna vsus, nauem fregit: quare ipse cepit Mnestheus tam grandem: vt qui vltimus erat, primus euasisset, nisi Cloanthus diuina ope fretus, partam gloriam protexisset. De qua re quum nihil allatum sit ex Donato, Ordo est. Hic. i. hoc loco, aut ex hoc euentu: spes læta. i. lætificas, est accensa duobus extremis. f. Sergesto, & Mnestheo, videlicet superare Gyan: morantem. i. moram trahentem: quia gubernatorem amiserat. Sergestus capit locum ante, scilicet que Mnestheus: & propinquat scopulo. f. vbi meta erat constituta: nec tamē ille. f. Sergestus, erat prior tota carina: praeeunte. i. tota nauis: sed prior erat parte. f. nauis suae: & Pistris, nauis Mnesthei emula, idest insequutrix: praemit rostro. i. anteriore parte sua, hoc est prora ferrata: partem. f. centauri, quae nauis erat Sergesti. At. i. fed: Mnestheus incedens. i. ingrediens per ipsos socios, in media naue hortatur. f. his verbis. o socij Hectorei, idest fortes, qualis Hector: aut, qui aliquando Hectorei socij fuistis: quos ego delegeti, idest de multis legi comites. f. huius profectiois: in extrema sorte Troiae, idest in ipsa ruina, & euersione Troiae: insurgite nunc nunc. i. maxime nunc remis: promite, idest proferte nunc illas vires: & illos, sup. animos, nunc quibus vsi, supple. estis in Syrtibus Gætulis, idest Gætulicis. vt in. j. visum est: & in mari Ionio: quado. f. iuxta Charybdim nauigaret: vt in. ij. recitatum est. & in vndis Maleae, illius promontorij Laconiae prouinciae: sequacibus. i. persequutricibus, ego Mnestheus. i. quauis Mnestheus, hoc est qui primas parteis obtinere soleo, tamē non peto iam primam idest primas parteis: neque certo. i. cōtendo: vincere, idest superare: quaque. o. idest vtinam, id mihi datum sit: aut quanquam, o quam gloriosum, foret in hoc certamine superasse: sed o Neptune, sit peret, supple. illi, quibus tu dedisti hoc. i. qui non tua virtute, sed tuo numine freti, nunc superant. Pudeat, sup. saltem vos reddisse extremos, o ciues, vincite & prohibete hoc nefas, idest pro victoria obtinete. ne. f. redeamus extremi: & prohibete tantum dedecoris à nobis. Olli, illi tunc: procurrētia, idest toto peccatore incumbant remis: summo certamine, idest conatu: quasi cōcertant de laude inter se, puppis aerea. i. fortis, aut arata: tremis valis, idest valde amplis ictibus: & solum. i. sustēta culum eius, hoc est aqua, subtrahitur. f. impulsu remorum: tum. i. insuper: anhelitus. f. remigum: crebro. i. crebro emissus: quatit artus, & ora arida: & sudor fluit vndique. i. ab omni parte: riuus. i. per riuos, aut in morē riuorum. Ipse casus. i. euentus: attulit viris. i. viriliter remigantibus: honorem optatum. f. ut extremi non essent: nam dum Sergestus furere animi, idest faciens animum, quasi furere: unde honestus dixit, que si dixisset, furere animo suburget. i. ab interiore urget, exiens interiore: proram ad saxa. f. a Menoete uitata, & a Cloantho feliciter pertrāsita: & subit spatio iniquo, idest non satis magno: p. captu cetauri: ipse infelix hæsit. i. mansit, hærens in saxi procurrentibus. i. prominētibus, aut procul cōcurrere uisus. Cautes cōcussæ sunt: supple. à remis & nauis: & remis obnixi. i. obnitētes, ut seruent nauim crepuere. i. fragorem dedere: in murice, & saxi acumine: acuto. i. aspero: & prora illisa. i. partim læsa: pependit. f. ad scopulos: nauis, idest nauium impulsores: conserunt, idest simul contendunt, nauem suspensam amouere conantes: & morantur. i. moram trahunt, supple. cum clamore magno, & suo quo se mutuo cohortantur & spectantium: & expediunt, idest expedite inijciunt: trudes ferratas. i. perticas ferro munitas, quibus naues detrudere solent: & contos, idest baculos oblongos, quibus profunditatem percontari solent: cuspidē acuta, idest habentes cuspidem acutam: & legunt, idest colligunt, in gurgite remos, fractos, scilicet ad scopulum: at, idest sed: Mnestheus lætus, quod per infortunium Sergesti eum praeteriret: & acrior, supple. effectus, ipso successu, idest quia bene successit: petit, idest trāsuiolat: celeri agmine. i. ipsu remorum: & uētis uocatis. i. optatis: maria. p. na. i. defluta & inclinata: & decurrit. f. deorsum currit pelago aperto. i. patenti, sine obstaculo. Dat exēplū, dicens, Qualis. i. qualiter colūba cōmotā. i. deturbatā: spelunca. f. sua. i. de cauerna sua: subito. i. ex improuiso: cui. f. columbae: domus, sup. est: & nidi dulces, propter pullos, sup. sunt: in punice latebroso. i. lapide caernoso: fertur. f. e spelunca: Volas in arua: & ipsa exterrita tecto. i. euolas ex tecto, propter terrorem: dat ingentem plausum pennis. i. alis suis: & ipsa mox. i. paulo post: lapsa. i. deuolans: aere quieto. i. non concitato: radit. i. molliter fecat: iter liquidum. i. aereum: neque commouet alas celeres: sed equatis & immotis alis descendit. Sic. i. talis: Mnestheus, sup. volat: & Pistris vltima. i. quae fuerat vltima, fecat sic aquora: & ipse impetus fert, sic ipsam volantem: & deserit primum Sergestum, lucantem in alto scopulo: & vadis breuibus. f. inter scopulos: nam impulsu induxerat nauē, vnde quietam reducere nequebat: &

# ÆNEIDOS.

bat: & vocantem frustra, i. incassum: auxilia forte deorum, quia stultum fuisset à cōcertantibus auxilium petere; & discentē cur-  
rere remis fractis, inde. i. deinde: conlequitur Gyam, & Chymæ-  
tam, nauem. f. Gyæ: ingenti mole. i. habentem ingentem molem:  
& sup. Chymæra: cedit. f. Mnestheo, ac Pistri: quia spoliata est ma-  
gistro. i. gubernatore. f. Menece.

## PIERIVS.

(Sergesto, Mnestheoq; Gyâsuperare.) In cod. aliquot antiq; Mnesthei, legitur: vt in Georgicis, Inferias Orphei. Ea; est recta declinatio, quâ Mnestheo per synizesin legi posse nō negarim. Nec tota tñ ille prior præeunte carina.) Nonnulli eo syllabarū similitum cōkursu offensi, qui apparet in tota tñ, neq; non aliqua omnino asperitate, quæ resultat ex cōtinuatione dictionū itidem duarum prior præeunte. Versum in vocaliorem quandā musicam redegere. Itaq; in antiquis pleriq; codicibus, versus hoc legitur ordine dictionum, Nec tñ ille prior tota præeunte carina. Sed vt cūq; isti auribus ita suis adblandiatur, nihil est in lectioe peruul-  
gata, quod me vel tantillū offendat. f. Partē rostro præmit.) In codicibus aliquot antiq; partim, legitur: nescio an mutatione ea familiari ex e, in i, ad aduerbium esse voluerint: mihi sane magis placet, partē, nomen. f. Neq; vincere certo. Quamquā, o.) In antiq; pleriq; codi. imperite, inepetq; abrafa est castior lectio. f. Quā, quā o: & eius loco repositum, Quenquā: vt ab eo pendeat, vince-  
re certo, quod valde absurdū est, suos tñ habet amatores. f. Area puppis.) In Romano codi. puppes, per es, nominatiuo casu, nu-  
meri

## SERVIUS.

(Ipso superest in fine.) Vt spa-  
tia & si plura super sint, tran-  
seat elapsus prior. f. Proprium  
decus.) Quasi iam partam vt  
floriam & honorem ni tenent  
indignantur. f. Successus.) Fe-  
licitas. f. Possunt, quia posse  
videntur.) Sperabant victo-  
riam opinione spectantium:  
vt, Cunctiq; sequentes Insti-  
gat studijs. f. Palmas vtraq;.)  
Diximus supra antiquum hoc  
esse. Carpinus tamen dicit  
(qui de elocutionibus scri-  
psit) per naturam vitiosam eē  
hac elocutione: & siue vtraq;  
palmam, siue vtraq; palmas  
dixerimus, esse in aliquo vsur-  
pationem, Imperium pelagi.)  
In pelago: vt, Dij quibus  
imperium est animarum. f. Le-  
tus.) Victor: à præcedēti quod  
sequitur. f. Ante aras.) De qui-  
bus paulo post, Pars spo-  
liant aras. f. Voti reus.) Debi-  
tor. Vnde vota soluentes, di-  
cimus absolutos. Vñ est, Dam-  
nabis tu quoque votis. quasi  
reos facies. f. Proiciam.) Ex-  
tra proiciuntur in fluctus. Ni-  
si forte dicamus & fluctibus  
offerri. quod si est, porriciam  
legēdum est, id est porro iacia.  
f. Phorcis.) Latine hic Phor-  
cus huius Phorci dicimus: nā  
apud nos, Græca huius nomi-  
nis non est declinatio. Est au-  
tem deus marinus. f. Pano-  
pæaq; virgo.) Vna de Nereidi-  
bus: quam ideo separatim dix-  
it, vt illas non virgines intel-  
ligamus. f. Portunus.) De ma-  
rinus qui portubus præest. f. Et  
bene Impulit eum ipse iam vicinum portui. Nota est aut fabula.  
Athamas post furorē à Iunone immisum, quū occiso Learcho  
Melicertam alterū filium cū vxore sua persequeretur, & se illi in  
mare præcipitasset, voluntate numinū in deos versi sunt: Meli-  
certa in Portunū, qui Græce Palæmon dicitur: Ino in matrē Ma-  
tytam, quæ Græce dicitur Leucothea. f. Portu se condidit alto.)  
Id est

Solus iamq; ipso superest in fine Cloanthus,  
Quem petit, & summis adnixus viribus vrget.  
Tum verò ingeminat clamor, cunctiq; sequentem  
Instigant studijs, resonat clamoribus æther.  
Hi proprium decus, & partum indignantur honorem  
Ni teneant, vitamq; volunt pro laude pacisci.  
Hos successus alit, possunt, quia posse videntur,  
Et fors equatis cepissent premia rostris,  
Ni palmas ponto tendens vtraq; Cloanthus,  
Fudissetq; preces, diuosq; in vota vocasset.  
Dij quibus imperiū pelagi, quorū equora curro. CLO.  
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum  
Constituam ante aras voti reus, extaq; salfos  
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.  
Dixit, eumq; imis sub fluctibus audiit omnis POE.  
Nereidum, Phorcisq; chorus, Panopeaq; virgo,  
Et pater ipse manu magna Portunus euntem  
Impulit, illa Noto citius, volueriq; sagitta  
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.  
Tum fatus Anchisa, cunctis ex more vocatis,  
Victorem magna præconis voce Cloanthum  
Declarat, viridiq; aduelat tempora lauro.  
Muneraq; in naueis, ternos aptare iuuenos,  
Vinaq; & argenti magnum dat ferre talentum.  
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores,  
Victori chlamyden auratam, quam plurima circum  
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit,  
Intextusq; puer frondosa regius Ida  
Veloces iaculo ceruos, cursuq; fatigat,  
Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida  
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.  
Longæui palmas nequidq; ad sydera tendunt  
Custodes, sæuitq; canum latratus in auras.

meri singularis, habetur. Eamq; veram esse lectionem ex Valeri  
Probi præceptione conijcimus, q; vocabulū hoc nominatiuum in es,  
mittere offēdit: dū ait, puppes, valles, rupes, vulpes, aspes, noiati-  
uo singulari proferri. At nunc vix vnū, aut alterum ex his promi-  
ciari per es, videas. Tot ea fuerunt quæ gramatici iuniores, vsu-  
ue sequuti nescio, an abusum immutarunt. f. Nanq; furēs animi  
dum prorā ad saxa suburget.) In codicibus aliquot antiq; legere  
est, Nanq; furēs animis. Sed enim Arufianus Messus, furēs ani-  
mi, casu quippe genitiuo, elocutionis modū, loco hoc agnosce-  
quāq; Virgilius alibi, furēs animis, dixerit: vt eo loco, Ecce fur-  
rens animis aderat Tiryntius. Est &, suburguet, per u, post q, At-  
tiano more, in antiquis pleriq; cod. Sed Attium, Velius Longus  
authorē appellat vitiosum. f. Ferratasq; sudes.) In Mediceo, &  
antiq; aliquot alijs exemplaribus, trudes, legitur. Sūt vero, trudes,  
conti, præacuta cuspidē, quibus repellitur & naues: & alia, a tru-  
dendo dicti. Neq; vero timendum syllabæ, quum tam multa re-  
periantur, quæ deriuata à longis, breuia tamen ipsa sint, vt dicit  
à duco: ita dicax, lucerna, sopor fragilis, coma, & huiusmodi alia  
pleraq;. f. Dat tecto ingentē.) In codicibus aliquot manu scriptis  
plausumq; exterrita pennis, dat tergo ingentem, legitur. Sed, ter-  
cto, omnino melius. f. Et primum in scopulo luctantem.) In co-  
di. aliquot antiquis, at: in alijs, ac: sed, hoc, melius: nisi, & malus-  
ris. f. Spoliata magistro est.) Et hoc quoq; per apostrophen scri-  
ptum in antiquis aliquot exemplaribus hoc modo, magist' est:  
de qua scribendi ratione exempla veterum alibi recitauimus.

Id est, vsq; ad interiora peruo-  
nit. f. Ex more.) Ludorum, si  
licet per præconem. f. Victo-  
rē.) Primum subaudis. Nam  
& illi duo victores sunt Scy-  
psi: vnde paulo post, Quæ mo-  
nauali Mnesthesus certamine  
victor Consequitur. f. Dat les-  
re.) Græcū est duo verba con-  
iungere: vt paulo post Donat  
habere viro. sed hoc datur poe-  
tis. f. Magnū talentū.) Vt dixi-  
mus, quiddam breuē: sed ma-  
gnū dixit cōparatiuē alterius.  
f. Circum.) i. in parte extrema  
vt diximus. f. Meandro dupli-  
ci.) Flexuoso. & hoc dicit, Erat  
in chlamyde flexuosa & in-  
remeabilis purpura in modū  
Mæandri fluminis Carie: pu-  
uincia. f. Melibœa.) Pro Meli-  
bœensis. Est aut ciuitas Thes-  
saliæ Melibœa. f. Regius.) Troj-  
regis Phrygiæ filius. f. Fau-  
gat.) Laus picture, quasi gerat  
& nō gerere videatur. f. Præ-  
pes.) Mō volans. f. Sublimē.)  
Id est in altū. f. Palmas ad sy-  
dera tollunt.) Aut mirantes:  
aut increpantes deos.

## DONATVS.

(Solutus iamq; i. in sicloant-  
thus, &c.) In desperatione se-  
queris victoria fuit, quoniam  
consumpta pelagi spatia fue-  
rant, & transire volentibus pu-  
litas fuerat necessaria, i qua  
remigū virtus proficere potuis-  
set. non defuit tñ instantia, vt  
opponeretur per indultum  
quod arctatū er angustis pu-  
negabat. f. Tū vero. i. c. c. q. i.  
Instigant. st. &c.) Conati tran-  
sire magis fauebat spectanti-  
bus

turba, quia posse videbatur. tantus autē fragor fuit, vt ipso githo-  
re percusso resonaret vox populi. ergo hoc studio spectantes du-  
cebantur. videamus nunc quemadmodū certantium facta deici-  
bat. f. Hi propriū decus, & p. in. h. &c.) Qui locum p̄m̄ tenebat,  
hunc ne amitterent, laborabant. ea; ducebantur gloria, vt hanc  
saluti suæ præsumerent præponendam. f. Hos successus. a. post q.  
p. v. i.

po. vi.) Alterius nauis viros, qui primū locum pręripere niteban-  
tur, erigebat res secunde, & fortunę suffragiū. eo magis q̄ vide-  
bantur ausus suos posse cōpere. quanto. n. laboriosum est partā  
gloriam ē manibus perdere, tanto est gloriosum acquirere despe-  
ratam. ¶ Et fors æquatis. (c. pr. ro.) Pares. f. ad palmā forsitan ve-  
nissent. ¶ Ni palmas pon. t. v. q̄. cl. Fudissetq̄. pr. d. q̄. in. v. v.) Ni  
si victoriā, quę vtriq̄ posset esse cōis pręuenisset cloanthus preci-  
bus suis, & supplicibus manibus deos adhibuisset in vota, hæc  
prædicēdo ostēdit poeta ipsum futurum esse victorē. ¶ Vobis læ-  
tus ego.) Hoc est si lētus de prouentu victorię fuero. ¶ Hoc can-  
dentem in li. t.) Hoc est candidi coloris taurū, & addēdo. candem-  
tem ornauit munus suum. minueret autē si diceret bouem, & tace-  
ret de colore. ¶ Constitua ante. a. v. r. e. q̄. f. Po. in. fl. & c.) Illic vo-  
bis candido tauro sacrificiū faciam, vbi gloriosus extitero, vt pote  
manifeste pollicitationis reus & debitor, vina et fundam & ani-  
malls extra fluctibus tradā. ¶ Dixit eumq̄. i. f. f. a. o. Ne. ph. ch. & c.)  
In causa sua deos inuocauit, & audiri cōmeritū. deniq̄ intantum  
oēs dii maris, & ipse portunus fauit, vt nauim suis ipellerent ma-  
nibus, quo celerius pręuenirēt. ¶ Illa noto citius volucrisq̄ sagit-  
ta ad terram fugit, & p. se. c. a.) Tantū roganti deorum maris au-  
xilium profuit, vt nauis cursus velocior ventis & sagitte volatibus  
prouenisset, deniq̄ prima tenuit littus, & ad palmā prima perdu-  
ta est. ¶ Tum satus Anchisa. c. ex. m. v.) Cunctos vocauit sed præ-  
sentēs, ceterum non erant oēs, tenebatur. n. sergestus, qui inhære-  
rat saxi. ¶ Victorem magna pręconis voce cloanthū De. v. q̄. ad.  
te. la.) Hoc non fuit præmiū, sed in signe victorię. ¶ Muneraq̄ in  
na. t. ap. iu. Vinaq̄. ¶ Et hæc extra præmiū fuerant, quę edendo vel  
bibendo consumi poterat. ¶ Et argēti. m. d. f. ta.) Hoc fuit, quod  
augere rem familiare potuit, & præmiū videri, alia tamen cōia  
manibus fuerant. ¶ Ipsi præcipuos ductoribus addit honores.)  
Præcipua dicuntur, quę præter cōionem singulis proprio noie  
deputantur, vt sit sæpe in testamentis, quū aliqua per perceptio-  
nem singulorum heredum cēsurit esse testator. ¶ Victori clam-  
dem auratam, & c.) Laus clamidis dicta est, propter honore dan-  
tis, meritiq̄ victoris, laudat spēs, quibus illa consecra est, aurū. f.  
copiosum, & purpura pretiosa. ars quoq̄ & artificium manus, q̄  
veritate sic fuerant imitati, vt mutæ & inanimatę formę viuere  
ac moueri viderentur. in præmiū aut liberalitate multis gene-  
ribus largitor ipse laudatur, qui haberet alia quę potuisset dona-  
re. in ipsa donatiōe consideratur Æneæ pietas iuxta paternā me-  
moria, quoniam ob eius honorificentia tanti meriti munera do-  
tabantur, in hacigitur clamide raptus ad coelos per aquilam ga-  
nymedes videbatur, apparebat canes persequētes latratibus do-  
minum, quē iam in aeris altitudinem raptum liberare non pote-  
rant. Custodes quoq̄ sic tendentes manus ad sidera, quasi retine-  
re possent, quem fortissimę alitis tenaces amplexus innoxia sub-  
tilitate portabant.

## ASCENSIVS.

¶ Solus iamq̄ ipso superest in fine Cloanthus, Quę petit, & sum-  
mis adnixus viribus urget. Tum vero ingeminat clamor, & c.)  
Postq̄ Mnestheus, Sergestum & Gyantem superauerat, restabat  
(inquit) solus Cloanthus in fine, quem & Mnestheus vicisset, nisi  
impulso, atq̄ impetrato deorum auxilio, Cloanthus portum  
attingisset: quem victorem, pronūciat Æneas, meritoq̄ donat p̄-  
mio. Horū exemplo, nequa pars diuinę p̄ces bona eruditio-  
ne vacet, docet poeta in rebus bellicis cerebrositatem obesse plu-  
rimum: & id in Gya, qui Mnesthem socium salutis deturbauit, te-  
meritate non minus officere: vt in Sergesto, qui nauē fregit, virtu-  
tem plurimum posse: vt in Mnestheo, qui et Cloanthū vicisset, si-  
suis dicitur auspicijs & viribus cōtendisset: sed diuinum auxiliū  
omnibus p̄stare, quo Cloanthus victor euasit. monet ergo tacite,  
vt illud imploremus. Docet præterea, aleam, fortunāq̄ belli esse  
variā: ne dum aspirat primo fortuna labori, successu ipso vecor-  
des, segnesq̄ efficiamur: neve in aduerso principio desperemus:  
quia sperandum est, vt debile principium, melior fortuna sequa-  
tur. Quia vero ex Donato nihil habemus, colligamus ordinem,  
qui talis est. ¶ Iamq̄. i. & iam: solus Cloanthus superest. i. restat:  
vincendus in ipso fine. i. iuxta terminum, quem. f. Mnestheus: pe-  
tit. i. aggreditur: & urget annixus. i. annitens summis viribus. Tū  
vero. i. sed tunc maxime, & ad verum clamor, ingeminat, sup. se:  
aut ingeminat. i. multiplicatur: & cuncti. f. spe cōtantes, instigāt stu-  
dia. i. cohortationibus studiosis: sequentem. f. Mnesthea: æther. i.  
aut sublimis: resonat clamoribus: hi. f. priores, cum Cloantho: in-  
dignantur. i. indigne ferunt, ni teneant decus proprium. i. quod  
suis iam proprium fecerant: & honorē partum. f. acquisitum, hoc  
est quod non conseruarent victoriā partam, & volunt pacifici,

ideft in pactum expendere, vitam pro laude. i. vellēt potius amit-  
tere vitam, q̄ laudem: & dare vitam pro laude conseruanda. Sue  
cessus. i. prosper processus: alit. i. fouet: & accēdit hos. f. Mnesthei  
socios sequentes: & possunt. f. Cloanthum superare: quia viden-  
tur. f. sibi. i. quia persuaserunt sibi posse; quo verbo docet poeta;  
quid animus prestans possit. vnde Hora. Incipe dimidium facti,  
qui bene cōpit habet. Et fors. i. forte: sed ne vocalium esset con-  
cursus, maluit fors dicere, q̄ forte: vel, o fors. i. fortuna, vt sit apo-  
strophe: ipsi cōpissent præmia rostris æquatis, ideft æquali vici-  
nitate & tempore, in portum reductis: ni. i. nisi: Cloanthus ten-  
dens vtraq̄ palmas. i. manus: coniunctas ponto. i. in pontum: su-  
disset preces, & vocasset diuos in vota, dicens. sup. O dii, quibus,  
sup. est imperium pelagi. i. in pelago: & quorum æquora ego cur-  
ro: ego lætus, quia reus. i. obnoxius, voti. f. persoluendi, constitua  
vobis ante aras. f. vestras, vt immolem taurum candentem. i. can-  
didum: in hoc. i. præfenti littore: ne. f. longa sit dilatio verenda: &  
porriciam. i. porro iaciam, in fluctus salfos: extra. f. tauri: & fundā  
vina liquētia (à liqueo.) i. fluida, & pura: dixit, ideft finiuit, preces  
Cloanthus: & omnis chorus. i. coctus: & multitudo Nereidum. i.  
nympharum maris: & Phorci. i. quibus Phorcus præest: & Pano-  
peia. i. vna de Nereidibus: virgo. f. quū alię nō sint: & Portunus. i.  
portunum deus: pater. i. præcipue, in ea re reuerendus: impulit  
ipse. i. non per suos: sed (vt dicunt) in propria persona, manu ma-  
gna, videlicet sua: euntem. f. nauem: illa. f. nauis Cloanthi: Scyl-  
la, videlicet: fugit ad terram. i. ad littora: citius Notō. i. vento il-  
lo rapaci, & sagitta volucris: & cōdidit se alto portu. i. penitus in-  
trauit portum vsq̄ ad littus. Tum. i. deinde: satus. i. genitus An-  
chisa, videlicet Æneas: declarat. i. pronūciat: magna voce p̄co-  
nis, Cloanthum victorem: & aduelat tempora. f. eius lauro viri-  
di, in signum victorię: & dat aptare. i. aduectare: munera. i. dona  
gratuita. f. ternos iuuenos: in nauis. i. in singulas nauis, treis iu-  
uencos: & vina: & dat ferre magnum talentum. i. pondus argen-  
ti: & addit ipsi ductoribus. f. Cloantho, Mnestheo, & Gya, & Ser-  
gesto: p̄cipuos honores. i. munera honorifica: cetera enim erant  
cōia omnibus remigibus. Addidit, videlicet victori. f. Cloantho  
chlamydem auratam, aureo. f. filo intextā: aut, aureo lymbo cin-  
ctam: quam circum. i. circum quam: purpura plurima Melibœæ;  
pro Melibœia: aut, eo quod est Melibœensis, hoc est Thesalica:  
currit Meandro duplici. i. flexuoso. i. in morē Meandri fluminis  
flexuosi, & per varios gyros Cariam circūstuetis: & sup. in qua,  
puer regius. f. Ganymedes: Trois, regis Troianorum filius, intex-  
tus. i. in ea textus: fatigat in Ida frōdosa. i. sylua illa Troiana: quę  
etiā intexta, aut acu picta, in chlamyde erat: iaculo. i. venatorio,  
ceruus veloces: & fatigat, sup. eos cursu: existens acer, & similis  
anhelanti, quia anhelare in pictura non potuit, sicut nec currere:  
sed currenti similis erat: quem. f. puerum: armiger Iouis. i. aquila  
eius: tela, hoc est fulmina ferens, eo quod altissime volat, & solis  
radios visu non formidat: præpes. i. celeriter volans: rapuit subli-  
mem. i. raptū in sublime: vexit pedibus vncis. i. vnguibus suis: cu-  
stodes longæui. i. seniores pedagogi, qui ad custodiam pueri exie-  
rant uenatū: tendunt nequidq̄. i. frustra: palmas ad sydera: quia  
iussu Iouis raptus erat Ganymedes, vt esset pincerna deorū, reie-  
cta Hebe, Iunonis filia. unde est, Et rapti Ganymedis honores,  
vbi dictū est, quod etiam ad stuprū raptus erat: & latratus canū  
scuit in auras, quia aquilam insequi non potuerūt canes, nisi so-  
lo latratu, quem ingeminauerunt. Est autē mira laus ipsius textu-  
ræ, seu Phrygionū picturæ: dum hæc tam ad uiuum effecta sunt,  
ut geri uideantur, non depingi.

## PIERIVS.

¶ Adnixus uiribus urget.) In Longobardico, adnixus, per s, scri-  
ptum, cuius scriptionis rationem alibi reddidimus. Et in aliquot  
alijs antiquioribus urget: uti paulo ante, suburguet, ex instituto  
Atq̄. ¶ Resonat clamoribus æther.) In Romano codice antiquis-  
simo, & in aliquot alijs manu scriptis, legere est, resonatq̄; frago-  
ribus æther. Vt id totū de remigatione intelligatur, & plausu, qui  
per strepitū editur. Quamquam neq̄ clamoribus displicet, quum  
dictum sit, cunctiq̄; sequentem instigant studijs, quod per clamo-  
res fieri necessariū est. Sane in Mediceo, clamoribus, habetur: sed  
ibidem, resonatq̄; scriptum est, quod rationē metricam uitiat, et,  
nisi quis amphimacrum in hoc genere carminis ferre potest. ¶ Dii  
quibus imperium pelagi, quorū æquora curo.) In antiquis pri-  
mum codi. di, per arctationem literarum, ut apud Varronē est,  
uno fere legitur exēplo. In Longobardico mox una plus dictio-  
ne, imperium est pelagi: ut etiam apud Seruium est. In Oblongo  
uaticanæ bibliothecæ. In Mediceo, & in aliquot alijs omnino ue-  
tustis, imperium pelagi est. Sed enim (iudicio meo) re cte factum  
in Romano

ÆNEIDOS.

in Romano, ubi verbum id, tam incōstās locum non habuit. De-  
 mum in exemplaribus aliquot antiquis, quorum æquore, septi-  
 mo casu legitur. Sed, æquora, quarto casu, magis splendida videt  
 eloquutio, ꝑ Vobis letus ego candente in littore taurum Consi-  
 tuam.) In Romano codice absqꝫ, in, præpositione locali legitur,  
 quod magis placet. In Mediceo, vna plus dictione legit, ego hoc  
 candente in littore, vt cito etiā soluturum se votum innuat. ꝑ Ex-  
 taqꝫ; salfos Porriciam in fluctus.) Non sum nescius quid Macro-  
 bius

bis lib. iij. Saturnalium, super hoc verbo tradiderit. Antiqua  
 men omnia exemplaria, quotquot habere potui, vno eodemqꝫ  
 exemplo legunt, prociā: idqꝫ; vnico i, pro sui temporis consuetu-  
 dine. Vt tamē verbum hoc immutatum sit, Macrobius, gramma-  
 ticorum & librariorum imperitia factum, ait. ꝑ TERNOS, gramma-  
 ticos.) In Romano codice legere est, optare, vt munera sint ho-  
 nestiora, quæ. i. victores ex sua possent libidine seligere. Eaqꝫ; le-  
 ctio in quibusdā alijs vetustis exemplaribus habebatur: qua abra-  
 sa, aptare inde suffectum est.

SERVIVS.

¶ Virtute secundū.) Quia ille  
 fauore vicerat nūmū. Vñ &  
 præmia danſ. Cōgrua: illi chla  
 mys. deoz continēs fabulam:  
 huic lorica. i. virtutis insigne.  
 ꝑ Hamis auroqꝫ.) Hamis au-  
 reis. ꝑ Simoenta.) Venit autē  
 a noīatiuo Græco, nō in 10, sed i  
 10 exēute, vt σιμόνης σιμόν  
 τος. ꝑ Sub Ilio alto.) O bre-  
 uis fit sequēte vocali. ꝑ Decus  
 & tutamē.) Quia triplex & au-  
 rea. ꝑ Phegeus sagarisqꝫ.) No-  
 minatim dicēdo addidit lau-  
 dē. ꝑ Cursu palātes Troas age-  
 bat.) Ad Æneqꝫ; q eū vicit, ꝑ  
 net laudē. ꝑ Cymbiaqꝫ;.) Pocu-  
 la in modum cymbæ nauis.  
 ꝑ Aspera signis.) i. sculpta: αἰὲ  
 γλυφαί. ꝑ Oēs.) Qui vicerāt. i.  
 ꝑ Puniceis tænijs.) Vittis ro-  
 feis: & significat lemniscatas  
 coronas, q sunt de frōdibus &  
 discoloribꝫ; factis: & sicut Var-  
 ro dicit, magni honoris sunt.  
 Tænis autē nō vittis: alias vit-  
 tarū extremitates dicit: vt, Fit  
 lōgē tēnia vitte. ꝑ Arte.) id est  
 virtute. ꝑ Atqꝫ; ordine debilis  
 vno.) Sergestus. i. Et bñ ex mu-  
 tatione cōquisiuit ornatū. Nā  
 Irrideri & sine honore eē, hoīs  
 est: remis carere, nauis. ꝑ Viæ  
 in aggere.) Agger est mediæ  
 viæ eminētia coaggeratis lapi-  
 dibus strata. Vñ viæ aggerē di-  
 xit. ꝑ Ærea.) Fortis: vt, Ærea  
 puppis. ꝑ Grauis.) Fortis, vt  
 Grauibus certamina remis. ꝑ Tor-  
 tus.) Hos tortus. i. sine causa  
 tentat incessus. ꝑ Clauda.) Ab  
 hoīe trāsulit. Cicero, Mancā ac  
 debilē fore præturā suā. ꝑ Membra.)  
 Etiam hoc ab hoīe trāsulit. ꝑ Vela  
 facit tñ.) ἀναλόουθον: Nā non  
 præmisit, Quāqꝫ; remigare non  
 posset. ꝑ Subit ostia.) Portus:  
 vt supra diximus, ideo quia exitus  
 fluminum frequēter portus effi-  
 ciunt. ꝑ Promisso.) Aut magno:  
 aut ante promisso, vt intelliga-  
 mus in oībus ludis illud esse seruatū,  
 Nemo ex hoc numero mihi  
 non donatus abibit. Quod ēt in  
 pycali ait certamine, Victori  
 velatū auro vittisqꝫ; iuencū:  
 Ensem atqꝫ; insignē galeā solatia  
 viēto. Aut certe promississe eū  
 intelligamus, qñ vidit nauē per-  
 ditā. ꝑ Operū haud ignara Minerū.)  
 Perita lanificij. ꝑ Cressa ge-  
 nus.) Figura Græca: vt, Qui  
 genus vñ domo. ꝑ Pholoe.)  
 Nomen proprium: erat autē lactans.  
 Nam infantes lactentes dicimus.

DONATVS.

¶ Leuibus. h. ha. c. a. q. t. Lorica.)  
 Vñū genus laudis. hamis, inqt,  
 leuibus. hoc est minutis, & oī  
 subtilitate pfectis fuerat nexa,  
 texta trilici opere, quæ est secūda  
 laudatio, admixto auro splendens.  
 ecce & fortis fuit & pulchra. sequit  
 aliud, quod illa oīa cumula-  
 ret. ꝑ Qualē. d. d. i. & c.) Hanc,  
 cū demoleū superasset apud iliū  
 vloris iure susulerat, quod nō  
 faceret, nisi illū speciei qualitas  
 & meritū prouocasset. ꝑ Donat  
 habere. v. d. & tu. in ar.) Donat,  
 inqt, viro. vt cōgrueret persona  
 cū specie. digno istam viro contulit,  
 vt in armis, hoc est, in bello &  
 pulcher esse posset & tutus.  
 tutus per trilicē facturam & hamorū  
 nexum, pulcher quia auro sulgebat.  
 ꝑ Vix illā. f. ph. fa. q. f. & c.)  
 Adhuc in augmētis est laudis  
 satis demoleū præferēs, q hanc  
 primus habuit, Æneā quocqꝫ;  
 occidisset talē, & tanti pōderis  
 spēm occiso detrāhere, aut solus  
 portare vā luisset, quū ipse quocqꝫ;  
 esset armatus, nec minus etiam  
 illum, cui donabatur,

At, qui deinde locum tenuit virtute secundum,  
 Leuibus huic hamis consertam, auroqꝫ; trilicem  
 Lorica, quam Demoleo detraxerat ipse  
 Victor, apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,  
 Donat habere viro, decus, & tutamen in armis.  
 Vix illam famuli Phegeus, Sagarisqꝫ; ferebant  
 Multiplicem, connixi humeris, indutus & olim  
 Demoleus, cursu palantes Troas agebat.  
 Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,  
 Cymbiaqꝫ; argento perfecta, atqꝫ; aspera signis.  
 Iamqꝫ; adeo donati omnes, opibusqꝫ; superbi,  
 Puniceis ibant euincti tempora tænis,  
 Quum seuo è scopulo multa vix arte reuulsus,  
 Amissis remis, atqꝫ; ordine debilis vno,  
 Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.  
 Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens,  
 Ærea quem obliquum rota transijt, aut grauis ictu  
 Seminecem liquit, saxo, lacerumqꝫ; viator.  
 Nequidqꝫ; longos fugiens dat corpore tortus.  
 Parte ferox, ardensqꝫ; oculis, & sibila colla  
 Arduus attollens, pars vulnere clauda retentat  
 Nexantem nodis, seqꝫ; in sua membra plicantem:  
 Tali remigio nauis se tarda mouebat,  
 Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.  
 Sergestum Æneas promisso munere donat  
 Seruatam ob nauem lætus, sociosqꝫ; reductos.  
 Olli serua datur operum haud ignara Mineræ  
 Cressa genus Pholoe, geminiqꝫ; sub vberē nati.

donabatur, huic nexuit laudē,  
 qñ credebatur molem tātam  
 posse ferre. hæc igitur, quō  
 traderetur, vix illam tulerunt  
 duo serui, nec solis manibus,  
 verum etiā humeris. tantum  
 autē demoleus potuit laceris  
 atqꝫ; virtute, vt hanc indutus  
 habuisset pro leui, & cursu su-  
 giētēs ageret teucros, non ad  
 Troianorum crimen pertinē-  
 bat, qā vno insequente fugie-  
 bāt, sed Æneæ laudis prædica-  
 tio cumulata est, qui cum ista  
 uuit, quē timuerant oēs. ꝑ Ter-  
 tia dona facit. g. ex. æ. le. Cym-  
 biaqꝫ; a. p. atqꝫ; a. fig.) Qui ter-  
 tio loco cōuenerat, cōgruum  
 munus accepit, quāqꝫ; & hoc  
 fuerit p̄ciosum. ornabatur qꝫ;  
 pe argētī materia, & subtilita-  
 te artis. ꝑ Iāqꝫ; adeo. d. o. o. q.  
 su. & c.) Vult ostēdere, quantis  
 moris iplicatus sergestus veni-  
 ret, iam, inquit, oēs qui vene-  
 rāt muneribus ditati discesse-  
 rāt, & incedebāt habētēs vni-  
 cta tēpora tēnijs puniceis, hoc  
 est vittis rubeis. quod dixit,  
 oēs, ad tres refertur, qui præ-  
 sentes aderāt, nō ad quatuor,  
 quia nodū venerat sergestus.  
 ꝑ Irrisam. si. h. r. sergestus. ag.)  
 Multa cōgesit, quæ tarditē  
 illius ludibriosūmqꝫ; reditum  
 demōstrat. sic, inqt, seuo in-  
 hæserat saxo, vt plurima arte  
 vix nauis liberari valeret. ve-

niebat autē irrisus perdita totius certaminis grā. agebat. n. nauim  
 remorū suorum amissioe deformē. quod dixit, sergestus agebat,  
 quū remos nō haberet intelligi voluit poeta, qꝫ; sergesti manibus  
 duceretur, vt sic saltē puenire potuisset. ꝑ Nequidquā. l. f. d. c. tor-  
 tus.) Tortus accusatiuum plurale posuit, ne serpens videatur tor-  
 tus, sed quum se torqueret ex vulneris causa tortus corporis la-  
 cerati fecisset, hoc est inflexiones, vt fit hos tortus. ꝑ Tali remi-  
 gio nauis se tarda mo.) Sic, inquit, mouebatur nauis exarmata  
 remorū subsidijs, yti solet vno in loco remanere serpens, volubili-  
 lis rotæ trāsitu debilis redditus, aut viatoris ictu percussus, quū  
 exagitatus vulneris cā incassum sequit, & in sese voluitur, nec vltqꝫ;  
 progreditur. ꝑ Vela facit. t. & v. f. o. p.) Ne tñ ceteris voluptatibus  
 maiores faceret mōras velis, pr̄uenit flatibus opportune iuan-  
 tibus, faciens cōtra nauticā disciplinā necessitatis causa. nullus. n.  
 nauita plenis velis venit ad terrā. sed cum adhuc in alto est, depo-  
 nit vela, & nauigium ad littus remigando perducit. quia ergo  
 iste non habuit remos, velis plenis subit hostia, quod fuit peri-  
 culosum. ꝑ Sergestum Æneas pro. mu. do.) Cum non esset meri-  
 tus premium sumere, dicitur accipiendi causa, ne Æneæ iudiciū  
 claudicaret. ꝑ Seruatam, inquit, ob nauē. l. f. q. r.) Non ergo ictu  
 co, qā meruit sumere, qui nouissimus & ludibriosus venerat. sed  
 quia post gratū casum int̄ greis nauigio & socijs remeavit. Lætus  
 igitur Æneas ex eo promissum munus ac propositū dedit. ꝑ Oli-  
 li serua da. ope. ha. i. mi.) Hoc est, non nesciens lanificij, sed peri-  
 ta. ꝑ Cressa genus pholoe. ge. q. sub vberē. na.) Omnia præmia cū  
 suis laudibus posuit, videamus ancillæ istius, qbus rebus sit com-  
 pleta laudatio, scilicet quæ mulieris personæ conueniant. & lan-  
 nificium, inquit, nouerat. & fuit plusqꝫ; fecunda. nam duos se-  
 rebat ad vbera, quos vno partu genuerat. fuit autē cressa, quasi tu-  
 li religione



li religione veniens, quæ præcipuas foeminas mitteret.

## ASCENSIVS.

At qui deinde, &c.) Docet quæ cæteris præmia data sint. de quibus Donatus dicit sic. ¶ Leuibus.) Minutis, & omni subtilitate perfectis. Ostendit illam fortem & pulchram. Deinde, accedit tertia laus ab auctore. ¶ Decus.) Propter aurum. ¶ Tutamen.) Propter texturam trilem, laudat Demoleum: quia illa armatus agebat hostes. Laudat magis Æneam, qui illum vicerit, ac spolia uerit, & portauerit. Laudat eum cui donatur: quia ipse portare optime posset, propterea quæ esset dignus dono. ¶ Puniceis tænis.) Vittis roseis. ¶ Plenis velis.) Facit contra nauticam consuetudinem. nam subituri portum, demittunt vela: sed necesse eis erat, quia carebant remis. ¶ Cressa Genus.) plena laus serua: quæ est ab artificio genere & fecunditate. Hæc ille. ¶ Ordo est. At, id est sed: Æneas, supple donat huic viro qui tenuit: deinde, id est post primum, hoc est post Cloanthum: secundum locum virtute, scilicet propria, hoc est Mnesticus, donat (dicit) loriam, id est tunicam armaturæ, quæ olim ex loris fiebat: confertam, id est contextam hamis, id est annulis. leuibus. i. subtilibus & politis: & trilem, id est tribus licijs, & triplici ordine nexam auro, id est quæ licia, aut qui hami erant ex auro: quam, scilicet loriam, ipse scilicet Æneas viderat: detraxerat Demoleo, Græco illi ingentissimo, sub Illo alto, id est ante Troiam, apud Simoenta, fluuium illum rapidum, id est raptim profluentem, donat (inquit) habere id est vt habeat illam loriam: decus, id est ad ornamentum: & tutamen, id est ad munimè: in armis, id est quum in armis foret (bene secundum merita dat munera. Nam quia Cloanthus, deorum auxilio vicerat, dat ei munus, quo in toga vti posset: quia vero Mnesticus, virtute dat insigne armorum.) Phegeus & Sagaris, robusti illi: famuli. f. Demolei, aut Æneæ: ferebant vix, id est cum difficultate, scilicet loriam: multiplicem, id est dense complicatam, aut multum duplam: connixi, id est simul nitentes: humeris suis, quibus plurimum tamè possent: at. i. sed: Demoleus indutus olim, illam, supple agebat cursu, id est insequendo, cum cursu Troas palantes. i. oberrantes, sine ductore. Et ita laus est tunice, quæ à tali viro meruit gestari: & Æneæ, qui talem valuit suscipere: & Æneas facit tertia dona. i. pro tertio dono, dat lebetas, id est ollas: geminos. i. duos & pares: ex ære. i. æreos. (declinatur hic lebes, huius lebetis vel lebetos: vnde accusatiuus pluralis hos lebetes vel lebetas.) & cymbia. i. pocula: in morem cymbarum facta, perfecta argento, atque aspera. i. vt Græci dicunt, Anaglypha: signis, id est sculpturis: quia habebant nonnquam caprum insculptum. vnde Iuena. Et stantem extra pocula caprum. Tamque id est iam adeo. i. omnino, omnes ibant donati. i. præmiati, vltra meritum, & superbi opibus. f. datis: euincti tempora. i. habentes tempora euincta & circumdata: tænis. i. fertis, aut vittis, extremitatem capitis ambientibus: puniceis. i. roseis: quum. i. quado: Sergestus reuulsus: vix. i. difficulter: è sæuo. i. magno & aspero scopulo, sup. quum multa arte: agebat sine honore ratem. i. nauem. f. centaurum irrisam: quia hoc remis amissis. f. pro parte, atque debilis vno ordine: aut, quia non nisi vnum ordinem remigum retinebat: aut, quia vno è tribus ordinibus spoliatus fuerat. Dat similitudinem, dicens, Qualis sæpe, id est quod sæpe fit non sæpe depressus. serpens depressus. i. occupatus, quum transire vellet, aut recubare in aggere, id est tumulo & eminentiore parte viæ: quem serpentem: rota ærea. i. fortis & ærata, hoc est ære munita: transit obliquum. i. per obliquum, quum non seruaret rectum cursum, aut quem viator grauis, id est infestus & molestus: ictu. i. propter ictum: liquit. i. deseruit: seminecem. i. semimortuum: saxo. i. per saxum, quo ictum dederat ipse. f. serpens depressus: fugiens. i. fugere tentans: dat corpore. i. contrahendo & extendendo corpus: nequidque. i. frustra: tortus. i. volutiones longos. i. in longum ductos exilles: foras. parte. f. illæsa: & ardens oculis: & arduus attollens. i. erigens: ora fibila. i. sibilantia. (Virgi. vult extremitates cuiusque rei, per illam dictionem, oram, significare, vt. Et mecum ingentis oras euoluere belli. Plinius quum oram, dicit, littoralem significat regionem, apud quæ veluti loquutio peculiaris, talis est, In ora sunt ciuitates & oppida oræ proxima. Sunt qui dicant oram etiam significare nauticum funem quo nauis ad terram ligatur.) pars, scilicet reliqua: clauda. i. claudicans: vulnere. f. illato: retet. i. imoratur, & impedit eum à fuga, aut insultu: nexantem se nodis: & pliantem se in sua membra. i. in annulos & spiras. Nauis. f. Sergestus: tarda. i. tardata, quia collisa & spoliata parte remorum: mouebat se. f. per remiges suos, hoc est remigio tali, quali volutione mouetur serpens vulneratus: tamen. i. nihilominus, quanquam confractione tardaretur: tamè facit vela, & subit ostia plenis velis: quia

remis egebat: Æneas donat Sergestum munere promisso: quod intelligitur promississe, dum videret eum in scopulis luctantem; aut dum omnes se ad certamen accingerent: existens lætus ob nauem seruatum: & socios. f. eius reductos. Serua, id est ancilla: datur olli. i. illi: existens haud. i. non: ignara, imo perita operum Mineruæ, id est texturæ, qua Pallas præminet, & Arachnem puellam Lydiam vicit: Phloe, scilicet nomine: Cressa. i. Cretensis genus. i. quantum ad patriam & gemini nati, qui eius fecunditatem indicant: sub vberè, sup. eius: dantur, sup. Sergesto. Conueniens profecto negotio merces: nam, vt illa operosa & industria est, ita & Sergestus, qui nauem seruauit, vnde matrem meruit: & socios, vnde & filios eius: sed serua erat, vt significet ignobilem fuisse Sergesti virtutem, qua non laudem meruit, sed solum dedecus, quantum potuit, vitauit. Idem in cæteris donis seruatum est, vt in duobus prioribus declarauimus: tertium autem coquinatum & poculentis aptum cerebroso quadrat, qui rectorè excusserat. Oblitus, de coris: sui, sociumque salutis.

## PIERIVS.

¶ Puniceis ibat euincti tempora tænis.) Hoc loco plerique codices antiqui, tænis, vnicio, scribunt. Qui geminare malunt, alij dactylicum esse versum, alij pro vnicio tantum, accipi debere cõtendunt. Non dissimulabo quod in antiquo cod. pro tænis vittis, scriptum est: sed id sumptum ex paraphrasi, quò omnino tænis, hic agnoscat docti oēs. ¶ Quisq; è scopulo multa vix arte reuulsus.) In Romano codice, ex scopulo, legitur: & reuulsam, quippe ratem, legas. Cui lectioni ad stipulatur èt oblongus cœdex peruetus, vbi, reuulsam, habetur. In alijs reuulsus: quippe, Sergestus, legitur, veluti vulgata habet exemplaria. ¶ Illisam sine honore ratem.) In antiquis oibus exemplaribus, irrisam, vel inrisam, legi: tametsi superius, in lisa proa pepederat. Nam quæ in ludis male succedunt, risu excipi solent. Vt quò Nisus lapsum se lamentaretur, risit pater optimus. Et quum Menætes in aquas à Gya delurbatus esset. Illi & labentem Teucris, & risere natantem: & falsos ridet, reuomem pectore fluctus. ¶ Ardensque oculis & sibila colla Arduus attollens.) In Romano codice legere est, pars sibila colla arduus attollens. Sed quò ad emendationem primam pertinet, quum iam dictum sit, parte ferax ardensque oculis, melior mihi videtur illa continuatio, & sibila colla arduus attollens, loco verosus est, pars vulnere clauda retentat. Quod vero arduus, & hic, & alibi, scriptum sit, toto eo codice, Carisius eam descriptionem in plurium syllabarum nominibus improbat, nempe ne aliqui ita inde acciperent pronuntiandum, veluti diuos, seruos, vuos, & bisyllabum esse, arduos, existimarent: quare addit, carduus, trium syllabarum. ¶ Nexantem nodis.) Vtrique nodis, & nodos, in antiquis habetur exemplaribus. Sed vbi nodos, ibi itidè nexantem, à nexo nectis habes. Vbi vero nodis, plurimum ibi nexantem, frequetatiua forma, à nitor, legere est: quod alibi non memini me legere. Sed enim hoc citato loco, nexantem nodis, vt etià in codice Mediceo est, agnoscit Priscianus, à nexo nexas. ¶ Et plenis subit ostia velis.) Antiqua omnia quæ legerim hæc tenus exemplaria à vulgatis omnibus diuersa sunt, duarum dictionum transmutatione, & velis subit ostia plenis. Erunt tamen alij qui, qui vulgatam lectionem, ostia velis, vt suauiore magis probent, & ostia plenis vt duriusculam improbet, vnusquisque autem aureis consulat suas. ¶ Seruatam ob nauem.) Non adeo triuiale cuiquam videatur, si male legi in codicibus plerisque et veteribus, nauim, per im, dixero, quum Varronis præceptum sit apud Flauium Sospitrem, vt auem, & nauem, per e, dicamus: quoniam ab hac aue, & naue, faciat, quibus accusatiuus per i, dari non potest. Cicero tamen, aui incerta, dixit. ¶ Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ.) Longè alio numero carmen hoc habetur in codicibus quibusdam antiquis, in quibus ita legitur, Olli serua operum datur haud ignara Mineruæ. Puto vero ita transpositas fuisse dictiones, quod aliqui penitenter meminerim, vt breuem poetæ nostro nihil inuoluerit indulgere. Nam in priori, eademque, vulgata lectione, nihil est quod me offendat. Ne vero quis obseruationes huiusmodi, vt inanes, & nullius pene momenti stomachetur, sciant, eos qui verus faciunt, eo curiosius huiusmodi numeros obseruare solere, quo peritiores sunt, & elegantiores haberi volunt. Neque illud præterierim, quanquam leue, haut, in antiquis plerisque cod. per t, scriptum esse, quod & Pontanus agnouit priscorum consuetudine, & haud, d, quidem litera terminari Sospiter dicit, admittere tamè sonum vocis, vt per t, scribatur. Placuit tamen posterioribus, vt, aut coniunctio, & haud, aduerbium, primis & vltimis litteris differrent. ¶ Gemini: sub vberè nati.) In Romano codice, sub vbera, quarto casu, nume. plurali legitur: sed vberè, figuratus est, & magis placet,

SERVIVS.

Gramineū.) Graminosum. Cicero de hastis, Bene etiā ne gramineas hastas. ¶ Collibus vndiq; curuis.) Mutavit. Nō enim sylua colles habet: sed est in collibus sylua. Debit er go dicere, Quem colles cinge bant syluis. ¶ Mediaq; in val le theatri.) Media in valle erat circus theatri, id est spatium spe ctaculi. Et theatri græce dixit à circūspectione. Omne specta culum, theatri possunt dice re, ἀπὸ τῆσ θωπρίασ: nō enī est speciale. ¶ Confessu mediū tulit. Ordo est, Quo se Æneas medium tulit cum multis mi libus, & extructo confessu re sedit. ¶ Animos.) Eorum sub audis. ¶ Mistiq; Sicani. quōd ait pars, Et certare parati. ¶ Vi ridiq; iuuenta.) Ætates omnes Varro sic diuidit: infantia, pue ritia, adolescentia, iuuenta, se nestam. Hęc tñ, sicut etiam de tēporibus supra diximus, sin gulę trifaria diuiduntur, vt sit pria viridis, præceps: hinc est, Et viridi iuuenta. & Cruda deo viridisq; senectus. Itē Sallu stius. Sed Mithridates extre ma pueritia regnum ingressus matre sua veneno interfecit. ¶ Amore pio pueri.) Aut geni tius est, & dicit eum ob hoc venisse, ne amicū relinqueret. aut distinguēdū per se, & est nominatius pluralis: vt pueri nō referamus ad ætatem, sed ad agonale studiū, in quo sunt puetorū & viroꝝ separata certami na. Nam ἀνδρες καὶ παῖδες dicuntur: licet non sint vnus ætatis. ¶ A carnā.) Epirota. Acarnania enim est pars Epiri. ¶ Tegeæ de sanguine getis.) Si deriuatiuum fuerit, de, nō sequitur. si Tegeæ legerimus, nō stat versus, nisi addita, de, syllaba. Deriuatiuum aut ille indicat locus, Tūc lateri atq; humeris Tegeæum subligat en sem. Et Tegeum oppidum est Arcadię. ¶ Quos fama obscura re cōdit.) Per cōtrarium illos oēs esse nobiles indicauit. ¶ Gnosia.) Cretētia. Gnosos. n. est ciuitas Cretę. Et bene, sicut etiam in nauibus, & generalia dat & specialia. ¶ Leuato.) Nitido: vt, At leuem clypeū sublatis cornibus io. ¶ Primi.) Aliorū comparatiōe. Nam vnus est primus. ¶ Flaui.) Viridi: vt supra, Iaspide fulua. ¶ Pha leris.) Equorum ornamentis. sermo Græcus est. ¶ Habeto.) Ha beat: tertia persona est à futuro imperatiui, quę in hoc modo nu meri singularis similis est secundę. ¶ Amazoniam.) Quasi Ama zonia: vt Sacri Tropides. ¶ Balteus.) Balteus dicitur non tantum quo cingimur, sed etiam à quo arma dependent. ¶ Contētus abi to.) Quasi de paruo munere.

DONATVS.

pugna, id est arte & virtute pugilum: stetit ante pedes Æneæ, nec moratus, id est & non expectans plura: tenet tamen, id est deinde: taurum. i. iuuenem: auratis cornibus læua. i. sinistra manu: cornu. i. per cornu, atq; fatur ita. O nate dea. i. Veneris: si nemo au det credere. i. cōmittere, pugne se, quæ finis. i. quæ expectatio, aut quis modus, sup. est, standi. i. quādiu: aut cur, hic stans ociose quousq; (est enim tmesis. i. insectio) decet me teneri. i. suspensum, aut immorari: iube ducere. i. abducere, dona. f. taurum. & cuncti Dardanidæ fremebāt simul. i. pariter cū illo ore. alij habēt, simili ore. i. simili sermone, seu oratiōe: & iubebāt. i. volebāt, aut iube bant, nō Æneæ, sed custodibus iuueni, promissa. f. præmia: red di viro. f. Dareti, qui cum nemo congredi auderet. Landinus de Amyco & Bute dicit sic. Amyci, Bebryciorū rex: Bebrycia enim Bithinia est. Solinus, Bithinia, in Ponti exordio, Thraciam ab Oriente tangit: prius, Bebrycia: inde, Mygdonia: postremo: à rege Bithinio, Bithinia dicta. Hic aduenas in nemore Bebrycio infidiabatur, & cæstibus interfecit. Ergo quū Pollux, qui illuc cū Argonautis accesserat, ab eodem prouocaretur, vicit eū, & interfecit. De hoc Pli. in eodē tractu, Portus Amyci est Bebrycia: rege interfecto clarus. Eius tumulus lauro tegitur, quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum manibus referatur, iurgia sūt: donec abijciat: hæc de Amyco. Butes vero, occiso patre Amyco, Drepanum cōfugit in Sicilia, & à Lycaste nobili meretrice, ob pulchritudinem adamatus est, ex eaq; Erycem sustulit. Hæc mulier ob admirabilem formā, Venus dicta ab incolis est. Quapropter, Eryx, filius Veneris est putatus.

PIERIVS.

Quo maximus occubat Hector.) In vetustis aliquot exēplis, maximus ad cubat: &, accubat, habetur. Sed occubat, vel obcubat, de sepultis rectius dici puto. Percussit & fulua moribundum extendit harena.) Antiquus admodum codex, Percussit, legit: quæ quidem antichronia esset, pro, percussit. Nam, percillere, ad animum, grammaticè referre volunt: quod tamen non vsq; quaq; receptum video, codicibus presertim antiquis sæpe, percussus, pro percussus, ponētib. Verum esto inter vtrūq; verbum differētia loco hoc, percussit, omnino ad animum referri potest, quum significet ex ictu adeo cōsternatum, vt ab alienato animo conderet moribundus. Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna.) In Roma. codice, & in Lōgobardico, palma, nō, pugna, legitur: quod valde placet. Nam & apud Priscianū duobus antiquis cod. & apud Carifium, literis Longobardicis ita scriptum obseruauī. Ea ratione citato versus, vt vtrum alacer, per er, an alacris, per ris, dicendum sit, terminetur, placetq; vel Virgiliū in primis authore. dici, alacris: cōsuetudo tamen, vt ait Plinius libro dubij sermonis. vj. Alacer, dicit. Quo me decet vsq; teneri? In Medi. & veteribus quibusdam alijs codi. morari, legitur. Mora enim erat reliquis desideribus. Sed magis placet, teneri: vt in Porcio exempla. est, propter suscepti muneris obligationem.

SERVIUS.

Hic grauis.) Tunc: grauis autem ætate vel oburgatio, ne. f. Castigat.) Increpat, ob iurgat. f. Toro confederat herba.) Verbum de verbo. Nam torus à tortis dictus est herbis. f. Frustra.) Ordo est. Tantane dona tam patiens fines tolli frustra? Sane sciendum hunc secundum Iginum, qui de famulis Troianis scripsit, vnum Troianorum fuisse, de quo Virgilius mutat historia. f. Nobis deus ille magister.) Nobis non vacat: vt, Qui mihi accubantes: sed pro nos est positum, vitandi homocœteletō causa. f. Ille sub hæc.) Aut statim: aut post hæc. f. Sed enim gelidus tardante senescit Sanguis hebet.) Aliud pendet ex alio. quare hebet? quia gelidus est: quare gelidus? quia senex. f. Effœtæ.) Exhaurit. & est trāslatio à mulieribus, q̄s frequēs partus debiles reddit.

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes, Proximus vt viridante toro confederat herbe. f. Entelle heroum quondam fortissime frustra, ACES, Tantane tam patiens nullo certamine tolli Dona fines vbi nunc nobis deus ille magister Nequidq; memoratus Eryx vbi fama per omnem Trinacriam? & spolia illa tuis pendencia tectis? Ille sub hæc. f. Nō laudis amor, nec gloria cessit POE, Pulsa metu, sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore vires. f. Si mihi, q̄ quodā fuerat, quaq; improbus iste ENTE, Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta, Haud equidem pretio inductus, pulchroq; iuueno Venissem, nec dona moror. f. Sic deinde loquutus, POE, In medium geminos immani pondere cæstus Proiecit, quibus acer Eryx in prælia suctus Ferre manum, duroq; intendere brachia tergo. Obstupuere animi, tantorum ingentia septem Terga bouum, plumbo infuto, ferroq; rigeabant. Ante omneis stupet ipse Dares, longeq; recusat.

reddit. f. Improbus iste.) Qui sine certamine postulat premium. f. Illa iuuenta.) Aut magna, aut que quondam fuerat. f. Nec dona moror.) Expecto. Hic enim sensus tam superioribus quàm sequentibus congruit. etenim supra ait se non præmij causa dimicare, sed gloriæ. & paulo post bouem victor interemit. f. Immani pōdere.) Immanis ponderis, more suo: vt, Hamis auroq; trlicem. f. Quibus acer.) Quorum instructu. f. Ferre manum.) Cōtendere. Nam vtraq; manus armatur. f. Intendere brachia tergo.) Ligare: vt, Intenditq; locum feris. f. Animi tantorum.) Hoc est virorum fortū. Vnde addidit, Ante omnes stupet ipse Dares. Stultum est autem sentire tantorum bouum: quum septem dixerit. f. Longe.) Valde: vt, Tyberinaq; lōge Ostia. f. Versat.) Considerat: vt Salustius,



(Iustius, Exercitū vertere. *¶* Senior.) Secundum Varronē Iuuenior & senior comparatiui sunt per diminutionem. Hinc est, iam senior: sed cruda deo viridisq; senectus. Additum enim hoc est ad exprimendum quid sit senior. Item Ouidius, Inter iuuenemq; senemq; Et re vera non conuenit hunc satis senem accipi, qui & vincere potest, & vno ictu taurum necare. Ergo senior, non satis senex: sicut iunior, non satis iuuenis, intra iuuenē: sicut pauperior, intra pauperem. dicit autem hoc Varro in libris, ad Ciceronem. *¶* Cæstus & arma.) *¶* *Εν δ' οὖν ἀρμα. i. cæstus.*

Magnanimusq; Anchisiades, & pondus, & ipsa Huc illuc vincolorum immensa volumina versat. Tum senior tales referebat pectore voces. *¶* Quid si quis ex stus ipsius, & Herculis arma Vidisset: tristemq; hoc ipso in littore pugnam? Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat. Sanguine cernis adhuc, sparsoq; infecta cerebro, His magnum Alciden contra stetit, his ego suetus, Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat, Idq; pio sedet Æneæ, probat author Acestes, Æquemus pugnas, Erycis tibi terga remitto, Solue metus, & tu Troianos exue cæstus.

cæstus protulit, quibus vsus est eryx in hoc genere certaminis exercitissimus & virtute preclarus. *¶* Obsistere. a. t.) In tanta multitudine hominum nullus fuit, quem non stupor de admiratione tenuisset. *¶* Ingentia septem. t. b. pl. in. f. q. r. & c.) Tantū honoris & ponderis illi cæstus habuerant, vt mirarentur oēs, & ipse quoq; dares negaret se certaturum, si illos aliq; induisset. Entellus qpe certator antiquus & peritus in suo egit arte mirifica, vt ante ingressum pugne premitteret talem metū, quo audacem & superbum aduersarium debile redderet. Deniq;

Aut in quo magister occisus est: aut in tristi littore, id est infœcūdo. Varro enim dicit sub Eryce monte esse infœcundum campum fere in tribus iugibus, in quo Eryx & Hercules dimicauerunt. *¶* Hæc germanus.) Germanus est secundum Varronem in libris de gradibus de eadem genitrice manans, non (vt multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat. secundum quem bene nunc Erycin Butæ & Veneris filium, Æneæ dicit fuisse germanū. *¶* Sanguine cernis adhuc.) Non Herculis quippe victoris, sed Erycis, q̄ infecerat se tegēdo. *¶* Æmula.) Necdum aduersa virtuti. *¶* Geminis.) Duobus. *¶* Author Acestes.) huius certaminis. *¶* Æquemus pugnas.) i. arma. à sequenti quod precedit. *¶* Tibi.) Pro te: vt, Tibi deserit Hesperus Octam. *¶* Exue.) Projice, solue.

## DONATVS.

Hic grauis Entellum di. ca. Acestes.) Bene dixit dictis castigat, quasi ex patientia delinquentem verberat verbis. hoc est arguit. *¶* Proximus vt. v. t. c. herbæ.) Ex ea occasioe cum verbis obiurgatiuis aggressus est, quod ei in confesso proximus fuisset. confessus aut ipse fuit herbis extractus, quia in campo aliud, quod sessuros exciperet nō fuerat. *¶* Entelle heroum. q. f.) Obiurgatio non iniuriosa, sed habens admixtā laudem. Entelle, folis, inquit, inter fortes viros fortissimus numerari. *¶* Frustra, Tanta ne tam. p. a. n. c. t. Dona fines?) Poterit ne tantum durare patientia tua, vt nullo certe tanta frustra præmium in alterius cōmodum trāseat, singula verba cum ingēti pondere persuasionis posuit. primum, frustra, hoc est sine laboris merito. tāta ne, hoc est, tam pretiosa, tam pulchra sine gloria vincendi tolli dona patieris: patieris, hunc potest intel lectum admittere, quia ille dixerat, si nemo audeat se credere pugnae. dona ducere iube: dixisse Acestes videtur, si passus fueris dona tolli sine certamine, videberis ipse quoq; cū cæteris timuisse. *¶* Vbi nunc. n. d. i. m. Ne. m. eryx?) Dicitur magistrum te memortum erycem frustra habuisse? Vbi fama per. o. trinacriam.) Concedit, inquit, fama nominis tui, quæ per omnem Siciliam nata est. *¶* Et. s. illa.) Obumbrantur cum victoria tuorum tam plurima documenta? *¶* Tuis. p. t.) Vt pudeat istius facti, quoties domum tuam fueris ingressus, & pendere videris tectis quæ sita tuis virtutibus præmia? Ille sub hæc.) Hoc est post illa, quæ Acestes dixit, hæc subnexuit entellus. *¶* Nō laudis. a. n. g. c. Pulsa metu.) Cessit bis accipitur, non cessit gloria, non cessit amor laudis, nec aliquid metus interuenit. *¶* Sed enim gelidus. t. f. Sa. h. f. q. p. effectæ in cor. vires.) Virtus, inquit, mea, atq; amor laudis, non huic sed se necuti cesserunt: proinde esset crimen, si adhuc in iuuentute durarem. audere igitur, quod est iuuenem, nō valet ætas imbellis, quæ omnis friget, & exclusa vi caloris obtorpuit. *¶* Si mihi, quæ quondam, fuerat, & c.) Si essem, inquit, eius ætatis, qua iste est. & si non iam studium meum senectuti cessisset, non istum finerem tanta duci dementia, vt se ex eo arbitretur iniustum: quia nullus, qui cum eo certet existit: & quia Acestes dixit. tanta ne tam patiens nullo certamine tolli Dona fines? ait Entellus. Haud equidem pretio inductus, pulchroq; iuueneco venissem ad certamen. istiusmodi gloria, inquit, me non præmium prouocaret, & excitatus in certamen cōtemplatione magis laudis pergerem, quam vt præmio & cōmodo iudicaretur exisse. *¶* Nec dona moror.) Nec tamen doni cōtemplatione mora aliqua debet afferri. hæc cicit eo de ætatis excusatione premissa sunt, vt Dares à longuo post iactationem maximā maioris ludibrio videretur oppressus. *¶* Geminos. i. p. cæstus Projicit. quæ acer eryx in. p. fu. Ferre. m.) Hos cæstus

cum cæstus suos, quibus fuerat certaturus, vniuersorum conspectibus obtulisset, nullus extitit, qui non ipsorum pondus miraretur & formam, vsq; adeo non mirum fuit omnibus, quando ipse etiam dares, qui certamini parabatur, recusat pugnam. solo interim cōsternatus aspectu. quantum hic Entelli virtus præfertur, q̄ armis talibus semper pugnavit, & vicit? *¶* Magnanimusq; Anchisiades & pondus, & c.) Æneas tamen qui magni animi esset, & æquitatem nosset omni cum moderatione considerabat oculis. immanitatem tantam, & versabat manibus, vt quanti essent, quidue haberent ponderis videndo atq; tractando cognosceret. *¶* Tum senior. t. r. p. v.) Non dixit tum Entellus, minueret enim adstructionem suam, si nomen hominis poneret. ætatis tamē cōmemorationem fecit, vt superbi daretis crimē aueret, quum iuuenem senex superaret & exterreret. Ex admiratione vero omnium atq; ipsius daretis ingentem audaciam Entello non frustra accessisse, sequentia dictorum eius euidentissime probauerunt. ait enim. *¶* Quid si quis. c. ip. & h. a. Vidisset? tristemq; hoc ipso in littore pugnam.) Quantum, inquit, vnusquisq; vestrum miraretur, si vidisset pugnam in hoc littore commissam istis, scilicet cæstibus, cum eryx atq; alcides acerrime certauissent. à populo dehinc cōuertit se ad Æneam, non iam vt insultaret ei de cæstibus, & fracta morte, verum vt rem gestā simpliciter diceret, in quo ipso fuit solatium virtutis eius, quia Eryx cum Hercule contendit, & ab ipso Hercule potuit superari. *¶* Hæc germanus eryx. q. t. a. g.) Hæc, inquit, arma gestare consueuerat germanus tuus Eryx, cum esset incolumis. *¶* Sanguine cernis. a. f. q. i. ce.) Etiam si ego, inquit, tacēam ipsa arma crudelitatem gesti certaminis testabūtur. nam sanguine infecta sunt, & cerebro sparsa. *¶* His. m. al. c. f.) Auget cōstium laudem dicēdo, quia Eryx dum illis fideret stare aduersus Alciden potuit. & si, inquit, superatus est Eryx, quum his esset armatus, non tamen parua extitit certantis gloria, quod cōtra Alciden (facien. 3o cerebri mentionem ostendit & sanguinem de capite fuisse) stare ausus est, hoc est cum Alcide cōtendere, & perseuerare vsq; ad mortem. Alciden, quū pronunciamus, nomē ipsum p̄ magnitudine virtutis eius debemus extollere, dicta magistrorum laude, venit etiam ad suam. Quid enim diceret: si post talia egregiorum facta, ipse nihil gessit, aut potuit? *¶* His, ait, ego sue. tus.) Quum dicit suetus, ostendit his se vsum esse frequentem. dicit & tempus, & propter arrogātiā vitandam iam se afferit senuisse. vt ex eo probet, quæ iuuenis efficeret, quum in præsentī contemneret iuuenem. *¶* Dum melior. v. f. da.) Dum melior sanguis subministrabat congruas vires, ecce ostēdit senectutis ipsius testes crines suos, dicendo. *¶* Æmula necdum Temporibus ge. ca. f. se.) Bene posuit æmulam senectutem, quia quum nihil potest, videtur inuidere virtuti. *¶* Sed si nostra dares. h. t. a. r. Idq; p. l. a. p. au. a.) Necessario hoc loco pium Æneam dixit, quia de salute hominis agebatur. ne, inquit, aut e certamine pressus interiret, & hoc approbat etiam Acestes, auctorem dixit, quia ipso hortante fuerat excitatus. *¶* Æquemus pugnas & c.) Vt remotis cæstibus, quos Entellus protulerat, alios sumeret, vt æquales esse potuissent. *¶* Solue metus.) Non, ait, te ista formido discruciet. sed vt ego istos remoueo, ita. *¶* Et tu Troianos exue cæstus.) Indutus enim manibus aderat Dares.

## ASCENSIVS.

Hic grauis Entellum, & c.) Docet quomodo Entellus senior, ab Aceste, in pugnam, ad reprimendam Daretis iactantiam, excitatus cæstus immensū ponderis, protulit: quos Dares stupefactus Virgi. Tt iij Elus,

Aut, recusavit, quo facto, docet egregius poeta, iactantiam fere tuborem sequi, hominesq; indies, imbecilliores nasci: vt & Nestor Homericus attestatur. vnde & Iuuenalis, Terra malos homines nunc educat, atque pufillos. Donati verba sunt hæc. Frustra, Tantane tam patiens. Singula verba cum pondere pronuntianda. Frustra, idest sine laboris merito. Tanta, tam pretiosa, tam pulchra: sine gloria vincendi tolli, dona patieris. Est autem sententia: quoniam in superioribus ille dixerat, si nemo audeat, videberis tu etiam timuisse. Sic Donatus. Ordo est. Acestes grauis, idest maturus & seuerus, ac magnæ autoritatis vir: castigat hic, idest ex hoc Daretis dicto: Entellum, pugilem illum præstantem, sed senioem: dictis, idest sermone sequenti: vt, idest secundum quod confederat, idest simul, federat: proximus, supple in toro: herbæ viridante, idest virefcente. O Entelle, fortissime quondam heroum: frustra, idest in vanum, si nunc fortis non es: ne, idest an: tu patiens, idest pusillanimus: fines, idest permisses: tanta dona, idest præmia: tolli, i. auferr: vel abduci: nullo certamine, scilicet commisso: vbi, i. est: nunc ille, i. finclytus & notissimus deus: magister nobis, idest qui fuerat nobis magister, scilicet Eryx, filius Butæ, & Veneris, aut Lycastes meretricis, pro vere habitæ: memoratus, i. nominatus & clarus: nequidq; i. frustra, si nulla eius in discipulis derelicta est peritia. vbi, i. est fama memorata, per omnem Trinacriam, i. Siciliam: & vbi, i. sunt illa, i. notissima spolia, pendencia tuis testis: Quæres forte, quomodo quærat, vbi sint, quum dicat, vbi sint, quia in testis? Sed nō ideo quærit, quod nesciat vbi sint: sed, vt quasi immemorem pristinae virtutis commoneat, & ad cōsimilem instiget: ac si dicat, cur nūc non apparet in te pristina illa virtus tua? Ille, i. Entellus, supple, inquit sub, idest post hæc. Amor laudis non cessit, supple, pulsus metu: nec gloria cessit, scilicet e pectore meo, pulsa metu: sed, enim, i. sed: certe: sanguis gelidus, i. in frigidatus: hebet, i. torpescit: senecta, idest senili ætate tardante: i. tardum faciente: & vires effortæ, idest omnem fecuram enixæ, hoc est quæ nullam vim retinuerunt, ni mium exhaustæ frigent in corpore: si illa iuuenta quæ fuerat mihi quondam: quæq; i. & quæ: iste improbus, i. improbandus, ppter iactantiam, i. Dares: exultat fidens, i. confidens: si (inquit) illa foret mihi nunc: equidem, i. ego certe, venissem, i. in certamen: sed haud, i. non, inductus pretio: nec iuueno pulchro, i. quātūvis pulchro (Et ita non vituperat præmium, sed significat se non tam premii, q; laudis cupidum, respondens ad illud, Tantane, tam patiens nullo certamine tolli Dona fines?) vnde addit, nec moror, idest expecto dona: sed, sup. laudem, quod non verbis: ne videatur in se admittere iactantiam, quam in alio vituperavit: sed factis indicat, vnde ipse loquutus, hic proiecit: deinde in mediū geminos, i. binos & æqualis magnitudinis: cæsus, i. armaturas manuum: immani, i. valde magno, & præter hominū morem, pōdere, i. ponderositate & mole. quibus, i. cæsus: Eryx, filius ille Veneris (vt dixi) habitus: acer, i. strenuus: suetus, supple, erat: ferre manum in plia, i. pugnam: & intedere, i. ligare: brachia, i. lacertos: du ro tergo, i. tergo indurato, animi, i. spectantium: obstupere, i. pondus cæstum: quia septem ingentia terga bouum, tantorum, ingentium: aut tam magnorum, vt tergora videbatur: rigebat, i. rigida & implicata stabant: plumbo & ferro infuso, i. quod intus confutum erat. Ipse Dares stupet ante omnes, i. pcpue, quia res eum tangebatur: & recusat, idest refutat: longe, idest multum: quia dixit, excedere iustam mensuram, iustumq; pondus: & Anchisades, i. Anchisæ filius: Aineas (propter metrum dixit Anchisades, pro Anchisides.) magnanimus, i. magni animi, & magnarum virtutum: versat, idest frequenter pertit: & iactat hic, illuc, i. in diuersas partes: pondus, & ipsa immensa volumina vinculorum, pro vinculorum: quibus, scilicet brachia & manus, vincirentur. Tum idest deinde: senior, scilicet Entellus: referebat pectore, i. ex alto stomacho taleis voces. Quid? sup. diceret, si quis vidisset cæsus: & pro, idest arma: aut, cæsus & arma reliqua, ipsius Herculis, q Erycem vicit & occidit: quasi dicat, lōge nimirum maiora, & præstantiora erat victoris, q; vici: & si vidisset pugnam tristem, idest cruentam, in qua Eryx occubuit: in hoc ipso littore, i. q; hic inter Herculem & Erycem, commissa est: tu cernis, i. arma hæc: insecta adhuc sanguine & cerebro, i. Erycis sparso: sed, supple Eryx: stetit

his, i. cæsis, quos recusat Dares: cōtra magnum Alciden, i. Heculem, de genere Alcei: & ego suetus, supple, sum: his, i. cæsis, pugnarare: tunc, supple dum sanguis melior, i. vegetior & fortior: dabat vires: necdum, i. & dum nondum: senectus emula, i. inimica, & persequitrix vitæ nostræ, nondum sparsa nostris temporibus geminis, i. ambobus, hoc est illis capitibus nostri partibus, aut toto capite: accipiēdo à parte totum: caneat, idest canos faciebat: sed si Dares Troius, i. Troianus (& hoc, aut inuidiose dicit, quasi minores, & imbecilliores sint Troiani, q; Siculi. aut significat ideo recusare: quia sua cuiq; gēti arma sunt: & quibus sueti sumus, i. præstantus.) recusat hæc nostra, idest nostratia. q. d. Siciliensia arma: & id sedet, i. placet, pio Æneæ: & Acestes author, i. pugnerne qui instigauit: probat, i. approbat: æquemus, i. equales faciamus: pugnas, i. cæsus, seu instrumenta pugnandi, d. Dares, solue metus, ego remitto tibi terga, idest tergora bouum, plumbo & ferro infuso, Erycis, i. quibus Eryx cōtra Herculem steterat: & tu, exue cæsus Troianos, idest quibus vos Troiani sueti estis: quia commodum est, consuetis inniti armis: licet ergo maioribus vti posses Entellus: vult tamen vt neuter, consueta habeat arma. Et ideo dixit, æquemus pugnas, idest arma (secundum Seruium) q; sunt instrumenta pugnandi.

PIERIVS.

Proximus vt viridante toro confederat herbæ. In anti. Proximus, vt viridate toro confederat herba. Sed, herbe, possessio casu, omnino melius. Non laudis amor, nec gloria cessit. In ali quot cod. antiquis, Nec laudis amor, nec gloria. Sed in pluribus, non. Sanguius hebet. Non placeret quod in Romano cod. legitur, habet: nisi lectionem eandē inuenissem apud Asperum veterem gramaticū. In antiquissimo itidem codice, placet tamē & hebet: vt vulgata habent exemplaria. Si nunc foret illa iuuenta. In Roma. codice, iuuentas, legitur: veluti prius erat in Logobardico Reliqui etiam codices ita sæpe soliti sunt scribere, vt in. v. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentas. In aliquot alijs, iuuentus, est. Sed enim grammaticū quid, iuuentus: quid, iuuentas: quid, iuuenta sit: suis singula differentis finiūt. Iuuentatēq; de iuuenum multitudine dici, volunt: quum iuuentas, dea sit: iuuenta, ætas. Quæquæ sunt, qui duo hæc aliter accipiant. In nummo tamen Aurelii, & aliorum quorundam, iuuentas, inscribitur: quod de dea dici nemo dubitat. Et No. Marcellus, Iuuetas, deæ iuuenta, ætas est. Nam & Catullus, Exercete iuuentā dixit: quod nemo non de ætate dictū affirmet. Quod vero, iuuetas, pro ætate, toties in antiq; exemplari, inueniat, minime displicet, quū figurata sit eloquutio, perinde ac illa, Sine Cerere & Baccho. Haud equidem pretio inductus pulchroq; iuueco. In Mediceo per diuinctuam, pulchrove, legitur. Obstupere animi. Non in Virgilianis tantum codicibus, obstupere, per i, secūda syllaba repperitur: verum in Terentij, Horatij, & aliorum authorum antiquis exemplaribus, verbum id hoc eodem modo notatum inuenias. Ante omnes. In antiquis, omnis. Sed libet hoc loco distillu morum hominum testimonia proferre, qualesq; fuerint, qui de leuib; huiusmodi quæstionculis disputare operepretium existimarunt: Sophater Carifus: integrum (sane libellū C. Iulij Romani, de analogia, trāscribit: in quo illud etiam adnotatur, quod Pomponius secundus poeta (vt refert Plinius) propter homonymiam nominatiui, accusatiuo casu, omnes, non putat dici: sed, omnis. tamen idem Plinius in eodem permanet, dicens, Omnes tum demū posse dici accusatiuo, vt, canes, quod genitiuus plur. horum canum, ante tum, non habet. Pōnunt inde exempla, v. riatam esse dictionem apud vnum, eundemq; authorem, præcipueq; apud Sallustium: cuiusq; varietatis Asperum gramaticū sollicitū fuisse. Nam, oēs, per e, scriptum esse in Castinatio eo loco. Oēs homines. P. C. qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet, per i, vero, tertiam vocalem, omnis: in eodem commentario, Omnis hoies qui sese student. Quæ quidem scribendi ratio quotidie nunc communitur, neq; codex iam vllus extat, quem non librarij arbitrio suo totū audeant contaminare. Idq; pio fedet Æneæ probat author Acestes. In codicibus aliquot antiquis vna plus dictio legitur, sedet Æneæ hoc probat author. Sed mihi nequaquā placet, quod quidem ex paraphrasi inculcatum puto librariorum incūta.

SERVIVS.

Duplicem amictum. Idest Abollam, quæ duplex est, sicut chlamys. Horatius, Contra quem duplici panno patētia

Hæc fatus, duplicē ex humeris reiecit amictum POE. Et magnos membrorū artus, magna ossa, lacertosq; Exiit, atq; ingens media consistit harena.

tia velat. Constitit. Hic distinguendum propter vitium, vt sit arrectus in digitos. Est autē hic totus locus de Apollonio translatus. Pugnamq; lacefunt.)

laceffunt.) Prouocant potius, q̄ gerunt. ¶ Membris & mole.) Mole mēbrorum vt, Molem q̄; & montes. ¶ Genua labant.) Proceulfmaticus est, quem ( vt supra diximus ) sic femper ponit, vt cogi possit in dactylum: vt Genua labant, Arietat in portas. ¶ Negq̄.) Non profutura victorię. ¶ Vulnera iactant.) Ictus. ¶ Tela.) Ictus. ¶ Exit.) Vitat, declinat, vnde de Tarchoite, Et vim virib⁹ exit. & hoc verbo bis vsus est tantum. ¶ Qui molibus vrbem.) Amphibolon est, aut celsum molibus: aut q̄ molibus oppugnatur. ¶ Sedet circū castris.) Tmesis est. Circū sedet. ¶ Ostendit dextram.) Aut fiducia virtutis est ostendere quod minatur: aut certe prouectus ætatis ostenditur, qui eū ex improviso ferire non sinit. ¶ Velo.) Velociter, nomē pro aduerbio. ¶ Vltro.) Ecōtrario. Ille enim cadere debuerat. ¶ Grauis grauitatē.) Figura à similitudine. ¶ Caua pinus.) Bene respexit ad ætatem. ¶ Erymantho.) Erymanthus mons Arcadię est. ¶ Ida in magna.) Modo nō Cretę, sed Phrygię propter pinus. ¶ Confurgunt studijs.) In studia. ¶ Præcipitē.) Daren.) Celerem, vt, Præcipites vigilate viri. ¶ Nunc ille sinistra.) Ille vacat, additū propter metrum. De ipso enim dicitur: vt, Creber vtraque manu pulsat, versatq̄ Dareta. ¶ Quā multa grandine nymbi.) Hypallage. Nam debuit dicere, Quam multo nimbo grandio præcipitur. ¶ Versatq̄ Dareta.) Dares Daretis, vnde est Dareta: & Dares Daris, vnde est Daren, sicut Chremes & Chremis & Chremetis.

## DONATVS.

¶ Hęc fatus duplicē ex. h. p. a. Et. m. m. a. m. o. l. q̄. Ex. & c.) Ecce etiā ipse magnitudine corporis & membrorum mole laudat. ¶ Tū fatus. An. c. p. e. a. Et pa. pal. ambo. innexuit ar.) Amboꝝ, inquit, palmas paribus armis innexuit. Patrē dixit Æneā paternum habētē iudiciū, hoc est equale & iustum. ¶ Cōstitit, in. d. e. a. v. & c.) In digitos vterq̄ arrectus extemplo cōstitit, hoc est, mox, vt arma sumperunt Dares & Entellus, cōtinuo in digitos cōstitit, & in digitos arrectus, & interritus, ad vtrunq̄ pertinet. Iccirco autem in digitos erigitur cōstitibus certaturus, quia tāto facilius & fortius percutit, quāto fuerit corporis, p̄ceritate sublimior. p̄nūciario & intellectus loci istius talis est. cōstitit, & faciēda est mora, dehinc dicendū, in digitos arrectus vterq̄; hoc est ille & ille, brachiaq̄ vterq̄; interritus in auras superas extulit, & ille. f. & ille. ¶ Abduxere te. l. c. a. ab ictu.) Et hoc vterq̄; fecit: capitibus, n. magis iminēt cæstus: hęc resupini reuocabat, vt essent longe ab ictu submota. ¶ Immiscentq̄; m. p. q̄. l.) Et hoc vterq̄; fieri solet istud in ingressu certaminis, vt primo quasi per ictū paulatim tamē cōmotio mētis accedat. Ecce quid singulorū separatim fuerit, dicitur, cōpletum est enim, quod vterq̄; similiter fecerat. ¶ Ille. p. m. m. f. q̄. i. u.) Dareta dictum debemus accipere, licet. n. p̄no men posuerit, nō nomen. tñ qa addidit, fretusq̄; iuuetā. ille itelligitur, qui supra iuuenis dictus est. ¶ Hic mēbris, &. m. v.) i. Entellus, quia quāto grauior fuit ætate, tāto magis p̄ remedio sibi duxerat standū. tutus enim fuerat corporis mole. ecce fecit iā separationem signans, quid singuli agerēt. Dares, inquit, vigeat mobilitate. qm̄ ætatis suffragio iuabatur: alter sistendum esse credit

Tum fatus Anchisa cæstus pater extulit æquos, Et paribus palmas amborum innexuit armis. Constitit in digitos extemplo arrectus vterq̄, Brachiaq̄; ad superas interritus extulit auras. Abduxere retro longe capita ardua ab ictu, Immiscentq̄; manus manibus, pugnamq̄; laceffunt. Ille pedum melio rmotu, fretusq̄; iuuenta, Hic membris & mole valens, sed tarda trementi Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus. Multa viri nequidq̄ inter se vulnera iactant, Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vastos Dant sonitus, erratq̄; aures & tempora circum Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ. Stat grauis Entellus, nifuq̄; immotus eodem, Corpore tela modo, atq̄; oculis vigilantibus exit.

Ille, velut celsam oppugnat qui molibus vrbem, Aut montana sedet circum castella sub armis, Nunc hos nunc illos aditus, omnemq̄; pererrat Arte locum, & variis assultibus irritus vrget. Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte Extulit: ille ictum venientem à vertice velox Præuidit, celeri q̄; elapsus corpore cessit. Entellus vires in ventum effudit, & vltro Ipse grauis, grauitatē; ad terram pondere vasto Concidit, vt quondam caua concidit, aut Erymantho, Aut Ida in magna radicibus eruta pinus. Confurgunt studiis Teucris, & Trinacria pubes. It clamor cœlo, primusq̄; accurrit Acestes, Æquæuumq̄; ab humo miserans attollit amicum. At non tardatus casu, neq̄; territus heros, Acrior ad pugnam redit, & vim suscitāt ira. Tum pudor incendit vires, & conscia virtus, Præcipitemq̄; Daren ardens agit equore toto, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Nec mora, nec requies, q̄; multa grandine nymbi Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros Creber vtraq̄; manu pulsat, versatq̄; Dareta.

ueniret vidit, & suffragio recessus celeris ictum citius effugit. ¶ Entellus vires in. v. e. & v. p̄. Ipsi. g. q̄. ad. t. p. v. Cōcidit. ¶ Ictū tam fortiter erogātū & in vacuum effusum nullo impellente secutus Entellus cōcidit. & grauisimū corporis mole ingentē ruinā fecit, ita vt solet in montibus arbor pinea radicibus eruta cade re bene posuit radicibus, quia cum arbor ruptis radicibus cadit, nullius, vt Entellus, p̄cumbit impulsu. ¶ Cōfurgunt studijs. t. & t. pubes.) Cōfurgunt studijs, hoc est voluntatibus diuersis, Troia; ni quippe gratulabatur Entellum cecidisse, Darete pro victore habentes, siculi cōtra turbati, q̄ Entellus cecidisset. ¶ It clamor cœlo.) Nec imerito, fuit enim causa, quæ hunc magnis viribus excitaret. ¶ Primusq̄; accurrit Acestes Ae. q̄. ab. h. m. at. ami.) Acestes miseratione cōnotus æquæuum suum, & amicitij religione cōiunctum leuauit auxilio suo, & erexit iacentem. ¶ At nō tardatus casu neq̄; t. h. Acrior ad. p. r. ac. v. f. i.) Non alio erubuit vir fortis, sed iratus est: quæ ira stimulus fuit excitandæ virtutis. accedebat tamen nōnulla etiā pudoris contemplatio iccirco enim addidit. ¶ Tū. p. i. v. & cō. v.) Virtus, inquit, quæ sese nouerat, animum irascentis armabat. ¶ Præcipitemq̄; Daren ardens agit equore toto.) Ille qui ætate grauis & corpore vno in loco consistens ictus venientes declinando fundebat, ira simul & conscientia; virtutis accensus, repente mobilis & acer effectus agitabat Daren per omnem campum, atq̄; ita vt fugiens ille & præceps actus stare non posset. egebat autem istum. ¶ Nunc dextra ingemi. ictu, nunc ille sinistra.) Ille, quem iuuenta superbum fecerat, ille qui pedum melior fuerat motu, sic cedebat Entello, vt in sequētis senis ictus vitare non posset, vsque adeo vt non iam singularibus sed geminatis & multiplicatis ictibus cedere. nec vna in modo manu, sed vtraq̄;

derat propter senectutis impedimentū & corporis pondus. ¶ Sed tarda. t. Genua. l. v. q. a. an. ar.) Nō pugnae fatigatione nutabant genua eius, aut certando magnos anhelitus dabat. sed hoc illi ætas p̄uehor faciebat, & corporis magnitudo. ¶ Dant sonitus. e. q̄. a. & t. c. Cre. m.) Hoc est circum aures & tempora. ¶ Duro crepitant sub. v. malæ.) Ne ququam, ad omnia, quæ enumerata sunt, pertinet. oēs enim ictus nō tā graues fuerant, vt hos sortes viri sustinere nō possent. ¶ Stat grauis Entellus. n. q̄. im. eo. & c.)

Flos laudis in Entello fuit, q̄ stanti corpore, oculis tamen omni cautela curretibus ictus vitabat crebro venientes, hoc est quod dixit: erratq̄; aures & tempora circum crebra manus. quia oēs ille cauendo declinabat. ¶ Ille, idest dares, velut. c. o. q. m. vr. & c.) Dares Entellū sic varijs, assultibus sine effectū nocēdi vrgebat. ac siq̄; velut oppugnare vrbem magnis molibus constructam, aut castris stella destruere in Entello fuit, q̄ tibus constituta. magnā hominis peritiā demonstrauit: & habitudinē corporis. vt q̄ discursus habere nō poterat, sui ponderis causa vno in loco consistens tela crebro venientia declinationibus corporis euitaret, & funderet. hęc præstabant p̄sens animus, artis ingenij, & oculi vigilantes. ¶ Ostēdit dextrā insurgens Entellus.) ille, hoc est Dares. ¶ Ictū ve. a. v. v. Preui. celeri q̄; elapsus corpore cessit.) Entellus, inquit, erecta quātū potuit dextera, ictū in Darete direxerat verticem, sed ille hunc præuidit. hoc est anteq̄; p̄-

fed vtraq; verberante. ¶ Nec mora. n. re.) Nulla vapulanti dabitur requies, quia ictibus duris & iugibus nulla morarum præbeatur occasio. ¶ Quam multa. g. n. Culmi. c.) Sic, inquit, illi in darem ictus crepitabant vt solet densa grando, quum tectis ifunditur, personare. magna cōparatio grandinis, & tectorum. quum enim grādo extiterit, ceduntur tantum tecta, nō etiā ipsa feriunt, vt ostendatur dares tm̄ crebris ictibus cæsus, vt ipse suos nō valisset exere. ¶ Sic densis ictibus heros Cre. v. manu. p. v. q. d.) Deniq; vt grando densior tecta, sic crebris & vtraq; manu inclusis ictibus superatus dares, nunc cecidit non vt Entellus casu, sed virtute fortioris est versus.

A S C E N S I V S.

¶ Hæc fatus.) Recitat quomō paribus armis armati, in pugnam descenderint: & qua vterq; arte, ac vi contenderit, donec Entellus à Darete illusus, ictu proprio in aerem diffuso cecidit: qui leuatus, acrior in pugnam rediit: vt sequentia indicabunt. Ad hunc autem locum dicit Donatus (quod quidē cōpeterim) nihil. ¶ Ordo digitorum est. Entellus, sup. fatus. i. loquutus: hæc quæ, scilicet præmissa sunt, reiecit ex humeris, amictum duplicem. i. abollam: & exiit. i. denudauit, magnos artus membrorum, & magna ossa, & lacertos, sup. magnos: atq; ipse ingens, consistit. i. firmiter stat: in media harena: tum. i. deinde: pater. ¶ Æneas: fatus. i. p. creatus: Anchisa: ex Venere. f. extulit. i. in medium tulit: cæstus æquos. i. æqualis ponderis: & inexit. i. vinxit, palmas, amborum. i. Daretis & Entelli: armis paribus. i. conformibus. Vterq; constitit extē plo. i. illico: abrectus in digitos. f. pedum, quo altior fieret. sed & manus, more luclaturoꝝ, erigere potuerunt. (Quintilianus docet, rem depingi: & oculis mentis, quasi in spectaculo, exhiberi. sumptus est autem (vt Seruius inquit) locus ex Apollonio.) & vterq; interritus. i. non territus, extulit brachia ad auras superas. Abduxere, scilicet ambo: retro. i. retrorsum. Longe abiectu capita f. sua: ardua. i. erecta, & sublimia: & imiscens manus manibus, & lacessunt. i. prouocant sic tauri, immiscendo cornua cornibus pugnam. f. futuram. Ille. f. Dares: lacessit, supple existens melior. motu. i. agilitate pedum: & fretus. i. cōfusus, & adiutus: iuuenta. i. iuuenili ætate: hic. i. Entellus, sup. lacessit pugnam: valens. i. p. gressus membris: & mole. i. mole mēbroꝝ: sed genua tarda. i. tardata senio: labant. i. titubant, labanti similia: ipsi trementi. f. senio, non timore. Anhelitus æger. i. moleste editus: quatit. i. concutit: artus vastos. i. membra spatiosa, & magna: & viri. i. ipsi, viriliter cōcertantes: iactant. i. expendant, & inhiēt: nequidq; idest frustra: quæ neuter proferri, nec vinci potuit: multa vulnera. i. ictus, aut iactus. nam vulnera nequidq; non fiant: & ingeminant. i. frequentant: multa. i. vulnera. i. multos ictus lateri cauo. i. per latus brachijs detectum: & dāt vastos sonitus, pectore. i. ad pectus: & manus errat. i. vagatur, incerte percutiendo: crebra. i. crebro: circum aures, & tempora. i. iuncturas capitis: & malæ. i. maxillæ, potius q; hami armorum: crepitāt. i. crepitem faciūt: sub vulnere duro. i. ictu forti. Entellus stat grauis. i. grauius aut existens grauis: q; p. i. immotus eodem nisu. i. conatu, sine agitatione membrorum: & exit. i. vitat: modo. i. solummodo: corpore & oculis vigilantibus i. prospicientibus: tela. i. ictus, longe venientes, quia grauius lædunt. Ille. f. Dares: pererrat. i. circuagatur: arte. i. artificie, omnem locū: & irritus. i. frustratus, à primo conatu, vrgit varijs assaultibus: velut. i. sicut, is q oppugnat vrbem celsam. i. sublimem: molibus. i. magnis structuris muroꝝ: aut qui oppugnat molibus i. magnis machinamentis, vrbem celsam: aut qui circūsedet sub i. in armis: castella montana. i. qui obsidet castella in montibus sita, supple facit, aut tentat nunc hos aditus, nunc illos: & pererrat omnem locum, arte: & irritus vrgit varijs assaultibus. Entellus i. surgens, vt desuper incutiat: ostēdit dextram, aut fiducia, aut iuge nuntiate, aut senio procurante: & extulit alte, ille velox. i. celer in omni re, præuidit ictum venientem à vertice. i. desuper (aut præuidit velox. i. velociter: vt Seruius vult) & ipse elapsus corpore celeri. i. multum agili: cessit. i. locum dedit dextræ: ita vt nō pertingeretur. Entellus effudit vires in ventum, quia nihil obstaculi inuenit: & ipse grauis concidit grauius, vltro. i. insuper: aut nullo alio

SERVIVS.

¶ Infelix.) Consolatio est. Vnde nō dicit imbellis, vt fortius videatur esse quōd victus est. ¶ Dixitq;. Vacat Quæ merito causa, & maluit perissologiam facere, quā vti cōmuni syllaba, quæ frequens vitiosa est.

Tum pater Æneas, procedere longius iras,  
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis,  
Sed finem imposuit pugne, fessumq; Dareta  
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur.

¶ Infelix, quæ tanta animum dementia cepit? ÆNE.

lo alio impellēte, ad terram quæ potest vasto. i. valde amplo & magno, sup. sic coincidit: vt. i. quemadmodum: pinus caua. i. vetustate exesa, & carie corrota: concidit quondam. i. aliquando: aut Erymantho. i. illo monte Arcadiæ: aut in magna Ida. f. Phrygiæ vbi multæ sunt pinus, matri deum sacræ: existens eruta. i. euulsa: radicitus. i. ab radicibus vsq;. Teucris & pubes. i. multitudine pubescens. tum. Trinactia. i. Siciliæ. confulgurat studiis. i. studiosis officiis. Clamor it. i. diffunditur: celo. i. ad caelum, vsq;: datius localis, qui octauus casus dicit: & Acestes accurrat primus. i. p. cipuus: aut primus, quæ alij nō audebāt manum apponere, sed solummodo acclamabant: & ipse miserās, attollit amicū equoū. i. equalis æui, ab humo. At. i. sed: heros. i. vir magnanimus, & heroica virtute p. ditus. f. Entellus, existens nō tardatus, neq; territus casu: redit ad pugnam acros. f. q; prius fuerat, & ira suscitatur. i. excitatur, & procreat vim. i. robur. Tum. i. insuper: pudor. i. erubescencia: & virtus conscia: quia sciebat se cōtra Dareta posse stare: incēdit. i. in opus exire facit: aut, intendit. i. auget vires, & ipse ardens. i. excandescens ira: agit toto equo. i. p. totā planiciē Dareti. i. Darete (nā vtroq; modo declinatur) p. cipitem. i. p. cipitanter fugientem, ingeminās ictus nunc dextra, nunc sinistra (ille, vacat.) Nec mora, sup. fit in Entello: nec reges in Darete, aut in vtroq;: quæ heros. f. Entellus, pulsat creber. i. crebro, vtraq; manu, & versat Dareta sic. i. tā densis ictibus, q; multa gradine nymbi. i. nubes grandinosæ: crepitant tectis. i. per tecta, dū grando decidit. Seruius vult hypallagē esse, vt sit pro eo quod est, Quā multo nymbo grando p. cipit. sed mihi videt citra hypallagen, cōformior similitudo: vt Entellus habeat similitudinē cū nymbo: & ictus eius super caput Daretis, decidentes cū gradine super tectū crepitante. Nō enim opus est, vt multi sint nymbi, dū multa est gradō p. tecta crepitans. Et sicut censet proceleumaticū esse, genua labant: qui in dactylū cōtrahitur, faciendo genua dissyllabum: ita & magnos mēbroꝝ, &c. hypermeter est versus, sed syllaba, q; abundans à vocali sequenti, more Virgiliano absumitur.

P I E R I T V S.

¶ Duplice ex humeris reiecit amictū.) In veteribus aliquot exēpla. deiecit, habet, hoc est, demisit, ppere, vt nudato apparuerit pectore, toraceq; omni, vestibus circa pudenda subligatis. Plura tamē exēp. vetusta, reiecit, habet. ¶ Magna ossa, lacertos Exiit.) In pueteri quodā cod. sententiā nō parū diminuta, legere est, magnosq; lacertos Exiit, quod veriti sunt hypmetrū facere. In alijs quot alijs, magna ossa lacertos: absq; particula copulatiua enclitica: vi sit, Magnos mēbroꝝ artus, ac lacertos, appositue, magna ossa. Sed. n. in ea vastitate, visendaq; mēbroꝝ magnitudine, versum & pleniorē esse, & numeris abūdare, valde mihi videt esse ex carminis dignitate, quare libētius legerim, magna ossa, lacertosq;, vt pleraq; habet exēplaria, tā impressa, q; manu scripta. Nō pteribo, qd in Actio Pontani magna ora lacertosq;, legi: qd nō crediderim temere positū: tāctis, magna ossa corporatorū illam Athleticā ostēdere videant. ¶ Pugnaq; lacessunt.) Antiqui aliquot codi. pugnas, numero multitudinis habet, vt sit quēdā iussu prælij similitudo, perinde ac si collatis signis dimicandū esset, antea enim q; directā acie concurrat, leues quēdā pugne à pmissis equitibus, vel à funditoribus: nō tuncq; et ab exploratoribus cōmitti solent. ¶ Nunc hos, nūc illos aditus.) In Ro. codi. variato numero, legere est, Nunc illos, nūc hos aditus. Sed loquēdi modus frequentissime, hunc & illum, dicit, & huc & illuc, & huiusmodi reliqua. Catullus. Et circūsilies mō huc, modo illuc, Puluinusq;, perēq;, & hic, & illic. Ludebat numero, modo hoc, modo illoc. A viciniore enim inchoandū est, vtpote magis noto. ¶ Vires in ventum effudit.) In antiquis aliquot, effundit, presentis temporis, res enim nunc agitur. Alijs magis præteritum placet. ¶ Radicitus eruta pinus.) In Roma. codi. & aliquot alijs radicitus, adhibum est. Sed, radicitus, nomen, longe plurimum codicum cōsensu, & vsitata loquēdi figura libētius legit. ¶ Primusq; accurrat Acestes.) In Oblongo codice pueteri, occurrat, legitur: sed, accurrat, vel, accurrat, omnino melius. ¶ Ad pugnam redit, & redit, & vim suscitatur.) Veteres pleriq; codices, Ac vim, legunt, quod magis placet.

sa est. Vnde Horatius, Nec tanta in metris venia conceditur vti. Greci enim his vtuntur frequenter. ¶ Fidi æquales.) Ηοι με φίλῃ δ' ἀμφέσαν οἰτάραι ὀμινα γον δι' ἀγῶνασ' ἐφελκόμενοισι πόδεςσι, ἀμα πᾶχυ πτόντα κάρη βάλλονθ' ἐτέρωσι.

in ipso. ¶ Vtrocq; in vtracq; partem. ¶ Vocati accipiunt. Bene eorum ostendit pudore: vel quia erat occupati circum amicū, dixit Vocati. ¶ Cognoscite Teuceri.) Habet rationem personarū: quia virtutem eius nouerat Siculi. ¶ Effractōq; illi offa cerebro.) Hypallage, fregit offa, & illisit in cerebrū. ¶ Humi bos.) Pessimus versus in monosyllabā definēs. ¶ Meliorē.) Aptiorem. Nam aialem hostiam dat. ¶ Cestus artemq; repono.) Et arma deposuit, & arti renuntiavit: id est cataly fin fecit.

## DONATVS.

¶ Tum pater. & pro. i. i. Et scē. a. e. h. p. & c.) Aeneas & sui hominis causa, & quia cerebrū fuit post victoriā hoīem cædi vsq; ad terminum vitæ, finem certamini dedit. nec passus est vltius progredi sequentē. ¶ Fesumq; da. Eripuit. m. d. ac. t. f.) Necessario verbo vsus est dicens, eripuit, vt ostenderet magnam interuenisse violentiā, & periculum salutis imane. ipso vsus est hic quo, ex persona sinonis iterū vsus est dicens, eripui fateor leto me, & vincula rupi. ipso ex persona Aeneas, illum ego per flamas & mille sequentia tela eripui his humeris, mediōq; ex hoste recepi. Ipso ex persona Veneris, Eripe me his inuictis malis. ereptum ergo consolabatur dictis locutus talia. ¶ Infelix, quæ tan. a. d. e. & c.) Infelix est, qui vltra quæ potest audeat appetere. infelix est, qui secundis rebus modum nescit imponere, quod cōtigit in ipsius Daretis causa. quum enim superbia intoleranda ferretur, & existimaret se inuictum, atq; vniuersis esset terrore, sic fortiosem reperit, sic discrimen propriæ salutis inuenit. demens autē est, qui exclusa sanitate cōsiliū, mente perditā non cernit aduersum se nō tm hoīem verumetiam deos ex aperto contendere. hoc autē amatoris animo Aeneam dixisse intelligendū est, vt dares non entelli, sed dei cuiusdā violentia superatus esse videretur. deniq; sequitur. ¶ Cede deo.) Deo, inquit, cede, nō homini. sic ipse Aeneas & in sua causa profectus est, vt in fine secundi libri dijs cessisse potius quæ græcis diceret. dicens igitur, cede deo, minuire voluit victoris hominis laudē. errant igitur, qui putant Aeneā deū dixisse entellū, cuius victoriā deprimere debuit propter amici miserabilem casum. ¶ Dixitq; & prælia v. d.) Quantum potuit iubentis autoritas sola diremptū est voce, quod magno incendio irascentis & furore flammauerat. ¶ Ast illū fidi æquales genua ægra trahentē & c.) Quum hæc Aeneas dixisset, qui interposuisset terminū pugne, duxerunt inde amici sui daren afflicti trahentē genua, tanq; morbo ægra, quæ pauloante fortia fuerant, & deiectis nunc hæc, nūc in aliā partem ceruicibus, quas in coelum superbia ferebat & fastus, crassumq; cruore cum dentibus fractis ex ore fundentem ad naues ducunt. dixit, vt ferri potius ex parte, & trahi ex parte videret, vocati, vero acceperunt præmium Daretis, quū vltro victi hoīs sortē puduit postulare. ¶ Palmā entello. t. q. r.) Palmā iterea & taurū victori entello reliquerunt, quāto istud cum dolore amicoꝝ daretis factum est. ducere hoīem victum, debile trahere, accipere ludibriosum donum gloriæ palmæ cū tauro relinquere commodis & titulis inimici. illa. s. palmā, quā putabat se adepturum dares, quū nullus certator existeret, & taurū, quem cornu tenuerat, quise putasset inuictum. ¶ Hic victor. f. a. r. q. f.) Entellus gloria euectus, & præmio. ¶ Nate dea, vosq; hæc, inquit, cognoscite Teuceri. Et mihi quæ fuerint. i. in. c. u. Et. q. f. r. a. m. d.) Et tu, inquit, Aenea, & vos Troiani ex pñtenti facto, quod mox pferā intelligite, qualis in iuuetē eum, quādo admirāda lōgeus ostēdo, simul hoc quoq; pbaturi, quanta mortis acerbitate liberaueritis daren vestrū. ¶ Dixit, & aduersi cōtra stetit ora iuuenti & c.) Stetit, inquit, cōtra iuuenti faciem, cū illo dixit, & reducta dextera. tunc enim ictus reddite fuerint, si ē maiori spatio veniat. librauit in eius cerebrū manū, atq; iter cornua cæstus illisit. hæc pars capitis maximam duritiem habet, perindeq; maximā frangendi difficultatē, & tamen ictus istius effractus ossibus vsq; ad ipsum cerebrum penetravit. p. inde, quā morte interijt

Non vires alias, conuersaq; numina sentis? Cede deo. ¶ Dixitq; & prælia voce diremit. POE. Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem, Iactantemq; vtroq; caput, crassumq; cruorem, Ore reiectantem, mistosq; in sanguine dentes, Ducunt ad naueis, galeamq; ensēq; vocati Accipiunt, palmam Entello, taurumq; relinquunt. Hic victor superans animis, tauroq; superbus, Nate dea, vosq; hæc (ingt) cognoscite Teuceri, ENT. Et mihi quæ fuerint iuuenti in corpore vires, Et qua seruetis reuocatum a morte Daretis. ¶ Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenti, Qui donum astabat pugnae, duosq; reducta Librauit dextra, media inter cornua cæstus Arduus, effractōq; illisit in ossa cerebro. Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos. Ille super tales effudit pectore voces. ¶ Hæc tibi Eryx meliorē aīam p morte Daretis ENT. Perfoluo: hic victor cæstus, artemq; repono.

& donum bouis cōmodumq; contempnit. ¶ Ille super tales. e. p. vo.) Entellus post exitum bouis has addidit voces. quū dicitur vos ces ostendit hunc dicta sua clara voce psecutum. ¶ Hanc tibi eryx m. a. pro. m. d. Perfoluo.) Meliorem, inquit, animam quam melior esset bouis anima, quæ hominis, nō ipse est intellectus. placare enim voluit Aeneas mentem & animos Troianoꝝ, quos in perniciem daretis lēserat, & posito furore certaminis ait, melius factum est, vt bos potius interiret quæ dares, meliusq; tibi Eryx, bouis anima vota perfolui quæ hominis. hæc enim est hoc loco anima melior, quæ sine piaculi contagione mactata est. ¶ Hic victor. c. a. q. r.) Quod dignum spectaculum prouenisset, cōgruum ei visum est ab ipsa fe artis professione dissoluere, vel maxime quia victor steterat, vt sepe de victorijs quoq; veteribus letus, inde ait. quo loco dedit tale meæ virtutis exemplum, ibi pono & artem & cæstus, studiumq; certandi.

## ASCENSIVS.

¶ Tum pater, & c.) Cōmemorat quomō Aeneas litem diremit, vtrq; Entellus vir grauis, & diuina ope fretus, Daretis cepit, sed iuuenti vno ictu mactauit, & dijs obtulit: atq; cestus deposuit cū gloria: nūq; amplius in pugna concessurus. Donatus autē dicit sic. ¶ Infelix.) Quia audeas cōtra numina: est autē optima consolatio, quum ostendat non illum ab homine, sed à numine vinci. ¶ Cede deo.) Errant qui putant Entellū, deū ab Aenea vocari: sed deū dicit, fauens illi numen. ¶ Agra.) Quib. pauloante tātōpere valebat. ¶ Caput.) Quod pauloante in cœlū tollebat propter superbiam. ¶ Palmam, taurūq; relinquunt.) Exprimit quanto hæc cū dolore facerent. Hęc ille. ¶ Ordo est. Pater Aeneas haud. i. nō passus, sup. est. tum. i. tunc. iras, scilicet Entelli: procedere lōgius. i. ad grauius malum: & Entellum sequere, id est ferocire: acer bis, id est immitibus animis: sed imposuit pugne finem, dato, scilicet signo: & eripuit Daretis fessum, scilicet cursu, & ictibus toleratis: mulcens, id est mitigans, & consolans dictis, id est verbis consolatorijs: ac fatum talia, o infelix. i. miser, hoc est miseratione digna: contra quem diuinum facit auxiliū: que tanta demencia cepit. i. inuasit, animum. s. tuum? Non sentis alias vires, scilicet quæ humanas, aut ipsius Entelli: cede, id est da locum. deo. i. numini, quod nunc in Entello est: dixitq; i. simul dixit: & diremit, id est dirupit: prælia voce, id est sermone suo: ast, id est sed: quales. i. cogit: eius fidi, id est fideles & fauentes: ducunt ad naueis. i. extra conspectum populi: illum, scilicet Daretis: trahentem genua ægra. i. fatigata, & iactantem, scilicet præ dolore: caput vtroq; id est in vtracq; partem: modo in dextram, modo in sinistram: & reiectantem ore, id est euomentem: cruorem, crassum, id est globatum, & fere cōcretum: & dentes mixtos in sanguine: & ipsi vocati, scilicet ab Aenea, ad recipienda solatia victo, accipiunt galeā & ensē: sicut se daturū pmiserat Aeneas: & relinquunt Entello palmam. i. victoriā: & taurum. i. præmium: hic, id est modo: Entellus victor superans. i. exultans animis: & superbus tauro (nā, vt Tacitus ait, Sapientibus cupido gloriæ nouissima exiuit) inquit, o nate dea, id est o Aenea: &, o vos Teuceri, scilicet reliqui: cognoscite, & i. simul, quæ vires fuerint mihi in corpore iuuenti, & a qua

Ordo.

# ÆNEIDOS.

& à qua morte seruetis Daretæ reuocatum, hoc est cognoscite quod Daretæ occidere potuiffem, si voluiffem. dixit, scilicet Entellus, id est finiuit orationem, & stetit contra ora iuueni aduersi i. ex aduerso stantis. Qui scilicet iuuenus astabat: donum, id est præmium pugnae: & Entellus librauit, id est librando incussit: cæstus duos, id est plumbo oppletos, inter media cornua, scilicet iuueni: & illisit, id est illidendo intrusit cæstus in ossa: & hoc cerebro effracto, id est disperso: aut hypallage est, pro eo quod est illisit in cerebrum effracto osse. Bos sternitur exanimis, id est mortuus: & procumbit humi, id est super humum, tremens. s. per spiritus vitales, per arterias currentes: ille. s. Entellus: super effudit i. insuper effudit, aut effudit super. s. bouem prostratum tales voces. i. verba votiuæ & dedicatiuæ, o Eryx, hic patet quod sensit se numine Erycis iuuari) ego persoluo tibi pro morte. i. loco mortis: quia suffecisti vires, vt Daretæ occidere potuiffem animam hanc. i. bouis: meliorem. i. aptiorem: aut in contemptum Daretis dicit, quæ iniquum sentit hominem: quod dolo eius ceciderat: & ego victor repono. i. ad perpetuam requiem pono: cæstus. i. instrumenta pugilum: & artem. i. exercitium artificiosum, quod nõ amplius exercitaturum se significat. Et ideo, quia moris erat, vt qui aliquod genus vitæ exueret, perpetuoq; derelinquerent, eius arma deo illi præfecto dicet: vt arma quibus mostra domuerint Herculi: arma nautica Neptuno: puppas virgines Veneti: bulas prætaxas, virilem togam fumetes laribus, &c. ipse Entellus Eryci dicat, & ad collum eius figit.

## PIERIVS.

(Ore reieclantem.) Antiqua aliquot exemplaria, electatẽ, legunt alia, reieclantẽ, vocaliã iacto non immutata. Sed reieclantem, vulgata lectio magis placet. ¶ Iuueni in corpore.) In Ro. cod. atq;

atq; alijs plerisq; omnibus, Iuuenali, per a, in pene vltima nota tum legas, neq; id in Virgilianis tm codicibus, verum & in alijs authoribus. Est apud me Ouidij codex admodum vetustus, in quo ea dictio passim per a, scripta est, vt (Cæa nunc præ manibus erat) in epistola ad Maximũ, de amore, loquẽs, Tu mihi distastu iuuenalia carmina primus. & ita alibi. Præterea, C. Iulius Roma. in libro de analogia, nomen hoc Iuuenalis, si homo sic vocet. ab altero noie, Iuuenalis, sicut ait Maro. Iuuenali in corpore vires q; dictione, res nõ persona, cõsetur: nõ alia ratione discernit, nisi ab ablatiu finali litera. Nã pro nomine proprio, in e, pro adiectiuo in i, finiri tradit, nõ taciturus, siquã aliam literã facere differentiã agnouisset. Effractoq; illisit in ossa cerebro.) Sunt q; illisit ossa, absq; præpositione legi debere cõtendunt, perinde ac illud etiã superius legunt absq; & particula: cum clamore Gyas reuocabat, Ecce Cloanthum, Sed enim in antiquis omnibus exẽplaribus, quæ ad manus meas peruenere, vno exemplo scriptum inueni, illisit: vel, inlisit in ossa: & hoc loco hypallagem figuram agnoscit Seruius, dum dicit, Fregit ossa, & illisit in cerebrum cæstus. Ac mihi quidem videntur, qui ex hoc versu, in, præpositionem adimunt, vim etiã exictu illo pene omnem adimere, ita languere oratio, atq; etiã imperfecta reddi, versusq; ipse flaccescere videretur. Non præteribo tamen legisse me in codicibus aliquot manu scriptis, Immissit in ossa. Sed, illisit, omnino melius. ¶ Hic victor cæstus, artemq; repono.) In Ro. cod. & in aliquot alijs admodum vetustis, dicta videtur hæc ex persona poetæ: quia, reponit, persona tertia scriptum est. Vep. mi nime displicet Entelli ea esse verba, qui hæc depugnata pugna votum nũcupet se nunq; amplius in certamen descẽsurum. Et repono, persona prima, in reliquis plerisq; codicibus habetur.



## SERVIUS.

(Ingentiq; manu.) Magna multitudine. ¶ Malum. h) Malus, arbor nauis, generis masculini. Horatius, Nec malus

¶ Protinus Æneas celeri certare sagitta Inuitat, qui forte velint, & præmia ponit, Ingentiq; manu; malum de naue Serefti. Erigit, & volucrem traiecto in fune columbam,

## POETA

lus celeri saucius Aphrico. Et dictus est malus, vel quia habet instar mali in summitate: vel quia quasi quibusdam malis ligneis vincitur, quorũ volubilitate

volubilitate vela facilius eleuatur. Traiecto. Exteto: vn de trāfenna dicitur extētus fuis. Sallust. Machinato strepitū trāfenna corona in caput i ponebatur. Quo. In quam. Nam ponit aduerbia pro nominibus: vt, Genus vnde Latinum. Clamore secundo. Vt supra dixit, Magnosq; virum se murmure tollit. Quem modo. Nuper, nā vt supra diximus, victor fuit duos, Vrbanus vero dicit mo, p̄p̄modū, pene. Nam secūdus fuit. Alij Victor, voti compos volunt: vt, Raptisq; rotis iſiſtere victor. Optauerat enī ne rediret extremus: vt, Hoc vincite ciues. Clarissime frater Pandare. Notissime, q fuit Lycaonis filius. Pādarus autē fm Homerum, certamen, Mineruæ persuasione, ſingulare Menelai & Paridis, quī in eo eſſet vt Paris vinceret, iacto telo, diremit, quo Menelaum vulnerauit. Iuſſus. A Minerua: Subſedit Aceſtes. Remanſit. Nec enim p̄ferebatur fors quæ remanſerat ſola: aut certe delituit. Vnde & ſubſeſſores vocant, q̄ occiſuri aliquē deliteſcūt. De quo verbo plēnius dicturi ſumus illo verſu, Deuicta Aſia ſubſedit adulter. Flexos incuruant. Mutatione. vſus eſt. Nam curuos inſectunt debuit dicere. Pro ſe quiſq; viri. Pro qualitate roboris ſui. Diuerberat auras. Scidit. Arbore mali. Sic dixit vt, Luſtrat Auentini montē. Exterrita pennis. Timorem ſuū pennis ſignificās. Singula enim aialia habent ſigna, quibus idciant ſuum timorē. Vnde ipſe de lupo, Caudāq; remulcens, Subleci pauitante vtero. Item de Caco, Turbatumq; oculis. Hoiū enim timorē primi indicant oculi. Omnia plauſu. Alij pennaz dicunt, ſed melius eſt ſpectantiū fauore. Illud enim eſt incredibile. Addueto arcu telum tetendit. Hypallage eſt, nam adducitur telum, & arcus intendit. Miserandus. Qui p̄ſta re difficiliore victoria caruit. Innexum pedem. Innexum pedem habes. Tum. Deinde, & eſt aduerbiū ordinis. Nam Tunc t̄pis eſt. Arcu cōtenta parato. Tela tenens. Cōtento arcu tela tenens parata. In vota vocauit. Nā apud lycios colitur, quaſi heros. Nigra nube. Alta. Vitāq; reliquit in aſtris. Vnde ſumpſera vitā vt, Hinc hoiū pecudumq; genus, vitēq; volantum. Sane ſciendum hunc totū locum, ab Homero eſſe ſumptū. Vnde inanis eſt vituperatio Aeneaz, q̄ ſuſpenderit auem maternā. Nam & res eſt translata ſimpliciter: & quācūq; ſuſpendifſet auem, in hanc incideret vituperationem. Nulla enim auis caret conſecratione, quia ſingulaz aues numinibus ſunt conſecratę. Quāquam Vrbanus dicit matrem citius potuiſſe placari.

## DONATVS.

Protinus. æ. c. c. f. Inuitat & c. Sagittaz dehinc certamen iduixit, p̄poſitis p̄remijs, & ipſius certaminis genere, erexit igiſ arborem nauis magna iuuenū manu. cū hoc dicit p̄ plurimos factū, monſtrauit formaz fuiſſe potioris, ideoq; poſuit, & ſereſū nomē, quā dixit ſuperius nauim illum habuiſſe maiorē. huic ſuſpēdit volucrē columbā, nō quo ſit vlla nō volucris ſed vt genus oſtenderet aialis, & itactis pennis, ac per hoc quæ poſſet, volare. hoc ideo p̄ſtruxit, q̄ dicturus eſt eam volaſſe, & iclu ſagittę ab ipſis nubibus reuocatur, vt eo tēderet ſagittas, qui haberet artem peritiāq; mittēdi, & qui eā figere potuiſſet, victoris ſumeret p̄remiū. Cōuenere viri. Viros nō p̄pter ſexū dixit, ſed p̄pter acumen ingenij & artis induſtriā. cōuenenter tales, qui ſciēt ſe tēdēdi arcus habere peritiā. Dieclāq; area. f. Ac. g. Vſus eſt ad vicē vnaz galea. & comiſit viroz noia. hoc nō dixit poeta, ſed intelligitur factū ex eo, quod ait, ſumpſit Aeneas ſortē ex galea educlā.

forte

Quo tendant telum, malo ſuſpēdit ab alto.  
 Conuenere viri, dieclāq; area ſortem  
 Accēpit galea, & primus clamore ſecundo  
 Hyrtacidę ante omneſ exit locus Hippocoontis:  
 Quem modo nauali Mneſtheus certamine victor  
 Conſequitur, viridi Mneſtheus euinctus oliua.  
 Tertius Eurytion, tuus o clariffime frater  
 Pandare, qui quondam iuſſus confundere ſœdus,  
 In medios telum toriſti primus Achiuos.  
 Extremus galeaq; ima ſubſedit Aceſtes,  
 Auſus, & ipſe manu iuuenum tentare laborem.  
 Tum validis flexos incuruant viribus arcus,  
 Pro ſe quiſq; viri, & depromunt tela pharetris.  
 Primaq; per cœlum neruo ſtridente ſagitta  
 Hyrtacidę iuuenis volucres diuerberat auras,  
 Et venit, aduerſiq; inſigitur arbore mali.  
 Intremuit malus, timuitq; exterrita pennis  
 Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.  
 Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu  
 Alta petens, pariterq; oculos, telumq; tetendit.  
 Aſt ipſam miſerandus auem contingere ferro  
 Non valuit, nodos, & vincula linea rupit,  
 Quis innexa pedem malo pēdebat ab alto.  
 Illa Notos, atq; atra volans in nubila fugit.  
 Tum rapidus iandudum arcu contenta parato  
 Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit.  
 Iam vacuo lætam cœlo ſpeculatus, & aliſ  
 Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.  
 Decidit exanimis, vitamq; reliquit in aſtris  
 Aeris, fixamq; refert delapſa ſagittam.

dit, Enrytionē vero, q̄ Pandari eſſet frater, qui iuſſus torquendo in hoſtē telum ſœdus cōfudit. Extremus. g. q. i. f. Aceſtes. Non Aceſtes, ſed Aceſis nomē ſubſedit in galea, quæ duci neceſſe nō fuerat, quia in vno & ſolo eſſe nō potuit ſortis incertum, q̄ppe ipſe exeat neceſſe eſt, vbi alius nō eſt. noluit ergo Aceſtes inter iuuenes munerari nō mentis ignauia ſed laudum voto, vel maxime, quum ſagittarum certamē nō robore corporis, ſed vſu poſſet & exercitatione cōſtare. hunc tamē euentus ſortis à fortioribus ſeparauit in ſinu galeę retinēdo. Tum validis flexos in. vi. a. Meditamenta ſunt iſta tentare arcus, atq; curuare pro modo viri ſuarū curabant arcus, & ſagittas ex pharetris p̄ferebant. Pri maq; per cœlū. Hic fuit euetus ſagittę primę. nā inter alas, hoc eſt inter alarū pēnas trāſiens ligno potiūſq; columbæ viſceribus fixa eſt, quo ipetu & arbor ipulſa cōtremuit, & columba exterrita geminauit trepidos plauſus intantū, vt eorum ſonus cōpleuiſſet vniuerſa. Alta petens. p. q. o. t. q. f. Dicēdo aerē & oculos, eum ſimul ac telū in altitudinem libraſſe, iā ſignificat aliquid ipſum in ipſa arte mirabile facturum. Aſt ipſam miſerandus auē cōtingere ferro Nō valuit, nodos & vincula linea rupit, Quis innexa pedem malo pēdebat ab alto. Bene poſuit miſerandum, nā plurimū nō fuit, qd̄ plenū ipedit euentū. ſecit tñ, qd̄ nō longe eſſet ab artificioſa ſubtilitate. nā nodos rupit, nō dixit quot fuerint, vt factū adderet gratiā, & nodos rūpere quāq; difficultatis fuit deide linea vincula, alia difficultas q̄ vincula ipſa fuiſſent, ex li no, q̄ ipſes tñ valet, vt cū magna difficultate rumpat. illa autē fuerūt linea, quibus colūba nexa pede vno pēdebat. Illa notos. a. a. v. in. n. f. P̄ter naturā, q̄ toties periculum ſenerat liberata nexibus fugit in altitudinē ſummā vetis ſuffragatibus. Tu rapidus iā. d. a. c. p. & c. Voluit poeta moſtrare quāta apud Eurytionem valebat fraternā religio, quū hūc tanq; deū p̄pria vocauit in vota, q̄ ſuit Eurytion rapidus, hoc eſt, oēs moras pueniens, ſtatim parato arcu & ſagitta itenta, & vocato prius in vota fratris noie volatē ſpeculatus eſt colūbā. ſpeculatus eſt, quod dixit, artis fuerat. debuit. n. volatū eius explorare. qm̄ turbato eo atq; incompoſito ſerendi locus inueniri non poterat. Iam vacuo lætam cœlo gēc. Vbi igitur hanc vidit lætis ac ſecuris volatibus ferri, iecit ſagittam & colūbam in acre cōfixit. quantę p̄tię fuit volantem

tantem percutere, atq; in alto constitutam præterea obumbrata nube atra. hoc loco & peritia laudatur, & acies luminis. vt in tanta altitudine & adhuc volante sub colore nubis tetro, librato primū telo, & videre potuerit & ferire. ¶ Decidit. e. v. q. r. in. a. ) Vltam diu tenere nō potuit. & exanimis lapsa sagittam quam excep perat reddidit. nō dixit sagitta reuocauit columbam. quæ ruptis vinculis fuerat. sed, quod erat pulchrius, ales ipsam sagittam reuocauit

ASCENSIVS.

¶ Protinus, &c.) Describit quartū ludum arcualē, videlicet quē exercituri fortiuntur loca, quatuor præcipui: quorum primus Hyppocoon sagittam infixit malo, ad quē alligata erat columba. Secundus, Mnestheus vincula, quibus appesa erat, rupit: sed eā nō cōtigit. Tertius, Eurytion, euolantem columbā in aere fixit. Quartus, Acestes, fraudatus vice sua, quum iā deiecta esset colūba: sagittā in aere cōiecit, quæ protinus incesa est: quo portento lætus Æneas ipsū peculiari honore affectit, sumisq; munere donauit: vt in p̄cessu patebit. Quia vero Dona. nihil dignū scitu affert. ¶ Ordo est. Æneas iuitat protinus. i. statim, peracto cæstuali certamine, sup. eos, qui velint forte certare. i. contendere: sagitta celeri. i. celeriter emittenda: & ponit p̄mia: & erigit manu. i. multitudine ingenti: malum. i. arborē de naue Serestii, cuius etiam in. j. meminit (Sed videf idē esse, qui & Sergestus, ablatō g, vt prima corripitur) & suspēdit ab alto malo, colūbam volucrum. i. velocem: in fune traiecit. i. per foramē, quod erat in summitate mali: quo. i. ad quam columbam: tendant. i. dirigant: telū. i. sagittā. Viri. i. periti & animosi: cōuenere. i. ad sortes faciendas, vt scirent quo ordine sagittēt (quia in ea re, non habet dignitatis ratio: vnde & Acestes, vltimū locum obtinuit) & galea grea. i. fortis, aut ere facta, ne rubigine absumat: accepit sorte. i. singulorū: deiecit. i. deorsum in fundū. i. eius iactā: & locus Hyppocoonis Hyrtacidē. i. de genere Hyrtaci. exit primus. i. exeitū fit primus: ante omnēs: nā quo ordine fortes educebant, discernebant & loca: exit inquam, sup. cum clamore secundo. i. subsequētī, aut fauorabili: quem. i. Hyppocōta, aut eius locū cōsequitur Mnestheus. i. fors, aut locus Mnesthei, modo. i. pauloante: victor. i. duorum: aut modo. i. pene victor: aut modo. i. pauloante victor, quātum ad virtutem, licet Clōathus beneficio deorū vicerit, sup. in certa mine nauali, Mnestheus (inquit) euinctus. i. habens caput euinctū, oliua viridi, in signum. i. victorię. Tertius, sup. cōsequit Eurytion, existens frater tuus o Pādare charissime. i. Troianorum. Nā ob virtutē pro deo habitus est: vnde Strabo dicit, apud Piuatā, maximam ex Lyciæ ciuitatibus eum coli. fuit autem Lycaonis filius, qui emissa sagitta vulnerauit Menelaum cōgressum Paridi, qui à Pandaro iulius. i. à Priamo, confundere. i. dirūpere & violare, foedus. i. lectum inter Græcos & Troianos: quōdam. i. aliquādo. i. in primo aggressu Græcorum: torristi primus telum. i. hastā: in Achiuos medios. i. medium Achiuorum. (Eum autē morē obseruauerunt Romani, vt hasta iniecta à fecialibus, foedus cōfunderetur, vt Liuius late docet libro primo ab vrbe condita: docet enim, quod postq; Fecialis dixisset bellum indico, factioq;: hastā in fines eorum quibus bellum indixit, mittebat) Acestes. i. fors Aceste, subsedit. i. in fundo adhæsit: extremus. i. vltimo lexitura: in ima galea. i. in infima parte galeæ, in quā sortes cōiecerat: ausus, sup. & i. etiam ipse. i. senior: tentare laborem. i. exercitium laboriosum: iuuenem, quod addit poeta, ne contra decorum ætatis,

SERVIVS.

¶ Artemq; pariter arcūq; sonatē. Culpāt in hoc Virgilium Virgilio mastix. Artem enim i vacto aere ostēdere non poterant: quāq; dicant periti posse ex ipso sagittariorum gestu at tis peritiam indicari. ¶ Obiectur.) Superius de his particulis fm Iubā artigraphum tractauimus. Sed dicunt alij istas monosyllabaz. rōne vel pduci vel corripi. Sane sciendum naturæ esse vt breues sint, euphoniæ vel Iubæ ratione: in cōpositione pducantur, fitamen i, sequatur: quæ licet non sit cōsonans, pōt tamen in declinatione pro cōsonate haberi.

Amiffa solus palma superabat Acestes,  
Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,  
Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.  
Hic oculis subito obicitur, magnoq; futurum  
Augurio monstrum, docuit post exitus ingens,  
Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.  
Nanq; volans liquidis in nubibus arsit arundo,  
Signauitq; viam flammis, tenuisq; recessit  
Consumpta in ventos, cœlo ceu sæpe refixa  
Transcurrebant, crinemq; volantia sydera ducunt.  
Attonitis hæserunt animis, superosq; præcati  
Trinacrii Teucricq; viri. nec maximus omen  
Abnuat Æneas, sed lætum amplexus Acesten  
Muneribus cumulat magnis, ac talia satur.

tis, videatur imemor fecisse. Tun. f. postq; sortitū erat loca ipsi viri, incuruat. i. tentando: quicq; p se. i. pro virili sua: arcus flexos. i. flexibiles: aut quos fledebant validis viribus, quia fortes erant & rigidi: & depromunt. i. eximunt tela: pharetris. i. thecis suis. Et sagitta Hyrtacidē. i. Hyppocoonis iuuenis: neruo. i. arcu neruato, hoc est neruis munito: stridente. i. stridore emittēte. per cœlum. i. aerem, diuerberat prima: auras volucres. i. velociter cedentes, & venit, & infigit arbore. i. figitur in arbore (sicut herent infixi pectore vultus) mali: aduersi. i. oppositi, & ex aduerso erecti, malus. i. arbor, q̄ in nauī veli ferre solet: intremuit. i. valde tremuit, & ales. i. columba exterrita. i. terrorem significas: pennis. i. cōcussione alarum, timuit: & omnia. i. loca, sonuerunt ingenti plausu. i. populi, applaudētis, & putatis columbam p̄cussam: Mnestheus acer cōstitit post. i. postea, hoc est secundo loco: & hoc arcu adducto petēs. i. oculis & telo. i. locum colūbę: & tetendit. i. direxit pariter telū & oculos: ast. i. sed ipse miseradus. i. miseratiōe p̄sequēdus, nō valuit cōtingere ferro. i. teli, ipsam auem. i. columbā: sed sup. rupit nodos: & vincula. i. nodos vinculoꝝ: quis. i. quibus: ipsa innexa pedem. i. habēs pedē innexum pendebat ab alto malo. Illa. i. suis dissoluta, fugit volās in Notos. i. vētos, & atra nubila tū. i. tunc: Eurytiō rapidus. i. celer: tenēs tela cōtēta, aut parato iam dudum. i. habens arcum iadudū paratū ad sagittādū, & sagittā in ipso arcu: vocauit fratrem. i. Pandā: in vota. i. ad suscipienda vota, & ipse spoculatus. i. postq; cōspexerat, columbā ietā iā, sup. in cœlo vacuo. i. apto & patētī aere (Et ideo q̄ nulla spes erat in humanis opibus, cōgrue ad diuinas cōfugit: sed poeta diuinus offēdit: in oibus rebus diuinum auxilium plus efficere, q̄ humanas viros: nō deesse tamē virtuti p̄mium, vnde & Aceste cōtigit gloria) & plaudētē alis: figit colūbā sub nigra nube: & ipsa decidit. i. deorsum cecidit: exanimis. i. mortua, & sine aia: & reliq; vitā. i. suā: aut reliquit vitā. i. aiam: in astris aereis. i. altis: vnde fm Pythagoricā doctrinā eā assumpserat. credebant. n. eandē aiam nunc humanam, nunc pecuinū corpus inhabitare: sed quomodo reliquit in astris: neq; q̄ celerior esset animæ ascensus, & q̄ corporis descensus: ita vt prius q̄ corpus terram cōtingeret, spiritus inter astra esset: aut reliquit. i. amisit vitā, in astris aereis. i. sublimi aere: vt per hyperbolē dictū putetur: & ipsa dilapsa refert sagittā fixam. i. in se, hoc est in corpore suo.

PIERIVS.

¶ Quo tendant ferrum.) In codi. aliquot antiquis, tendat, singulari numero scriptum est, vt ferrum, fit suppositum. Sed lege magis placet, tendat, plurali numero: vt fit de certatoribus. ¶ Et primus clamore secundo.) In Ro. cod. primum, legif. magis tū placet, primus. i. locus: vt in exemplaribus alijs antiq; & vulgatis oibus habet. ¶ Volucres diuerberat auras.) Sunt qui ex Tit. Donato, alas, legendum autem. Et paulo post, Timuit exterrita pennis Ales. Cæterum in antiq; cod. quos isperim!, Auras, notatum obseruauī. quare suū vniciq; iudicium itegrum relinqua. ¶ Et vincula linea rupit.) In antiquis aliquot, rupit, est præsentī tēpore: sed magis placet, rupit, p̄teritū, vt nō valuit. ¶ Atq; atra volās in nubila.) In codicibus aliquot antiq; Adq; alta volās in nubila, legif. Sed enim inferius est, Nigra figit sub nube columbam, quare, atra nubila, potius legendum videf, quāuis eadē alta, plunda, nigra. ¶ Vitamq; reliquit in astris aereis.) In vltimissimis plerisq; exemplaribus, Æthereis, legere est, plura vero de vita ita in astris relicta, Mactō. lib. iij. Saturna.

beri. ¶ Augurio monstrum.) Augurium, dictum quasi auigerium, quod aues gerunt. Et bene de sagitta dixit augurium, quæ habet pennas: quāquā oia ad vnum congererit locum monstrum augurium, auspiciū, oraculum. ¶ Sera.) Grauiā. Salustius. Serum enim bellum in angustijs futurū, id est graue. Et quod improbat vates, Aeneas amplectitur, deceptus augurij similitudine quod apud Troiam probauerat pater, vt, Stella facem ducens. ¶ Liquidis in nubibus.) Nubes pro aere posuit. Nubes enim liquidæ esse nō possunt. ¶ Ceu sæpe refixa.) Poetice dixit secundum publicam

Ordo.



publica opinione. Nam vt Lucretius dicit, ventus altiora petens, aetherium igne secum torquet, qui imitatur stellas cadentes. (Attonitis animis.) Stupens factus per tonitrua que semper cohererent coelestibus ignibus. Nec maximus omen Abnuuit Aeneas.) Amplexus est, & probavit. Na secundum augurum disciplinam dixit ad se no per tinere. Nam nostri arbitri est visa omnia vel improbare, vel recipere. (Sume pater.) Percipere nam verbum est iuricon sultorum, quo vtuntur quotiens legatum non ab herede datur, sed est in accipientis arbitrio. (Exorte.) Sine forte:  $\alpha\lambda\lambda\upsilon\pi\omega\nu$ . (Anchisae munus.) Quod Cysseus rex Thraciae (secundum Virgilium pater Hecubae, vt Cysseus regina Patin creat) Anchisae aliquando donauerat. (Impressum signis.) Impressa signa habente, id est emblemata. (Viridanti.) Spes participij sine verbi origine, temporis presentis. (Primum ante oes.) Vnum vacat. (Appellat.) Vel dicit, vel salutat. Salustius, Jugurtha adueniens velox Quae storem appellat. (Praelato inuidit honori.) Id est praelatum honorem. (Proximus.) Post Eurytionem. (Donis.) Ad dona. (Extremus.) Ostendit hos sua mune rapere cepisse: Acesten vero sumpisse praecipua.

## DONATVS.

Amisssa. l. p. l. Acestes. & c. Nouissimus Acestes in galea subderat. Ecce & hic perdidit occasione mittendi. quod enim expectari poterat, vsq; ad tertiam sortem finem sumpsit. licet igitur solum esset illud certamen, voluit etiam ipse ostentationis causa in vacuum sagittam deslinare, vt spectantibus demonstraret, & posse aliquid in arte, & si locus extitisset, aliquid implere potuisset. (Hic oculis subito obijctur.) Cum Acestes sagittam iecisset subito oculis oium magnum obiectionum est monstrum, quod prauidendo, nec intelligi potuit, nec aliqua interpretatione dissolui. pbauit tamen hoc exitus rerum, & vatium tarda responsa docuerunt. hic vates reprehendunt, q; nec intelligere potuerunt nec aduertere, vsq; adeo vt et ipsos, quid illud esset, casus qui consecutus est, docuisset. (Nanc; volans li. in. n. a. a.) Ecce vnde monstru, & mirandum & graue. nam volans arundo arsit iter liquidas nubes, hoc est mundas, quu necq; fulgura extarent, & aeris esset nulla turbatio. (Signauitq; v. flam. & c.) Quum cucurrit vestigium traxit incendi; & paulatim vanekendo consumpta fuit flamma l. & sagitta, qm consumpta erat arundo, quam flamma tenuerat. Celos. c. f. re. Transcurrunt & c.) Sic sagittam igneam via faciens cucurrit, & postea no apparuit, vt stellae transitus existunt, & quasi quodam incendio vias monstrant continuo recessuras. (Attonitis haesere animis.) Oium mentes visus iste turbauerat, teucroru l. & siculor. nullus tamen discernere valuit quid igrueret: stupor enim ex repentino facto consilia oium iudiciumq; confuderat. (Nec. m. o. Abnuuit Aeneas.) Aeneas maximus, hoc est, magni intellectus arbiter, omen no abnuuit. i. no recusauit, sed arripuit magis existimas secundu magisteriu patris, quum ex Iuli capite exisset flamma, ignem pspera potius q; aduersa portedere. (Sed lae. a. Acesten.) Quu dicit, Acesten laetiu. ostendit etiam ipsum laeta sensisse. hunc igitur Aeneas amplexus. (Muneribus cumulat. m. ac. t. a.) Ecce & augmentum muneru ostendit nihil illos sensisse metuentum. accesserunt & verba Aeneae, quae interpretationem tene rent monstru nihil triste significantis. muneribus, inquit, cumulat magnis. debuit. n. p merito personae suae competenter honorari, quod fuisse senex, hospes, diues, liberalis, officiosus, & ciuis. (Sume pater.) Vno verbo & noie religionis plenam pcipue charitatis expressit, dicendo, sume, & dicendo pater. sume enim verbum hoc loco no tradentem significat, sed hortante, vt sibi ipse p suo merito vindicaret, quod plus fuit, q; dare. ac si diceret, quod est in visu hoium, res mea res tua est. tolle, quod vis patris aut appellatione omne officio genus expressit, considerato enim, quod patribus debetur, inueniens, quid in hac persona itelligere debeamus. patre enim non solum ppter aetatem dixit, veruetiam religionis causa. nec habuit aliud nomen, quod paternu trasgredere tur affectum. est enim in patris potestate quidquid est in substantia filio. illi tm debetur, quantum Aeneas ipse patri debili accepit, exhibuisse monstrat. deniq; hunc collo atq; humeris vexit, ac deperatibus oibus, vsq; ad vltimu finem fortuna sequete pductis,

(Sume pater) (na te voluit rex magnus olympi) (Talibus auspiciis exortem ducere honorem) (Ipsius Anchisae longaeui hoc munus habebis, Cratera impressum signis, quem Thracius olim Anchisae genitori in magno munere Cysseus Ferre sui dederat monumentum, & pignus amoris. Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro, Et primum ante omnis victorem appellat Acesten. Nec bonus Eurytion praelato inuidit honori, Quoniam solus auem coelo deiecit ab alto. Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit, Extremus volucris qui fixit arundine malum.

AEN.

POETA

pellare voluisset, cuius affectu nec mors abolere potuit, nec viuedi finis extinguere. (Nam te voluit. r. m. o.) Ecce & hic exponit, quod sit sume, auspicio, ingit, sagittae quae repetito coflagrauit incendio, ostendit magnus & venerabilis Iuppiter honore te ducere, no traditu ferre, nec pertinere ad iudiciu fortis, sed esse separandu. deniq; cu errore humano nomen tuu galea cu caeteris sustineret, no exiuisi de sorte: quod diuini fauoris fuit, neq; n. tantus ac talis caeteris equari debuisset, vt ludicris actibus probarent merita tua referuatus es sacris rebus, vt nobis p tuu factu futuri tps comoda monstrarent. (Ipsius Anchisae lo. h. m. h.) Hoc, inquit, munus apud te debet esse pcipuu, quod amico tuo & equauo Anchisae inter magna munera pferendu Cysseus largitor & diues, dono cotulerat. cratera impressum signis, hoc est piosum arte & pōdere, pōderis qd poeta no meminit, sed dicendo impressum signis, et pōdus videt tetigisse, qm signis i primi no pot, nisi quod fuerit pōderosum, & validu. quod igitur amicus religiosus amico carissimo cotulit, hoc aeneas Acesti fieri libetissime voluit, quem appellauit patre eo affectu, quasi spes illa dnm no esset mutatura. (Sic fatus cingit. v. t. l. & c.) Quod fuit ifigne victorie, postpositis q rōne geloz pponi debuissent, victorem Aceste pnitauit. (Nec bonus Eurytion.) Nec iudic bonus Eurytion, honore vihorie sibi debitū ad Aceste Aeneae iudicio esse traslatu. (Solū. h. honor primatus no et pmiu ab eo costabat auocatu. (Proximus ingredit.) Hoc est ad accipiendū pmiū succedit. (Donis.) Vt donū iumeret. (Qui vincula rupit.) Nō donis ingredit, sed ingreditur i. ambulando succedit, vt dona percipiat, qm ipse ruperat vincula, quibus aus suspensa pendeat. (Extremo volucris qui fixit arundine malum.) Hippocoontem dixit.

## ASCENSIVS.

Amisssa solus, & c. Docet (vt dixi) virtute in ore plurimū valere. na Acestes, qua casu amisserat, gloria virtute coparauit: quū n. vitimū sortitus locu, iā deiecta colūba non haberet, qd sagittis peteret: vt se arcu, & valere, & scire ostederet: sagittam i aera virili ter coiecit: q̄ cēsa Aeneae, decpto similitudine stelle supra caput Teri vife: vt in. h. huius dictu est, felicitate portedere visa est: quo circa Aceste, & honore, & muneribus auxit. De quo Dona. sublatu ē. Ordo igitur est. Solus Acestes superat, quōdū sagittauerat palma amisssa: q̄a Eurytio eā meruerat. Qui tm. nihilominus, cotorfit telū in auras ethereas. i. sublimes, ostētās pariter artē, & arcū sonātū. s. p artificiosā, & virile emissionē teli, in qua summa sagittadi ars cōsistit. Mōstru. i. portētū i solitū, aliqd futuz mōstrās: obijctū huic oculis. i. spectātū subito. i. de repēte ortum, & futuz magno augurio. i. iudicio p augurus expfso: exitus igens. i. i gēti rei: docuit post. i. postmodū: qn. s. nauas, p Irim à Iunone missā, icētā sunt: & vates terrifici. i. terrorē icutiētēs, cecinerūt omnia fera. i. (vt inqt Seruius) graua, aut sero credita, tale quid, ptendere: nam arundo. i. sagitta Acestis: arundinea: volans. i. quum ad huc volaret: arsit in liquidis nubibus, & signauit flāmis. i. claritate flammaram, viā qua. f. ferebatur, & ipsa consumpta recessit, in tenues ventos. i. globulos igneos ascendentē: ceu. i. quemadmodum: sydera. i. impressiones, seu exhalationes, quae à vulgo creduntur esse sydera fixa. i. dissoluta, coelo. i. à firmamento: trascurrunt saepe coelo. i. per aerē, & ipsa volantia, ducunt crinem. i. caudā incēsam: in formā capilloz: viri Trinarū. i. Siculi: & Teucris. i. Troiani: haesere. i. suspēsi erāt: animis attonitis. i. stupefactis: quasi à tonitru percussis: q; p. & precati, sup. sūt supos: nec Aeneas maximus. i. maximā animi abnuuit omen: imo suscepit: & ita effectū fortia est eius significatio: sed ipse amplexus Acesten letum: aut quia ipse putauit boni exitus iudiciū esse. aut quia vidit Aeneae leta complectē: cumulat. i. accumulāt, & auget cum magnis muneribus:

Ordo.

aut

meribus: ac fatur talia, O pater, sume. i. vltro & quasi tuum cape: nam magnus rex Olympi, idest coeli. f. Iuppiter: voluit te ducere, idest alportare: honorem exortem. i. extra sortem: aut te exortem. i. qui priuatus es sorte: talibus auspicijs. i. portentis, & indicijs bonis: tu habebis hoc munus. i. quod munus fuit ipsius Anchisæ longæui: ita, vt tibi longæuo congruat, scilicet cratera, idest poculum (à nominatiuo hic crater, accusatiuus hunc cratera) impressum signis, idest habentem signa impressa & insculpta: quem, scilicet cratera: Cysseus. f. pater Hecubæ: Thracius, idest Thrax: dederat olim Anchisæ genitori: in, idest pro magno munere: ferre, idest asportare: monumentū, idest in memoriam sui, & pignus amoris sui: ipse fatus sic, cingit tempora lauro viridanti, & appellat ante omnes. i. in conspectu omnium: Acesten, vltorem primum: aut primum ante etiam omnes. Nec Eurytion bonus. i. beneficus, & amicus, inuidit honori prelato, hoc est non inuidit prelato. f. Acesti honore: & ita forte legendū est, quauis ipse solus deiecit auem ab alto coelo. i. aere: is, sup. ingreditur pxi mus donis. i. ad dona, qui rupit vincula, videlicet Mnestheus: & extremus, sup. ingreditur donis: is qui fixit. i. confixit, malum arundine volucris. i. sagitta velociter emissæ. f. Hyrtacides. Et ita vt quisq; primus erat in sagittando: ita vltimus erat in præmio. Nā Acestes, vltimus, summum honore accepit, sed extra sortē. Eurytion, qui tertius erat in sagittando, primam palmam meruit. Mnestheus, q̄ secundus erat in sorte, secundus quoq; erat in p̄mio merito Hypocoon, qui primus, vltima accepit præmia: omnes tamen laudem meruere: quia omnes hi ludi, cum gloria concertantium acti sunt: vt non ab ignobilibus, nec ab ignauis, orti dicantur

cantur proceres Romani: vnde non malū ominis erat natus incedi, vt ignaui relinquerentur.

PIERIVS.

Qui tamen æthereas telum contorsit in auras. Hoc vero loco, aerias, legitur, in codicibus illis, in quibus, æthereis aëtris, pau loante legebat. Pro cōtorsit, vero contēdit, in Romano & in Mediceo est. & plerisq; alijs antiquis exēplaribus, & eodē modo cō tendit telū libro. ix. scriptū iuenimus. Ostentans artē pariter, at cumq; sonantē. Nōnulli syllabę, quę in heptimemeri sita est, i mentes. q̄, illi particulā addidere, ita legētes, Artē, pariterq; ac cūq; sonantem. Sed quāto magis placet quod in Romano, & in Mediceo, & plerisq; alijs cod. vetustis legere est, Ostētans, artēq; pariter arcumq; sonantē. Quam lectiōne dubio procul agnoscit Asper grammaticus: scansionis et̄ opposita rōne, quem, vt apud ipsum legimus, referre nō pigeat, vt quod diximus modo legē dū esse nulli dubiū reliquamus, Osten, spon. tans ar, spon. tem q̄ pa, daet. ter ar, spō. plurimāq; eiusmodi recitat exēpla. Deniq; id genus syllabę, quę pede quarto posita est. Ter ar, vel interlogas cēseri debere tradit, apud authores, vel parcissime metrū vltima re. Id tamē apud Virgil. frequentissimū reperiri. Sed lectiample xus Acesten. In Ro. codi. Et lætum amplexus, legitur. In logobardico, lætus, vltimę syllabę collisiōne qd̄ alijs viderint. Exortem ducere honorem. In Roma. codic. ex sortem: cum s̄ litera, scriptum est: vt, exsul ex grammaticorum scribitur præceptiōne: quod, extra solum: dictiones complectatur: ita exortem, extra sortem. Est et̄ in eodē codice, atq; etiam in Mediceo, honores: numero multitudinis: quod frequentissime inuenies apud historicos eodē significato.



SERVIUS.

Non dum certamine misso. De peractis loquitur rebus. Vnde debuit dicere, Vocauit: & fatus est. Ergo aut tēpus est pro tempore: aut sic refertur, vt videatur

At pater Æneas, nondum certamine misso, Custodem ad sese, comitemq; impubis Iuli Epitidem vocat, & fidam sic fatur ad aurem, Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratū

ÆNEAS

deatur nō de præterito loqui, sed actum præsentis temporis ponere & referre. Custodem ad sese. Secundum Tullium qui dicit ad militiam euntes dari solitos esse custodes quibus

primus

primo anno regant. Vnde ait de Palate. Sub te tolerare magistro Militiam & graue Martis opus. Impubis Iuli.) Ab eo quod est hic pubis. Nā quod ait Sallustius, Puberes oēs interfici iubet: venit ab eo quod est puber. & sunt ista cōis generis, si referant ad singulos. Multitudo aut si dicat, generis tantū foemini est hęc pubes. Fatur ad aūrē.) Sequit̄ & Dic ait. Vnde ficit & in tercio diximus, vnū vacet necessē est. Capos iubet esse patētes.) Discessu populi iubet fieri capos patētes. Incedunt pueri.) Aut poetica licētia cōfundit aetates: vt modo pueros, modo iuuenes dicat. Nā ait, Vna acies iuuenū, aut certe fm quōsdā sequenti distictione mutata, magistros, pueros dicit: sequentes vero, maturioris aetatis. Quos oīs euntes.) Quos euntes oīs turba fremit. i. cū fauore psequitur. Tōsa coma.) Cōposita. Nā pprie comae sunt non cēsi capilli. Pressa corona.) Idest galea. & sermōe Homeri vsus est. nā galeā sē q̄ayō dixit. Et re vera corona nō pot̄ esse, cū sequat̄, Galeā ante pedes proiecit inanē. Alii dicunt potuissē eos galeas habere coronatas. Bebius tamen Macer dicit à Cæsare Augusto pueris qui luserant Troiam donatas esse galeas, & bina hastilia: ad quod Virgiliū cōstat alludere. Itē p̄store (summo.) Sic legēdum est, ne sit solcēcismus: & rei in aiali dedit motū dicendo It. Summū aut̄ p̄store ait p̄store & colli consimium. Tres equitū numero turmā.) Rem Romanā militiā suo inserit carmini. Nā cōstat primo tres partes fuisse populi Romani: vnā Tatiēsum, à Tito Tatio duce Sabinoꝝ iam amio post fœdera: alterā Ramnetū à Romulo: tertiā Lucērū, quorum fm Liuiū & nomen & causā in occulto sunt. Varro tñ dicit Romulū dimicantē cōtra Tatum Tatium à Lucumonibus. i. Tu scis auxilia postulasse. Vnde quidā venit cū exercitu: cui recepto iam Tatio pars vrbis est data: A quo in vrbe Tulfus dictus est vicus. Horatius, At Tufci tūba impia vici. Ergo à Lucumone Luceres dicti sunt. Sic autē in tres partes diuisum fuisse populū Romanū constat, vt etiā qui p̄gerant singulis partibus, tribuni dicerentur. Vnde etiā sumptus quos dabant populo tributa nominantur. Terni ductores.) More suo. hoc est tres. Ductores pueri.) Hic quidā distingunt vt diximus supra. Paribusq; magistris.) Et hoc alludit. Nam hodieq; equitū dicuntur magistri. Polite progenies.) Illum dicit quē supra à Pyrrho introduxit occisum: de quo Cato in originibus dicit q̄ ad Italiā uenerit, & segregatus ab Ænea cōdiderit oppidū Politoriu à suo noie. Quē thracius albis.) Quū tres dixerit, duces duoz equoz cōmemorat. Sed aut̄ p̄termisit, qui vt consequeretur necesse erat: nec enim vnus pedes esse poterat. aut illo reddidit loco, Cætera pubes senioris Aescæ Fertur equis, quāq; multi distinctione mutata tres equos cōmemorant: vt sit primus equus bicolor maculis. & de alio dicat. Vestigia primi alba pedis.) Idest primoz pedū vestigia. & fronte albā ostētabat alter. Genus vnde Atti duxere Latini.) Propter Attiā dicit matrē Augusti: de qua Antonius ait Actia Latini mater. Vult. n. eius ēt maternū esse genus antiquū. Extremus.) Quātū ad numerū spectat. Cætera Trinacriis.) Cætera pubes equis Aescæ fertur. Pavidos.) Gloriz cupiditate sollicitos: vt, Corda pauor pulsans.

## DONATVS.

At pater Æneas nō. d. c. m.) Idest anteq̄ certamē equitū mitteretur. Custodē ad sese.) Dixit causam, cur Ascanius hunc habuisset comitē atq; custodē. impubes, inquit, fuit, quæ ætas, quæ non potest regi p̄ seipsam, adiungitur ei custos, & comes. qui impuberem

Agmen habet secum, cursusq; instruxit equorum,  
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.  
Dic. Ait, Ipse omnem longo decedere circo  
POE.  
Infusum populum, & campos iubet esse patentes  
Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum  
Frenatis lucent in equis, quos omnis euntes  
Trinacriæ mirata fremit Troiæq; iuuentus.  
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona,  
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,  
Pars leues humero pharetras, & pectore summo  
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.  
Tres equitum numero turmæ, terniq; vagantur  
Ductores. pueri bisse ni quenz sequuti,  
Agmine partito fulgent, paribusq; magistris.  
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem  
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polite  
Progenies, auctura Italos, quem Thracius albis  
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi  
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.  
Alter Atys, genus vnde Atyri dixere Latini,  
Paruus Atys, puerosq; puer dilectus Iulo.  
Extremus formaq; ante omnes pulcher Iulus  
Sydonio est inuectus equo, quem candida Dido  
Fisse sui dederat monumentum, & pignus amoris.  
Cætera Trinacriis pubes senioris Aescæ.  
Fertur equis.  
Excipiunt plausu pavidos, gaudentq; tuentes  
Dardaniæ, veterumq; agnoscunt ora parentum.

re iuuenes, cæterū pueri fuerant etati Ascāni cōparati. Ducit, quā paruus o. &c.) Supra generaliter dixit, tres turmarū fuisse ductores, hic specialiter singulos nominat signis euidētioribus monstrans. ex his vnū Priamū memorauit fuisse Priami senioris aui sui noie nuncupatū, equo vectū maculis discoloribus, & album colorē primis in pedibus & fronte gestantē. Alter atis, g. v. a. d. l.) Alterū dicit atin nuncupatū, à quo multi postea latini hoc noie vocati sunt. Paruus atis.) Magnū enim parit affectum ætas annoꝝ ratione consimilis, vnde hunc diligebat Ascānius, vtputa puez puer. Extremus formaq; a. o. p. I.) Hos oēs sequebat Ascānius nō merito, sed incēdendi ratione posterior, pulchrior cunctis. Sidonio est inuectus equo.) Ascānius, inq; equo Sidonio vehebatur. hunc enim ei Dido cōtulerat porpter vim amoris & meritū constituendū, & diuturnā puri pectoris dilectionē. candidā Didonem dixit, animo potius quā corpore, quæ cū se patris eius consideraret vxorē, nō eū, vt priuignū habuit, fed dilexit vt filiū, vsq; adeo, vt affectū, quē retinebat mēte, donis & muneribus comprobaret. haberetq; Ascānius eius amoris monimētū, q̄ potuit & odisse. Cætera tri. p. se. A. F. e.) Troianos ductores specialiter enumerauit, quādo ad siculos vētum est, vna generalitate complexus est omnes, vt ostenderet eos sub Troianis fuisse. Excipiunt p. p.) Illi quidem pauebant in conspectu publico. sed hęc Troiani respiciant plausibus duplici modo gaudentes, quod videbāt in liberis spem, & in ipsis cernebant parentum similitudinem propriorum.

## ASCENSIVS.

At pater Æneas, nondū certamine misso, Custodem ad sese, comitem, &c.) Post antedictos quatuor virorū ludos, describit pueroz in equis concertationem, quæ poetæ temporibus Troia vocabatur. Sed ne huc quidem aliquid à Donato allatū videmus. Ordo est. At. i. sed: pater Æneas: certamine. i. cœtu certa re volentiū: nondū misso. i. dimisso. vocat ad se Epitiden, custodem. i. pedagogum, & directorem, & comitem Iuli impubis. i. adhuc impuberis: & fatur sic ad aures fidā. Age, vade, dic Ascānio, si habet secum iam paratum agmē puerile, & instruxit cursus equorū. i. equos ad cursum: vt, sup. ducat auo. i. in honorem aui sui paterni Anchisæ, videlicet turmas. i. iuuenes turmatim equitates, ad pludia belli: & ostendat sese. i. etiam seipsum in armis: ait, supple Æneas: & ipse iubet, scilicet simul: omnē populū  
Virgi. Vu lum

Ordo.

# ÆNEIDOS

lum infusus discere, seu decedere. i. scparari circo longo, ita vt longus sit relietus circus ad equitationem futuram: & iubet cam pos esse patentes. sequit aditione, & equorum cursui. Pueri. s. quos Ascanius instruxerat: incidunt. i. ornate intrant campū, & lucent pariter ante ora parētum in equis frenatis, vt eos frenis coerceant, quos euntes. i. sic incidunt: omnis iuuetus Trinacriæ. i. Sicilia, & Troiæ. mirata fremit. i. gestit, cum fremitu præ oblectatione. Coma, sup. erat omnibus pressa: corona tonsa. i. habes coronam. i. circuitum capillorum, in more coronæ tonsam, quam & Christiani coronam, vocamus. Seruius tamen, galeam intelligit. nam & Homerus, galeam, Stephanon. i. coronam, vocat forte: quia coronata fuit galea: aut in coronæ formam, tempora cingens: sed huic loco non congruit: nam galea non pot dici tonsa, nec staret versus, si corona dicatur pressa, & coma tonsa: nam tōsa & corona, quorū vltimæ pducunt, ablatiui sunt: pressa, & coma, quorum vltimæ corripuntur, noiatiui. Ideo autem certatū ri pressas habebant comas, & coronam comarum tonsam, ne capilli officiat: aut vt morem seculi sui exprimat poeta, quem nūc quoq; obseruat Itali: & sup. ferunt bina hastilia: cornea. i. ex cornu facta: præfixa ferro. i. habentia ferrum præfixum: pars. i. pariter, sup. ferunt humeros: pharetras leues. i. politas: leuigatas, non asperas: & circulus flexilis. i. flexibilis, aut fluxus: auri obtorti. i. ex auro obtorto, hoc est torq; aureus, seu torques aurea (vt rūtq; enim à torquēdo dicitur) it. i. dependet, omnibus summo pectore per collum, quia circuit collum, & descendit in pectus: turmæ equitum, sup. erant tres numero: & terni, id est totidem. s. tres, secundum Seruium, ductores vagantur, scilicet circum turmas, nunc hos instruendo, nunc illos (videtur tamen quibusdam non absurdum esse, si singulis turmis tres ductores dederimus: atq; ita proprie, terni dicantur. Nam dicit bissemi. i. duodecim pueri, sequuti quēq; .s. ductorum, ita nisi ternos dederis ductores, nō sunt nisi. xxxvj. pueri, qui vix vnam turmam fecerit: verum, quia poeta ductorum nomina subiungit, & nō nisi tres recitat, dicam cum Seruio tres tantum fuisse: nec obstat qd non, nisi. xxxvj. sint pueri, quia tot sufficiunt instituendo ludo: nec turmam, pro certo numero, accipit poeta) Bissemi igitur. i. duodecim pueri, sequuti. i. sequentes, quēq; ductorum. s. fulgent agmine partito, ita vt discretio sit inter agmina, seu turmas, & magistris. i. ductoribus, paribus. i. conformibus, vna acies iuuenum, sup. erat, quā ouan/tem. i. lætam, ducit paruus Priamus: referens nomen nauis. sui paterni: quia denoiatus erat à Priamo, Troianorum quondā rege, patre Polite, patris illius: vnde addit p apostrophē, o Polite, tua clara. i. inclyta, pgenies. i. proles: auctura Italos. nam Polyten dixit in. h. à Pyrrho, Ante ora parentū trucidatū: sed Cato dicit eū in Italiam venisse, atq; Politorium oppidum condidisse, quod Virgilius dicit à filio conditum, sed à patris nomine appellatum, quem. s. Priamum iuniorem: equus Thracius bicolor. i. duorum colorum, albis maculis: quia albas maculas insperfas habuit, piceo color, quem griseum vocat: vestigia primi pedis. i. ipsius eq, sup. erat alba. i. habuit anteriores pedes albos: & arduus. i. erecta ceruice, ostentans albam frontem. Alter. s. ductor, sup. erat Atis. s. Troianus, cuius equum per hoc innuit Troianum: sed descriptio nem omittit equi: quia generis prosequitur, dicens, vnde. i. à quo (Ati: Latini dixerunt. i. denominauere, genus Acti, p Actij. Atis (inquit) paruus puer, dilectus Iulo puero. Iulus, pulcher ante omnes: forma. i. formositate est inuictus extremos. i. in tertia turma tanq; summus ductor, equo Sydonio, quem Dido candida. i. pulchra: aut tunc fauens dederat esse monumentum, & pignus sui amoris: cætera pubes fertur equis Trinacriæ. i. Sicilia. s. senioris Aestæ: nec placet, vt dicatur, pubes Trinacriæ, quia Troiani fuerunt, vnde & ludus, Troia dicta est: & ita videt secūdus ductor, et vctus equo Aestæ. Nā quum præcipiti fuga, abissent à Carthagine, semperq; in nauibus diuersati essent non vident habuisse multos equos: sed quia dictum qd in venatione, Iulus visus est gaudere equo, cōgrue ei nunc quoq; datur. Dardanidæ excipiūt plausu. i. cū plausu: pauidos. i. glorię & cupiditate sollicitos, aut per ætatem meticulosos: & gaudent tuentes. i. insipientes eos: qd, pro &: aut quia agnoscunt ora. i. effigies veterum parētum. i. prisorum Troianorum. Solent enim pueri referre ora parentū: vnde Dido, Qui te tantum ore ferret. & Hypsipyle Ouidiana, Fallere non norunt cætera patris habent.

## P I E R I V S.

(Epitiden vocat.) In codicibus aliquot antiquis, Æpytidē, cū diphthongo prima syllaba: & γ, secunda, scriptum est. Nam apud authores veteres, Æpytus, pro nomine pprio celebratur, & tā illi qd nostri, patronymici foeminini formam solent vsurpare. Est

& ἆπυτιδης, nomen apud illos: sed rōni metricæ nō respondet. Sic ait; ipse omen.) In veteribus cod. quotquot habere potui scriptū inueni, Dic, ait: quod si aliter legas, imperfecta erit oratio, plena vero hoc ordine: Et ait, Dic Ascanio, si iā puerile paratū agmen habet secū, cursusq; instruxit equorū, Ducat auo turmas & sese ostendat in armis. Quibus imperatis. Ipse omnem longo decedere circo Infusus populū, & capos iubet eē patētes. P. Præfixo hastilia ferro.) Codices antiqui omnes quos inspexi, Præfixa hastilia ferro, legunt: vtracq; eloquutio Latina est. P. In pectore summo Flexis obtorti per collum circulus auri.) Quāuis lectio hæc vulgata candidior videatur. In quibusdam tamē codicibus antiquioribus ita legere est, Et pectore summo, Flexibilis obtortip collū it circulus auri. quę lectio nequaquā aliena est à venustate. P. Tua clara Polite Progenies.) In Ro. & antiquis aliquot alijs exemplaribus, Polytes, Atticorū more scriptum est. P. Portat equus bicolor.) Nō est silentio prætereundū, cur in vetustis aliquot codicibus, equus, vnico tātum u, notatum reperiat. Non nulli enī quia, q, non literā, sed notam esse putabant, duas in se literas continentem, c, & u. Qis, qeret, & qid scribere, instituerunt absq; u, vt Velius Longus ait: quod alii, cuius, cueret, cuid, scribere malebat. Sed vtrūq; iam ex vsu recessit. Quātum vero pertinet ad dictionē, equus, dubitabant veteres, vtrū primum illud u, consonans, an vocalis esset. neutrum enim esse nō concedebatur. si consonans, nō alterius naturę esse poterat, q; b, mutę. In quā tam sepe abit nunc scriptura, nūc pnunciatione, quocirca necesse erat primam positione longam in equo, fateri: qā q, pariter consonantem mutam esse nemo ificiaretur. Id vero poetarum omnium exemplis contrarium inueniebatur, quum, equus, apud omnes primā corripiat. Sin vocalem esse cōcederent, vel nouam diphthogum facere ex duobus uu (quod, vt sepe dictum, Attius in vocalibus natura longis facilitate consuevit) necessarium esse, vel in duas syllabas diuidere. Atqui neutrum recte fieri posse manifestum est. qd equus, vtracq; syllabam correptā habet: & pro dictione bisyllaba passim ponitur. Quare boni illi viri, ne in has dilaberentur difficultates, equus, vnico u, vti: & quis, & qid, scribere maluerunt. Nō nulli aut inueniunt sunt: qui, q, literam, adeo adamarunt, vt eam pro c, passim sufficerent. Ideoq; nō tantum, sequutus, loquutus, & similia, per q, scribere instituerunt: verum etiam vbicūq; u, ante c, positam inuenirent, pro literis c, & u, vnam tantum q, suppone re minime veriti sunt. Hinc feci: præteritum à seco: seqi: & aqi: pro acui: scriptitabat: aduersus quos Probus in arte disputat. Sane quidem illi, vt paulo ante dicebamus q literam: & c, & u, pre se ferre: si quis notam diligentius inspiceret, asseuerabant: post enim c, vocalem, u adplicatum esse: parte illā: quæ ad istar gratis accentus præmitur: ad curuata. altera vero: quę acuti accētus in morem subrigebatur: subter lineam delecta: vel ex librariorū cōmoditate, vel ne præcedentibus literis esset impedimento. hæc sibi inuicē figurę successerunt, cu, q, q, quare minime mirum est: si & equus: & eqi: & eqo, & huiusmodi pleraq; absq; u, in veteri inscriptionibus notata reperiantur. P. Arduus Albam.) Diximus iam in antiquis passim: arduos: per os haberi: quæq; Carifum ratio mouerit, vt huic nomini ita scripto: calculum nō adhiberet suum. P. Alter Atys, genus vnde Atyi duxere Latini.) Scribendū Atti, ex antiquis codicibus. In aliquot vero duplici i, Attii, ex Velij Longi sententia. Sed enim de huiusmodi genitiui ratione satis in. j. dictum. Quod vero Attius, duplici tt, scribarur, non, autem per ct, Actius: Victorini alibi autoritatē citauimus in libello de orthographia, præcipientis Attius, duplicato tt, scribendum esse. Quodq; ita etiam in veterum monumentis scriptum inueniatur, satis: superq; fuerit vnum ex multis indicasse.

## D M

ATTIÆ. T. F. QVINTILIÆ  
ATTIVS. PHEGON. PATER  
ATTIA. QVINTA. MATER  
ATTIVS.

## T F

Et quæ sequuntur, quæ si quis oculata fide inspicere voluerit, habentur in Dominico Marię fano, quod est ad Busta Gallica, Romę situm. Attia præterea apud Græcos etiam duplici tt, scribitur, quando Seruius ait dictum à Virgilio, Genus vnde Attij duxere Latini. propter Attiam Augusti matrem, quo maternum etiam eius genus prædicaret antiquissimum. Sed vt leuem describendi ratione disputatiunculam, grauiori aliquo examine pferemus: diuersi à Latinis abeunt Græci, in historia de matre Augusti referenda. Nam Suetonius, Attiam Augusti Octavianæ matrem, ex Balbo & Iulia sorore Cæsaris genitam, ait. Dionysius

storicus in. xlv. οὕτω γὰρ τῆσ ἀττίκω τῆσ τοῦ κούσαρος ἀδελφῆσ υἱὸσ ὠνομάζετο. ex quibus verbis videtur esse Attiam, ab eo Cæsaris forem appellatam: nisi medium sit in Græco codice, quem inspexi, & ἀδελφῆσ esse debeat. Sed enim eadem Plutarchus in Ciceronis vita. Addat huc forte quispiam, quod in Liuiana libri. cvj. perioche scriptum est. Testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia institutus, C. Octavius ex sorore nepos, & in nomē adoptatus est: vnde Seruius scripserit Augustum, ex sorore Iulij Cæsaris natum. Sed enim vetus codex Liuianæ perioches, sororis nepos habet. nō ex sorore, id quod cū Suetonio congruit. (Sydonio est inuectus equo.) In antiquis aliquot codicibus, Sydoneo, scriptum familiari quadā mutatione ex i. in e. vt ætherius,

ætherius, & æthereus: qua forma video nunc Latinos libentius vti. Neq; vero mirum sit Sydonius, secundam à principio syllabam communem habere. Siquidē ea tam per o magnum, quam per o parum, indifferenter scribi solita est, vt ait Steph. Byzantinus ex Hæcateo. (Cætera Trinacrii pubes senioris Aceste Fertur equis.) In Roma. codi. legere, Trinacrii: vt sit appositue, Cætera pubes. Sed enim in eo codice, s. litera finalis, sæpe abundat, sæpe etiā desideratur. in Logobardico, in Mediceo, & plerisq; alijs, Trinacrii pubes, legitur: ac præfixo puncto, vno inde mēbro legitur, Senioris Aceste Fertur equis. Nam qui dixerat aliquot ex Troianis pueris suis inuectos, mox cæteram Trinacriæ pubem, Equis senioris Acesti ferri subiungit.

## SERVIVS.

(Flagello.) Virga quæ sonat in morem flagelli. (Choris.) Aciebus. (Vocati.) Ictu virgæ. (Et nunc terga nudant.) Tria quæ in bellis geruntur cuncta commemorat: fugam, pugnam, pacem. (Labyrinthus.) Locus apud Cretam factus à Dædalō perplexis parietibus: vbi Minotaurus inclusus est. (Parietibus textū cæcis iter.) Hypallage est cæcum iter intextis parietibus. (Acipitē doli.) Perplexū errorē. (Falleret.) Frangeret, deciperet. Est autē versus Catulli. (Impediunt.) Implicant, intexunt. Quod est à vestibis tractum. (Delphinum.) Aut venit ab eo quod est delphin delphinis: à delphine. aut delphinū pro delphino rum posuit. (Maria humida.) Home. ἡ γρὰ χέλευθα. (Carpathium.) Mare est iter Ægyptum & Rhodum, ab insula Carpatho illic posita. Nec mirandū duas eum posuisse comparationes, quā in secundo hoc fecerit, vt, In segetem veluti cum flamma furētibus aut stris incidit, aut rapidus montano flumine torrens. Et in Georgicis tres ponat comparationes, vt, Frigidus vt quondam syluis immurmurat Ausser. Et, Vt mare sollicitum stridit resuētibus vndis. Et, Æstuat inclusis rapidus fornacibus ignis. (Primus Ascanius.) Generis ordinem docet: vt in primo diximus. (Rettulit.) Innouauit quod iā fecerat. (Priscos Latinos.) Qui tenuerant loca vbi Alba est cōdita. (Porro.) Post longum intervalum, & est aduerbiū temporis. (Troiaq; nunc pueri, Troianū dicitur agmen.) Vt ait Suetonius Tranquillus, Lulus ipse, quem vulgo pyrrhicam appellauit, Troia vocatur: cuius originem expressit in libro de puerorum lufibus.

## DONATVS.

(Postq; omnem lēti cōfessum.) Quum procederent, pauor eos cōfuderat, in contemptū multitudinis causa, sed postq; acceptis suorū fauoribus recreati sunt, cōsiderato cōfessu, in quo alieni nō fuerant, refecti sunt. (Signum. c. p.) Paratis iam signum Epitides clamore & flagello. (Olli discurrere. p. atq; ag. ter.) Agmen alia spece atq; ordinatione compositum in alios sese ordines vertit. hoc. n. faciendum significauerat Epitides. Atq; agmina terna ductis soluere choris, in choros soluere agmina. i. in partes. (Rur susq; v. Con. vias &c.) Alio signo accepto mutati sunt in alium modū, & tulerunt tela infesta, nō vere, sed ad imaginem veritatis infesta qd fit cōuertere vias, ipse exponit. (Inde, inquit, alios ineunt. a. r.) Id est miscent. (Pugnæq; cient h. f. a.) Propter imaginem veræ pugne dixit supra, infestaq; s. alijs in vero certamine, nō ipsis qui ludicris operā dabāt. (Et nunc terga. f. n.) Aliquando simulata fuga verteabantur cōuersis lentis spiculis, hoc est mollibus, nudato dorso. hic enim fugientibus mos est, aliquando facta pace remeabant. cōcordes. hoc genus certaminis pyrrhicam vocat, in qua inest verisimilis ratio, sed bellis veris & prælijs necessaria,

Postquam omnem læti confessum, oculosq; suorū  
Lustrauerē in equis, signum clamore paratis  
Epitides longe dedit, insonuitq; flagello.  
Olli discurrere pares, atq; agmina terni  
Diductis soluere choris, rursusq; vocati  
Conuertere vias, infestaq; tela tulere.  
Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus  
Aduersis spatiis, alternosq; orbibus orbes  
Impediunt, pugneq; cient simulachra sub armis.  
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt  
Insenfi, facta pariter nunc pace feruntur.  
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,  
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;  
Mille viis habuisse, dolum, qua signa sequendi  
Falleret indeprentus, & irremediabilis error.  
Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu  
Impediunt, textuntq; fugas, & prælia ludo,  
Delphinum similes, qui per maria humida nando  
Carpathium, Libycumq; secant, luduntq; per vndas.  
Hunc morem cursus, atq; hæc certamina primus  
Ascanius, longam muris quum cingeret Albam  
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos,  
Quo puer ipse modo, se cum quo Troia pubes,  
Albani docuere suos; hinc maxima porro  
Accæpit Roma, & patrium seruauit honorem.  
Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.

dū, quā albā cingeret muris. Intelligit tunc ludos habuisse propter lætitiā cōditę ciuitatis. p. muro. n. fabricam totā ciuitatē debemus accipere. quomō autē ipse exhibuit, sic tenuerunt albani, & consecratū habuerunt, piaculū exilimantes, si hunc quem Ascanius induxerat, morē p̄termisissent. nec ipsi trū, qui Ascaniū viderant, curauerūt esse seruandū. sed docuerunt et suos, tantūq; istius memoria valuit, vt ad romanos atq; eorum posteros reuerenda obseruatione trāsiret. deniq; ne origo istius ritus seculis labentibus interiret, quum quotannis ludus ipse replicatur Troia dicitur, & Troianum agmen asseritur.

## ASCENSIVS.

(Postq; omnem lēti, &c.) Docet quomodo pueri equitatum exercuerūt. De quo, quia Donatus nihil dicit. (Ordo est. Postq; s. pueri, sic instructi, lēti. s. spe victorię, aut, propter exercitationē: nam pauidos dixit, timore ignominie. erant ergo spermę, metumq; inter dubij: lustrauerē. i. circueverunt in equis: omnem cōfessum. i. omnes circumsidentes: & oculos suorū. i. maiorum: Epitides. i. custos Iuli: dedit ipsis paratis. i. ad excursum: longe. i. de longe, signum: & sonuit flagello, id enim pro signo dedit. Olli. i. tunc. s. signo dato illi discurrere, i. in diuersas partes excursos suos fecere: pares numero, atq; distantia, atq; terni. i. ductores: soluere. i. segregauerūt eos: choris. i. aciebus, in formā chori prius dispositis: diductis. i. in diuersa ductis: & ipsi vocati. s. signo flagelli, rursus. i. iterum conuertere: vias. i. excursos suos vnde exierant redeuntes, & tulerē tela. i. hastilia sua: infesta. i. tanquam vim illatura, obstantibus: & ipsi ineunt, id est inceptant, inde alios cursus: & alios recursus, spatiis, spatijs aduerfis, id est ex aduerso sumptis, ita vt sibi inuicem obuiarent: & impediunt, id est impli-

Virg.

Vu. ij. cant

tant; orbes. i. circuitus suos alternos. i. alternatim factos; orbibus  
 f. alternis: & cient. i. excitant: & promouent simulachra. i. specie,  
 & similitudinem pugnae. f. veræ gerendæ sub armis. Et nudant. i.  
 nudata præbent: nunc. i. aliquando: fugæ. i. tanquam fugerent: ter  
 ga, sup. sua & ipsi vertunt nunc spicula in sensu. i. tanquam velint  
 vim inferre: & feruntur nunc. i. aliquando pariter: facta pace. i. ac  
 si pacem fecerint. Vt. i. quem admodum: labyrinthus. i. domus à  
 Dédalo, variis circuitibus, vt exitus inueniri nõ possët, ædifica  
 ta (de qua in fine huius lectionis Landinum citabimus) fertur ha  
 buisse quondam in Creta. f. insula: alta. i. sublimi: habuisse, dicit,  
 intertextum. i. cõtextum: parietibus cæcis. i. inextricabilibus: &  
 inter quos exitus inueniri nequeunt: & habuisse dolum. i. errore:  
 ancipitem. i. dubium: mille vias. i. ppter mille vias: qua. f. re, aut  
 ratione: error indepensus. i. difficulter comprehensibilis, & irre  
 meabilis: falleret signa sequendi. i. falsa signa sequendi exitum da  
 ret, vt semper pcedendo, neq; exeat, neq; penitus intres: sed nũc  
 exire icipias, nunc iterum itroas, & ita nescias, quæ signa sequa  
 ris: haud. i. nõ aliter, hoc est eodẽ modo: nati. i. filij: Teucru. i. Teu  
 crop: spediunt cursu vestigia. f. mutua: & textum. i. implicat fugas  
 l. vestigia, fugiẽtũ familia: & textũ pludia ludo. i. ludẽdo: hoc est  
 faciũt pludia & simulachra p̄iõp: similes delphinũ. i. illoꝝ pisciũ  
 celerrimõꝝ) de qbus à Landino in fine huius lectionis satis deno  
 ratũ est) qui secant. i. diuidunt, natãdo per maria humida: Carpa  
 thium, sup. mare: & Libycum: & ludũt per vndas. Ascanius rettũ  
 lit. i. inouauit primus: hũc morẽ cursus. i. currẽdi, aut excurren  
 di equis: atq; hæc certamina. i. simulachra, certaminũ, sup. tũc,  
 quũm. i. quando: cingeret muris Albã, i. ciuitatem illam longa  
 f. situ & positioẽ: & docuit Latinos prisicos. i. veteres, celebrare. i.  
 hunc morem & Albani docere, hunc morem, suos. i. liberos, eo  
 modo quo ipse, & p̄bes Troia secum. i. cum eo, sup. docti sunt,  
 aut instituerũt modo: Roma maxima accepit hinc. i. ex hoc ludo  
 porro. i. lõge post: & seruauit honorem patriũ. i. à progenitori  
 bus institutum: & dicitur nunc Troia. i. nomine Troia: & pueri  
 f. sic ludentes: Troianum agmen dicitur, per zeugma ad viciniũ  
 refert. nam dicere potuisset, & pueri sic ludentes: dicitur nũc, ag  
 me Troianum, quia talis ludus à Troianis institutus est & deno  
 minatus, qui vulgo Pyrrhica dicebatur. Landinus de Labyrin  
 tho & Delphine, dicit sic, Labyrinthus hoc edificij genus, portẽ  
 tissimum iure appellat Plin. Est enim igentissimi dispẽdũ, & nul  
 li vsũ necessarium. Ponit autem quatuor fuisse primum in Hera  
 cleopolite: quem Hero. duodecim regum qui Ægypto simul im  
 perarunt, opus fuisse refert: & tria millia habitacula habuisse: mil  
 le quingeta supra terram, & totidem subterranea. Demoteles, re  
 giam Mocherudis, fuisse dicit: Lycias, sepulchrũ Meridi: plures  
 foli lacrum esse extructum. hinc Dédalus exẽplar, in eo quem in  
 Creta ædificauit, sumpsit. sed illius cẽtesimam partem imitatus  
 est, quæ itinerũ ambages, occursumq; ac recursus inexplicabiles  
 cõtinet, crebris foribus inditis: ad fallendum occursum, redeun  
 dumq; in errores eodẽm. Tertius fuit in Lemno, similis illis co  
 lumnis tantum cẽtum quinquaginta memorabilior. quarum in  
 officina turbines ita librati pependunt, vt à puero circumagen  
 te tornarentur. Quartum, Porrena Clusij rex sibi fecit, sepulchri  
 causa, sub vrbe Clusio. de quo Var. Sepultus est sub vrbe Clusio,  
 in quo loco, monumẽtum reliquit lapide quadrato singula late  
 ra pedum lata tricenum. Alta quinquagenum, inq; basi q̄drata,  
 intus labyrinthũ inextricabilem: quo si quis properet sine glo  
 bo lini exitũ, inuenire nequeat. Supra ad quadratum, pyramides  
 quinq; sunt: quatuor in angulis: in medio vna: in imo latẽ pedũ  
 septuagenum

SERVI VS.

Ha celebrata tenus. Tme/  
 sis est hætenus. & hic sermo,  
 quantũ ad artem spectat, duas  
 continet partes orationis: vt  
 Hac p̄nomen sit, Tenus præ/  
 positio, sicut pube tenus, &  
 erurum tenus: sed iã vsus obti  
 nuit vt pro vna parte habeat  
 tur. ergo aduerbiũ (& omnis  
 pars orationis quæ deserit  
 esse quod est: in aduerbiũ mi/  
 grat) & est temporis: nam hu  
 cusq; significat. Hic primũ.)  
 Sequitur enim Palinuri mors  
 vel Miseni. Trim de celo mi  
 sit Saturnia Iuno.) Ex magna  
 parte

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.  
 Hic primum fortuna fidem mutata nouauit,  
 Dum variis tumulo referunt solennia ludis,  
 Irim de celo misit Saturnia Iuno  
 Iliacam ad classẽ, ventosq; aspirat eunti,  
 Multa monens, nec dum antiquum saturata, dolorẽ  
 Illa viam celerans per mille coloribus arcum,  
 Nulli visa cito decurrit tramite virgo.  
 Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat,  
 Desertosq; videt portus, classẽq; relictam.  
 At procul in sola secrete Troades Acta  
 Amisum Anchisen flebant, cunctæq; profundum

parte seruatũ, vt Mercurius  
 ad concordiam, Iris ad discor  
 diam mittatur: vnde & Iris  
 dicta est quasi è pio. Falsum ẽ  
 autem qd dicitur ministra esse  
 tantũ deorum: quum & à Iou  
 ue plerũq; mittatur: vt, Aca  
 riam celo iam Iuppiter Irim  
 Demittit, germana: haud mol  
 lia iussa ferentem. P Ventosq;  
 aspirat eũti.) Vt de Mercurio,  
 Voca Zephyros. Et bene Irim  
 mittit, quæ fit de nubibus, qua  
 rum dea est Iuno. P Per mille  
 coloribus arcum. P Aut suban  
 dis factum: aut Antipofis est  
 mille colorũ, hoc est multorũ  
 colorum,

septuagenum quinquagenum: ita fastigia  
 te, vt in summo orbis Æneus & Pegafus, vnus oibus sit imposi  
 tus, ex quo pendeant excepta catenis tintinabula, quæ vento agi  
 tata longe resonant, supra quem orbem aliq; quatuor pyramides  
 extant altæ pedes centenos: supra quas vno folo quinq; pyrami  
 des, quarum altitudinem Varrone puidit ponere. Fabulę Etru  
 sca eandẽ dicunt, quam totius operis. Diodo. Sicu. scribit de la  
 byrintho Ægyptio esse: qui illum à Mena rege ædificatũ velint  
 esse: itidem alios, qui à Mendite: alios, qui à Barrone positum te  
 ferat delphinum: delphinus, delphini, & delphin, delphinis. Velo  
 cissimus oĩum animalium delphinus, est ocior volucre, acrior te  
 lo. Tardatur tamen in feriendo, quia non nisi resupinus atq; in  
 uersus ferire pot, quum multum infra rostrum, os illi est medio  
 pene in ventre, quũ diutius spiritum cõtinuerit, veluti arcu emiss  
 sus ad respiradum emicat: parit catulos decem, nutrit vberibus.  
 Fœtus infantia, infirmos gestat. Adultos, diu comitatur. Viuit tri  
 ginta annis. Lingua illi contra naturam aquatiliũ mobilis &  
 suillæ similis. Pro voce gemitus, humano similis. Dorsum repari  
 dum. Rostrum firmum. Qua de causa nomen Simonis, miro mo  
 do agnoscut. maluntq; ita appellari: homini amicissimi sunt,  
 & musica delectantur. huius rei. & Arionis, & multorum aliorũ  
 exempla, narrat Plin. Corio vestiuntur: sed non cum pilis: vt vi  
 tuli marini, & hippotami.

PIERI VS.

Epitides.) In antiquis, vt superius dictum, Æpytides, per æ,  
 & y, scribitur. P Atq; agmina terni Diductus soluere choris.)  
 In Romano codice, & aliquot alijs antiquis, Deductis, habetur,  
 participij voce, plurali ablatiuo. In Mediceo, & aliquot alijs,  
 quod magis placet Diductis. Sunt etiam codices manuscripti,  
 qui legant, ternis: sententiãq; ipsa videtur apertior: si dicamus,  
 tres illas equitum turmas, quæ vno agmine cõfessum omnem  
 lustrauerant, ad flagelli sonitum in ternos choros diductas esse,  
 vnaquæq; turma sua spatia corripiente. Quod si, soluere agmi  
 na terni diductus, legas, frigidum nescio quid inuenias. Sed hoc  
 ego in medio relinquam, eos libenter auditorus, qui militarium  
 ludorum peritiã aliquam profiteantur. P In festisq; tela tuler  
 re.) In Mediceo codice, Instructaq; tela legitur. Sed, in festis, in  
 alijs. P Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus Aduerfis spa  
 tijs, alternosq; orbibus orbes.) In codicibus aliquot antiquis,  
 Auerfis, legitur. Sed vulgata lectio me nihil offendit. Id vero  
 non improbarim, quod, alternisq; orbibus orbes, quædam ha  
 bent exemplaria: licet tantumdem sit. P Et nunc terga fugæ nus  
 dant.) In antiquis aliquot, fuga, est ablatiuo casu: quod etiam su  
 perius obseruatum: sed melius oĩno videtur acquiritiuo. P Nunc  
 spicula vertunt (sensu.) In vno tantum codice. Roma, spicula tor  
 quent habetur. In aliis omnibus vertunt: quod ludicio certami  
 ni magis conuenire videtur. P Quæ signa sequendi Falleret inde  
 prensus, & irremeabilis error.) In Roma. codi. & aliquot alijs,  
 Frangeret, habetur. Indeprensus, varie scribitur, sed vnico eis  
 deprensus, placere Velio Longo diximus. Est, & irremeabilis, in  
 terga prepositione, vt reliqua. P Carpathium Libycumq; fecant,  
 luduntq; per vndas.) In Oblõgo illo cod. sane quã vetusto Va  
 ticane bibliothecæ, quæ Pomponius Letus, delicias suas appella  
 bat: & i aliquot alijs dimeter hic anapesticus hypcatalecticus. Lu  
 duntq; per vndas desideratur. Trimeterq; tãtum dactylicus hy  
 percatalecticus, notatus est: Carpathium, Libycũq; fecant. P Nuc  
 moram hos cursus.) Vetera exemplaria, Nunc morẽ cursus: plu  
 rimum habent: sed altera lectio magis poetica est.



Hic magis placet. Necdum antiquum exsatura dolorem.) Antiqui codices, antiquum saturata, legunt, sed melius ut alibi, Odiis haud exsaturata quieui. Secretæ Troades.) In antiquis aliquot codicibus, Troades, habetur per œ diphthongon, quæ in τρωαε, primitiuo, reperitur. Arbitrati enim sunt eundem, in deriuatiuo etiã esse debere. nam ο, in œ, apud Latinos transire solet. Hinc in antiquis Terentii codicibus, Adelphœ, non Adelphi, Comœdiæ nomē scriptum iuenies. Græce enim, ut palam est, ἀδελφοί. Sed in hoc nomine, Troades: nulla apud Græcos diphthogus, quum masculinum sit, τρωσ ὁμοφωνον τῶ κρισιν. foemininū τρωισ, καὶ τρωιασ, καὶ τρωασ. Nec tamē inficias ierim nomen hoc cũ œ, diphthongo impropria, nonnunquam inueniri. quod si vulgata lectio sit immutanda, Troiades, potius q̄; Troædes scribendū esset: ut in aliquot antiquis codicibus scriptum est. Sed Troades, frequentiori doctorum vsu, lectio omnino acceptior est. Fit Beroe

roe Ismarii coniux longæua Dorycli.) Quauis in Longobardi/ co codice, in Mediceo, & plerisq; alijs, p̄ Ismarij, duabus minus literis, Marij, legat: nemo tamē ex eruditus est, cui nō potius Ismarij, faciat satis. Nam quid ad ea tempora Marij nomē nisi Marij factū sit, ex Enarij, vel Inarij: q̄ aliquot in codicibus scriptum accipi, quauis huiusmodi lectionē nusq; ego viderim oculata fuisse. Est & illud, Veroe, in exēplari antiquo: qd̄ quidē p̄terissim, nisi toties repetitū esset: nā inferius, Non Veroe: & illud, Veroen, digressa reliqui. Sed alibi diximus, vnde frequentissima hæc mutatio ex b, mutata in u digāmon, emanarit: curq; tot inscriptionibus, Velifarius, p̄ Beliffarius, scriptū sit. Ita q̄ legi nuper in æde D. Martini, quæ in Exglineo est, Mirauili benignitate & incōparabili, quare nūc missa sint. Ac sic Dardanidū.) In antiq̄s aliquot codicibus, Dardanum, legitur: ut apud Græcos, δαρδανιδαι: quāquam & δαρδανιδαι, & δαρδανιδαι, gens ipsa dicatur apud eosdē quare Dardanidum recte.

SERVIUS.

TO miseræ.) Magna vituſ ar te persuadendi, ut nō ex abrup to, quod p̄sudere vult dicat: sed circumstantiis illuc decinat. (Exitio.) Non regno. Septima post Troiæ excidiū iam vertitur æstas. Atqui & Dido dixit, Nam te iam septima portat Omnibus erratē terris & fluctibus æstas. De qua re quidā hoc dicunt: q̄ Æneas apud Carthaginē paucis diebus fuerit. Nā ait, Quum subito affur gens fluctu nimboſus Orion, qui oritur (ut Sallustius dicit) iuxta folis æſtūi pulſum. Itē ait, Dū pelago deſeuit hyems & aquoſus Orion: ut hyemē pro tepeſtate poſuerit. Secundum quod Carthagini paucis fuit diebus. Sed illud occurrit, Nunc hyemē inter ſe luxu q̄ longa fouere. Et hoc quidam ſic purgant, ut dicant potuiſſe fieri ut intra anni metas, & ad Africam venerit, & inde nauigauerit. Sed iſtis occurrit qd̄ in primo ait, Septima æſtas. Vnde apparet hanc octauam fuiſſe: quod & ab Anchisē morte indicat annus impletus. Ergo conſtat quæſtionem hanc vnā eſſe de iſolubilibus: quas nō dubium eſt emēdaturum fuiſſe Virgiliū. Quum terras oēs.) Quia peragrauerat multa. Sydera q̄ emenſæ ferimur.) Aut tepeſtates aut p̄ uincias, q̄ ſyderibus ſubiaceret: ut Æthiopum verſemus oues ſub ſydere Cancri. Per mare magnum.) Procelloſum. Lucre. Suaue mari magno. Italia ſegmur fugientē.) Ut, Iam tandē Italię fugientis prendimus oras. Et re vera nullus ſequitur, niſi quod fugit. Voluimur.) Nō dixit nauigamus. Hic Erycis finis.) Argumentum à facili. Nequidquam.) Qui non proderant, quum eſſent fatorum comites. Infaſtas mali ominis.) Nam mihi

TO miseræ, quas nō man⁹ (ingt) Achaica bello IRIS Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus, o gens Infelix, cui te exitio fortuna referuat? Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas, Quum freta, quū terras omnes, tot inhospita laxa, Syderaq; emenſæ ferimur, dum per mare magnum Italiam sequimur fugientem, & voluimur vndis. Hic Erycis fines fraterni, atq; hospes Acestes. Quis prohibere muros iacere? & dare ciuibus urbem? O patria, & rapti nequidquam ex hoste penates, Nullā ne iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam Hectoreos amneis, Xanthum & Simoenta videbo? Quin agite, & mecum infaſtas exurite puppeis. Nam, mihi Caſſandræ per ſomnum vatis imago Ardentes dare viſa faces: hic quærite Troiam, Hic domus eſt (inquit) vobis, iam tempus agi res, Nec tantis mora prodigijs, en quatuor ara Neptuno, deus ipſe faces, animumq; miniſtrat. Hęc memorās prima iſenſum vi corripit ignē, POE. Sublataq; procul dextra connixa coruſcat, Et iacit, arrectæ mentes, ſtupefactaq; corda Iliadum, hic vna è multis, quæ maxima natu Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrit. Nō Beroe vobis, nō hæc Rhoeteia matres PYRGO Eſt Dorycli coniux, diuini ſigna decoris, Ardenteſq; notate oculos, qui ſpiritus illi, Qui vultus, vocisq; ſonus, vel greſſus eunti. Ipſa egomet dudum Beroen digreſſa reliqui Ægram indignantem, tali q̄ ſola careret Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores. Hęc eſtata, POETA At matres primo ancipites, oculisq; malignis Ambiguæ, ſpectare rates, miſerum inter amore Praſentis terræ, ſatisq; vocantia regna, Quum dea ſe paribus per cœlum ſuſtulit aliſ, Ingentemq; fuga ſecuit ſub nubibus arcum. Tum vero attonitæ monſtris, actaq; furore Conclamant, rapiuntq; focis peneralibus ignem. Pars ſpoliant aras, frondem, ac virgulta, facesq; Coniciunt, furit immiſſis Vulcanus habenis, Tranſtra per & remos, & pictas abiete puppeis.

poſitas: quas p̄miſerat ſupra. Deus ipſe.) Maris, cuius ſunt naues. Inſenſum ignē.) Ipſa inſenſa. Tor.) Aut multorum: aut ſupradictorum: ut, Quinquaginta illi thalami. Nō Beroe vobis.) Non eſt diſſuaſio, ut quidam putant: ſed magis hortatur perſuadendo numinis authoritate. Rhoeteia.) A Rhoeto p̄montorio. Diuini ſigna decoris.) Omnia colligit quibus numina cognoscuntur: ut, Nanque haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem ſonat: o dea certe. Spiritus.) Odor. ut, Diuinū vertice odorē Spirauere. Vel greſſus euntis.) Ut, Et vera inceſſu patuit dea. Primo ancipites.) Anteq̄ q̄ numen agnoſceret. Oculisq; malignis.) Ipſe maligne. Miſerum inter amore Praſentis terræ.) Aut magnum: ut Terentius, Eam miſere amat, aut miſerum, quo ſiebat miſeriores: quum eis regna negarent. Abiete pictas.) In abiete pictas. Sane Abiete, hoc eſt que erant de abiete.

DONATVS.

TO miseræ. q. n. m. ingt, achi ca bello &c.) Ut euaderemus, inquit achaicas manus, ut inuictus nostros nō videret, Troia cũ caderet, ut oſſibus noſtris occaſus patriæ non faceret ſepulturam. nō illa felicitas ſuit æſtimanda. hoc inter initia poſuit. antequam nos malorum congeries multiplicata docuiſſet, infelicitatem potius eſſe, q̄ ſuperſtites ſumus, q̄ poſt tanto rum interitum ciuium poſſit potiusquam incommodis, reſeruamur. Intelligamus tandem, quod inter initia impreudentes omiſimus, & infelicitatis noſtræ miſerabiles cauſas conſilio cautiore tractemus, deterior miſeras peioribus fortuna ſupplicijs ſemper eſſe obnoxias voluit. contra certandū eſt, ut illam ſi non reſtendi conſtantia remedio ſuperamus, gens noſtra mala ſatorum forte progenita omnis eſt aduerſis deſtinata ſupplicijs. poſtuerunt, aliquando merito ſimul interire cum patria, noſter ſi nis adhuc ſq; differtur, ut varijs tormentorum vicibus aſſuetæ perducamur. nam quis erit maior ipſorum finis, qui conſtantius annorum ſeptem ſpatijs concludi nō potuit: maria circumſta & vniuerſa



& vniuersæ terrarum partes cruciatus nostros pœnasq; testantur, quum Italiam sequimur semper, quæ fugit, aut nō est. ¶ Hic Erycis fines fratrum.) Opportunum prorūsus remanendi tempus est. locus volentibus congruit, negari non potest, quod fuerat fratris. Troiani sunt harum terrarum incolæ, non denegabunt ciues necessariam ciuibus sedem, cōueniunt omnia commodis nostris omittenda non est tantæ expeditionis occasio, ne quæ sita posteriorius reperiri non possit. ¶ O patria, & rapta ne. ex ho. pena.) O, inquit, patria, quam deseruimus imprudentes, quid profuit penates deos à flammis esse subtractos: ecce nec sibi potuerunt prodesse, nec nobis quid profuit nauibus vectos esse, quid effectos comites nobis errant ipsi quoq; nec suam saltem iniuriam pelunt, miseræ nostræ nullius auxilium sperant, vnum superest, vt secutæ consilium, quod vestris sensibus intimauero, prouideamus nobis quiescendi remedium. dictura, quid esset necessario faciendum, præmisit. & hæc, vt persuasione obtineret effectum. ¶ Nulla ne, inquit, iam Troiæ di. moe. nus. & c.) Tatum, inquit, errandum est nobis, vt quum otium non suppetit, nequeamus reparare perditam. Hunc affectum videntur ea occasione duxisse, quæ apud Helenum Troiani & Troiâ viderant, & Troiæ portas agnouerant, Simoim quoq; & Xanthum, quæ conditoribus suis solatium dabant, si non magnitudine, saltem appellationibus nominum. hoc igitur ista doloribus velut proprijs iungit, quod non proveniente otio, spes nulla extaret etiam ipsis nouandi quæ Helenus potuit. Nequam, semel positum, singulis debet adiungi, vt sit nusquam Hectores amnes, nusquam Xanthum, nusquam Simoim videbo. narratiam consilium suum, & huic addit auctoritatem exposita persona: & se sociam facti futuram spondet, ne excusando partes suas, aliarum consensus auerteret. Agite iam, quod dico, inquit, & metum naues istas commodis nostris inimicas incendite, mala quippe quæ patimur, puppiam nobis incolumitas nutrit, ipse infaustus est, ipsarum est fortuna deterior, abolendæ sunt, ne nos ad infeliciam inducant, quibus nulla requies, nullus datus est portus. Hoc faciendum Cassandra mandauit, & monuit, quum quiescerem dormiens, parendum est cōsilijs eius, quæ mihi complenda commisit, & implendi substantiam dedit, hoc est, quod ait, dicens. ¶ Nam mihi Cassandra per perform. vatis ima. Hic domus est, inquit, no. Iam. t. a. r.) Personæ consilium sumpsit, atq; vatis adhibuit nomē, à tempore, quo dormienti sibi dictum esse, mentita est, quippe constaret falsitas ex eo, si alio tempore mortuam diceret visam esse vel auditam, referat iam velut mandati summam, errat, inquit, vestri tractatus intentio, non alia vobis, quam hæc terra debetur, frustra adhuc peregrinandi suscipitur labor, hic quærenda est Troia, vbi Troiani reperti sunt ciues, quærite, hoc significat, quia quod non quæratur, non potest inueniri. ideo hoc posuit, quod potuit dici, quid si non inuenietur, contra ait hic potest quærata consurgere. hic enim vobis est domus. O commodum consilium vatis, o ciuis veneranda consulta. loquebatur quid effici conueniret, & qua via posset impleri, non dubia vt fieri solet sed aperta ratione monstrabat, videbatur illa faces mihi flammantes asserere, vt ostendere miseris nostris aliter prospici ac prouideri non posse. ¶ Nec tantis mora prodigijs.) Concurrunt probamenta fidei, & veritatis supplementa non desunt, incendia quippe nauium cogitantibus sacer ignis occurrit, offert aras ipse Neptunus implendis rebus porrigendo substantiam, nam nostros à suis regnis prohibet, atq; arceat accessus, fiat ergo cum deorū voto, quod dicitur, fiat, quod vatis tantæ prædixit authoritas, & numina præsentia probauerunt. ¶ Hæc memorans & c.) Ne Troianorum scemine de faciendo vel non faciendo tractarent, omnia disputationis incerta Iris præueniens, ignem prima, dum loquitur, rapuit simul, & misit, subitum enim ac repentinum esse debuerat, quod displicere forsitan potuit, & obiectu contradictionis excludi. ¶ Arrecte. m. s. q. c. Ilia.) Stupuerat hoc facto vniuersarum mens. ¶ Hic vna è multis.) Dicitur ex multis folam insidias sensisse, dedit ei ex ætatis maturitate prudentiam, vt autem digna videretur, quæ deberet audiri, nutrix, inquit, fuit infuitorum filiorum Priami, qui reges esse possent, si Troianorum fortuna constitisset. ¶ Non, inquit, beroe. v. n. hæc rh. m.) Disputat, quid de illa sentiret, matres, inquit, nō est ista beroe, nec rhoeteia hoc est cretæsis, potest intelligi & rhoetei filia. ¶ Est Dorycli cōiux.) Si nō erat Beroe, quomodo dicit, est Dorycli coniux: quum absurdum sit cōfirmare, quod negatum videatur, totum negatiuū est, nam, quod dixit non est, nō semel, sed per omnia intelligendum est, & non habebit errorem, vt putetur illa esse, & nō esse, vt sit, nō est Beroe vobis, nō est hæc rhoeteia matres, nō est Dorycli coniux, expleta deniq; nega-

tis, coniectura incipit suspitionis suæ partes asserere, vt adstruat nō esse ipsam, quæ putabatur, neq; hominem esse, sed deam. ¶ Diuini si. de. Ardetes q; n. o.) Animum percurrit, & corpus, vt nihil in ea videretur esse mortale, quod videtur, inquit, quod loquitur, quodq; ambulat diuinum est omne, nec sonat hominem, nec hominem monstrat, aliud addit, quod nō ex cōiectura, sed ex veritate descendere ait. n. ¶ Ipsa egomet dudum Beroen & c.) Magna cōfirmatio, ipsa, inquit, & adiecit ego, duplicatio enim facit meliorem fidem, quum æque dictura est, non ex alijs se audisse, sed potius vidisse cōtendit. Dehinc loquētis verba sumpsisse auribus & sciuisse quid dixerit, his ergo copiose, quod dicebat, adstruxit, dudum, inquit, ducens tempore rationem, hoc est ante paulullū significans, vt ex proximitate nulla viderentur interuenisse causa, quæ memoriam falleret, item à persona ipsa, egomet, persona est, quod etiam Beroen nominauit, signa plonge ipsius ab actu se quoq; monstrauit, ægra, inquit, fuit, hoc est cruciabaturo animo, animoq; cōmouebatur, dicit causam ægritudinis ipsius, & cōmotionis, tali q; sola careret munere, nec meritis Anchisæ inferret honores, dolebat, quod nō obsequeretur manibus Anchisæ in solemnibus exhibendis.) Hæc effata.) locuta est hæc. ¶ At matres primo an.) Primo ait ancipites, primo ambigū, primo oculis malignis rates spectabatur, hoc est oculis suis malas animo cogitationes demonstrantes: sed cū dicit, primo dubijs, & primo incertis & malignis, primo hoc ipsum videndum est, quos exitus habeat, quoue eius tendat incertum. ¶ Miserū inter. a. Præ. ter.) Tenebantur amore præsentis terræ, in qua sibi otium spondebat, & malorum omnium finem, vbi cum ciues essent futuræ, & habituræ requiem sempiternam, è contrario tractabant spem fati volentibus debitam, hoc fuit sequentis cōsilijs.) Quum dea se paribus & c.) Adhuc incerto sententia constitutus, Iris se demisit, & rediit ad cœlū. ¶ Tum vero attonite.) Attonitæ, hoc est sollicitæ effectæ & etiam non dubig, ac furore correptæ conclamant, vt iam non paucæ sed vniuersæ peccarent, clamabant alacres, quas primas furor inuaserat. ¶ Rapiuntq; f. pe. ignem. Pars spo. aras.) Non sufficere furentibus, quod suggerentibus arg. ex inferioribus quoq; partibus incendia rapiebant, vt futuro sceleri omne genus criminum iungeretur. ¶ Frondē, ac. v. f. q. Con.) Atq; vt sceleris proteneret effectus, fomenta virgultorū & frondium cōgeriebant, quæ incensa arderent facile, & facilius accensa consumerent. Quantum ait malum ex frondibus atq; virgultis inflictum repente fit & mature cumulatam, sequentes versus ostendunt, ait enim. ¶ Furit im. v. ha.) Trāslatione vsus est, dicendo, furit vulcanus immissis habenis, aurigæ enim, vt quadrigæ vehemētius currant, relaxant frenos & habenas remittunt, ignis autem tanquam habenarum laxamenta sūpsisset, ita virgultis adiutus, & frōdibus, & remos occupauit, & transtra atq; ipsas puppes plena virtute possedit.

## ASCENSIVS.

¶ O miseræ, & c.) Recitat orationem quam monita & instructa à Iunone habuit ad Troianas mulieres, in forma Beroes Iris demissa: cohortans, videlicet naues incendi, vt Aeneæ auferret spes in Italiam proficiscendi: quod vnum præterdit Iuno, sciens quod nihil Carthaginensi imperio obesse possit, si Troiani regnum in Italia non constituerint: ob eam igitur rem, classem incensam voluit, de qua nihil affertur à Donato. ¶ Ordo autem est, Ipsa, sup. Iris: in formam Beroes: inquit, o miseræ, i. miserandæ mulieres, quas manus Achaica, i. Achiuorum exercitus: non traxerit bello i. per bellum: ad lethum, i. mortem, sub mœnibus patriæ, quod alibi dicit, Troiæ sub mœnibus altis. O gens infelix, cui exitio, i. ex terminio, aut morti reseruat te fortuna, q. d. ad tristissimum, quum tam inimica perduret: septima æstas vertitur, i. finitur iam post excidium Troiæ, quum nos emense, i. transfretando, hoc est que transfretauimus freta, sup. omnia, quum terras amneis, quum tot saxa inhospita, i. nullum præsentia hospitium & sydera, i. tempestates: ferimur, i. trahimur, f. adhuc, dum sequimur per magnum mare: Italiam fugientem, i. nolentem inueniri: quia adhuc semel in Sicilia fuerant, & viciniore Italia, quam nunc sint, & quum voluimur adhuc vndis, i. per vadas & tempestates maris. (Priusquam cætera pergam, discutiam, quam Ser. insolubilem putat quæstionem, quomodo videlicet adhuc septima dicatur æstas, quum in. j. dictum sit à Didone, Nam te iam septima portat omnibus errantem terris, & fluctibus æstas, quam quidem quæstionem, si propius inspexerimus, poeta ipse dissoluit, nam principium septime æstatis fuisset, quum ad Didonem appelleretur: indicat verbum, portat, nam venientia tempora, portant, vnde Hora, in De arte, Multa serunt anni venientes comoda secum, Multa recedentes adimunt, hic autem significatur finis eiusdem septimæ Virg. V iij æstatis



magnus, aut inopinat. Quo tenditis? Id est quid habetis intentionis? Vestras spes vritis. Naubus enim ad regna ten debant. Inanem. Concaua, sine capite. Ludo. Per ludu. Excussaq; pectore Iuno e. Furoris causa, non furor, Icirco qa furor defierat. Vdo sub robore. Vicino ags. Sti pa. Secundum antiquam orthographiam. Nam supra dicta est a stipando: abusiue etiam iini dicimus. Tardum. Den sum, crassum. Na ignem solet fumus praire. Vnde tardu ad densitate retulit. Corpore. Nauu: vt, Et disijce corpora ponto. Descedit pestis. Incendi: more suo. Et declamauit per cotrarium. Na ignis superiora semper petit. Flumina profunt. Vis aque. Tum pius Aeneas humeris absconde re vestem. Notant quidam qd damnu quatuor nauu impatenter doleat, sed magis illud e considerandum est, quod ait supra Ascanius, Vestras spes vritis: vt damnu non doleat, sed spem nauigationis ecepta. Iupiter omnipotens. Figuratis egit coloribus: nec enim re vera vult perire: sed agit oblique vt reslinguatur incendium. Bene autem si, vbiq; interponit. Hic enim est optimus ductus: qui agentis voluntate latenter ostendit. Exosus. Antiqui dicebat odi & ofus sum: hinc est exosus, quo vtimur: licet iam ofus sum, non dicamus. Ad vnum. Nullo excepto. Si quid pietas antiqua labores Respicit humanos. Aut si tibi chara pietas praestat aliquid humanis laboribus: aut si quid meremur propter pietatis cultu (vt, Parce pio generi) hoc ipsum remunerare. Aut certe (quod est melius) si vel respicit res humanas pietas, quae de terris olim recessit. Res eripe letho. Acyrolgia est. Quod superest. Quod congrue sequitur. Sine more. Sine expro. Tonitruq; tremiscunt hic incertus est vtru a neutro inclinabili veniat hoc tonitru, vt hoc cornu. Na inde est, Fractaq; tonitrua nubes, vt cornua. An a masculino fm quartam declinationem. Hinc Statius, Tonitrus agris, & mea fulmina torques. Ardua terraz. Periphrasis monu. Aethere toto. Pro aere posuit. Madescit robora. Aut humectatur: aut resoluunt in cinere: quod nale est post incendium.

## DONATVS.

Nuncius Anchisae ad tumulum. Solet nuncijs plerunq; non credi. sed quod Eumelus de incendio nauium dixerat, tam credibile fuit, vt quod Troiani auribus sumpserant, oculis euidentissime probaretur, quum fumus nubes faceret, & per aera fauilla ferret. Primus & Ascanius cursus. Et si adhuc puer Ascanius fuit, senferat tamen, quantum mali esset effectum, quo permotus ipse, du res lactas ageret, & equestre certamen agitare, aduolauit ita, vt equo vehebatur, nec cu magistri agminis retinere potuerunt. fuit enim sceleris immanitate exanimis redditus. Quis furor iste nouus? Inuectio inducta sine principijs, sic a procedere debuit ab eo, cuius comodum fuerat inter ceptum factum, inquit, quod estis aggressi, qd funestis manibus spem vestram tradidistis incendio. infaniam vestram ciues ametiamq; testatur. nullus est enim nisi satis vehementerq; desipiens, qui rebus suis interitum ferat. ausus huiusmodi, aut demeritis esse constat, aut hostis. deniq; sic magistro furore peccatis, vt confidam vos naues nostras castra arbitratas esse graiorum. nostrum est miseræ, quicquid ardet & vritur. nostrum est, quicquid per vestras manus inimicum consumit incendium. Ego ve. As. Vel me, inquit, Ascanius, qui vestrum relicto furore cognoscite, non sum alienus a causa, qui loquor.

Ducebat, sic acer equo turbata petiuit  
 Castra, nec exanimis possunt retinere magistri.  
 Quis furor iste nouus? quo nunc, quo reditis, igit, AS C.  
 Heu miseræ ciues? non hostem, inimicâq; castra  
 Argiuum, vestras spes vritis, en ego vester  
 Ascanius. Galea ante pedes proiecit inanem, POE.  
 Qua ludo indutus belli simulachra ciebat.  
 Accelerat simul Aeneas simul agmina Teucrum,  
 Ast illæ diuersa metu per littora passim  
 Diffugiunt, sylvasq; & sicubi concaua furtim  
 Saxa petunt, piget incepti lucisq; suosq;  
 Mutatq; agnoscunt, excussaq; pectore Iuno est.  
 Sed non idcirco flammæ, atq; incendia vires  
 Indomitas posuere. vdo sub robore viuunt  
 Stupa vomens tardum fumum, lentusq; carinas  
 Est vapor, & toto descendit corpore pestis,  
 Nec vires heroum, infusaq; flumina profunt.  
 Tum pius Aeneas humeris abscondere vestem,  
 Auxilioq; vocare deos, & tendere palmas.  
 Iupiter omnipotens, si nondum exosus ad vnu AENE.  
 Troianos, si quid pietas antiqua labores  
 Respicit humanos, da flammam euadere classi  
 Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe leto.  
 Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,  
 Si mereor, dimitte, tuaq; hic obrue dextra.  
 Vix hæc ediderat, quum effulsis imbris atra POE.  
 Tempestas sine more furit, tonitruq; tremiscunt  
 Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto  
 Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus austris,  
 Implenturq; super puppes, semulsta madescunt  
 Robora, restinctus donec vapor omnis, & omnes  
 Quatuor amissis seruatae a peste carinae.

Iu. est. Successerat enim sanitas, vnde Iuno discesserat, non potuit fortius exprimi scelus, quod Troianorum matres admiserant, nisi vt diceret poeta, in earum sensibus Iunonem fuisse presentem. sic enim ad eius arbitrium factum est, quod fuit Troians aduersum, quasi ipsa Iuno in interitum nauium procurando fuisset operata. Sed non idcirco flamma atq; i. v. In. p.) Fugiebant quidem illæ. sed quid ardenti profuit classi, cuius aduersa credebant? Vdo sub robore viuunt, &c.) Tenebat ignis vires suas. sed ignis humidis impediatur aliquantulum, sic tamē vt ederet occupata, & correpta consumeret. Nec vires heroum. i. q. s. p.) Nec vincebatur illud malū labore atq; fortissima opera Troianorum, quum porta rent aqua, & nauibus largissima infunderent flumina, cum illic non essent flumina, & praesto esset mare, flumina debemus accipere aqua marina in modum fluminum sumam, copiosa enim esse debuerat, vt magnum incendium valeret extinguere. Tum pius Aeneas. Quum videret Aeneas auxilio suorum, hoc est humanis rixibus contra tantam perniciem nauium opem competentem ferri non posse. tum discissa ab humeris veste, quod signū fuit doloris maximi, quonia pius fuit, hoc est deorum purissimus cultor, superum numen reslinguendo incendio supplice voce poscebat in auxilium. Iupiter omnipotens, &c.) Complexus est omnia, quae pro malorum necessitate fuerat postulada, tenuit quippe, quae ad impetrandum proficere potuissent. ait igitur Iupiter, quod si esset, solū suffecerat illū noiatum esse, qui posset auxiliari. Addit omnipotens, qui enim praestandi habet substantiam, valet etiam difficultia atque ardua remouere: restabat vt vellet. non enim sufficiebat posse, nisi & voluntas accederet. quapropter addidit, si tamen non odio tibi omnes fumus. multi enim ipso conueniente in Troia perierant. idcirco dixit, si nondum exosus ad vnum Troianos. quod ait ad vnum, hoc intelligi debet, si non etiam me odisti, & me quoq; cum ceteris infensus insequeris, da vt recedat a mea classe incendiū. addidit ad comouendam miserationem egestatis, & paupertatis angustias, quae nonnunquam etiam inimicorum duritia molliunt. Vel tu quod superest. Ecce aperuit, quid sit, quod dixit, si

loquor. Galeam ante pedes pr. in. Sic debuit agere, qui a furiosis cupiebat agnosci: nec aliter potuit exprimi status desipietium. si enim vlla sanitas fuisset, illū & in galea cognoscere debuerūt. & proiecit, bene additum est, vt pueri turbatio loquetis melius possit aduert. exiit galeam, & quod in spectaculis ornatus causa gerebat, abiecit. Accelerat simul Aeneas, simul agmina teucrum. Qui equo vehebatur praecesserat pernicitate animalis adiutus, mox tamen Aeneas & ceteri cōsecuti sunt. omnes enim vna & communis calamitas mouerat. Ast ille. di. m. p. li. pa. Diffugiunt. Quae obiurgatione solius Ascanij ferre nequiuertant, multo magis sperabant se ipsius Aeneae multitudine praesentiam sustinere non posse: proinde fugientes petebant diuersa, in quibus latere potuissent. s. aut abditalitorem, aut caua saxorum, aut sylvarum deuia, aut summa montium, aut loquina camporum. Piget incepti lucisq; Erubescabant, inquit, reprehedentes ipse consilia sua, & factū detestabile iudicij sui definitione damnantes intantū, vt ipse in se videretur protulisse sententiam: quod post tam nefarium scelus indigne carperent lucem. Suosq; mutatae Agnoscunt. Iam coeperat scelus nosse, quod fecerat. & iam suos agnosceret. Excussaq; p.

xit, si nondum exofus ad vnum. ait enim si ergo nō mereor viuere, da ne excrucier tot malis; sed potius peream semel, & interea fulmine tuo, libenter peribo, si dextera tua mihi contigerit mori. ¶ Vix hæc. e. c. e. i. a. Te. si. m. f. & c.) Meritū hoc loco poscētis ostenditur, & beneficium pleni eius, qui de potentia maiore, ac voluntate studiosa prestat. In finitum, inquit, pluuia modum mox Iupiter nauibus infudit ardentibus, atq; ita illarum extinxit incendia, vt harenis oppletis ne vapor quidem reliquus remaneret. perditis igitur quatuor, coelesti beneficio reliquæ liberatæ sunt, quātum Æneæ meruit deprecatio, cui duo sunt prebita, quæ negotio fuerant necessaria: celeritas beneficij, quia, qui quid flama possederit, mature consumit, & vis pluuiarum maior cum tempestate comoda, quæ ipsas pluias concitauerat, vt incendij maiorem vim extinguere potuissent.

ASCENSIVS.

¶ Nuncius, &c.) Docet quomodo nunciatum & restinctum est nauium incendium: quotq; naues absumptæ sint: quia quatuor duntaxat: seruatis, si reliquis precibus Æneæ, de quibus Dona dicit sic. ¶ Iupiter omnipotens.) Amplexus est omnia, quæ pro maiorum necessitate fuerant postulada. Iupiter: hoc solū satis est auxiliandum. Omnipotens: vt non solū præstandi habeat potentia, sed etiā difficilia possit remouere: sed quoniam nō satis est posse, nisi etiam velit, addit, Si nō omnes ad vnum odisti, id est nisi me quoq; odisti. Addit etiam comiserationem, ponens egestatis angustias. Postremo, ponit meritum postulatis, & plenum auxiliū dantis. ¶ Senior.) Et ætate, & arte, à Pallade accepta meruerat audire. Est autem huic sententiæ consona illa Terentiana, Quando id fieri non potest quod vis, id velis quod possis. Hæc ille. ¶ Ordo est. Eumelus. i. vir ille, qui interpretatur, bene curans: nuncius i. nunciās: præfert. i. ante alios nunciat: aut perfert ad tumulum Anchisæ, & ad cuneos theatri. i. speæculi: naues, sup. esse incelas; & ipsi. i. ludo intenti: respiciunt atram. i. picem: fauillam. i. flammam ignis: volitare in nymbo. i. forma nubis atræ: & Ascanius primus, vt. i. fm q ipse latus ducebat cursus equestres: sic ipse acer id est strenuus: petiuit equo, id est in equo: castra turbata. i. incelas nauis: nec magistri. i. custodes: exanimis. i. animum timore amittentes: putantes. i. naues, ab hostibus aut pyratis incelas: possunt retinere. i. Ascanium: & inquit, sup. vbi aduenerat: heu miseræ ciues: quis. i. qualis: est iste furor nouus. i. magnus, & insolitus: quo tenditis: quo tenditis nunc. i. quid habetis intentionis? non hoste, sup. repellitis: nec, sup. vritis castra inimica. i. inimicorum. i. Argiuum, pro Argiuorum, sed vritis vestras spes. i. naues, in quibus locanda est spes vestra perueniendi ad fatalia regna: en. i. videte, ego, sup. sum vester Ascanius. q. d. non hostis: & sup. hoc dicens, proiecit galeam inanem, quia edueto capite, ante pedes. i. mulierum: qua. i. galea: ipse indutus ludo. i. ad ludum, aut dum luderet vel ciebat. i. exercebat, & prouocabat simulachra belli: & Æneas, qui. i. pedes erat: accelerat. i. celeriter accurrat: & agmina Teucrorum, pro Teucrorum. i. Troianorum: accelerant, sup. simul. Ast. i. sed: illæ. i. matronæ, quæ naues incenderant: diffugiunt metu. i. præ timore: passim per diuersa littora: & petunt syluas, & sicubi saxa concaua, sup. erant: ea, sup. petunt: furim. i. claculum: piget, sup. eas incepti, & lucis. i. vitæ: & ipsæ mutatæ. i. à furore, agnoscunt suos: & Iuno. i. insania immissa à Iunone: est excussa pectore. i. earum:

SERVIVS.

¶ Fatorū.) Oraculoꝝ. ¶ Tum senior Nautes.) Bene daturū consilium & ab ætate, & à prudentia, & à religione comendat. Quod aut dixit, Palas quem docuit: ppter illud quod supra diximus, fingitur: quia ipse Romam Palladium detulit. Vnde Nauitorum familia Mineruæ sacra retinebat: quod etiam Varro dicit in libris quos de familijs Troianis scripsit. ¶ Vnum.) Præcipuum. ¶ Tritonia Pallas.) pro vno proprio, duo Antonomafia posuit. ¶ Reddidit arte.) Virtute. ἄνω τῆσ ἀρετῆσ. ¶ Responſa dabat.) Laus consilij. ¶ Vel quæ portenderit ira magna deum.) Quæ p significabat.

At pater Æneas casu concussus acerbo,  
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas  
Mutabat, versans, Siculis ne resideret aruis,  
Oblitus fatorum: Italas ne capesseret oras.  
Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas  
Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte,  
Hæc responſa dabat, vel quæ portenderet ira  
Magna deum, vel quæ fatorum posceret ordo.  
Isq; his Æneam solatus vocibus inſit.  
¶ Nate dea, quo fata trahūt, retrahūtq; seq̄mur. NAV.  
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.  
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes,  
Hunc cape consilij socium, & coniunge volentem,  
Huic trade, amissis superant qui nauibus, & quos  
Pertæsum magni incepti, rerumq; tuarum est,  
Longæuosq; senes, ac fessas æquore matres,

earum: sed flammæ, atq; incendia, non posere. i. deposuerunt: idcirco vires indomitas. i. difficulter domabiles: stupa. i. picata, quæ naues stipatæ erant: viuūt. i. incensa est: sub robore. i. ligno nauium: vdo. i. extrinsecus: vomens. i. emittens: fumum tardum. i. densum: & tarde, hoc est cum molimine ascendentem: & vapor lentus. i. tardus: est. i. consumit: carinas. i. ventres nauium: & pestis. i. vis incendij: descendit toto corpore. i. nauium. (Est ergo declamatio per contrarium, nam quum proprium sit igni per naturam ascendere propter picem attrahentem tunc etiam descendebat: & ita congrue vocauit pestem, quia ignis pestilentialis præcordia vitas nonnunq; ima petit.) nec vires heroum. i. præstantissimorum virorum: atq; flumina infusa profunt, quia non possunt extinguere incendium: tum. i. tunc: pius Æneas cepit, sup. abscondere, humeris. i. suis, vestem: & vocare deos auxilio. i. in auxilium: & tendere. i. extendere ad deos: palmas. i. manus complicatas. (Possent infinitiui dicti etiā resoluti in præterita imperfecta indicatiui, per loquutionem rebus narrandis aptam. Sicuti videatur impatientius factum, qd Æneas vestem abscedit humeris, non intelligi quod quum Æneas ludis funebribus præesset, sacerdotisq; officio fungeretur: non potuit nis vestibus, quibus funebria exercuerat, superos inuocare: vnde abscedit, quia exuēdi locus non erat ex humeris vestem: & vocauit deos auxilio, quod impatientis signum nō est.) vocauit aut sic, O Iupiter omnipotens, si nondū exofus, sup. es: ad vnum. i. omnino, Troianos: & hiquid. i. in aliquo: pietas antiqua. i. solita tua clementia, respicit labores humanos, O pater, da nūc classi euadere flammam: & eripe leto. i. deletioni & exterminio (licet autē ex vsu, letum, accipiatur pro morte: tamen per naturam significat deletionem: vnde non est oīno acyrologia.) res tenues. i. exiles, & modicas: Teucrum. i. Teucrorum: vel tu, si mereor (innuens autē se non meruisse, deprecatur) dimitte mortem. i. exitio: fulmine infesto. i. vim inferente: quod superest. i. reliquum est. i. Troianorum: & obrue hic. i. in hoc loco: tua dextra, i. extingue nos penitus, si nihil nobis saluum esse permittis: Æneas, sup. vix ediderat, id est eloquutus erat hæc: quum tempesta atra, id est ex densa nube pducta: furit. i. præcipitatur: sine more. i. exemplo, aut modo: & hoc imbribus effusus: & ardua terrarū. i. montes: & campi. i. plani, tremiscunt tonitru: & imber turbidus aqua, & nigerimus: densis Austris. i. ventis illis immixtis: ruit. i. præceps decidit: toto et here. i. aere, & puppes implentur super. i. vsq; ad superfuitatem, aut superimplentur, quod idem est. roborata multa. i. semiexusta: madescunt. i. madescunt: donec omnis vapor, id est vis ardoris, restinctus, sup. erat: & omnes carinæ seruata, sup. erant: à peste. i. ab incendio, quatuor. i. duntaxat: amissis. i. absumptis, per incendium.

PIERIVS.

¶ Vdo sub robore viuūt Stupa.) In codicibus aliquot antiquis legere est, vdo sub pectore. in locis, scilicet interioribus quæ metaphora non satis mihi facit. ¶ Da flammam euadere classi.) Antiqua aliquot exemplaria, classis, legunt, accusatiuo casu, quod non placet. ¶ Tonitruq; tremiscunt.) In plerisq; veteribus exemplaribus, & hic, & alibi, tremescunt, per e, in penultima, nota mutata est, vt etiam alibi dictum. ¶ Semi exusta madescunt.) In antiquis fere omnibus, semiusta, quadrifyllabum scriptum est. coeūt vero duæ mediæ syllabæ in vnam, ex synæresi, figura poetica.

significabat. Magna ira deū. Id est Iuno: vt alibi, Coelestem vis magna iubet. ¶ Solatus vocibus inſit.) Solatur & inſit. Nam solans soluit dicitur: sicut sequens eius indicat consolatio. ¶ Quicqd erit.) Vt: Fuerit quodcunq;, fatebor. ¶ Ferendo est.) Dum feratur: modus gerundij est à passiuo. ¶ Est tibi.) Tam hoc consilium est. ¶ Diuinæ stirpis.) Propter Dardanum à Criniflo fluuio. ¶ Volitutum.) Nā velle habet, non iam vult. ¶ Superat.) Super sunt, superfluunt. Dicit autē non tantum debiles, sed etiā nolētes iuuenes. Vnde sequitur, Longæuosq; senes, nec enim adderet q̄, nisi supra Iuuenes dixisset Item



Item expressius, Et quidquid tecum inualidum, metuensq; periculi est. ¶ Pertæsum magni incepti. ¶ Ut, Si non pertesum thalami tedeg; fuisset. ¶ Per, misso nomine. ¶ Ab Aceste scilicet. Dicta aut Acesta, Segesta. ¶ Tum vero. ¶ Nam & ante cogitauerat: vt, Pectore curas Mutabat versans. ¶ Animum diducitur. ¶ Græca figura: vt, Mentem læsus. ¶ Et nox atra polū. ¶ Quasi maior causa cogitationis: vt, Et sub noctem cura recurfat. ¶ Bigis. ¶ Proprie modo. ¶ Cælo facies delapsa parētis. ¶ Aut secundum quod supra diximus, quia animæ cœlum tenent, simulacra vero apud inferos sunt. aut ad errorem pertinet formij; nam & visa ait. aut certe intelligamus

Et quidquid tecum inualidum, metuensq; periculi est,  
Delige, & his habeant terris sine moenia fessi,  
Vrbem appellabunt promisso nomine Acestam.  
¶ Talibus incensus dictis senioris amici,  
Tum vero in curas animus diducitur omnis,  
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.  
Vifa dehinc cælo facies delapsa parentis  
Anchisæ, subito taleis effundere voces.  
¶ Nate, mihi vita quondã, dũ vita manebat,  
Chare magis, nate Iliacis exercite satis,  
Imperio Iouis huc venio, qui classibus ignem  
Depulit, & cælo tandem miseratus ab alto est.  
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes  
Dat senior, lectos iuuenes fortissima corda  
Defer in Italiam, gens dura, atq; aspera cultu  
Debellanda tibi Latio est, Ditis tamen ante  
Infernas accede domos, & Auerna per alta

POETA

ANCHI.

mus à Ioue missam potestatem aliquam, quæ se in Anchisæ conuerteret vultum. Nam & ipse dicit, Imperio Iouis huc venio: & insert, Elysumq; cœlo. ¶ Chare magis. ¶ Pro charior. Bene autem addidit, Dũ vita manebat. Nulla enim est vita post mortem. ¶ Imperio Iouis. ¶ Ab autoritate: vt, Ipse deum tibi me claro demittit ab alto. ¶ Nautes dat: se nior. ¶ Vt solet, hsdem vsus est sermoibus. Nã ait, Tũc senior Nautes. ¶ Atq; aspera cultu. ¶ Quod in nono Iatius exequitur, Natos ad flumina primũ Deferimus. ¶ Debellãda tibi. ¶ Bene victoriã, non bella sola pdicit, in quibus esse poterat terror. ¶ Auerna per alta. ¶ Ve Gargatus gargata: & Tartar tartara

tartara. Non me impia nāq. propter facilitatē. Amœna sunt loca solius voluptatis plena: q̄si amonia, unde nullus fructus exoluitur: vñ nihil prestantes, imunes vocamus. Piorū concilia, Elysiūq̄ colo. Elysiū est vbi piorum animæ habitant post corporis animęq̄ discretione. Vnde & interitus dicitur res inter animam & corpus veniens. Ergo Elysiū, ἀπο τῆς λύσεως. Quod secundum poetas in medio inferiorū est suis felicitatibus plenum: vt, Solem q̄ suū sua sydera norunt. Secundū Philosophos Elysiū est insulæ fortunatæ: quas ait Gallustius inclytas esse Homeri carminibus: quarū descriptionē Pius cōmentator dicit esse sublata: s̄m Theologos circa lunare circulū, vbi iam aer purior est. Vñ ait ipse Virgilius, Aeris in campis. Item Lucanus, Non illuc auro positi, nec thure sepulti Perueniunt. Tum genus oē tuum, & quæ dentur mœnia disces. Hæc sunt causę propter quas Æneas descendit ad inferos: generis agniti, & ciuitatis nomen: quod ei nullus vnq̄ pdixerat: sed solus indicat pater. Latet. n. vt supra diximus, verū vrbis nomen: vnde ei pater quasi pro mysterio ait, Illa inclyta Roma. Torquet medios nox humida cursus. Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis. Dies est plenus, qui habet horas vigintiquatuor. Nam & nox pars diei est. Dicimus autem diem à parte meliore. Vnde & visus est vt sine cōmemoratione noctis numerū dicamus dierum. Hic autem dies s̄m Ægyptios inchoat ab occasu Solis: secundū Persas ab ortu Solis: s̄m Etruscos & Athenienses à sexta hora diei: s̄m Romanos à media nocte. & hos nūc secutus ait, Medios cursus nox humida torquet: Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis. Hæc autem plene exequitur & Cicero in auguralibus, & Aulus Gellius in libris noctium Atticarum. hoc etiā illa res iuris indicat, q̄ quum tribuno plebis abnoctare ab vrbē non liceret, licebat tamen exire post noctem mediam, & ante mediam reuertī. Sæuus oriens. Sol cuius lux est vmbri inimica. Vnde Lucanus, Et medio ferit axe diem. Est autem physicum. Nam pereunt vmbra Solis aduentu.

DONATVS.

At pater Æneas. Hęc fuerāt in deliberatione Æneę cōstituta. & tñ sibi contraria. nā talia è diuerso veniebāt, quę confunderent æstantē. vnum fuit compendiosum, quod amissarū nauū damnū veniebat ex casu, vt in Sicilia cū socijs remaneret, huic consilio occurtebat in expugnabilis factorū necessitas, quę illū traheret à Italiā: sed eo tendi non poterat deficiente numero nauium, qui vniuersis transuehendis videbatur esse necessarius. Tum senior nautes. Deliberationis incertū, & cōsusc̄ mentis turbata cōsilia, instruebat nautes. talis. n. fuerat, qui etate potior mereretur audiri, & quę Pallas fecisset prudētē, & ad sentiendū prouidēdūq̄ reddidisset aptissimū. Laudem istiusmodi præmittendo, iam ostendit ipsius consilijs Æneam instructum occurrisse pro temporis ratione necessitatibus suis. hęc ergo dabat respōsa, quæ dictabat aduerforū ratio, & quę protenderet ira magna deum. Vñ q̄ factorū. p. o. Sciebat. n. alia sequi vnumquęq̄ nō debere, ne aduerfantibus fati dum nititur, superetur. speramus ergo istū datum contra casus remedium, & secuturū factorū cursum, qui aliā in partem peruerti non potest. Hic Æneam. f. v. i. Neesse. n. suerat refici cōsolationibus æstantē, vt audire remediū posset. Na te dea, quo fata trahunt, &c. Duas sententias dixit, quæ actus hominum teneant, quas nisi quis sequatur, errabit semper nec agendi rationem, quam cōmode amplectatur, inueniet. hæc quęq̄ ad Æneā causam pertinere videantur: tamen sequendæ sunt omnibus, quos aduersa percusserint. agimur. n. fati, & sumus iccirco alię potestati subiecti: proinde sequi necesse est, quo quęq̄ facta pertraxerint. consentiendū rursum, si ab eo retraxerint, quo primo perduxerāt. quid. n. prodesse poterunt, si aduersus ea obortatur reluctatio, quę nitendo superari non possunt: bene posuit trahunt, & sequamur. qui. n. sequentē trahit, procul dubio ostenditur fortior. vnde necesse est, etiam inuitum sequi, qui potioribus nixibus superatur. sequamur, inquit, quicquid erit, hoc est, siue trahant, siue retrahant fata, hęc est vna insia, quæ sequenda est, quum fata aut volunt aliquid, aut nolunt. alia vero est, quæ aduersus mala necessaria est, vt aduersa ferendo potius q̄ resistendo vincantur. huic sententię & Terentiā consentit dicta alijs verbis, mente tñ eadē. quando, inquit, non potest fieri quod vis id velis, quod possit. ipse Virgilius alio loco dixit, superat quoniam fortuna sequatur

Congressus pete nate meos: non me impia nāq̄  
Tartara habent, tristesq̄; vmbra, sed amœna piorum  
Concilia: Elysiūq̄; colo, huc casta Sibylla  
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.  
Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces,  
Iamq̄; vale, torquet medios nox humida cursus,  
Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.

mur. quæq̄; vocat scētāmus iter. Post cōsolationia verba cepit consiliū dare, & id præstitit ne contradictione improbetur. Est tibi. da. d. f. acc. &c. Habemus hic, inquit, Acellem Dardaniū: proinde, quia nosler est, non reluctabitur, volei quicquid te viderit velle, daturus consiliū, munij etiam illam par-

tem, qua dici potuit, quid, si quæ volumus, respuat, qui velle aut nolle habet in sua potestate: huic, vt diximus, occurrit necessarijs assertionibus, & incipit ipsū consiliū dicere. Iunge, inquit, tractatibus tuis eius consilia, & cōsensum ante omniā retine. Hoc quippe agendum primitus fuit, vt haberet ille suscipiēdi voluntatem. nolenti. n. frustra insinuarentur cætera. Huic trade. a. f. q. na. Non enim oportuit imponi nauibus, plusq̄; poterat ferre. ecce vnum cōsiliū in tanta necessitate probabile: subiungit aliud. Et quos pertesum magni incepti, rerumq̄; tuarum est. Nonnulli sunt, inquit, qui nolunt ulterius tendere, quibusq̄; labor tædio est, aut qui commoda tua non libenter attendunt, & gloriam non curāt, Longæuosq̄; f. ac. f. æ. m. Sequenti loco posuit eos, qui etiam si ire vellent, non possent laborem perferre, & frustra ducerentur senes scilicet, atq̄; anus, quibus vicina mors esset: & si his contigisset viuere per ætatis defectum, condituro nouam sedem auxiliariquirent. Et qui. t. in. &c. Bene sub generalitate colligit, alia hominum genera, & quoscūq̄; inquit, alios inualidos scis, ipsi sunt infirmis corporibus, & qui pericula metuūt. tales enim nihil faciunt, & aliorum etiam vires & audaciam frangunt. hos omnes censuit deligendos, non probando, sed reprobando: deligendos ergo, hoc est separandos. alias enim deligere, est meliores discernere. Et his habeant. t. si. m. f. Quum hæc hominum genera separaueris, permittite remaneant, & in his terris habeant ciuitatem. Vrbem appellabunt. pe. no. acc. Ipsamq̄; ciuitatem Acelam vocent ipso Acelle nomen commode. Talibus incensus dictis, &c. Consilijs accedentibus nauæ, tum magis Æneæ cogitationes augmentis potioribus cumulatae sunt. monitionis enim necessitas cogebat efficere: sed sceleratum videbatur, dimittere socios, cum quibus tantum fuerat laboratum. In his igitur cogitationibus positum reperit nox, quæ curarum omnium somes est, & nutrix. sed cum necessitate naturæ æger licet lassusq̄; dormisset. Visa dehinc. c. f. d. pa. Anchise, &c. Ecce, & hic assentit poeta Anchisen non esse mortuum: sed translatum ad superiores. si enim mortuū vellet dicere, asserebat eum ab inferis venisse. ventis ergo è summo visus est, & talibus verbis cogitationes æstantis filij soluisse. quod de cœlo, dixit poeta, visum Anchisen venisse, pro nuncio fuit dicturus. est. n. ipse Anchises dicturus imperio Iouis huc venio. vt ab ipso missum credi potuisset. Pater, mihi vita, &c. Principia ex persona patris apposita blanda & religiosa, & quæ post mortē quoq̄; pietatē debitā testarentur. vult. n. filij labores oēs patrię potius fato sustinere, q̄ suo. & ipsius adhuc infortunia pdurare. hoc ideo dicebat, vt cogitatis estus abrumperet, & reuera illiū fatali rōne peris se firmaret, Æneā vero cogi in alia, sed in longe meliora. Imperio. i. h. v. Vt pter amorē patriū ostēderet, se iubētis Iouis autoritate directū. quo sciret Æneas fieri debere, quod esset ille dicturus. Qui clasi. d. Audiēdus est inquit, cuius in liberatione nauū sensisti beneficiū. Et cœlo tandē m. ab. a. e. Contēdus non est hoc vel maxime tpe, quo nosler fautor esse cœpit. ex inimico tandē factus est mitis. Consilijs patre, quę. n. p. nautes. D. f. Ecce & ipsū nauatē vult nō humana voluntate, sed Iouis, id quod prudētē senserat, protulisse. & ipsū Æneā à culpa oī relinquentorū in aliena religione sociorū, euidēter excusat. suadentibus. n. nauate, & patre suo, & ipso Ioue iubente, facere cogebat, quod inter initia dubitauerat. Lectos iu. f. c. Defer in. i. Duo sunt, q̄ spectantur, quū iuuetus ad bellicū certamē eligitur, corporis habitudo, & animus liber ab oī terrore. hęc pater filio curāda mādabat, addens ad consiliū Nauatē, quod fuerat p causę cōmodo necessariū: nec tñ eadē monuit quæ nauatē. ille. n. enumeratit, qui essent relinquenti, hic de ipsa parte contuit, & dixit, quales essent ducendi. si consideremus tamē horum mentē, vnum atq̄; idem inuenientur dedisse consiliū. quę enim persuasit relinquentos imbelles, vitiosos, & timidos, hoc fecit, vt fortes soli ducerentur rursum, q̄ dixit lectos iuuenes eē deligēdos & solos ad Italiā ducēdos, procul dubio, quid vt ilius sensisset, ostēdit. ergo pulchra loquentium varietas, sed tamē vna insia. in dicit rationē præstare cōsilijs sui, quod est in persuasiōibus summū. sic enim



apud regiones inferorum, quas pertrahat Anchises, quum hic sit medium noctis, difficile erit intelligere, quomodo dicat medium noctis, quum sol oriatur. Nam si dicamus diem inchoari à medio noctis, tunc licet sit principium diei, tamen non est principium lucis, nec orientis solis: nõ potest ergo simul dici, medium noctis, & principium ortus solis, nisi ad diuersa referantur. Nam atram fuisse noctem indicat illud, Et nox atra polum bigis subuecta tenebat. dicemus ergo Anchisen significare se lumen solis offensurum, nisi præceps abierit priusquam ad inferos redierit: aut quia de coelo descendit, eoq; rediturus est: posset à sole offendi, cuius radii in sublimem, priusq; in humum spargantur; unde dicit, Assuauit, &c. Verum oritur alia dubitatio. Nam si Anchises in coelum translatus est, non potest vereri lucem: unde de Daphnide, Candidus Insuetum miratur limen olympi, Sub pedibusq; videt nubes, & sidera Daphnis. de coelo autem venisse dictum est, Visa dehinc coelo facies delapsa parentis. unde dicemus, mixtam esse in Anchisa naturam coelestem, quæ lucem amat, & infernam, quæ eandem fugit.

PIERIVS.

Curas Mutabat versans, Siculis ne refideret aruis. In antiquo admodum codice legere est, Mutabat dubius Siculis ne: nõ tamen displicet, versans, vulgata lectio. Hunc cape consilii socium. In Mediceo, & in antiquis aliquot alijs codicibus manu scriptis, consilii socii, habetur: quod valde placet, tametsi lectio nem vulgatam non improbo. Verbum appellabunt permissio nomine Acestam. In Roma. cod. & plerisque alijs antiquis legere est permissio troianis: vt hoc sit premiũ, quod polliceri debeat Æneas, si Acestes Troianos recipere non recusauerit. Nam quod Acestes permittere debeat, quasi rem grauem, aut difficilem, aut indecoram.

SERVIVS.

Æneas, quo deinde ruis? Ordo est. Æneas, deinde quo ruis? Quæm fugis? Quasi ignoras rone q; fugeret. Farre pio. Vel quæ exinde sacrificabat: vel quæ mos fuit apud maiores vt diuinũ igne farre feruarent: quia si durasset in alterum diem, eum aptum agendis rebus significabant. Antiquæ, aut ppter ignis fauillas. Primũ principem. Haud mora. Hoc est quod ait, Populumq; volente. Nec iussa. Voluntate, vt supra, In sandũ regina iubet renouare dolorẽ. Aut certe quæ Iupiter iusserat. Transcribunt vrbi matres. Romani moris verbum est. Transcripti. n. in colonias deducebatur. Vrbi. Ad urbem. Deponunt. Quasi de nauibus. Animos nil magne laudis egentis. Aut Æneas deponit eos qui nulla gloriæ cupiditate tangebantur, aut qui erant transcripti. i. matres & volentiũ multitudo deponunt aios. i. submittunt inertia. Robora nauigijs. Melius sic distinguitur. Exigui numero: sed bello viuida virtus. Transit ad rem à numero. Verbum designat aratro. Quem cato in originibus dicit morem fuisse. Condituri. n. ciuitates, taurum in dextra, vaccam intrinsecus iungebant: & cincti ritu Sabino, id est togæ parte caput velati, parte succincti tenebant suam incuruam, vt glebæ omnes intrinsecus caderent. Et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum. Unde & territorium dictum est quasi terribouium, tritum bobus & aratro. Regno Troianus Acestes. Suo nomine. Sub nomine enim eius fuerat ciuitas appellata. Indicitq; forum. Id est tempus: & locum designat agendorum negotiorum, qui conuentus vocatur. Indicit, autem verbum iuris est, & per hoc potentem vult significare ciuitatem. Et patribus dat iura vocatis. Dat condendi iuris potestate his quos appellauerat patres: aut certe vocatis patribus iura distribuiri. Hi autem, vt Sallustius dicit, vel ætate vel curæ similitudine patres

Dixerat, & tenuis fugit ceu fumus in auras. Æneas. Quo deinde ruis? quo proripisti? quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet? Hæc memoras cinerẽ, & sopitos suscitât igneis. Pergameumq; larem, & cana penetralia Vesta Farre pio, & plena supplex veneratur acerra. Extemplo socios, primumq; accersit Acesten, Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis Edocet, & quæ nunc animo sententia constet. Haud mora consilii, nec iussa recusat Acestes. Transcribunt vrbi matres, populumq; volentem, Deponunt, animos nil magne laudis egentis. Ipsi transra nouant, flammisq; ambefa reponunt Robora nauigijs, aptant remosq; rudenteisq; Exigui numero, sed bello viuida virtus. Interea Æneas urbem designat aratro, Sortiturq; domos, hoc Ilium, & hæc loca Troiæ Esse iubet, gaudet regno Troianus Acestes, Indicitq; forum, & patribus dat iura vocatis. Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ, tumuloq; sacerdos, Et lucus late sacer additur Anchiseo.

POE. ÆNE.

POE.

tres appellati sunt. Senatores autem alij à senecta ætate: alij à sinendo dictos accipiunt. Ipsi enim agendi facultate dabant per senatusconsultum. Idaliæ. Cyprig. Sacerdos. Alij ad tumulũ, alij verso ordine ad templum referunt: vt lucus tantum tumulo detur Anchisæ: vt, Inducite fontibus vmbas Pastores. Nemora enim aptabant sepulchris.

DONATVS.

Dixerat & t. f. ceu fu. i. au. Nihil est. n. celerius fumo, cũ liberum habuerit in auras ascensum. Æneas, quo deinde ruis? Hoc, ait, non est pater abire, sed fugere. quo recessurus te proripis? vel quis est iste tam durus, qui te ab amplexibus filij separet? Hæc memorans, ci. & sopi. Verbis iuncta sunt facta, vt sine mora solenitatis ritus debitus sequeretur abeunte. non expectauit lucem sed noctis tempore igne obrutum, & commendatum cineribus excitaui. Pergameũq; larem. Ipsi sunt, quos incendio patriæ liberatos secum Æneas deuota mente portabat. Farre pio, & p. s. v. acerra. Ergo hæc propitiabat farre & thure copioso, vt pote, quod ex plena acerra proferebatur. acerræ dicuntur, quæ thuri condendo ac seruando deseruiunt, & ad templum deferuntur, cum necessitas fuerit. Extemplo socios, primumq; accersit acesten, &c. Magna narrandi celeritas. vidit, inquit, Acesten primum, dehinc socios. indicauit, quid Iupiter Anchise perferente præcepisset, quid ipse Anchises mandasset, totum strictim tradidit, ne eandem rem his diceret, & quid sibi placeret indicauit, quid esse potuit, nisi quod superiora mandata continebat? Haud mora con. nec ius. recu. ace. Acestes ne contra iussa diuina recusaret, aut contra necessitatem fuorum, nihil ex his, quæ comperit, recusauit. Transcribunt vrbi matres, &c. Deputabat mulieres futuræ vrbi & populum nullam gloriam requirentem. in appellatione populi, & ætates mixtæ sunt, & sexus, & merita. Ipsi transra nouant. Nauigandi causa. Flamisq; ambefa reponunt, &c. Ipsi

traces



Ipſi exigui numero, ſed qui eſſent bellis aptiſſimi nouabant traſtra, & remos, quoniam ſupra dixit. furit immiſſis Vulcanus habenis. traſtra per, & remos. iccirco hic dixit, traſtra nouant, nauigis aptant remos. dixit etiam funes reparari. quia ait & pingit abiete puppes. non enim ſola arferant traſtra, aut remi tantummodo: cum in illo incendio multa eodem caſu cōmutaret. ¶ In terea Æneas vt. de. a.) Vt fit, quum ciuitates nouæ cōduntur, aratro deſignatur ſpatium mœnibus publicis priuatisq; neceſſariū. ¶ Sortiturq; do.) Voto futuræ ciuitatis domos dixit, non quæ iam eſſent, ſed quæ diſponebantur, vt ſurgerent, dabantur autem de ſorte propter locorum differentiam. ¶ Hic ilium, & hæc loca.) Illud interea omne, quod amplectebatur diſpoſitio, iliū dici voluit, & Troiam. ¶ Gaudet regno Troianus Aceſtes.) Bonū ſtudiū egregij ciuis expreſſit, qui non tantum non inuidit in regno ſuo hoc fieri, verum etiam lætabatur: hic & meritum Æneæ dilucide probatur, qui in alienum ius authoritatem iubēdi exercebat grauatante eo, qui poſſet contradicere, niſi fuiſſet in omnibus libera lis. ¶ Indicitq; forum.) Hoc non Aceſtes, ſed Æneas. poſt expletā enim Aceſtæ beneuolentiam redijt ad Æneæ diſpoſitiones. his quippe, qui condebant urbem nouam, debuit inſtituere, quæ ciuitatem regant, & ipſius rem. p. firment, eius, ſcilicet patres, & municipalem legem. ¶ Tum vicina aſtris.) Non deſuit cura religioſi filij, vt futuri incolæ haberent in alienis regionibus etiam Italię, Veneris templum. vt in Sicilia colerent, quod ſolebant in Troia. conſtituitur igitur excelſo in monte ipſum quoq; templum tam ſublime, vt eſſet ſyderibus proximum. ¶ Tumuloq; ſacerdos, Ac lucus. i. ſ. additur. a.) Additur, his accipiendum. additur ſacerdos, additur lucus, tumulo Anchifæo: non cuſtodem loci dixit, ſed ſacerdotem. vult enim Virgilius Anchifeſen, vt plurimis locis oſtendimus, inter deos numerari.

## ASCENSIVS.

¶ Dixerat, &c.) Poſt abſceſſum Anchifę, quæ Æneas adloqui volebat, abeuntem ſacrificia innouauit: & conſilia patris Aceſtæ patefecit, qui ea comprobauit, vnde vrbis fundamenta iaciunt, & templum Veneri, & lucrum Anchifæ extruūt, reparatiſq; remis, & cæteris nauigiorum armis, cæteri abire parant. vnde Donatus hoc ſolum habetur. ¶ Patribus dati iura vocatis.) Hoc ad Æneam referunt: ad quem redit, poſt expletam Aceſtæ beneuolentiam.

¶ Ordo autem eſt. Dixerat. ſ. Anchifę: & fugit. i. abire, & euaneſcit in auras tenebris, ceu fumus Æneas, inquit, deinde. ſ. poſtq; abire videbat: quo ruis. i. præceps abis: quo proripis. i. porro rapis, & aufers, ſup. te quem fugis: quaſi dicat fugis ne filium tuum: aut, ſi nullum fugis, quis arceat. i. abſtinet te, noſtris cōplexibus: i. cur non permittis à nobis complecti? ipſe memorans. i. quum hæc diceret, aut dixiſſet: ſuſcitatur. i. commouet cinerem, & igneis ſopitos. i. coopertos cinere: & ipſe ſupplex veneratur Larem Pergameum. i. ignem perpetuum, quem Troiani colebant, hoc eſt Veſtam: vnde addit: & penetralia. i. arcana, Veſtæ canæ. i. antiquæ, & fauillis caneſcentis: ſarre pio. i. religioſo, & ſacrificijs debito: & à cerra. i. thuribulo: plena. ſ. thuris. Ipſe acceſſit. i. aduocatum it: aut aduocat extemplo. i. illico, peracto ſacrificio: ſocios. ſ. proſectioſis: hoc eſt cōcionem citat: & primum. i. præcipue, aut ante alios acceſſit Aceſten: & edocet, ſup. eos, enarrando, imperium Iouis ſignificatum. ſ. per Anchifeſen, qui ſe Iouis imperio adueniſſe dixit: & pro. i. præcepta parentis. ſ. Anchifæ: chari. i. multum dilecti: & edocet, quæ ſententia conſtet. i. ſedeat, & firma fit, quia prius hæſitabat, nunc animo. ſ. ſuo: mora haud. i. non ſup. fit, conſilij. i. de liberationi. i. non capitur lōga deliberatio: nec Aceſtes reuſat iuſſa. i. imperia Iouis, & præcepta Anchifæ: & iuſſa. i. voluntatem Æneæ.

## SERVIVS.

¶ Viſa maris facies.) Vt. Méne falis placidi vultum. Vult autem iſtos aſpectum quoq; maris horrere. ¶ Fugæ.) Proſectioſes. ¶ Eryci & tempeſtati bus.) Bene iunxit. ¶ Procellæ enim aut de fluminibus, aut de montibus ſunt, quas præſertim dicunt. ¶ Soluiq; ex ordine funes.) Ordo eſt, iubet cædere ex ordine, ideſt rite ꝑ aſſacrificium: & ſolui funes. Sic in ſeptimo, Phrygiamq; ex ordine matrem Inuocat. Ideſt rite. ¶ Tonſæ oliuę.) Cō-

pte

Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris factus honos, placidi ſtrauerunt æquora venti, Creber & aspirans ruruſus vocat Auſter in altum. Exoritur procurua ingens per littora fletus, Complexi inter ſe noctemq; diemq; morantur. Ipſæ iam matres, ipſi, quibus aſpera quondam Viſa maris facies, & non tolerabile numen, Ire volunt, omnemq; fugæ perferre laborem, Quos bonus Æneas dictis ſolatur amicis, Et conſanguineo lachrymans commendat Aceſte. Treis Eryci vitulos, & tempeſtatiſq; agnam Cædere deinde iubet, ſoluiq; ex ordine funes.

Æneæ. & ita ipſi ambo, aut deputati ab eis tranſcribunt vrbis. i. ad inhabitandam urbem, matres, & populum volentem. ſ. manere, & ipſi tranſcripti: & qui volebant tranſcribi: deponunt. i. ſubmittunt animos: nil, ideſt in nullo egentes. i. cupidos, quia earum rerum quarum egemus, cupidi fumus, magnæ laudis. i. qui non tangebantur cupiditate magnæ laudis: & qui paruifaciebāt magnam laudem, pluriſ facientes requiem & ſolatium, q; gloriam & laudem: aut qui tranſcribunt, deponunt, ſcilicet à nauibus: aut, deponunt. i. quaſi deſiſtorios committunt vrbis: animos nil magnæ laudis: egentes. i. non tactos, cupiditate magnæ laudis. Poſſet forte & ſic exponi: deponunt, ſcilicet à numero tranſcriptorum: animos nil egentes magnæ laudis: ſed plenos, quia non egemus rebus, niſi eis careamus, quum ergo ipſi qui in Italia deducendi ſunt, laude magna non careant: nec ea egere dicuntur. ſed prima cōſtructio mihi placet: quia addit ipſi, ſcilicet qui abituri ſunt: noſtant, ideſt innouant: traſtra, ſcilicet ſemulta igni, & reponūt nauigij: robora. i. fortes trabes: ambeſa. i. circum eſas, & abſumptas flammis, ſcilicet imiſſis: & aptant remos, & ruditeis, ideſt iuneis ſeu chordas velorum exiſtentes: exigui, ideſt pauci numero: ſed virtus viuida. i. vegeſ & idonea. bello. i. ad bellum gerendum. In terea. ſ. dum reliqui nauibus reſarciendis eſſent intenti, Æneas deſignat urbem aratro: quo, ſcilicet mœnia deſignabat, faciens ſulcum: vt Seruius declarat: & ſortitur, ideſt per ſortis diſtribuit domos: & iubet hoc eſſe, ideſt repreſentare, & dici Ilium, ideſt arcem Troianam: & hæc eſſe loca Troiæ, Aceſtes Troianus gaudet regno, ideſt iuriſdictione ciuitatis à Troianis, in modum Troiæ conditæ: & ideo quia ſub ditiōe eius eſſe permittebat Æneas, permiſit etiam vt illi nomē ſuum imponeret, & Aceſtam vocaret, iuraq; ciuibus daret: vnde addit, & Aceſtes, ſup. indicit forū. i. mercatorium: & dat patribus. i. ſenioribus, vocatis. ſ. ad cōcionem, vnde Kalendæ diſtæ: iura. ſ. ciuitatis nouæ: tunc. i. deinde: ſedes. ſ. ſempli: fundatur. i. corroboratur, ſi prius erat extracta, aut extruitur: Veneri Idaliæ. i. quæ in Idalio Luco Cyprio præcipue colitur: in vertice Erycino. i. Erycis montis, ab Eryce, filio Veneris, dicto exiſtens vicina aſtris. i. educto quaſi ad aſtra: & ſacerdos, ac lucus ſacer. i. conſecratus, late additur tumulo Anchifæo. i. in quo Anchifeſes ſepultus fuerat.

## PIERIVS.

¶ Quæ fugis?) In codi. aliquot manu ſcriptis, Quid, legiſ: Sed, Quæ, legere multo melius, ob emphafiſ & pathos. ¶ Acceſſit acceſſen.) In antiq; pleriq; cod. acceſſit: de quo alibi latius dictum. ¶ Ambeſa reponunt.) In antiq; aliquot codi. ambeſa, geminato ſſ, ſcriptū eſt: vt olim, auſus, fuſus, odioſus, ſperioſus, & ſimilia: quæ Victorinus, ſſ geminato, ſcribi ſolita teſtatur. Nos autem vſum ſequamur. ¶ Hoc Iliū, & hæc loca Troiæ eſſe iubet.) In antiq; aliquot cod. hoc iliū hæc loca: abſq; &. In aliquot alijs, Iliū: vt per ſe verſus ſit abſq; figura. In pleriq; vero antiquioribus, Hęc loca Troiæ eſſe iubet: quod eruditis auribus mirifice ſatiſſacere videtur. Quod vero dicebamus eſſe codices antiquos, in quibus, Iliū hæc loca abſq; ſynalphe ſcriptū ſit, laudat Probus vigintiſ ſexta Virgiliana, q; vbiq; fecerit, in finali, a vocali excipi, aut ab adſpiratiōe, vt eſſet ſynalphe locus: quod nō obſeruarit Ennius, quū ſcripſit, Millia militum octo. Quare ex Probi ſnia, ſi Latine, Ilium, ſcripſerimus: & ſubijciēdi erit. Si vero Ilium, vt Ouidius, Iliū & Tenedos: nulla opus erit copulatiua. ¶ Tūc vicina aſtris.) Scriptum eſt omnino, Tum, ex codi. antiq; & ſententiæ cōtinnatione. ¶ Tumuloq; ſacerdos Et lucus.) Antiqui aliquot codices, Ac lucus, legūt: ſed illud, q; atq; &: vt apud Græcos, τὸ καὶ, frequentiffimum eſt apud authores bonos: vtraq; vero lectio nō inueniſta.

ptæ minutis frōdibus. ¶ Procul in prora.) Ideſt in parte extrema.

## DONATIVS.

¶ Iamq; dies epulata.) Et reſmanſuros ſimul, & reſſufros debemus aduertere. poſſum⁹ etiam idem ſentire de ſiculis. ¶ Et aris factus honos.) Debeamus quippe etiam aduertere duo adhiberi ꝑ ſacra, vt rebus proſperis nouum auſpiciū darent, & fauorem tribuerēt reſſufros. ¶ Placidi. ſ. æ. u.) Diſpoſitis omnibus, quæ tēporis neceſſitas exigebat, & peractis conuiuijs

# ÆNEIDOS

conuulsis per plurimos dies; iam coeperant suffragari maria, & venti, ut opportune nauigare possent. Exoritur pr. i. per l. a.) Hæc est mortalis diætio in qua humani actus apparent. tunc enim abscessus est grauior, quàm sit, nõ quàm disponitur. primo enim nõ vehementer animum mordet æstus, si ad perfectionem fuerit ventus. aliter animi commouent. denique Troianis, quibus leue cessandi consiliu fuit, & futura separatio, remansuros se cogitantes, quid doloris gererent, lachrymis testabantur: quod ne maturius fieret, necessebat moras, usque adeo ut has post diertum noue spatia cuperent dilatare. Ipsæ iam matres, &c.) Ipsæ quæ dudum pontu aspicebant stantes, & dolebant cum ceteris tantu sibi maris superesse, volebant pergere. & omne laborum genus æquis animis ferre. Quos bonus Æneas.) Bonus iuxta ciues, bonus iuxta socios, bonus iuxta remansuros, consolabatur, & religioso Acestorum commendabat. Treis eryci vitulos.) Sa crificium fieri eryci fratri ex tribus iuuenis iussit, & ventis, ne violenti existerent, agnâ imolari. Ipsæ caput tonsæ foliis euinctus o.) Iussit ipse Æneas prædicti generis animalia imolari: ipse idem exta sumpta ex his, accepit, pateram tenens, & stans celsa in puppi, oia proiecit in fluctus, addens uinû, quod ferebat in paterâ. Prosequitur f. a p.) Tantum sacrificia valuerunt, ut nõ desset opportunitas venti uenientis à puppi. ipse est enim ventus superior, qui nauem sequitur. Certatim socii feriunt mare.) Aduertu statu uentis effectus, remis nauigia in altu perficisci studebat.

## ASCENSIVS.

Iamque dies epula. &c.) Commemoratur quomodo extracta urbe, epulati sunt profecturi, cum permanentibus auspiciis ceptorum operati sunt, Eryci quoque fratri ad nauigationem prosperam habendam. Item, ne odio Æneæ, sed diuturnæ nauigationis tædio, & Iunonis suauis, eos qui urbe exposcebant id fecisse putemus: dicit quomodo abintuitu separandi essent: quo tempore maxime uiget amoris ignis: eos ipsos qui urbe orauerant, nunc paratos omnem fugam perferre labore. De qua re, quomodo Donatus aut intercederit, aut nihil dixerit. Ordo est. Iamque. i. & iam: ois gens. s. tam abitura, quæ permanens: epulata, sup. erat. i. conuixerat, noue dies: & honos factus, sup. fuit aris. i. sacrificatum fuit: & venti placidi strauerunt. i. æquauerunt æquora: & Austro aspirans creber. i. crebro: uocat. i. inuitat rursus: in altum. s. mare. Ingens stetus exoritur per littora procurua: dum. s. alii ab aliis discederent, & ipsi complexi. i. complectentes inter se, morantur nocte & diem, ita quod discedere nequirit. Ipsæ matres, & ipsi. s. uiri imbecilles, aut ignauiores, quibus facies. i. aspectus, aut fractura: & effigies, seu species

## SERUIVS.

Effudit pectore. Hoc est cum dolore: ut, Funditis præces rex pectore ab imo. Preces descendere ad oes.) Si quid inuidia est in humillimis precibus, imputandum est per oia Iunoni. Nam oes dicendo, etiam humiles significat: unde ait etiam descendere. Quam nec longa dies. Idest tempus: de quo licet melius foeminino genere dicamus, tamen & masculino dicimus. Nam de certo die, masculini non tantum uerbum est. Pietas nec mitigat.) Aut Troianorum, qui piii sunt: aut certe propter illud, Iunoni Argiæ iustos adolemus honores: quasi que nec sacrificiis placere. In fracta.) Valde fracta: ut, Turnus ut fractos aduerso Marte Latinos. Media de gente.) Idest totius gentis potestatem. Exedisse.) Muliebriter dictum. Nam inde est quod sequitur. Cineres atque ossa perempte.) Sane Edo habet & rectam, sed antiquam declinationem, ut edo

Ipsæ caput tonsæ foliis euinctus oliuæ, Stans procul in prora, pateram tenet, extaque sallos Porricit in fluctus, ac uina liquentia fundit. Prosequitur surgens à puppi uentus euntes. Certatim socii feriunt mare, & æquora uerunt.

species maris uisa est quondam aspera: & quibus nomen maris. i. quod mari præest uisum sup. est, nõ tolerabile: quia toties pericula passi fuerant, uolunt iam ire. i. proficisci cum aliis: & perferre. i. ad finem usque ferre omnem laborem fugam. i. pro

fectionis & profugi: quos. s. stantes, & abire uolentes, Æneas bonus. i. demens & pius: solatur. i. consolatur: dictis amicis. i. amicabilibus, & lachrymans commendat, sup. eos, Acestorum consanguineo. Et iubet deinde. i. postquam, eos consolatus fuerat, i. mactare: ex ordine. i. rite, Eryci. s. patri suo, ueneris filio: sed (ut prius dictum est) meretricis: pro deo tamen habito, treis vitulos, & tempestatibus agnâ: sicut prius dictum est, Nigra hyemi pecudem, Zephyris felicibus albâ: & iubet funes solui. s. sacrificio peracto. Ipse qui. s. rebus uilibus, intentus nõ erat, sed eas imperauerat: euinctus caput. i. habens caput euinctum, foliis oliuæ tonsæ, tenet pateram, stans in celsa puppi: & proiecit exta. s. vitulos in fluctus (sallos. i. mare: ac fundit uina liquentia. i. pura & lymphida. Ventus surgens à puppi. i. a posteriori parte nauis: prosequitur euntes. i. procedentes iam in nauigatione. Socii feriunt certatim. i. cum certamine laudis quam optime. s. quisque potest, mare, & uerunt. s. remis: æquora, idest maria plana & æqua, hoc est remis & uentis, operam nauant.

## PIERIVS.

Et non tolerabile nunc.) In Roma. codi. celum: non, nomen, habetur. Superius enim, Ferre se tam diu freta tot, & inhospita saxa, Sydera quoque lamentabantur. positum uero celum, pro cœli tempestatibus. Sed enim plerique alii codices manu scripti, nomen legunt: quæ lectio nequaquam expungenda est. Solui quoque ex ordine funes.) In anti. codi. quotquot uidi, funem, uinitatis nomen, legitur figurate. Stans procul in prora.) Varia admodum huius hemestichii lectio est in codicibus antiquis. Aliquot enim legunt, In proram: quod minime placet: quod alibi stare cum ablatiuo, & in, præpositione, positum habetur. In Longobardico exemplari, Trans procul: inusitata admodum lectio. Stare uero nõ nescimus adoratum esse, tam ex poetarum, historicorumque testimonio, quæ ex cynocephalo stante, in sacris Ægyptiorum literis. Est & alia lectio in antiquo admodum codice, Stans celsa in puppi. sed illud alia ratione dictum est. Hoc loco deos maris ad loquutum: uerisimile est, in proram processisse, quæ iam mare prospectabat. hinc illud statim subiectum, Prosequitur surgens a puppi uentus euntes. Porricit in fluctus.) Legendum quidem, Porricit, ex Macrobiani sententia, contra omnium pene ueterum codicum fidem, in quibus passim, Proiecit.

edo edis edit: & anomalam, ut edo es est. Quartum secunda & tertia persona longa sunt: propter differentiam sum es est. Edit autem in præterito pro ducit e, ut legitur. Causas tanti sciat illa furoris.) Bene super primit. Ipsa enim sunt quæ Iuno in decimo exequitur, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Quam molem.) Ut, Tantas audetis tollere moles. Nequequam.) Aut sine causa. i. nulla extante ratione: aut nequequam, quantum ad eius pertinet metem. Vnam enim nauem ex omnibus uertit. In regnis hoc ausa tuis.) Ut, Non illi imperium pelagi, seuumque tridentem. Actis.) Furore compulsi: ut, Regnam Alesto simulis agit undique Bacchi. Ignorant.) Ignobili. ut, Nã scie uos ignotas adedit Stellio. Et dixit Ignotam, Italice coparatione. Nã ignota non erant ad quibus Troiani uenerant. Vela tibi.) Idest per regnum

At Venus interea Neptunum exercita curis Adloquitur, talesque effundit pectore questus. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus VENVS Cogunt me Neptune preces descendere in omnes. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla, Nec Iouis imperio, fatisue infracta quiescit. Non media de gente Phrygum exedisse nephandis Urbem odiis, satis est, poenam traxisse per omnem, Reliquias Troiæ, cineres atque ossa peremptæ Insequitur, causas tanti sciat illa furoris. Ipsa mihi nuper Libycis (tu testis) in uindis Quam molem subito excierit, maria omnia cœlo Miscuit, Æoliis nequidquam freta procellis, In regnis hoc ausa tuis. Proh scelus, ecce etiam Troianis matribus actis Exussit foede puppes, & classe subegit Amissa, socios ignotæ linquere terræ. Quod superest, oro, liceat dare tuta per uindas Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim, Si concessa peto, si dant ea moenia Parcæ. Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti. POE. Phas oë est Cytherea meis te fidere regnis, NEPT.

tuum. Si concessa peto.) Si quidem. Nam modo, si confir mantis est. Agit autem a possi bili. Fas omne est. Fas te est hoc est, possibile est. Meis re gnis fidere.) Nam fido datiuū tantum regit. Vnde genus du cis.) Ut diximus supra, quia se liciter est nauigaturus Æneas, Venerem dicit a mari procrea tam: & ut fert fabula, Coelus pater fuit Saturni: cui iratus filius falce virilia amputauit, sed lapsa in mare sunt: de quo rī cruore & maris spuma na ta dicit Venus. Vnde & ἀφορ δίτην dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀφοῦ, id est spuma. Sed hoc habet ra tio, Omnes vires vsū Venerio debilitantur: qui sine corporis

damno non geritur. Vnde fingitur Venus nata per damnū. de ma ri autem ideo, quia dicunt Physici sudorē salsum esse, quem sem per elicit coitus. Vnde etiam myrtus ei cōsecrata est, quæ litori bus gaudet: vt, Littora myrtetis letissima. Ideo aut diximus Coe lus pater, vt deū significaremus. Nullus enim deus generis neu tri est. Nam Coelum generis neutri, elemētum significat. Merui quoq;.) Etiam præstiti: vt, Nec te regina negabo Promerita. Alij dicunt militauit: vt, Ære merent paruo. Rabie tantā coeliq; ma risq;.) Ut in primo legimus. In terris.) Etia in terris. Nā augmē tum est. In mare se Xanthus.) Omnia hæc Homeri sunt. Nec dijs, nec viribus æquis.) Idest dijs iniqs, hoc est aduersis. Lipto tes figura. Aut nō eguis, nō equali fauore. Plures enim Græcis fa uebant. De matribus autem. Thetide & Venere intelligere non possumus: quia Thetide melior Venus est, & ei præfenti deroga re nollet. Cuperem quū vertere ab imo.) Quod proprium est eius: vt, Magnosq; emota tridenti Fundamēta quatit. Hinc, vt & supra diximus, ἐμοί χθονί dicitur est. & fecit augmentum, quum se præstitisse dixit iratum. Portus accedet.) Hic distinguedum, ne sit contrarium Veneris petitioni quæ ait, Liceat Laurentē atin gere Tybrim. Amisum quem gurgite quætes.) Misenum dicit: de quo legimus, Inter saxa virū spumosa imerserat vnda. Vnū pro multis dabitur caput.) Hic Palinurum significat. Nā falsum est, si vnum voluerimus accipere.

## DONATVS.

At Venus in. n. e. c. Alloquitur, qualitem verbi futuri non exprimit. dubium est enim, qualis futura sit allocutio. effundit tamen, & questus ex aperto monstrat esse aliquid, quod iram locuturæ pronunciet, & dolorem. Iunonis grauis ira, & in p. &c.) Magna hoc loco & artificiosa conceptio. nam inter ipsa iuita, & personam suam commendat, & deformat inimicæ. dicē do enim, prouocor conqueri, & quæ prouocabat, grauebatur in iuidia, & quæ prouocari sese querebatur, culpa vacuam sese labo rabat ostendere: interea cœpit a nomine, vt ostenderet ex eius pri mati absumpam potentiam. addidit grauis ira grauis, hoc est, iniusta, & perinde grauis. ferri enim non poterat, quæ iracebatur frustra, hoc est, cum causa non suppeteret: deinde, quæ iracere tur immoderate: nec peccus eius innumeris Troianorum suppli cis satiaretur, execrādi autem sunt qui nulla ex causā inimicitias suscipiunt, & qui in eo ipso non retinent modum. tertium, quo rum peccora nec poenarum numero saturantur, nec aliqua huma nitate tanguntur. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. nec Iouis imperio satisve infracta quiescit. dedit querelis suis augmentū, & eam, de qua querebatur, vehementer exponit. quū irata, inquit, cum causa non esset, irata sine modo, irata sine fine iracundiæ, non misericordia flectitur, non Iouis frangitur iussu, non fatorum autoritate reuocatur. cur fauenter adhuc expecta retur talis, quæ nefas existimet effici, quod Iupiter præcepit, & fata præscribunt: aut, quem iniquis odijs data est terminus? quæ quum sit vetus inimica, nouam se esse existimat, & recentia tormenta componit: incipit iam dicere, & exemplis probare ma nifestis, quæ proposuit vera esse. Non. m. de. g. ph. ex. n. Urbē. o. fa. est.) Non ei sufficit interitus Troie, nec tantos illic perisisse, quū caderet, nullum præterijt miseris supplicij genus, ipsam patriam rana cōsumpsit, & flamma. & post tantorum scelerum cladem, nec habet, aut retinet modum, leue quiddam se existimans perse cisse, quia supersunt Troianorum aliqui, & viuunt aliqui post ex cidium

Vnde genus ducis, merui quoq; sape furores' Compressi, & rabiem tantam coeliq; marisq; Nec minor in terris (Xanthum, Simoentaq; testor) Æneæ mihi cura tui, quum Troia Achilles Exanimata sequens impingeret agmina muris, Millia multa daret leto, gementq; repleti Amnes, nec reperire viam, atq; euoluere posset. In mare se Xanthus; Pelidæ tunc ego forti Congressum Ænean, nec dijs, nec viribus æquis, Nube caua eripui, cuperem quum vertere ab imo Structa meis manibus periuræ moenia Troiæ. Nunc quoq; mens eadem perstat mihi, pelle timores, Tutus quos optas, portus accedet Auerni, Vnus erit tantum, amisum quem gurgite quæret, Vnum pro multis dabitur caput.

none esset humanitas, debuit largiri miseratio. q; enim tam fer reus, tam durus hostis inuentus est vnq; cuius victoriæ nihil su peresse potuerit post acerba odia partum: datur nonnunq; venia reliquis, & vsq; ad victoriā crudelitas valet. tam seua extitit Tu no, vt post excisum ilium, perditosq; diuersa cede Troianos per sequatur reliquos, & inuentionibus nouis affligat. Causas tanti si. fu.) Huius, inquit, odijs si causæ requirantur, ab ipsa querenda sunt. nos enim scimus nihil in eam Troianos admisisse, quod nol let. causas tanti sciat illa furoris. furoris sui, dixit, nō doloris. sine ratione quippe irasci furere est. cæterum dolor illic esse pot, vbi inest iusta cōmotio. Ipse mihi nuper libycis tu testis in vndis.) Magnum inuenit assertionibus sui compendium, ipsū vocādo testem, quem audiēdis querelis arbitrum cupiebat acquirere. Te stis es, inquit, & si vnus tantum facti, ex eo tamen cetera poteris æstimare, q; nō sint falsa, sed vera, sicillum cōmunem facit, & in memoriam reuocat. vt tempus & locum & factum replicet. nu per, inquit, nos in libycis vndis, quas moles exciuit, quū affum pta potestate ventorum, omnia in Troianorum perniciē elemen ta confudit, quod factum est frustra, dum omne illud te iuuante summotum est, quod ait, quam molē subito excierit, artificij no cendi voluit demonstrare. quidquid enim subitum est, facile op primit imparatum. speratum aut & præuisum, cauendo pot, aut substantia cōtrarij prouisiōis effundi. In regnis hoc ausa tuis.) Vt meis procuraret interitum, ausa est te cōtemnere, & regna tua cōmouendo, etiam tibi iniuriam facere. quod ait in regnis tuis. di xit, vt ipsi huius facti recte induceret cōmemorationem. Petitura enim quietem pelagi, ostendit etiā ipsum Neptunū a liam passurū iniuriam, nisi & Troianis prouidisset, & sibi. Pro scelus. e. e. t. m. a. Exussit. f. p.) Hoc est etiam nunc Troianis matribus coactis per scelus exussit scede puppes. Troianorū matribus in incendio nau ium delictum esse constabat. his Venus adsistit. dices, non eē re quirendum quis fecerit scelus, sed cuius impulsu videatur admis sum. exussit scede puppes. alienis manibus ipsas naues incendit, atque vtinam palam & non turpiter fraude concepta. Et classe subegit Amissa. f. i. l. t.) Vt ab hoc scælo, quod contra ciuitatē, reli gionem, humanitatemq; processerat, excusaret etiā filium. in Tu nonis reuocat relictorum sociorum culpam, quoniā Æneas hoc non faceret, si pars classis non esset amissa. accedebat ex hoc facto augmentum mali, quia post tot labores nec ad Italiam perueni re potuerunt, & ignotis in terris fuerant relictū. ecce diuersitas po sita, & sese impugnans. supra enim dixit, quis prohibet muros fa cere, & dare ciuibus urbem? hic dixit socios ignotæ linquere ter re. quum ignota non esset, in qua fuerant ciues, sed factū est hoc oratoria virtute pro persona dicentis. quæ voluit exaggerare in uidiā facti. vt in vno incensarum nauium scelere, multa aperi ret. intantum vt religiosorum nefas incurrere cogentur, & spar geretur societas. quam vna perditæ ciuitatis calamitas iunxerat. Interea quia nō magnus inuidiæ fragor esse potuerat, q; ciuibus iunctū fuerant ciues, relictā ratiōe personarum. aut ignotis terris relinqui socios, graue admodum crimē est, proinde non quere dum est, qui vel apud quos. sed vbi remanserint, quis tractandum. ergo vnum accipimus ex persona persuadētis. quis prohibet mu ros facere, & dare ciuibus urbem? alterum ex persona dolētis Ve neris, socios ignotæ linquere terræ. ne se contraria ipugnent. vbi notissimum posuit, quod potuit in querelas grauiore adduci. constabat Sicilia, & fas fuisse, in quibus Acelles fuerat alienus, ve

nit ad summam petitionis suæ. Ait enim. ¶ Quod superest oro.) Quasi vnum esset petitura, non plurima, singulari numero signi ficauit: quid vellet, in eodẽ ostendit graue non esse, quod peteret, vt pote quod in vno idẽ in plurimis positura. ideo dixit, quod superest oro, quia transacta curari nõ poterant, quod superest ergo: quod integrum est, & potest præstari. dicit iam, quid sit, quod effici cupiebat. ¶ Liceat. d. t. per. v. v. t. li. la. at. ty.) Liceat, inquit, p regna tua tutos dehinc nauigare Troianos, liceat tenere Italiam, in qua est tybris. ¶ Si concessa peto, si dant. e. m. p.) Non dubita ter posuit si. sed vt se ostenderet licita cupere, quæ constabat Neptunum nosse. & illud egregie dictum. liceat tuta vela dare tibi, vt nõ ventis, aut fluctibus, qui semper incerti sunt, sed ipsi potius Neptuno vela crederentur. ¶ Tum Saturnius hæc. d. m. e. a.) Quia placidum mare ipso tempore quærebatur, recte hoc loco Neptunus maris domitor dictus est. ¶ Fas omne est cy. &c.) Debes, inquit, habere fiduciam regni mei, vel maxime, quia inde origine ducis. ¶ Merui quoq;.) Cur dixit quoq; quã nullum adhuc cõmemorauit se præstitisse beneficium? hoc vt corrigatur, ordinata prima ponenda sunt, vt sit posterius, merui quoq;, & sit primum. ¶ Sæpe furorẽ Compressi.) Ordinemus iam simul totum. sæpe furorẽ compressi, sæpe compressi rabiẽm cœli, sæpe cõpressi rabiẽm maris: nunc ponere debemus merui quoq;, hoc est laboraui quoq; pro tuis. ¶ Nec minor in terris (Xan. si. q. t.) Æ. m. c. t.) Quia sciebat se contra Troiam Nixum, iurat, tamen se pro Æneâ specialiter fecisse. dicit & tempus, ostendit & locum, designat pericula ipsa, & cuius eum manibus eripuisset. ¶ Cum Troia Achilles.) Tunc, inquit, quum Troiana agrina infestus Achilles ageret, exanimis persequens, & opprimens fugientes teucros, neq; eos permittens ad murorum tuta peruenire. ¶ Millia multa daret leto.) Tunc, quum innumera hostium millia mactaret. ¶ Cemerentq; repleti. A.) Tunc quum funera omnia onerata cæforũ funeribus gerneret, impedita, scilicet, & obclusa, vel maxime Xanthus amnis, qui tantorum corporum retentui obiectus, exitum in fluctus reperire non poterat. ¶ Pelidæ tunc ego forti Congressum Æneam.) Quantum asserit operam suam? vel ex quã necessitate dixit Æneam liberatum? congressus, inquit, fuit pelidæ, licet possit intelligi, quod laudis causa dixisset, pelidæ, tamen ad didit forti quantum forti supra expressit. multa millia illum Troianorum fugasse, quum solus tantos premeret, virget, ac sternere ret. huic ergo cum esset cõgressus Æneas, nullo deo fauore, cunctis aduersis, viribus quoq; longe imparibus nube immissa eripui. eripui, inquit, imparẽ. eripui iam peritulum. ¶ Cuperem cum vertere ab imo.) Admiranda locutio, in qua se constitit inimicum, & eo tempore Æneæ saluti beneficium præstitisse. quum omnes Troianos cum ipsa vrbe volebat extinctos, q; grande beneficium memoratur? quum solus Æneas mereri potuit veniã, irato eo, qui cunctos semel volebat extinguere, & diruere omnia quæ suis manibus struxerat. magnus affectus est iuxta ea, q; manu nostra proueniunt. magnus quoq; est dolor, si nostra manu vertantur. sed ille dixit causam interuenisse periurij, quæ omnẽ affectum constructionis abruperat. ¶ Nunc quoq; mens eadẽ.) Quæ sit ipsa mens ex conuenientibus probat. potuit enim dictũ in incerto remanere, quoniam iuxta Troianos, & Troiam, inimicitias se habuisse professus est. quæ ergo mens in præsentia præstaret videndum est, quum sequentia tractare incõperimus. ¶ Pelle, inquit, timores.) Ad remouendam sollicitudinem Veneris, q; breuius vsus est verbis, vt & ipsam securam redderet & indicaret, qualem gereret mētẽ, quod si hoc solum dixisset, suffecerat curæ remouendæ. addidit. ¶ Tutus quos optas portus accedet auerni.) Quoniam pelagi tranquillitatem fuerat postulatus. hæc Neptunus pollicetur, & spõdet. optas, inquit, vt tutus transeat mare filius tuus: tutus ad portus auerni perueniet. ¶ Venus erit tantum, a. q. g. q.) Dicit futura vt deus, quem fugere ventura non possent. hæc ipsa quoniam triste aduersumq; nunciabant, extenuat. debatur, inquit, interitus plurimis, sed pro cunctis vnus procedit exitium. quod ipsum æquo animo ferendum est. præstat enim vnum magis flere, q; plurimos. hoc ideo prædixit, ne ille, qui tuta pelagi transmissionem promiserat, in vnus casu videretur Venerem se fessisse. & ex eo falsa cætera putarentur.

A S C E N S I V S .

¶ At Venus interea, &c.) Quum ita prospere ab nauigaret Troiani, Venus memor, q; id prius quoq; fecerant: vnde dictum est in primo. Vix de conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant. sed Iunonis factione, inductus Æolus, maria cõcitauerat: paulo post, eosq; in Aphricam ad Carthaginem dispulerat: non confisa mari, neq; cœlo sereno Neptu-

num adiit rogãs, vt inuidiẽ Iunonis obstaret, Troianisq; fauere quod & ille promittit, cõmemorans, vt firmius consideret, quæ prius contulerat in Æneam beneficia: docens tamen vnũ atq; alterum, pro ceterorum salute submergendum, scilicet Palimumro atq; Misenum, veruntamen posset dici de solo Palimuro loquutum deũ: nã is solus submersus erat, priusq; ad Italiã puenirent. Misenus aut in littore Italico ab ipso adhuc denominato: q; Tritones, puocauerat, non ad deorum placationẽ submersus est. De oratiõẽ aut Veneris hæc pauca dicit Donatus. ¶ Iunonis grauis. De magnum artificium: nam in ipso principio, & suã personam cõmendat & aduersarij deturpat: & incipit a noiẽ: & addit, grauis ira: & exaggerat q; peccus eius dicat insaturabile. Quod aut crudelis in Troianis sit, ipsius Neptuni testimonio, probat. Hęc ille. ¶ Ordo est. At. i. sed: Venus exercita. i. sollicita, & fatigata curis: adloquit interea. i. dum sic prospere nauigarent Troiani: Neptunum, qui deus maris est: & effundit pectore. i. ex intima affectione: tales questus. i. tales querelas, grauis ira Iunonis: nec. i. & non: & peccus non exaturabile. i. quod exaturari nequit odijs, ð Neptune, cogunt me descẽdere in omneis preces: quia qui precatur, supplicem se præbet: & ita quodãmodo descendit. Quã. i. Iunone: nec dies. i. tempestas longa: nec vlla pietas. i. Æneæ, qui ei sacrificauerat: vt dictum est in. ii. huius: & id ex consilio Heleni: mitigat. i. mitem facit, ac placat: quia post illud sacrificium, procurauerat tempestatem. de qua in. j. dictum est. Nec. i. & non, supp. quæ non quiescit imperio Iouis. i. licet Iupiter imperauerit Æneam in Italiam proficisci, & id eam permittente: ve, pro vel: in fracta. i. valde fracta, fatis, id est quia scit fata id velle, vt in Italia imperium constituant: vnde dictum in. j. Siqua fata finant: iam tum tenditq; fo uetq;. docet autem, quomodo non sit saturabilis: & bene peritur in metaphora ab audis lurconibus, dicens: non satis est. i. Iunoni, visum exedisse. i. q; exederit & absumperit: odijs nefandis, ne id iure putetur fecisse vrberem. i. Troiam de media gente Phrygiæ nec, supple satis traxisse reliquias Troiæ, per omnem penam, id est omne genus poenarum & afflictionum: sed, supple insequitur, id est indefinenter persequitur cineres, atq; ossa Troiæ premetæ, id est quidquid adhuc superest: post incendium Troiæ, ad extremum persequitur: sciat illa. q. d. ego quidem nescio: nec puto eam posse scire causas tanti furoris, id est iracundiæ in Troianis conceptæ: tu ipse (nisi legatur ipsa) testis, sup. es mihi, quam, id est qualem, & quam magnam molem, scilicet aquarum & ventorum: ipsa excierit, id est excitauerit subito, nuper, scilicet quum ad Carthaginem repulsus est Æneas, in vndis Libycis. i. Carthaginensibus: quia ipsa miscuit, id est confudit: omnia maria cœlo, id est commouit ea ad cœlum vsq; freta, id est adiuta: nequidq;, id est sine causa, aut frustra, quia non est consequuta per hoc intantum suum: procellis Aeolijs. i. ab Aeolijs vetis excitatis, aut hoc in. j. tantum facinus in tuis regnis: quod & Neptuno doluerat, quum do in. j. dixit, Regi q; hæc dicite vestro. Non illi imperium pelagi, sæuamq; tridentem, Sed mihi sorte datum. Pro, dolentis, & exprobrantis interiectio, vt apud comicum, Pro supreme Iupiter: neq; cum h, neq; cum ch, recte scribitur, licet vt à præpositione differat, vsus h adiecerit. Pro igitur, scelus, proclamatio est. q. d. ð detestabile scelus: ecce ipsa exussit puppis scæde. i. turpi dolor: & hoc matribus. i. matronis Troianis: actis, id est percitis furorẽ: & subegit, id est subigendo (quod indignius est, q; si cogit, dicitur) compulsi: linguere terræ ignotæ, scilicet manentibus: socios, scilicet longæ profectiõis: & hoc classe amissa. i. per incendium, fraude Iunonis immisissum. Quod interest. i. quod reliquum est: quum ad præterita non sit potentia: oro liceat tibi. i. ostende te potentem & tibi licere: dare vela tuta per vndas. i. tuas: per quas illa potuit tempestatẽ excitare: aut liceat Troianis dare vela tuta tibi, per vndas. i. tuas: & liceat attingere Tybrim Laurentem. p. agros Laurentes defluentem: si ego peto concessa. i. permissa à dijs: & si Parce. i. deq; fatales, dant ea moenia: bene aut scit, quod ea darent ex consultatione Iouis in. j. habita. Tunc. i. postq; scilicet quata est Venus: Saturnius. i. Saturni filius: Neptunus dominor alti maris: edidit. i. eloquutus est, hæc. i. sequentia. ð Cythera. i. Venus, quæ in Cytheris coleris: omne fas est. i. omnino licitum est te fidere. i. confidere, meis regnis: vnde ducis. i. trahis: genus. i. Latini ginem: (quia Venus è mari nata dicitur: è spumis. i. maris. Yego quoq; merui. i. vt cõsideres, aut sæpe demetui te, aut bene mentus sum de te: ego compressi sæpe furorẽ. i. cõmotiones: & tunc i. vehementẽ, aut quantã nosse, rabiẽ maris, & cœli. i. aeris. Nec. i. & non: & ego tellor Xanthũ, & Simoenta, fluuios illos Troianorũ minor cura fuit mihi Æneæ tui. i. de Æneâ filio tuo, in terris. i. in mari. Nam quum Achilles sequens. i. insequens: agrina Troia i. Troia

Troiana (trissyllabum est) exanimata. i. metu percussa impingere, sup. ea. muris. i. ad muros; & sup. qui ipse daret letho. i. morti: multa millia. f. Troianorum: & amnes. i. Xanthus & Simois: repleti. f. cadaueribus: gemerent. f. sub mole eorum: nec Xanthus posset reperire viam. i. alui meatum: atque euoluere se in mare. i. quum impedi retur cursus eius, multitudinem cadauerum: ego eripui tunc Aeneam congressum Pelidæ. i. Achilli, Pelei filio: forti. i. cum Achille forti: nec dijs æquis. i. æque fauentibus: quia constituerant dij, Troiam querere. vnde dictum est, Ferus omnia Iupiter Argis transtulit. nec viribus æquis. i. æque potentibus: eripui (dicit) nube caua. i. p. nubem cauam, quam circumiecit. Item, sup. quum. i. quando: ego cupere vertere ab imo. i. funditus euertere (vnde dictum est in. ij. Neptunus muros, magnosque emota tridenti Fundameta quatit.) moenia Troiæ periuræ (quæ ideo vertere volebat, quia periura erat Troia. i. gens Troiana mercedem promissam, iuramento non reponens) strueta meis manibus, sup. idem feci. aut eripui Aeneam: eadem mens perstat. i. perseverat mihi: quocumque. i. etiam nunc. i. vellem adhuc liberare Aeneam, si necesse esset: pelle igitur timores: quia ipse accedet tutus. i. protectus auxilio meo: portus Auerni, quos optas. scum accedere: aut, quos ipse optat: & ita potius legedum puto, quia scit Anchisen admonuisse Aeneam, vt prius Auerni accederet, petiturus manes: Venus aut optabat Laurète, Tybrim accederet. aut si legatur, optas, distinguamus, vt Seruult, sic: ipse accedet tutus portus, quos optas. f. ostia Tybris tantum vnus erit: quæ amissum quæres in gurgite Auerni. f. Misenum, & vnum caput dabitur pro multis. i. p. salute multorum. f. Palinurus, princeps nauatarum, qui submergetur in mari, antequam ad Auernum peruentiant.

## PIERIVS.

Alloquit, talisq;.) In ant. adloquit, talisq;: vt in veterum imperatorum nuntis, adloquutio, per d. ante l. notatū, f. Iunonis grauis ira, & inexaturabile peccus.) In Ro. co. i. Mediceo, & plenisq; alijs antiquis, ita legitur, & scribitur, ira nec exaturabile. In Longobardico, & aliquot alijs, neq; exaturabile: quauis in Longobardico tantū, s. positum nō sit iuxta literā x, harū lectionum, quam q; selegerit, non laboro. f. Nec Iouis imperio, satisve infracta.) In codicibus antiquis, satisq; legere est. Ré enim magis exagge-

rat

## SERVIVS.

Læta permulsi.) Et læta fecit: vt, Animumq; labentem Impulit. Aut certe perpetuū est epitheton Veneris. f. Spumantia frena.) Spumas vomētia. f. Feris.) Equis; vt, Inque feri cauam compagibus aluū Contorsit. f. Variæ comitum facies.) Aut beluas dicit marinas secundum naturam: aut poetice deos marinos. f. Immania cete.) Græca declinatio τὸ κίτρον κίτρον, vt βίλαος βίλαος. Nā latine sic declinari non potest. Nullū enim apud nos animal generis neutri est, nisi forte hic cetus huius ceti dicimus: quod nusquam lectum est. Nam dicuntur canes marini. f. Et senior lauci chor.) Vt supra diximus, Glaucus piscator fuit: qui quum captos pisces supra herbam abieisset, & eos recepisse vidisset, quam amiserant vitam intellecta herbarum potentia decerpit herbam gustauit, & se præcipitavit in maria, & in deum marinum commutatus est: cuius hic chorus ideo senex dicitur quia etiam ipse senex fuerat. Aut certe seniore dicitur propter spumarum colorem: sicut pene omnes dij finguntur marini. f. Inousq; Palæmon.) Melicerta Inous filius. Et notandum patronymicum à matre

[His vbi læta dex permulsi pectora dictis, Iungit equos curru genitor, spumantiaq; addit Frena feris, manibusq; omneis effundit habenas, Cœruleo per summa leuis volat æquora curru, Subsidunt vndæ, tumidumq; sub axe tonanti Sternitur æquor aquis, fugiunt vasto æthere nymbi. Tum variæ comitum facies, immania cete, Et senior Glauci chorus, Inousq; Palæmon, Tritonesq; citi, Phorciiq; exercitus omnis. Læua tenent Thetis, & Melite, Panopeaq; virgo, Nefæe, Spioq; Thaliaq; Cymodocq;. Hic patris Aeneæ suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant mentem; iubet ocyus omneis Attolli malos, intendi brachia velis. Vnà omnes fecere pedem, pariterq; sinistros, Nunc dextros soluere sinus, vnà ardua torquent Cornua, detorquentq; ferunt sua flamina classem. Princeps ante omneis densum Palinurus agebat Agmen, ad hunc alij cursum contendere iussi. Iamq; ferè mediam coeli nox humida metam Contigerat, placida laxarant, membra quiete: Sub remis fusi per dura sedilia nauæ, Cum leuis æthereis delapsus Somnus ab astris Aera dimouit tenebrosam & dispulit ymbra Te Palinure petens, tibi tristia somnia portans Infonti, puppiq; deus confedit in alta Phorbanti similis, suditq; has ore loquelas. Glaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem, Æquatæ spirant auræ, datur hora quieti.

POE.

à matre in authore idoneo. f. Phorciiq; exercitus omnis.) Dijs qui sub Phorcio agunt. Hic autem Phorcus dicitur. Theo fæ nymphæ & Neptuni filius. Vt autem Varro dicit, rex fuit Corsicæ & Sardinia: qui quum ab Atlate rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuisset obrutus, finxerit socij eius eum in deum marinum esse conuersum. f. Læua tenent thetys.) Satis prudenter sextū debiliore sinistræ applicat partem. f. Nisæe.) Media diphthongus est. f. Vicissim.) Quia reliquerat quidem socios, sed felicitate petebat Italiam. f. Peritentant.) Sollicitant. f. Attollā malos.) Id est vela per malos, cum nauigare, iam non dubium quod olim crexerant arbores. f. Fecere pedem.) Podiam, id est funem quo tenditur velum. f. Sinistros, Nunc dextros.) Pro auræ mutabilitate. f. Cornua.) antemnarum extremitates. f. Sua flamina.) Prospera à puppi venientia. f. Princeps ante omnes.) Vnū vacat. f. Mediam coeli metā.) Perite locutus est. Nam medius cœlum meta est, αὐρα βέβηροντος circuli: qui medius est inter ortum & occasum. A medio autem cœlo & finitur ortus, & occasus incipit syderum. Xx ij rum.

SOM.

Virgi.

# ÆNEIDOS.

rum. alter est horizontis, qui segregat aspectum huius coeli ab alio inuisibili nobis. (Sub remis fusi dura sedilia naute.) Id est requierat paululum, sic remos tenentes. (Leuis.) Vel aduentu vel discessu. Nam leuis in utroque est. (Dispulit umbras.) Nam semper deos ambit nimbus. (Te palinure petens.) Factiose aggrediens, appetens. Et sciendum in maius celebrari Palinuri mortem more poetico, quem dormientem in vndas conflat missum. (Somnia.) Soporem. Bene autem discernit ista Virgilius, ut somnum ipsum deum dicat. Somnium, quod dormimus: Insomnium, quod videmus in somnis: vt, Falsa apud coelum mittunt insomnia manes. (Iaside.) Fili Iasid. (Ipsa æquora classem.) Id est & æstu & aura nostris vtitur. (Æquata spirant auræ.) Prosperæ: vt Æquatis classem procedere velis. (Pone caput.) Bene particulatim ad id venit, quod aperte dictum refutaretur. (Labori.) Ex intuendis syderibus. (Paulisper.) Paululum dum tu quiescis. (Vix attollens lumina.) Aut à syderibus remouens. aut certe numinis præsentia prægrauatus: quod est melius. Nam & sequens eius oratio turbata est: quod & semiplena indicant elocutiones. (Vultum.) Mutabilitatem, quæ fit pro qualitate ventorum. (Iubes.) Vis: vt, In sandum regina iubes renouare dolorem. (Mène huic confidere monstro? Subaudi Vis.) (Æneam credam.) Per cõtrarium, Cur Æneam non committam cœlo, & auris fallacibus, qui sum toties serenitatis fraude deceptus? (Quid enim.) Quid nisi cur non? (Fraude sereni.) Serenitatis: vt, Et seruantissimus equi. Alij legunt deceptus fraude sereni cœli.

## DONATVS.

(His vbi læta deæ. p. p. d.) Vbi dictis talibus lenijt animum Veneris, promissam pelagi placiditatem cœpit procurare. Ob hanc igitur causam. (Iungit equos curru genitor.) Omnis hæc descriptio poetica est propter Æneæ meritum posita, vt ob eius tranquillam navigationem Neptunus cum dijs maris videretur excurrere. eo tamen res reducit, vt quies omnis pelagi monstraretur effecta, fugatis omnibus, quæ obesse potuerant, ventis, scilicet qui timore pelagi, nocere possent. (Hic patris Æneæ suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant. m.) Cum hæc Æneæ cū ipso nauigationis principio prouenissent, ex suspensio & saucio, vicissitudo in prospera in gaudium repente mutatus est. (Iubet ocyus. o. At. m. in. b. v.) Erigi cunctarum nauium arbores iubet, & vela solui vniuersa. (Vna omnes se. p.) Simul omnes aggressi sunt iussa. (Pariterq; si. Nunc. d. s. si.) Tantum potuit iubentis auctoritas vt simul attollerent malos, simul vela suspenderent, & opportuna facerent ventis, deniq; nauigia omnia flatibus prosperis ferebatur. Princeps ante. o. d. palinurus. a.) Palinurus, qd esset in gubernandi arte peritissimus, primus tenebat cursum, cæteri vero, qui in alijs nauibus fuerant, ipsum sequebantur, hoc enim illis fuerat præcepto Æneæ mandatum. (Iamq; fere mediâ cœli nox. h. m.) Iam forte media nox agebatur, pars quippe eius iam fuerat transacta, iccirco addidit fere, vt estimantis potius esset, qd definite pronunciantis. esset enim vitium poetæ. si noctis tempus, quod liquido dici non poterat, pro manifesto & cognito poneretur. (Placida laxarant. m. q.) Totum his dedit, dormiebant, inquit, victi necessitate temporis, & laboris. faciebant hoc, quia tanta fuerant omnia, sic tamen, vt remigij sollicitudinem non in totum videretur omisisse, nec delictis tradidisse corpora sua. quod fit, cum secure dormitur. nam sub ipsis remis, atq; in sedibus duris, hoc est nullo stramine procurato prostrati erant, vt ipsa esset refectio, si paululum caperent somnum manente officij sollicitudine, & in certos casus pelagi diligenter intenta. in duro aut refici, aut lassitudo facit, aut consuetudo laborandi. (Cum leuis ætherijs.) Leuem dicit, quia incorporealis esse assignatur. (Aera dimouit tenebrosam.) Vt conuersus in alienam faciem videri posset, & agnosci. remouit aliquantum tenebras, & venit ad palinurum soli ipsi in festus, tamen cæteri bonus, illi soli præparans mortem, ipse enim fuerat destinatus leto secundum Neptuni prædictum, ei soli portans perpetuum somnum, & supremum exitiũ. leti autem causa non reperiebatur, & tamen finis vltimus ferebatur insoniti, nõ quia meruit. sed vt Æneas amici sui lectu percuteretur ac necessarii, cæteri saluis pro vnus detrimẽtũ. (Puppiq; deus cõsedit in alta.) Sedit, inquit, iuxta palinurũ in puppi, illic. n. gubernatores sedet, in phorbantis facie, qui esset vnus ex illis, qui eadem nauis

Pone caput, fessosq; oculos furare labori,  
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.  
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur.  
Mène salis placidi vultum, fluctusq; quietos  
Ignorare iubest mène huic confidere monstro?  
Æneam credam, quid enim fallacibus Austris,  
Et cœli toties deceptus fraude sereni?

POE.  
PAL.

nauis ferebatur. talẽ personam phorbantis debemus accipere, quę gubernare nauim nosset, pindeq; mereret audiri, & esset firma. cui palinurus nauim recte cõmitteret dormiturus. sic igitur mutatus tales effundit ore loquelas. verbũ effundit, significat magnã verborum copiam interuenisse,

cum læta esset omnibus quies. Videamus quibus verbis, & qd multis deceptus sit palinurus. cauto quippe, & diligenti gubernatori desertio muneris paucis, persuaderi non potuit. (Iaside palinure.) Magnum persuasiõis artificium. primo. n. occurrit omnibus, qd palinurus ad excusationem pretendere potuit. suffragantur, inquit, officio tuo placiditas pelagi, ratioq; ventorum. ipsa quippe maria naues ducunt venti currentibus blandiuntur, quietis pcedat tempus est, quiesce paulisper, & oculos tuos aliquantum laboribus subtrahe, ac ne partes tuæ nauibus currentibus denegentur, ego interim officium gubernatoris subibo, hæc dixit, qui sua debet, sed latent, quæ diximus opponi è diuerso potuisse. quęq; asseruimus esse præuenta. id. n. dixit, ferunt ipsa æquora classem, æquata aspirant auræ, ne palinurus diceret, quod inferius dixit, mare seuum est & infidum, importuni sunt flatūs, relinquere nõ possum officij omnibus semper in hac vnda suspectis. datur hora quieti. dissoluti est enim dormire ante tempus, & quia esse id ipsum tempus asserbatur, possit dici non esse dormiendũ propter perfidiã maris, & nauigationis incertitudinẽ. (Pone, inquit, caput, f. q. o. fu. la. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.) Bene dixit, furare. vt quodammodo nec ipsa maria scirent palinurũ quieuisse, propter spatium modici temporis, & requie suadebat, vt obtinere potuisset, quia breui spatio infidię cõpleri potuerat, qua causa addidit, ipse ego pro te vigilabo, ego suscipiam officij tuum. ecce ex duobus persuasio de breuitate temporis, & de securitate promissa gubernationis. (Cui vix attollens.) Vix attollens, quia premebatur iam virtute potioris. (Me ne salis placidi vultum, fluctusq; quietos Ignorare iubest mène. h. con. m.) Putas, inquit, me nescire, quid agatur in pelago, aut quomodo multos decipiat ista tranquillitas, quæ me decepit sæpe, & arbitraris me incertis commissurum Æneam, pro cuius salute tantam sollicitudinem gero. Ecce Æneæ meritum, nauigabant tanti, nauigabat etiam ipse palinurus, & cū incerta metueret, nec sibi nec cæteris, sed soli Æneæ prouidebat. Quum igitur pronunciamus, pondus debet habere me pronomen. itẽ huic monstro, quod decipit multos infido ingenio, & repente mobili. Bene posuit monstro, quia quicquid in aliam faciem mutatur, monstrum est. me aut, hoc est cui cõmissus est vniuersarum nauium concursus, me qui semper in his diligens fui, me, cui esse debet pro salute Æneæ peruegil curam, me qui, sæpe comprobauerim non habendam etiam tranquillissimis fluctibus fidẽ, me amabilem regi, & fidissimum regis ipsius amato rem. (Æneam credat?) Id est spem romane reip. forte, pium, religiosum, inuictum, in bello, in pace præstantẽ patiar incertis circumueniri turbinum, & procellarum subire discrimen. ecce addidit, experiũdo se didicisse, quod caueret. Quid. n. ait fallacius austris, Et cœlo? Quasi fallacius quicq; reperiri non possit austris & cœlo, quonia in speratis motibus, & cœlum mutatur in nebula, & in procellas venti sæpe vertuntur. interrupto silentio, ecce præter mare, metuendum dicebat & cœlum.

## ASCENSTVS.

(His vbi læta, &c.) Docet quõ prospera nauigatione, ad Cumas delatus sit Æneas, Palinuro dũtaxat circũueto, cuius submersio nẽ sequenti lectione prosequemur. Hic aut quum omnia factilia sint, nihilq; habeamus Donati. (Ordo est. Vbi. i. postq; genitor. i. Neptunus: permulsi. i. dulcedine quadam efficit: his dictis. i. per hmoi verba: peiora deæ. f. Veneris: læta. i. lætificata: ipse iungit equos. f. marinos: curru. i. ad curru & addit feris. i. animosis equis: frena spumantia. i. spumas vomentia: aut spumis per fusa, ex celeri impetu: & effundit manibus. f. suis omneis habenas. f. quibus eg haberi. i. retineri possent, hoc est, laxat eas: & ipse volat leuis. i. leuiter: curru coruleo. i. corulei coloris, aut marino, per summa æquora. vnde subsidunt. i. ad fundum descendunt: nec mouentur: & æquor. i. mare (quod tũ fretũ, potius qd æquor, erat: sed fiebat æquor) tumidum. i. inflatum: prius sternitur. i. æquatur, aut planatur aquis: ita, vt aque, oẽs concavitates repleret, æquor fecerint: sub axe. f. curru Neptuni: tonanti. f. ex celeri impetu: aut potius, sub axe cœli tonantis: ita vt Venus tempestatẽ oriz viderit, quum Neptunum

Neptunū precaretur: & ita dixit, mare tumidū: & nymbos in aere fuisse, qui ad præsentia Neptuni aufugerūt: vnde addit, nymbi. i. nubes veteſq; fugiūt vallo. i. valde amplo: ethere. i. per totum cœlum, hoc est aere: varię facies. i. figurę comitū. f. Neptuni: quę belug maring sunt, si naturaliter, & phyſice intelligamus: aut si poetice, dij & deę maris. f. cete immania. i. piſces illi marini, maximę ſtaturę, ita vt timori ſint, & immanes cenſeantur (Reperitur in ſingulari, hic cetus, ceti, ſed rarius, pluraliter aut, hęc cete, ſed more Græco: & ita non recipit inflexionem Latinam: ſunt aut in Indico mari, reperta quatuor iugerum: vnde etiã in Geſeſi, grandia dicuntur.) & chorus Glauci. Cui peſt deus ille marinus: tenior. i. prouectioris ætatis, quia canus eſt, ſpumis id facientibus: & Palęmon, deus ille: Inous. i. Inus, aut Inois filius declinatur. n. hæc Ino, huius Inus, aut Inois: vnde ſit poſſeſſiuū, hic Inous, Inoa, Inoum: quo pro patronymico à matre hic vtitur: & tritones, piſces illi, qui pro djs habentur, & qui concha canunt (Vnde Landinus, Tyberio principi nunciauit, Olliſiponenſi legato ob id miſiſa, viſum, auditumq; in ſpecu cõcha canentem Tritonem, qua naſatur forma) citi. i. p̄cipites in natando: & omnis exercitus Phorci. i. cui Phorcus, deus ille, præeſt (qui rex fuit Corficę, & Sardiניę, ſm Var. ſed alij dicunt, regem fuiſſe Oceani Aphricę, & victū ab Athlãte, poſtea p̄ deo marino habitum: fuiſſe q; patrē Meduſę, & ceterarum Gorgonum. Probus aut duos ponit Phorcus, alterum deum maris, alterū regem in Aphrica) hæc dicit facies comitum, ſup. apparēt, tunc à dextris. nam Thetis, nympha illa, ſeu dea maris: & Melite, & Panopea virgo, & Niſeę, & Spio, Thalia, & Cymodoce, hoc eſt nymphę illę, quę Nereides dicuntur: tenēt tunc ſeu. i. ſeuam partem: dñs. f. dextra tenentibus. (Pli. aſſerit, non falſam eſſe, nympharū, Nereidumq; opinionē. Sunt. n. viſę humano corpore verū ſquammiſ hiſpido: nam & harum vna in eodē littore, in qua Triton ſpectata eſt: cuius morientis gemitū, tristem accolę longe audiuerunt. Et diuo Auguſto legatus Gallię complureis in littore apparere exanimis Nereidas, ſcripſit.) Gaudia blanda. i. permulcentia pectus: p̄tētant. i. titillant, & afficiūt voluptate: hici. i. hoc loco, aut tempore, dum tantã tranquillitate videt, vidiffim. i. per viceis: quia interdum ſubrepebat moeror de ſocijs, in Sicilia derelictis: mentem patris Æneę: ſuſp̄ſam. i. ſollicitam, ex derelictiõe ſuorum: ipſe iubet omnes malos. i. vela malorum, aut etiã antenas: attolli. i. erigi: & iubet, ſ. brachia magnorum velorum hoc eſt antenas: intēdi velis. i. erigi: & exponi ventis, vt habeant vela intenſa. Omnes. ſ. nauatę: fecere vna. i. ſimul: pedę. i. podia, hoc eſt funem, in quo tenditur velum: & ſoluere pariter: nunc dextros finus. f. velorum, quibus ventos capiunt: nunc finiſtros. f. pro aurę mutabilitate: & torquet vna. i. pariter: cornua. f. velorum, hoc eſt antenas: ardua. i. in altū erecta: & detorquent. i. deorſum torquent, ſup. vna. i. pariter cornua, ſtamina ſua. i. debita & proſpera, hoc eſt veti proſperi, ferunt claſſem: Palinurus, princeps. ſ. nauitarum, aut directorum: agebat ante omnes, denſum agmen. f. velorum: alij iuſſi ſunt contendere curſum ad hęc. f. Palinurum. Et iam nox humida contigerat fere mediam metã cœli. i. fere mediū erat noctis, quum ſydera mediam partē cœli percurrerint: & ſup. nauę, fuiſi per dura ſedilia, ſub remis, laxabāt membra placida quiete. i. placide dormiebant: quū. i. quando: Sõnus. i. deus ſomniorū: leuis. i. agilis: delapſus ab aſtris æthereis, domuit aera tenebroſum: & diſpuliſ vmbraſ, vt faceret. ſ. ſerenitatem: p̄tens. i. adorię, ò Palinure, te: & portans tibi in fonti. i. innocenti: ſomnia triſtia, in quibus. ſ. ſubmergaris: & ipſe deus conſedit. i. ſedem accepit, in alta puppi, exiſtęſ ſimilis Phorbanti. i. nauę illi, ſatis perito, ac noto: & fudit has loquelas pectore: ita, vt ex animo loqui crederetur. O Palinure Iaſide. i. de gñe Iaſij: ipſa æquora. ſ. ſine adminiculo tuo, ferunt claſſem: aures ſpiratę æquatę. i. æqualiter flantes, hora. i. tēpuſculū, datur quieti: pone. i. reponere caput. ſ. tuum: & furare. i. clanculum ſubtrahere labori, oculos ſeſoſ:

## SERVIVS.

¶ Vtq; ſoporatum ſtygia. )  
Morte plenum. ¶ Vtracq; tem  
pora. ) Per vtrunq; tempus.  
¶ Cunctanti. ) Quasi reluctan  
ti. ¶ Natantia. ) Errantia ſomni  
vicinitate. ¶ Cum puppis par  
te. ) Proceconomia: vt triduo  
natate potuerit. ¶ Currititer. )  
¶ Ut Cicero, Ite viã, redite viã.  
¶ Tutum. ) Præſidio Neptuni.  
¶ Sirenum. ) Sirenes ſm fabu  
lam

¶ Talia dicta dabat, clauumq; affixus & hærens  
Nufq; amittebat, oculosq; ſub aſtra tenebat,  
Ecce deus ramum Lteoꝝ rorē madentem,  
Vtq; ſoporatum ſtygia, ſuper vtracq; quaſſat  
Tempora, cunctantiq; natantia lumina ſoluit.  
Vix primos inopina quietes laxauerat artus,  
Et ſuperincumbens, cum puppis parte reuulſa,  
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas  
Virgi.

ſos: ipſe. i. ego inibo. i. ingrediar: pauliſper. i. per paucum tempo  
ris: munera tua. i. officium tuum, aut parteis tuas, pro te. i. guber  
nabo pro te, cui. f. deo, videlicet Somno: Palinurus attollęſ vix. i.  
cum difficultate: lumina. i. oculos, ſomno grauatus: ſatur. i. reſpõ  
det. me. i. an: Iubes. i. vis: me. ſ. toties deceptū, & non expertū igno  
rare vultū. i. fraudulentia præ ſe ferentē: quia vultui tranquillo. i.  
diſpoſitioni tranquillitate præ ſe ferenti, proxima ſæpe tēpeſtas  
eſt: & fluctus quietos. i. trãquillos, qui ſæpe ex inopinato in ſum  
mam cõmutationē mutantur. mene. i. iubeſne, me cõſidere huic  
monſtro. i. mari, tam vario, & moſtruoſo: quid enim. i. quid niſi: &  
eſt ironia, aut quid enim: i. nam quid iubeas, ſi hoc iuſſeris: iubeas  
enim, vt ego deceptus, toties Auſtris. i. ventis fallacibus: & frau  
de cœli ſereni (Ser. vult, vt ſit fraude ſereni. i. ſerenitatis cœli: ſed  
non eſt opus.) credam. i. cõmittam Æneam. ſtantum virū, ſup.  
huic monſtro. f. maris: q. d. id nequa q; fecero.

## P I E R I V S.

¶ Iungit equos curru genitor. ) Nulla non exemplaria vulgata  
curru, legūt. ſed enim vetera omnia manu ſcripta, Iungit equos  
auro genitor: vno exemplo legunt. Quãuis eloquutio ea, quia de  
prius meminimus, alio apud Virg. loco inueniatur, Curru iungit  
Alæſus equos. Sed hoc loco placet, auro: tum quia rē facit ſplen  
didiorē, & ornatum illuſtriorē: tum quia dictū, curru, ſtatim  
ſubſequit, Cœruleo per ſumma leuis volat æquora curru: quod  
tam cito repetere ſermonis adſcriberetur inopia, ne q; quidq; ta  
le eſt, vt colorē facere poſſit. Dū vero hęc vulgariã cõcepta eſſent  
admonuit me Camillus Porcius eps Aprutinus, lectionē eã, Cui  
pharetra ex auro: q; de ſuperiore libro multa retuleramus. agnitã  
et Fr. Petrarçę, multę lectionis viro, q; epistoſta ea, q; li. vi. Octa  
ua ſeniliū inſcribitur, dixerit vnde eſt ille Didonis celeberrimus  
progreſſus, Cui pharetra ex auro crines nodantur in aurū quod  
loco hoc inferere non fuit importunū, qñ, quū illa ſcriberemus,  
nondum hoc legeramus. & adhuc ſunt, q; tot à me rõnes, eo loco  
allatas, conentur oppugnare. ¶ Sternitur æquor aquis. ) In anti.  
aliquot: equis. Sed, aq; melius. ¶ Inousq; Palęmon. ) Male oĩno  
in codi. Ro. legitur. Ionius: nulli. n. non conſtat, Palęmona Inus  
filium. Aliquot alij codices: Inois: vt, Statimius, legunt. Sed ea  
forma mihi videtur vſitatior, quæ, Inous, eſt. ¶ Et Melite, Pano  
peaq; virgo, Neſæę, Spioq;. ) Quia corrupta ſunt hęc nomina in  
omnibus fere codicibus, libuit quo pacto ſcriberentur apud Græ  
cos apponere, ex Heſiodo. καὶ μιλίτην, χαρίσσα, inferius, νκ  
σάντε. ita apud Home. ἰ. λ. σ. νησάν, σπινώτε. & paulo infra,  
καὶ μιλίτην, καὶ ἰαρά. ¶ Intēdi brachia velis. ) In Ro. co. pro, ve  
lis, poſitum eſt, remis, vt cum ſuperiori eloquutione congruat,  
Brachia remis intenti. Quod ſi, velis, legas: intelligendum antē  
nas velis eſſe brachiorum vice. Quum maxime ſequatur, vna  
omnes fecere pedem. ¶ Placida laxant membra quiete. ) In an  
ti. aliquot cod. laxabant, habetur. Sed longe plures laxant, ha  
bent, exacta ſp̄. ¶ Tibi triſtia ſomnia por. ) Multi quidē cod. anti.  
vertunt illud, ſomnia triſtia portans. Sed enim triſtia ſomnia, i.  
vnius omnino ſonat. ¶ Phor. ſimilis. ) Codices nonnulli ſane q; ve  
tuſti, Phorbantis, habent. Grammatici tamen, genitiuum, ad mo  
res: datiuum, ad faciem referunt. ¶ Fuditq; has ore loque. ) Vete  
ra omnia exemp. quæ legi, fundit, habet, inſtant tempore. ¶ Me  
ne ſa. pla. vul. ) In cod. aliquot anti. legere eſt, Mene ſalis placidū  
voltum: quod forte non diſpliceat, quãq; & placidi ſalis, admo  
dum ſuaue eſt. ¶ Æneam cre. qd. n. fal. Auſt. ) In cod. aliquot anti.  
auris habetur: vtrunq; placet. Eſt & Æneam, per n. finalē. de quo  
ſic Prifcianus. accuſatiuus primæ decl. ſit, mutando æ diph. geni  
tiui, ſiue datiui, in am: vt poetę, poetam. frequētius tamē inveni  
mus in Græcis nominibus, in as, & in es, terminantibus, accuſa  
tiuum Græcum proferre authores. Virgi. in. v. Æneam credam.  
¶ Cœ. de. frau. ſere. ) Antiqui cod. verſum hunc varie corruptum  
habent. nam & fraude ſerena, & alibi, cœlo ſereno, legitur, vtrun  
que male.

lam parte virgines fuerūt, par  
te volucres, Acheloi fluminis  
& Calliopes muſæ filię. Harū  
vna voce, altera tibijs, alia ly  
ra canebat: & primo iuxta Pe  
lorum, poſt in Caphereis inſu  
lis habitauerunt, quæ illeſtos  
ſuo cantu in naufragia deduce  
bant. Secundum veritatē me  
retrices fuerunt, quæ trãſeun  
tes, quoniam quos ducebant  
ad egeſtatem, his ſeſtę ſunt in  
Xx iij ferre

ferre naufragia: neq; Vlyfles cō  
 tenend o deduxit ad mortem.  
 Sirenum autē genitiuus est ve  
 niens ab hac Sirene. ¶ Tū rau  
 ca.) Ac fi diceret, ante hac dele  
 ctabili voce resonabant, tunc  
 fluctibus solis. & bene imita  
 tus est maris stridorem. ¶ Sale  
 saxa sonabant, Cū pater amis  
 so fluitantem errare magistro  
 Sensit.) Naturale enim est vt  
 fluctuet nauis sine gubernato  
 re. ¶ Nocturnis rexit i vndis.)  
 Dat ei hoc & in decimo, vt  
 Ipse sedēs clauumq; regit, ve  
 lisq; ministrat. ¶ Multa gemens.)  
 Nomen pro aduerbio. ¶ Casu amici.)  
 Propter tuinam: alludit ad nomen. ¶ Pelago confise.)  
 Hoc est quod supra Palinu  
 rus excusat. ¶ Nudus.) Inleptulus, mortuus. vt, Et freta desituet  
 nudos in littore pisces. ¶ Ignota.) Peregrina, ante non visa. Nam  
 in sexto dicturus est, Paulatim adnabam terrā, iamq; arua tene  
 barn. Sciendum sane Tuccam & Varrum hunc finem quinti esse  
 voluisse, Nam à Virgilio, duo versus sequentes huic iuncti fu  
 erunt: vnde in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est, Ob  
 uertunt pelago proras: tum dente tenaci.

DONATVS.

¶ Talia dicta dabat.) Sic loquebatur, vt clauo. i. gubernaculo vi  
 deretur affixus, aut tenacius inhaerēse. ¶ Oculosq; sub astra tene  
 bat.) Nec amittebat suis manibus clauum, cuius causa vigilabat,  
 nec oculos flecebat à stellis, quarū cursus obseruabat, & motus;  
 eo magis cautior, quantum eos vrgeri sentiebat in somnū. vbi autē  
 deus aduertit pertinaciter resistentē, dimissis insidijs, quæ ad ple  
 num obtinere nequiverant per hominis formam, conuertit se ad  
 potentiam. vt vi cōpleretur, quod subtilitatis fraude nō potuit.  
 ¶ Ecce deus ramū leto rore madetē.) Quid enim dubitaret som  
 nus grauarē palinurū rore stygio; quē mox plenā morti fuerat  
 traditurus? excutiens, inquit, ramū rore stygio, inperfit palinuri  
 temporibus, & reluctātes oculos soluit. habuerant. n. adhuc quē  
 dam vigore, quum palinurus contra niteretur, vbi. n. interuenit  
 vis maior, q. quid duratū fuerat, resolutum est, quē solutio clau  
 fit oculos eius, & pressit. ¶ Vix primos in. q. l. a.) Hoc factū nulla  
 consecuta est mora. ¶ Et super incubens.) Multū dat palinuro, qui  
 oppressus tanta vi, gubernaculum nō remisit. cōtra, plus illi, qui  
 diuina fretus potentia totum valuit superare: sic. n. illū præcipi  
 tem dedit in fluctus, vt secū & gubernaculū traheret, & eius par  
 tem nauis, cui videbatur appositus. clamabat vero ille socius fru  
 stra, & in ipsa vi positus oēs inuocabat. dormiebat. n. sicut supra  
 dictum est, nec audit aliq; implorātis vocē, nec subuenit pereun  
 ti. hæc fuit causa, vt dormientes Troiani describerentur, ne esset  
 qui palinuro pereunti succurreret. Debit. n. cōpleri vnus amis  
 sio quā Neptunus Veneri venturā prædixerat. ¶ Ipse volās. t. se. f.  
 a. in. a.) Perfecta palinuri necē, somnus, inquit, volauit ad cœlū,  
 quod alato facere facillimū fuit. ¶ Currit iter. t. n. f. æ. el.) Amisso  
 duce, nihilominus classis tutis cursibus ferebatur. ¶ Promissisq;  
 patris. n. in. f.) Promissis Neptuni rēdens, qui futuram incolumē  
 dixerat. interrita, inquit, hoc est secura ferebatur, licet rectorē per  
 didisset. numine. n. Neptūni feliciter regebatur. ¶ Iamq; adeo sco  
 pulos sirenum.) Dū tota classis secaret fluctus, iam inceperat in  
 sirenarum scopulos ferri, difficiles alijs. dicturus est. n. inde inte  
 gros euasisse Troianos. Difficiles dixit asperos, & nauigis perni  
 ciosos, vtpote, qui sequitiā suam multitudine ossium testarentur,  
 quę spes venientū esse poterat. vbi aliorū interitus non fama sed  
 oculis probabatur. hoc ideo dictū est, vt ostendatur Neptuni be  
 neficium, qui Troianos illic incolumes reddidit, vbi infiniti perie  
 rant. ¶ Tum rauca. a. f. i. f. i. o.) Quam euident iam periculū fuit.  
 quum iam ipsorum scopulorū sonus aures Troianorū, mētemq;  
 tangebāt. ¶ Quum pater. a. f. e. m. Sensit.) Æneas vbi aduertit p  
 pinguam periculis classem, intellexit eius perisse rectorem, qua  
 necessitate cōpulsus suscepto gubernatoris officio, ipse eam rexit  
 & quod difficillimū fuit, per totū spatium noctis. laudatur Æneas  
 etiam in arte gubernandi. ¶ Multa gemēs, casusq; a. c. a.) Fuit vna  
 difficultas regēdā nauis, quā alię sequebantur: dicit, quę sunt mul  
 tę causę, labor. f. æ. sollicitudo, dolor quoq; amici perditū, & tātis  
 officijs necessarij. ¶ O. nimium cœlo, & pelago confise sereno,  
 accipienda sunt, qui arbitrabatur deliquisse palinurum, atq; egisse  
 negligētē, quali cœlo sereno, & pelago, casu quolibet perire nō  
 posset

Præcipitem, ac socios nequidq; sape vocantem,  
 Ipse volans, tenuēs se sustulit ales in auras.  
 Currit iter tutum non fecius æquore classis,  
 Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.  
 Iamq; adeo scopulos Syrenum aduecta subibat  
 Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos,  
 Tum rauca assiduo longē sale saxa sonabant,  
 Quum pater amisso fluitantem errare magistro  
 Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,  
 Multa gemens casuq; animum concussus amici.  
 O nimium cœlo, & pelago confise sereno,  
 Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

posset. accedebat ad dolorem ge  
 metis poena quoq; amico in  
 flicta post mortē. vt in humi  
 tus iaceret, & nudus in exteris  
 terris, ignotusq; omnibus, in  
 littoribus etiā, quæ nullus in  
 coleret, & in quibus sepulcrū  
 inuenire non posset.

ASCENSVS.

¶ Talia dicta dabat, &c.) Re  
 citat quō Palinurus, violentia  
 somni coactus, obdormire pau  
 lisser ab eodē, in mare p̄cepit  
 deiectus est. vt. f. i. expleatur, qd  
 Neptunus dixerat: vnum pro  
 multis, dabitur caput: q̄nia

ÆNE.

& Caiphe de CHRISTO fuit, sed alio spū prolata: nā poeta cre  
 ditur, cæremonias veteris superstitionis significasse, q̄ sine morte  
 non pateret ad inferos descensus: quāq; creditū est, non sine ma  
 lo, euitari malū: qui ergo classi Æneæ, Iuno procurauerit, malū  
 vnum pro multis, datū est caput. Nulla autē p̄ceses huius pars,  
 morali philosophia vacat. nā egregie docet, nihil in hac vita mo  
 tali tutū esse, nemine decere securum esse: quū et in tranquillitate  
 summa lateat periculū: quod & fr̄nō lateat Palinurum in euitare  
 nō potuit, violentia somni oppressus: Somni, dico, dei, sed Æneas  
 putauit eū somno naturali oppressum: cui ob serenitate indulse  
 rit. Sic autē inferere solet poeta, poeticas fictiones, vt nō longe à  
 physica ratiōe alludat: sicut Neptunū in superiore lectione comi  
 tatū eete, Tritonibus nymphis cōmemorat: pro quibus aut mon  
 stra marina physice, aut deos, deasq; poetice intelligere possu  
 mus. Cæterum ne longior, q; cōstituerim, siam, quia Donatus  
 hil extat. ¶ Ordo est. Palinurus, sup. dabat: talia dicta. i. responsū  
 Phorbati, vt putabat & somno, s̄m poetam: & ipse affixus, & ha  
 rens. i. inhaerens & innitens, nūq; amittebat clauum. i. gubernacu  
 lum: & tenebat oculos sub astra. i. astra versus, ab inferiori in ea  
 respiciēs: nā dum in terram videmus, oculos sub astris tenemus:  
 dum in astra, etiam sub astra: ecce. q. d. p̄ter opinionē, & ex in  
 sperato deus. f. Somnus: quāssat. i. frequenter cocutit, sup. vtraq;  
 tempora. f. Palinuri, in quibus. f. est sedes requiei (vñ. Plal. xxxj.  
 Et requiem tēporibus meis, &c.) ramum madetē rore Letheo.  
 a. i. perigine: Lethes, fluiū infernalis, obliuionē significātis: & (popo  
 ratum. i. profunde imbutum: vi Stygia. i. Stygis, paludis inferna  
 lis, mortē inducentis, ac tristitiam sempiterna: &, sup. soluit. i. re  
 soluit: cunctā. i. immorātā, & reluctanti: lumina natatā. i. oculos  
 sopore fluentes, aut vicinitate somni errantes, & fluitantes, quies  
 inopina. i. p̄ter opinionem inducēta Palinuro, à somno vix laxa  
 uerat primos artus. i. vix primum dormierat: & sup. somnus, in  
 cubens super. i. desuper: proiecit in vndas liquidas, quia sunt et  
 vndas ignium, aut quæ semper liquidæ sunt: cu parte puppis, qui  
 f. tenuit firmissime reuulsa: & cum gubernaculo, pro gubernacu  
 lo. f. Palinurum, præcipitem: ac vocatē. f. in auxilium saepe: ne  
 quidq; .i. frustra socios, q̄a nemo ei subuenire poterat: ipse. f. Som  
 nus: ales. i. volucer. volans. i. auolans, post demersum Palinurū:  
 sustulit. i. sursum tulit se, in auras tenuēs. i. euauit: classis. f. Æneę,  
 currit non fecius. i. nihilominus: vel nihil aliter, q; si à Palinuro  
 regeretur, iter tutum, præsidio. f. Neptuni: æquore. i. per æquor. i.  
 mare tranquillum; & fertur interrita. i. inconcussa. promissis. i. p̄  
 pter promissa patris Neptuni q. f. Veneri fecerat. Iamq; .i. & iam,  
 sup. classis aduecta, subibat adeo. i. omnino: scopulos syrenum. i.  
 quos syrenes olim habitare solebat (quę tres erāt, vt Seruius reci  
 tat: earum autem nomina, dicuntur, Parthenope: vnde Neapolis  
 olim dicta, q̄a illic sepulta dicitur, Leucosia, & Lygia.) scopulos,  
 dicit, syrenum, difficiles, quondam. f. dum Syrenes viuēt, quæ  
 per transeuntes in scopulos, a dulcedine cantus illiciebant: sed ab  
 Vlyfse spretæ ad mortem, ab eodem compulse sunt ex dolore: &  
 albos ossibus multorum, illic, scilicet submersorū, quorum ossa  
 à mari in scopulos reiecta, dicit, absumpta carne, quæ frequēt  
 aquarū, alluuiæ vero simile est alba fuisse: vnde & scopulos quos  
 operiebant, albos reddebant. sed tunc. i. ea tempestate saxa sona  
 bant rauca. i. rauca: assiduo sale. i. assiduo impulsu maris: quum. i.  
 quando: pater. f. Æneas: sensit ratem. i. nauem fluitantem, errare,  
 magistro amisso: & ipse rexit ratem in vndis nocturnis. i. nocturno  
 no tempore: gemens multa. i. multum: & concussus animum. i.  
 habens animum concussum: casu. i. ruina, & præcipitio amici. f.  
 Palinuri, qui diu & fideliter nauē eius gubernauerat. Et, sup. ait. d  
 Palinure, confise, id est qui cōfissus es nimium, cœlo & pelago

Ordo.



eno (credebat enim, quod sopore naturali oppressus, ceciderat in mare) tu iacebis nudus. i. inhumatus in harena ignota. i. peregrina, ante non visa. Seruius dicit, sequentes duos versus à Virgilio huic quinto appositos, quod mihi vero simile est, quia quado Virgilius verbū non preponit, vt hic, O nimium, solet postponere. vt ibi, Sic fatur: sed melior est cōtinuatio, & librorū compendētia, si sequenti libro dentur. Claudit ergo hunc librum, sicut & superiores, cōmemoratiōe mortis. s. Palinuri: nec mirum, quia per mortem & lachrymas, descēdimus ad inferos: defuncti, per mortem, sed viui, per lachrymas. i. dolorosam defunctorum, & eorū quę post hanc vitā contingere possunt contemplationē, quomodo Æneas

do Æneas descendisse creditur: vnde ait, Sic fatur lachrymans. PIERIVS.

(Fluitantem errare.) Antiquiores cod. fluuitantē: vt superius, Fluidum lauit inde cruorem, v geminato, legunt, altero tamen digammo: vt in, fluio, est. Nūc placet eruditus, vnico, v scribere. F Nudus & ignota Palinure iacebis harena.) In antiq. omnibus exemp. quę versare mihi contigit, Nudus in ignota, legitur. De harena, cur adspirationem admittat: alibi disputatum. Nunc ad libri. vj. castigationem adgrediamur.

LIBRI QVINTI FINIS.



# ÆNEIDOS

## IN VI. ÆNEIDOS LIBRUM MONOSTICHON.

### Queruntur sexto Manes, & tartara Ditis. IN EVNDEM MODESTINI IV RISCONS ARGUMENTVM.

Cum as deinde venit, fert hinc responsa Sibyllæ,  
Misenum sepelit. mons seruat nomen humati  
Ranum etiam ante deum placato numine portans.  
At vates longæua vnâ descendit Auernum.  
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elyssam  
Deiphobumq; videt lacerum crudeliter ora.  
Vnbra rum pœnas discit narrante Sibylla.  
Conuenit Anchisen, penitusq; in valle virenti,  
Agnoscitq; suam prolem, monstrante parente.  
Hæc vbi percepit, graditur, sociosq; reuifit.

ALIVD IN EVNDEM.  
Sacratam Phœbo Cumarum fertur in urbem  
Rex Phrygius, vatisq; petit responsa Sibyllæ.  
Misenum sepelit. post hæc adit infera regna,  
Congressusq; patri discit genus omne suorum:  
Quoq; modo casus valeat superare futuros.

**ASCENSIVS.**  
(Quæritur.) Sicut est apud Horati. Mors vltima linea rerum est. & ideo in sex librorum, quibus virum describit vltimis lineis, mortis aliquid meminit: sextum autem totum de consideratione eorum, qua post hanc vitam in regione mortuorum aguntur, cōfecit: multa ex Platoniorum philosophia, depromēs & multa christiano non indigna asserens: nam & fontes, criminali peccato in æternum puniri, leuiores delicta purgari asserit, & ipsa criminalia peccata ex ordine censet, atque ita dum per pœnas à peccando retrahit, multum reipublicæ confert: nec tamen à principali intentione, quæ est Augustum ab origine commendare, discedit: nam dum progenie Æneæ describit Anchises, ad Augustum vsq; progreditur. Verum vt. vj. libri saginem totam prælibemus, argumentorum explanatione paucis exequemur, quæ huiusmodi est. Manes, idest ab inferis ad superos, secundum Æthnicos, manantes spiritus, hoc est inferi: & tartara, idest obscura regna, Ditis: idest Plutonis: quæritur. i. vifuntur ab Æneâ, duce Sibylla, sexto, sup. libro: & id quidem videtur monostichon, totum argumentum simul cōplectēs. Æneas, sup. venit, deinde, scilicet postq; fecerat, quod in fine argumenti. y. libri dictum est, scilicet: Et placidum Æneas Palinurum, querit in vadis: nam est continuatio, Cumarum deinde venit, &c. Postquæ

ergo quæsit Palinurū, venit deinde Cumarum, idest ad ciuitatem illam Italiae, in littore sita: & fert. i. aufert, hinc. scilicet Cumarum, ex templo Phoebi, & Dianæ, responsa. i. oracula Sibyllæ & sepelit Misenū, tubicinem illum peritissimū, submersum à Tritone: mons. scilicet Misenus: fert, uat nomen humati. i. sepulchri: quia ab eo nomen accepit: & portat etiam ramū. scilicet aureum: ante. scilicet: aut numine deū, scilicet cet deorū inferorū: & placato ante, idest priusq; ad inferos intraret. At vates: scilicet Sibylla: longæua. i. longi cui, quæ dicitur vsq; ad tempora Tarquinij vixisse, & beneficiū vitæ ab Apolline accepisse: vt alibi dicemus. descendit vna, idest pariter cum illo: Auernum, idest per Auernum, ad inferos: aut descendendo, transit Auernū. Agnoscit: scilicet Æneas: Palinurū, scilicet amicum, directorem nauis, super vndas fluctante: & solatur, idest consolatur:

ibi. scilicet apud inferos: Elyssam. i. Didonem: & videt Deiphobū, filium illum Priami, & maritum Helenes, postq; ab Alexandro, seu Paride dimissa erat: lacerū ora. i. habentem ora lacera, & truncata: crudeliter, idest inhumane: & conuenit. i. vifitat, loquendi gratia: Anchisen. scilicet patrem suū: in valle penitus virenti: & agnoscit suam prolem. i. progeniem: parente. scilicet Anchisa, monstrante. Et vbi, idest postq; ipse percepit hæc. scilicet iam dicta: ipse graditur. i. progreditur: & discedit. scilicet ab inferis: & reuifit socios. scilicet in littore dimissos.

### SERVIVS.

**T**otus quidē Virgilius scientia plenus est: in quibus hic liber possidet principatum: cuius ex Homero pars maior est. Et dicuntur alii qua simpliciter, multa de historia: multa per altā sciētiam Philosophorum Theologicorum Ægyptiorū: adeo vt pleriq; de his singulis huius libri integras scripserint pragmatias. Sane sciendum, licet primos duos versus Probus & alij in quinti reliquerint sine, prudēter ad initium sexti esse translatos. Nam & coniunctio poematis melior est, & Homerus etiā sic inchoauit, ὄσ φέρο δ' ἀπὸ χέρον. ¶ Classiq; imittit habenas. ¶ Nauibus suis siue nauiquæ classis dicitur: vel φ fiat de sustibus. Calas enim dicebant maiores nostri fustes quos portabāt serui sequētes dominos ad prælium: vnde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant calas: sic Lucilius, Scinde calam vt caleas, idest, o puer, frange fustes & fac focum. Inde ergo classē dictam dicunt. Alii classē hinc dictam volunt: apud maiores nostros stipendium terrestri prælio miles pedester dabat, equites vero dabant in nauali certamine. nam ad huc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendium, tractum est vt diceretur classis. Proprie enim classis equitum dicimus. ¶ Classiq; ¶ Aut suæ nauis: quæ classis, vt in primo diximus, dicta est ἀπὸ τῶν κελῶν, idest à lignis: Vnde

## P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIBER SEXTVS.



Dicitur lachrymans, classiq; imittit habenas, POE. Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. Obuertit pelago proratum dente tenaci Anchora fundabat nauis, & littora curuæ Prætexit puppes, iuuenū manus emicat ardens

Littus in Hesperium, quærit pars semina flammæ  
Abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum  
Tecta rapit, syluas, inuentaq; flumina monstrat.  
At pius Æneas arces, quibus altus Apollo  
Præfider, horrendaq; procul secreta Sibyllæ,  
Antrum immane petit, magnā cui mentē, animumq;  
Delius inspirat vates, aperitq; futura.  
Iam subeunt Triuicæ lucos, atq; aurea tecta.

ce γυνοσ dicitur. ¶ Allabitur. ¶ Venit celeriter: vt, Labere nympha polo. ¶ Pelago. ¶ In pelago: vt, It clamor celo. Bene autem Obuertunt, vt non Æneæ, sed socij vilia dentur officia. Gubernandi ars soli cōceditur Æneæ. ¶ Dente tenaci. ¶ Vnde in primo, Vneo non alligat ancora mortū. Ancora (vt supra diximus) in Græco aspirationem non habet: vnde ἀγκυρα dicitur. Vnde & apud maiores sine aspiratiōe proferebatur. Cōtra thus & orchus veteres dicebant, & lurcho, idest vorax: quibus sequens ætas detraxit

Horatius, Me vel extremos Numidæ in agros, Classe replet. Aut omnium quæ eius cursum sequentur. Palinuri enim implet officium, de quo supra ait, Ad hunc alij cursum contendere iussi. ¶ Immittit habenas. ¶ Aut funes per metaphoram dixit: aut Homerum secutus est, qui ait ἐν τῷ ναυτοῦ ἐρετμά τροποῖσ' ἐν δερματί νοοσιν. Et alibi ἔλαον δ' ἰσὶν λευκᾶ εὐσπέπτουσι βόσσι, idest lorīs tortis. his enim vtebantur antiqui. ¶ Et tandem. ¶ Ad Æneæ desiderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. Cæterum mora non congruit de Capreis Cumarum vsque ad tantam vicinitatem tam longam fuisse nauigationem, præsertim accedēte fauore Neptuni. ¶ Euboicis oris. ¶ A Colonia Cumarum appellauit. Nam Eubœa insula est, in qua Calchis ciuitas est, de qua venerunt qui condiderunt ciuitatem in Campania, quam Cumarum vocarunt: vel ἀπὸ τῶν κελῶν: vel à grauidæ mulieris augurio, quæ Græcè

detrahit aspirationem. ¶ Tuuenum manus.) Post conditam in Sicilia ciuitatem, senum aut nulla aut rara fit mentio. ¶ Ardens.) Festinans: vt, Instant ardentis Tyrj. ¶ Littus in hesperium.) Hic ostenditur Hesperiam minorem esse omnem Italiam: dictum (vt supra diximus) vel à rege, vel à stella. ¶ Semina flammæ.) ἠπείραστα πύραος Homerus dicit, idest feminis. ¶ Abstrusa in venis Silicis.) In Georgicis, Et Silicis venis abstrusum excuderet ignem. Abstrudere enim est de industria celare. ¶ Ferarum tecla.) Epexegetis syluæ. ¶ Flumina monstrat.) Quæcunq; fluuenta Et sciendum monstrari. ¶ Aeneæ, ad expiandum se. Nam funestus fuerat morte Palinuri: non quod eum viderat, sed quod funus agnouerat, idest doluerat. In eo enim est pollutio quod ait, Caususq; animum concussus amici. Nam ipsa impiant quæ agnoscimus. Vnde in Liuii habemus, Horatium Puluilum, quum Capitolium dedicare vellet, audisse ab inimico mortuum filium: & ne pollutus dedicare non posset, respōdiffe, cadauer fit. Hanc autem purgationem Aeneæ polluto dat vbiq; Virgilius, vt paulo post, Corpusq; recenti Spargit aqua. ¶ At pius Aeneas.) Quippe ad templa festinans. ¶ Arces quibus altus Apollo. Quum vbiq; arx Ioui datur, apud Cumas in arce Apollinis templum est: altus autem vel magnus: vt, Tacet altus Oroses. Et de ipso Apolline, Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo. Vel ad simulacri magnitudinem retulit, quod esse constat altissimum. ¶ Quibus præfidet.) Quibus præfedit, quas defendit. ¶ Horrendæ.) Venerandæ: vt, Horrendum syluis & religione parentum. ¶ Procul.) Haud longe. Procul enim est & quod præ oculis est: & quod porro ab oculis. Vnde & duplicem habet significationem. ¶ Antrum immane petit.) Epexegetis domus Sibyllæ. ¶ Mentē animūq;.) Perissologia est. Nam secundum Lucretium vnus est mens & animus. ¶ Delius inspirat vates.) Apollo fatidicus. & sic ait Delius, vt Nunc Lyciæ sortes, idest Apollinæ. Bene autem Sibylla quid sit, expressit, Magnam cui mentem, animumq; Delius inspirat vates. Nam vt supra diximus, Sibylla dicta est quasi οἰοῦ βουλή, idest dei sententia. Aelici enim οἰοῦσθε deos dicunt. ¶ Triuiæ lucos.) Congruit Apollini, Dianæ iuncta sunt templa: vt & paulo post, Phœbi Triuiæq; sacerdos. Et bene fit Lucorum Dianæ cōmemoratio: quia petiturus est inferos. ¶ Aurea tecla.) Apollinis scilicet.

## ASCENSIVS.

Sic fatur lachrymans.) Hic sextus, ex. xj. Odyssæ Homeri, sumptus est: vbi Vlysses, Caliphus, seu Calipsonis ductu, ad inferos descendit: & Thyresiam, vatem Thebanum, de reparandis opibus consuluit. vnde Horatius. ij. sermorum, Hoc quoque Thyresia præter narrata petenti, Responde, quibus amissas reparare queam res, Artibus, atque modis. Home autem dixit, Vlyssi occurrisse vnam matrem: sed Virgilius, Aeneæ vnam paternam. Seruius vero dicit, plurima ex Aegyptiorum theologia sumpsisse poetam, ad hunc librum: quod & verum est, nam Orpheus, qui Homerum sequutus, dicitur in Aegyptum profectum, aiunt: illincq; nouos sacrificiorum ritus retulisse, profertim de Styge. Nam Isis, Osyridis mariti sui, à Tiphon fratre occisi, membra in insula vltra Stygem paludem sepeluit: quomodo cæteri quoque postea suos illic sepeluerunt: vt inferius dicemus. Non autem verum est, quod dicit Homerum, incepisse librum, ὄσ φάτο, & c. licet sic versiculos inceperit. Quam autem dicit, Sic fatur lachrymans: pietatem viri ostendit, quem vbiq; pius inducit. & quum addit, Classiq; immittit habenas: fortitudinem, & solertem gnauitatem eius, qui inter lachrymas, suæ & suorum saluti consuluit. ¶ Classiq; immittit habenas.) Translatio ab equis: vnde Home. Iora incidi iubet, quæ etiam equorum sunt. & Plautus, Num (inquit) equo ligneo, per coruleas vectus es vias, accipiens equum ligneum pro naue. Classis autem, est nunc vna nauis, nunc nauium multiitudo, nunc armatorum, & præcipue equitum ordo. erant autem (vt Liuius docet) Romanis olim classes quinque, nunc scholasticorum eiusdem auditionis: nam & Quintilianus, eos per classeis distribuendos docet: vulgus appellat, locum primum, atque secundum. Nunc strepitus classium sese mouentium ad classica. i. sonitum tubarum. Et tandem, non ad diuturnam navigationem ex Sicilia, sed ex Troia refertur: aut ad desyderium vehemens. ¶ Euboicis.) A Colonia, nam Euboea, insula est, in qua Chalcis ciuitas est vnde venerunt Coloni, qui in Campania Italiae, Cumas ædificauerunt. ¶ Pelago.) Idest in pelagus, aut pelagus versus: quod faciunt, qui in terram non suam, vnde sorte de repente proficiscendum sit, appulsi sunt. ¶ Mentem, animumq;.) Plures perissologiam censent, idest abundantem sermonem: quum enim inquirunt,

idem sit, mens & animus alterum sufficeret: vnde Lucre. Primum animum, dico mentem, quam sæpe vocamus. Idem, Cōsilium quod nos animum, mentemq; vocamus. Alii discernunt animum à mente: vt diuus Augustinus in De ciuitate dei. & videtur mens, qua meminimus & disquirimus: animus, quo auemus, & spiramus. Sed immensum esset opus, si singula quæ occurrunt: recenserem. ¶ Ordo autem est. Nam Dona non extat. Aeneas lachrymans, fatur sic, scilicet vt præmissum est: & immittit habenas, i. liberâ facit nauigationem: classi, idest nauibus: & allabitur tandem, idest post lōgam expectationem: oris, idest regionibus: Euboicis, idest ab Euboicis excultis: Cumarum, idest qui illic Cumas extruxerunt, hoc est ad eam regionem, vbi sunt Cumæ, à Chalcidensibus, populis Euboicis, extructæ. Et, supple ministri, aut socii. Nam vile ministerium non conuenit Aeneæ. & ita numerum mutauit, dicens, immittit, & obuertunt, idest contrauerunt: pelago, idest in pelagus: aut pelagus versus, proras, idest anteriores partes nauium, quæ prouertunt aquas: & quæ ad littus appellifolent: sed, vt ad profectiōnem paratæ sint naues, obuertuntur, sicut & currus dum cito auerendi sunt, tum idest deinde, aut insuper: anchora fundabat. i. ad fundum figebat, aut retinebat naues: dente tenaci, qui. sin terram missus erat: & puppes i. posteriores, & altiores partes nauium, curuæ. i. reflexæ: præterxunt. i. cooperiunt, & à conspectu mouent littora: omnis manus i. tota multitudo iuuenum: quia seniores dimissi erant fere in Sicilia: emicat. i. emittitur, cum motu quodam: in. i. ad littus Hesperium. i. Italicum pars. i. iuuenum, quærit semina flammæ. i. scintillas ignis: abstrusa. i. occultas, aut latentes in venis silicis. Lapidis durissimi, vnde ignis excutitur. Pars rapit syluas (appositorie) densa tecla ferarum: & supple pars, monstrat flumina. i. aquas dulcels, & fluenteis, vt fontales: inuenta. f. à se. At. i. sed: Aeneas pius. i. religiosus deorum cultor petit. i. aggreditur arces: quibus Apollo altus præfidet. i. templum Apollinis, qui illic in arce colitur: & secreta. i. penetralia: proclia. femota à vulgo: Sibyllæ. i. virginis, diuinam mentem & consilium scientis, horrendæ. i. cū horrore quodam adiri solitæ appositorie, antrum immane. i. valde magnum, aut horrendum: vnde siue bonum, siue malum, vere prædicitur: nec cuiquam parcitur. Cui. f. Sibyllæ vates: Delius i. Apollo, in Delo natus, qui vatum princeps est: i. spiritum magnam mentem. i. reminiscendi, & disquirendi virtutem: & animum. i. rationem, & audiendi vim: & aperit. i. reuelat futura per mentem, ergo potest: per animum vult: & quia aperit, scit prædicere futura. Et, sup. Aeneas cum comitatu suo subeunt: iam lucos: idest syluas inceduas: Triuiæ: idest Dianæ: atq; tecla aurea. f. Phœbi: quæ illic sunt, vbi est lucus Dianæ: vocat aut Dianam, Triuiam: quæ tres vias, & tota triuina, ac potestates habet. Est enim in celo, luna: in syluis, Diana: & apud inferos, Proserpina: vt dictum est in. iij. Illic tria virginis ora Dianæ.

## P T E R I V S.

Sic fatur lachrymans.) Exit hic locus, vt quæ lachryma varie notetur, de descriptionis in eo nomine ratione aliquid differamus. In Roma, quidē codi. & aliquot alijs, lacrima, & lacrymas passim per i. Latinū, absq; aspiratione vlla scribitur. Qui vero y, in hoc vocabulo volunt, & ἄσπυα opponūt, Græcam dictionem, à qua eodem significato, lachrymæ, ad nos defluerint. Qui Latini i notant, à lacerando dictas contendunt, Latinam vero dictionem agnoscit Cice. & adspirationem ex consuetudine illi accessisse. Antiqui pleriq; codic. neque pauca veterum monumenta, lacrumæ, lacrumare, absq; adspiratione, per v, vocalem vltimam scriptitant: vt illud, Hæc ridenda mihi est hic lacrumandus erit. & Quæ tibi cunq; mei potuerunt pignora amoris Nata dari: populo sunt lacrumante data. neq; nõ illud, Aelius Macer, ante signator trib. lacrumas, Pos. In aliquot: per v quidem scriptū est: sed inter c, & r, nota adspirationis est, ea forma, qua Græci veteres utebatur F, vt in ædibus Marij Maffei Volaterrani Romæ, hospes sta. & lacruma, minime vero crederetur in hoc vocabulo v, scribi solitum, per mutationem Græcæ literæ y, in v, vt in alijs, in clutis cumarum, quod adhuc in codi. aliquot antiquis, y seruat. Sed ex illius ætatis vsu quæ i, mutare in v, mirifice gauisa est vt ex, decimo, maritimo: decumus, maritumus: & familia, q̄ tam in vetustis M. Tullij Ciceronis exemplaribus, q̄ in Liuianis, & Plinianis, & aliorum authorum, per v, notata deprehenduntur. Sed, nostra tempestate adeo inualuit consuetudo, vt lachrymare, per ch, & y, notetur, vt si dei Latino mentionem feceris, ri sui pene omnibus habeatis. Sed sit sane, vt vnusquisq; sua nouerit ire via. ¶ Abstrusa in venis.) Antiqui aliquot codi. obstrusa legunt: sed, abstrusa, receptior lectio.

ÆNEIDOS.

SERVIVS.

**C**Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cælo, Insuetum per iter gelidos enauit ad Arctos, Chalcidicâq; leuis tandem superastit arce. Redditus his primum terris tibi Phoebe sacrauit Remigium alarum, posuitq; immania templa. In foribus, letum Androgeo, tum pendere pœnas Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis Corpora natorum, stat ductis fortibus vna. Contrâ elata mari respondet Cnosia tellus. Hic crudelis amor Tauri, suppositaq; furto Pasiphæ, mistumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus inest, Veneris monumenta nephandæ. Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Magnum reginæ sed enim miseratus amorem Dædalus ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit, Cæca regens filo vestigia. tu quoq; magnam Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes. Bis conatus erat casus effingere in auro, Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates Afforet, atq; vnâ Phœbi, Triuiaq; sacerdos Deiphobe Glauci, satur quæ talia regi, Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit, Nunc grege de intacto septem mactare iuencos Præstiterit, toridem lectas de more bidentes.

Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cælo, Insuetum per iter gelidos enauit ad Arctos, Chalcidicâq; leuis tandem superastit arce. Redditus his primum terris tibi Phoebe sacrauit Remigium alarum, posuitq; immania templa. In foribus, letum Androgeo, tum pendere pœnas Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis Corpora natorum, stat ductis fortibus vna. Contrâ elata mari respondet Cnosia tellus. Hic crudelis amor Tauri, suppositaq; furto Pasiphæ, mistumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus inest, Veneris monumenta nephandæ. Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Magnum reginæ sed enim miseratus amorem Dædalus ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit, Cæca regens filo vestigia. tu quoq; magnam Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes. Bis conatus erat casus effingere in auro, Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates Afforet, atq; vnâ Phœbi, Triuiaq; sacerdos Deiphobe Glauci, satur quæ talia regi, Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit, Nunc grege de intacto septem mactare iuencos Præstiterit, toridem lectas de more bidentes.

Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cælo, Insuetum per iter gelidos enauit ad Arctos, Chalcidicâq; leuis tandem superastit arce. Redditus his primum terris tibi Phoebe sacrauit Remigium alarum, posuitq; immania templa. In foribus, letum Androgeo, tum pendere pœnas Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis Corpora natorum, stat ductis fortibus vna. Contrâ elata mari respondet Cnosia tellus. Hic crudelis amor Tauri, suppositaq; furto Pasiphæ, mistumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus inest, Veneris monumenta nephandæ. Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Magnum reginæ sed enim miseratus amorem Dædalus ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit, Cæca regens filo vestigia. tu quoq; magnam Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes. Bis conatus erat casus effingere in auro, Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates Afforet, atq; vnâ Phœbi, Triuiaq; sacerdos Deiphobe Glauci, satur quæ talia regi, Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit, Nunc grege de intacto septem mactare iuencos Præstiterit, toridem lectas de more bidentes.

Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cælo, Insuetum per iter gelidos enauit ad Arctos, Chalcidicâq; leuis tandem superastit arce. Redditus his primum terris tibi Phoebe sacrauit Remigium alarum, posuitq; immania templa. In foribus, letum Androgeo, tum pendere pœnas Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis Corpora natorum, stat ductis fortibus vna. Contrâ elata mari respondet Cnosia tellus. Hic crudelis amor Tauri, suppositaq; furto Pasiphæ, mistumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus inest, Veneris monumenta nephandæ. Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Magnum reginæ sed enim miseratus amorem Dædalus ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit, Cæca regens filo vestigia. tu quoq; magnam Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes. Bis conatus erat casus effingere in auro, Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates Afforet, atq; vnâ Phœbi, Triuiaq; sacerdos Deiphobe Glauci, satur quæ talia regi, Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit, Nunc grege de intacto septem mactare iuencos Præstiterit, toridem lectas de more bidentes.

picturam respexit. Nam volui in pictura non poterat. Et licet nō sit vrnę stare de pictura ta men bene dictū est. Sed si Stat, horret acceperimus: ꝑ Ductis fortibus) intelligimus de qua ducebantur: vt, Et qua veclus Abas. Nam à passiuo (vt sãpe iam diximus) inueniri non potest participium præfens. ꝑ Elata mari.) Perite situm ex pressit. vt enim Sallustius dicit, Creta altior est qua parte spectat orientem. ꝑ Respodet.) Aspicitur. Nam cōtra Athenas est posita. ꝑ Furto) Adulterio: vt, Vulcani Martisq; dolos, & dulcia furta. Potest & ad Vaccam referri. ꝑ Mixtūq; genus) Secundum veritatem. ꝑ Prolesq; biformis.) Secundum fabulam. ꝑ Veneris monumenta nefandę.) Aut memoria turpissimi coitus: aut vitio Veneris proditæ. Significat autē Minotaurum. ꝑ Inextricabilis error.) Insolubilis, indeprehensibilis. Horatius, Si pugnat extricata densis cerua plagis Si Extricata, est soluta: Inextricata, insoluta sine dubio. ꝑ Reginæ.) Regis filia Ariadnes. ꝑ Opere in tanto.) In foribus affabre factis. ꝑ Bis patriæ cecidere manus.) Quia patriæ. ꝑ Quin protinus omnem.) Owendit plura fuisse q̄; dixit depicta. ꝑ Perlegerent.) Scilicet perituram. Nec incongrue legi picturam dixit: cum Græce ὑπαίνα & pingere dicatur, & scribere. Hoc est quod ait Horatius in arte poetica, Et noua fictaq; nuper habebunt Verba fidem, si Græco fonte cadant parce detorta. ꝑ Præmissus Achates.) κατὰ τὴν σιωπῶν μυσθον, id est taciurnitate intelligimus. ꝑ Deiphobe Glauci.) Subaudi Filia: & est proprium nomen Sibyllę. Multę autem fuerant, vt supra diximus, quas omnes Varro cōmuleret: & requirit à qua sint fata Romana conscripta: & multi sequentes Virgilium, ab hac Cumana dicunt: quę licet longua legatur, non tamen valde congruit eam vsq; ad Tarquini tempora durasse, cui Sibyllinos libros constat oblatos. Ducitur tamen Varro vt Erythram credat scripsisse, quia post incensum Apollinis templū, in quo fuerant apud Erythram insulam, ipsa inuenta sunt carmina. ꝑ Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.) Et supra diximus Apollinem sex mēsis apud Lycios, & sex apud Delon dedisse responsa. Item lectum est deos aliquotiens tm̄ calendis, aliquotiens idibus vaticinari: nōnunq; diei vel prima, vel media, vel postrema parte. Vnde est iure fissus dies. i. nō totus religiosus: quę nunc ostēdit dicens non oportere Æneã religiosam diei partem perdere. i. oraculis cōgruã. Sane sciendum. Poscit lectiōnem esse meliorem. Tempus enim poscit spectacula, nō à spectaculis poscitur. ꝑ Nunc Grege de intacto.) Gregem pro armēto posuit. Nā de iuencis dicturus est, quę per poetiam licentiam sepe cōmunit. Illo pprie posuit, Quinq; greges illi balātum quina redibit Armenta. Intacto autem, indomito: vt, Et intacta totidem ceruice iuencas. ꝑ Lectas de more bidentes.) De more, antiquo, scilicet quę prætermisit: quasi tunc omnibus notum. i. ne habeant eandem aculeatam, ne linguã nigram, ne aurem fissam: per quod docet aliud esse intactū, aliud lectum. ꝑ Bidentes) autē, vt diximus, oues sunt circa bimatum habentes duos dentes eminentiores: quę erant aptę sacrificijs.

ASCENSIVS.

**C**Dædalus, &c.) Quia de more suo, Virgilius, prius loca, q̄; q̄ in eis gesta sint, describere solet. describit etiam nūc tēplum, & eius ornatum, conditum à Dædalo, qui se illuc à Creta recepit, præcepti volatu. i. (vt historię habet) nauigatione remis & velis factis, nam antēnas inuenisse dicitur. vnde poetæ, rē in miraculum traixerunt, dicētes, Dædalum volasse: vnde Iuuenia. Fabrūq; volans. Nam volare, etiam naues dicuntur: sicut & aues, nare: vt alibi latius dicemus. Fuit autē Atheniēses. vnde Iuue. de co. Medus sed nata

sed natus Athenis cuius fabulá Seruius recitat. ¶ Præpetibus pēnis. ) Au. G. l. i. vj. ca. vj. dicit ibi ab Higino reprehēdi, quasi in scite dictum. Nam ppetes (inquit) aues, ab augurio appellantur: quæ aut opportune præuolant, aut idoneas sedes capiunt. Non apte igitur, vsu verbo augurali volatu, nihil ad augurum disciplinam pertinet. Sed Higinius, nimis Hercule ineptus est, quid quid ppetes essent, se scire ratus est. Virgilium autē & Trimaçiū doctum virum ignorasse, qui in. ij. Iliados, victoriam, volucrem præpetem appellauit in hoc versu: dū, Dat vincēti præpes victoria palmam. Cur autē non. Q. quocūq; Annium reprehendit, q in annali. non ut Virgilius pennas Dgedali præpetes, sed longe diuersius inquit, Brundisium pulchro præcinctum præpete portu. Et si vim potius, naturamq; verbi cōsiderasset: neq; id solum quod augures dicerent, inspersisset: veniam prorsus poetis daret similitudine & translatione verborum, non significatione vtrūq; bus. Nam quoniam non ipse tantum aues, q; pperius pvolant, sed etiam loci quos capiunt: quod idonei, felicesq; sunt ppetes, dixit: qm̄ ex locis in qbus periculum metuebat: in loca tutiora pueniat: locos porro ppetes & augures vocat. & Annium in Annalium. j. dixit, Præpetibus hilares sese, pulchrisq; locis dat. Auibus autem ppetibus, contrarias aueis inferas appellari, Nigidius Figulus in libro. j. augurij priuati, Ita dicit, Discrepat dextera finistræ præpetibus inferę, &c. ¶ Androgeo. ) Genitius est Græcus, vt rectē sentit Seruius. ¶ Septena. ) i. septē vtriusq; sexus, vt trahit ex Phœdone Platonis, q hæc est (inquit) illa nauis (vt aiunt Athenienses) in qua Theus, olim bisseptē illos tulit in Cretam, seruauitq; eos, & ipse seruatus est. Minotaurus, humeris tenus (vt dicit Diodo. ) taurus fuit. Cærops, Dyphies dictus, qd pedes serpētinos haberet. Cām furoris Pasiphae, fabulose narrat Seruius, dicit Venus cū Marte dijs expōsi essent omnes di, deq; ( vt dicit Homerus ) pudibundi aufugerunt: præter Mercurium, qui se talia ab opprobrio velle affici. ardidit enim oibus qbus coniungitur. Diodo. dicit, iratum Neptunū in Minoa, quod pulcherrimum taurum mactare solitus, nunc vni pepercerit, cuius amore vxor eius disperijt. Plutar. autem in vita Thesei, dicit, hūc Taurum scribam fuisse, cuius amore capta est Pasiphae. ¶ Sed Ordine explicemus, qui talis est. Dædalus, faber ille subtilissimus, fuigiens ( vt fama est. ) Regna Minoa. i. quibus Minos tunc regnabat, videlicet. Cretensia: ausus credere, i. cōmittere, celo. i. aeri: se pennis præpetibus felicib. & velociter ferentib. enauit ad Arctos & Ipolium Arcticum, respectu Græciæ: gelidas. i. vicinas, gelidæ zonę Septentrionalis. i. per iter isuetum, scilicet ipsi, & cæteris hominib. hoc est per aerem: & ipse leuis. i. velox: superastitit arce Chalcidica. i. Chalcidēsib. extructa, hoc est super templum Apollinis: sed more suo dat præpositionem super, ablatiuum: sicut, Fronte super viridi. & Gemina super arbore fidunt. & ipse redditus quasi debito elemento (vnde dictus est, ausus se credere. i. cōmittere celo, quasi alieno: reddimur autē proprie nostris. vnde Horat. Nauis quæ tibi creditum debes, Virgilium finibus Atticis redas Incolumen precor) primum his terris. i. in quibus Euboici, seu Chalcidenses, Apollini arcem extruxerunt, hoc est apud Cumar. O Phœbe. i. Apollo, sacrauit tibi remigium alar, quasi non amplius volaturus: sed quia reciproca est translatio de nauibus ad alas, dicimus enim aues nare, quod nauium est: & naues volare, quod auium est. cōiunxit, dicens, remigium. i. remigationē, q nauium est: quia, reuera, nauib. aufugisse dicitur: & alarum, quæ auium volantiū sunt: nam fabulose volasse dicitur. Potest etiam id eo sacrasse Phœbo, quia id est sol, cuius calore alæ eius soluta non sunt: vt, Icare nimis altæ volantis, sacrauit ergo Phœbe, tibi remigium alarū. i. alas, quib. nauerat. i. volauerat: aut remigium alarū. i. velop, & antennar, quib. quasi auolauerat, vt volucres alis: & posuit templa immania. i. valde magna, aut horrenda: & sup. posuit. sin statuis & cælaturis, lethum. i. mortem Androgeo Latine Androgei. i. filij Minois, ab Atheniēsib. occisi: tum. i. deinde: Cæropidæ. i. Atheniēs: iussu, sup. sunt: pendere. i. persolueret quotannis. i. singulis annis: septena. i. vtriusq; sexus septē, hoc est quatuordecim, corpora nato. i. liberorum, tam masculor, q; femellarū: ( miserū, pro miserorū, hoc est miseratione dignorū ) vna stat. i. efficta est stare: sortib. ductis, id est postq; sortes essent ductæ ab Atheniēsib. vt scirent, qui deberent ad Minotaurum in Cretam mitti, vt ab eo deuoretur: nam id sorte fiebat, vnde & Theus missus est, qvis regis filius: quia vero non potuit sculpi, nec cælari, vt vna ducatur. i. moueat: bene dicit eā stare ductis sortib. tellus Gnōsia. i. Cretēsis: à parte totū accipiendo: elata mari. i. super mare: quia altior videtur: respondet contra. i. aduēta regione, quam ad eam tendebant Atheniēs respon-

det (inquit Ser. ) i. aspicit: crudelis amor, id est sculptura crudeliter amantis. & Pasiphae, filia solis, & vxor Minois: supposita, id est submissa: vt coiret furto. i. clanculum: arte Dgedali, qui eam in ligneam vaccam inclusit: & Minotaurus. i. mōstrum, partim homo: & partim taurus: quia ex tauro cōceptum: proles biformis, id est mixtæ formæ, scilicet humanæ, cum taurina: inest hic. i. in hac ciuitate Cretensi, videlicet in Gnōso, regia Minois: Minotaurus, inquit, appositorie, monumenta. i. testimonia: Veneris. i. coitus: nephandæ. i. detestabilis & abominabilis: quia mulieris cum tauro: posset etiam referri ad fabulam, quam Ser. recitat, de irata Venere in stirpem Solis. Ille. i. notissimus labor. i. laboriosus exitus, domus, scilicet Labyrinthi, inest hic: & error inextricabilis. i. cuius trigē. i. implicates, tricatur similes, explicari nequeunt, nisi cum summa difficultate. Sed enim. i. sed certe: licet inextricabilis sit alijs: Dædalus ipse. i. artifex, & extructor: miseratus. i. miracorditer respiciens magnum amorem reginæ. i. Ariadnes regis filia, Thesea misere amatis: resoluūt. expediuit, nodos & ambages. i. dubios meatus: tecti. i. Labyrinthi: regens, id est dirigens: filo. i. in glomere implicito: vestigia cæca, id est incerta alioqui: & o Icare filii. i. Dædali: tu haberes. i. habuisses: quocūq; .i. etiam, magnam partem in tanto opere, quantum. i. fecit in forib. fi, sup. dolor, sine re. i. fuisset, hoc est permisisset: ipse Dædalus conatus est bis esse igere casus. i. ruinam Icare, seu præcipitium: in auro est cælatura aurea: manus patriæ. i. Dædali patris, cecidere. i. ceciderunt bis: quia præ pietate paterna, effingere non potuit: quin. i. quinimo: Aneas, supp. &, qui cum eo erant, perlegerent. i. oculis protinus. i. statim: vel protenus. i. porro tenus. i. late omnia ( sic enim antiqua & vera est lectio ) .i. omnem picturam, aut sculpturam, seu cælaturam ni, id est nisi: Achates, vir ille fidus, Aeneas: premisus, i. ad indagandam Sibyllam: sacerdotem templi afforet. i. adesset, aut adueniret: aut nisi sacerdos Phœbi. i. Apollinis: & Triuia. i. Dianæ. f. Diphob: Glauci. f. filia: afforet, supple vna. i. pariter, & simul, cū Achate, quæ. f. sacerdos: futur regi. i. ad regem. f. Aeneam, talia, hoc tempus non poscit ista. q. d. inania, & regē indigna spectacula. i. non est nunc tempus huiusmodi spectandi: quia prestiterit. i. melius fuerit, nunc mactare. i. sacrificare septem iuencos de grege intacto. i. de ijs qui nunq; iugum traxerunt: & totidem bidentes. i. oues bienneis: lectas de more. i. secundum ritum sacrificantium.

## P T E R I V S.

¶ Ut fama est. ) Antiqui pleriq; codic. est, non habent. Sed absq; eo verbo, versum nimum elanguescere videretur. ¶ In foribus lethum Androgeo. ) Quâuis Priscianus, & Seruius, in Androgeo, Atticum agnoscant idioma: in veterib. tamē pleriq; cod. Androgei, Latino idiōmate scriptum obseruauit. Quam lectionem improbat Probus, ne nouam hanc quis putet questionem, euenisse q; id ob Græcę declinationis, qua Virgili. vsus fuerit, ignorantiam dicit. Citat etiam Carisius locum hunc, vbi genitiuum, Androgeo, facere ostēdit, ex nominatiuo q; sit Androgeo, de quo ij. lib. plura diximus. ¶ Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes. ) In antiquis aliquot duo illa verba, Icare haberes, de siderantur tetrametro dactylico codicibus tantū adnotato, parte opere in tanto sineret dolor. Sed siue Virgilius, siue alius quispiam versum absoluerit, nihil mihi videtur eo sine dici potuisse adcommodatius. ¶ Quin protinus omnem Perlegerent oculis. ) In veteribus nonnullis exemplarib. omnē, omnino scriptum animaduerti. Et quia, picturā perlegeret, Seruius exponit, putarunt multi, omnē, ita positum, vt picturā, subintelligeretur: quæ quidem durities à Virgiliana phrafi, à facilitate, candoreq; ipso plurimum aliena est. Sane vero Macrobius & Priscianus, & pleriq; alij, omnia, castiore lectionē agnoscent: proq; dactylico carmine locum citant, neque opus vt qui subséquitur versus à vocali inci piat, vt fiat hypermetri synalēpha. Nam & eiusmodi rationis versus, alibi etiam reperiuntur, vt in Bucoli. Nec tantum Rhodope mirantur & Ismarus Orphea. neque non illud, Atria dependent Lychni laquearibus aureis. Quod si quis dactylicum non admittat, saltem sine finē ex tam breuib. duabus vltimis, in dictione, omnia, syllabis nō reiciat, quæ quidem tam exiles, tamq; tenues sunt, vt vix pro vna longa sufficiant. At veteres pleriq; codices, partim, omne, vna minus litera: partim, omnes, legūt: ac, omne, quidē in Romano est, quia veriti sunt librarij dactylum in sine ponere, genus tamē mutare non ausi sunt. Qui vero omnes scribere maluērūt, subintelligi, duces heroas, aut viros ibi pictos voluere. Sed plures apud me fuerit Macrobij & Prisciani autoritas q; eorum coniectura, qui videret, quas præ se ferunt numeri, figuræq; huiusmodi admittere veretur. Quod autem pertinet ad Seruium

Seruium, tametsi exposuit ille. Perlegerent. s. p̄cturam, non hoc ostendit, omnem p̄cturam, legendum esse, quom Serui. immo retur in eo, vt verbum, perlegerent, non alienum ostendat a verbo γράφω, quod & scribere, & pingere significat. Quantū vero pertinet ad verbum, Perlegerent, Terē. Scaurus (vbi de geminandis liquidis in compositione: si verbum sequēs ab aliqua eorum incipiat, p̄cepta tradit) Virgilij locum hūc citat, apud quē Pelligerēt, scriptum asserat, relictumq; ita ab autore ipso, eosq; improbat qui, Perlegerent, per r, vt vulgata nunc habent exemplaria, legant: dicendumq; ait, Pelligo: vt, alligo, & colligo, put etiam omnes antiqui (vt ait ille) dicere consueverunt. Ad hęc Velius Longus, per, p̄positionē, omnibus integram p̄coni dicit: nisi quom incidit in l, literam, tunc enim elegantioris sermōnis viri, eam (ait) geminare malūt, q̄, r literam exprimere. Hinc, Pellabor,

## SERVIVS.

Euβοiçæ rupis latus.) Hoc est montis Cumani, quem Euboici habitauerunt. Est autem Acyrologia Colonia enī ep̄theton rei dedit immobili. ¶ In antrum.) In similitudinē antri, vt Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum. ¶ Quō lati ducūt aditus centum. Nō sine causa & aditus dixit & ostia. Nā Vitruuius q de architectonica scripsit, ait, cum ab aliquo arcemur ingressū, id ostiū dici, ab obstando: cum ingredimur, aditum ab adēdū. ¶ Ostia centū.) Finitus numerus pro infinito: licet possit & rationabiliter dictū esse. Respōsa enim Sibyllæ in hoc loco plus minus centū sermōnum sunt. Inueniuntur tamē Apollinis etologia, & viginti quinq; & trium sermōnum. Vnde & melius est finitum pro infinito accipi. ¶ Totidē voces.) Ac si diceret tot sermōnes. ¶ Deus ecce deus.) Vicinitate templi iam affata est numine. Nā furentis verba sunt deum vel le ostendere, qui ipsi tantū videtur. Sane cauti esse debemus quādo plena sit numine, & quando deum deponat. De Miseno enim post vaticinationem dictura est. ¶ Non color vnus.) Idem Lucas, Stat nuncq; facies. ¶ Cōptæ comæ.) Ante hac. f. Nā p̄pter sacra resolutę sunt: vt, Vittasq; resoluūt sacri capitis. ¶ Maiorq; videri.) Videbat, sicut solebat in vaticinatione apparere p̄ numinis p̄sentiā: quod humanis illudebat aspectibus. Vnde ait, Maiorq; videri. Nō. n. re vera erat. ¶ Nec mortale sonans.) Alia. n. vox numinū est: vt, Nec vox hoīem sonat. Itē, vocifer sonus, vel gressus euntis. ¶ Affata est numine.) Non dū deo plena: sed affata vicinitate numinis. ¶ Quādo siq̄dē: nā coniunctio est, nō aduerbiū. ¶ Cessas in vota.) Tardus es ad vota faciēda. Nā si dixerit Cessas in votis: hoc significat, tardūs es dum vota facis. Aliud est cessas in illam rem, aliud cessas in illa restardus es ad faciēdam rem, & tardus es in faciēda re. Figure autem dixit cessas circa mittēda vota numinibus. ¶ Tros.) Principale pro deriuatiuo, pro Troius. ¶ Ante dehiscēt.) Trahit hoc de matris deum templo: quod non manu, sed precibus aperiebatur. ¶ Attonitę.) Stupendę, non stupentis. Ergo Attonitę, facientis attonitos: vt, Mors pallida, Tristis senectūs. ¶ Ora domus.) Quia supra ait, Vnde ruunt totidem voces respōsa Sibyllæ. ¶ Per dura cucurrit ossa tremor.) Religionis est & diuinę & reuerentię. Alibi, Ipse manum multo suspensum numine ducit. ¶ Pectore ab imo.) A mentis ítimo, nec immerito: nā illa re diuinitas scēditur, quæ est nobis cum diuinitate cōmunis, id est sensui.

## ASCENSIVS.

Talibus affata, &c.) Postq; Sibylla (inquit) admonuerat Troianos sacrificare, vt respōsa habeat, statim paruerūt: nisq; in templum ductis extemplo est virgo possessa deo, qui eam supra se reptam, sacro quodam, ac propheticō furore vexauit: ita vt nō humana ratio, nec providentiā, sed diuinā, quæ dictura est, enuncia re, credatur: quomodo si prophana sacris cōferre liceat, legimus Saulem, Iudęorum regem primum, aliosq; multos inuitos, p̄phetasse, & spiritu p̄pheticō raptos. Sed ne multis moliar. ¶ Ordo est, Sibylla affata, sup. ē Æneā talibus. s. verbis: nec viri. f. Troiani;

Pellabor, malunt dicere, q̄ Perlabor. Aduerte vero In exemplis citandis Velii cod. corruptos esse, de iis loquor, qui in manus nostras deuenere. Sed quancūq; ita grammatici legendum tradant, nullum tamen adhuc antiquum codicem inueni, in quo non scriptum sit, Perlegerent, p̄positione incolumi. Ita plerūq; adligo, & colligo: atas vero nostra maiorem grammaticis, q̄ antiquis scriptionibus fidem adhibet: & tamen Scauri nullus adhuc (quod sciam) sententiā esse sequutus. ¶ Deiphobe Glauci.) Innumeros pene codices inuenias, in quibus inemendate, Deiphobe: vel Deiphebe, scriptum sit. Sed enim casta lectio, Διφώβη, Deiphobe: vt etiam Διφώβω, inferius: quod sere passim in codicibus antiquis, librorum inscīa, Deiphobus, scriptū habet. ¶ Non hoc ista sibi tempus spectacula poscūt.) In Roma. cod. poscunt, numero multitudinis est, vt tempus sit appositum, quippe quod alij in negotio sit impendendum.

iani: morant. i. differunt: sacra i. sacrificia: iussa. i. offerri. i. q̄ ipse iussi erāt offerre. f. septē iuucos intactos, & totidē bidētes lectas: & sacerdos. f. Sibylla: vocat Teucros in alta tépla. f. Apollinis, quæ erāt illic i. arce: quo. i. ad q̄: centū lati aditus. i. accessus: & cetū ostia. i. valuę. que. f. aditus itercludūt (Nā ab obstando, ostiū, dictū volunt: nec semp̄ patuerunt ostia, imo nō nisi precibus referant, vnde paulo inferius, Neq; enim ante dehiscēt Attonitę magna ora domus, & c. sūt ergo ostia, dū obstat: aditus, vbi referantur, vel, aditus, sunt vię vsq; ad ostia: nam apertis ostijs, nō fit aditus, sed introitus, quoq; intro centū aditus, & cetū ostia, q̄ aditus claudunt, dicit. i. dicit gunt, adire volentes: nā lingu-

lis aditibus ad ostiū peruenitur, quo claudunt: vnde. i. e. quibus ostijs, vbi referata sunt: totidem. i. etiā centū voces (quia per singula singulæ) appositorie: resposia. i. oracula: & diuinationes Sibyllę. i. per Sibyllam, p̄nunciata: ruunt. i. p̄cipitanter eduntur. Ventū erat. f. ab oibus: Ænea, videlicet Teucris reliquis, & Sibylla: ad limen. f. tépli, sup. iam, quū. i. quādo: virgo. f. Sibylla incorrupta (nā a casitate, nunc virgo dicitur: nō a viridi ætate, quom sit lōgva sacerdos. Donū autē vaticinii, virginibus. datum attestatur poetę.) ait tempus, sup. est, poscere (more græco p̄ eo quod est, poscendi) fata. i. oracula, que fata enunciat, aut que sando accipiuntur: ecce. q. d. subito adest: aut inuadit me: deus, iquit, deus. f. Apollo, interpret fatoz. Cui. f. Sibyllę: fanti. i. dicenti talia, ante fores. i. valuas, aut ostia tépli, vultus nō mansit, sup. vnus, & color nō mansit vnus. i. idē & vniformis: & comæ. i. capilli, prius compti, nō manere cōptæ: sed pectus anhelum. i. anhelans frequerē, & corda fera. i. effera, & rapta sacro furore: tumēt. i. inflatur, rabie. f. sacra & p̄phetica: & sup. cœpit, videri maior. f. q̄ erat propter ígressum numinis: nec sonas. i. sono ídicans: mortale. i. rē mortale, aut mortaliter. (Sed q̄ dixit in. j. Nec vox hoīem sonat potius dixero figurate accusatiuū esse, q̄ nomen p̄ aduerbio positū. Verba enim absolute ad sensum pertinētia, figurate cū ac cusatiuis cōstruuntur: vt, sapit acore, aut prudentiā: redolet vetustatē; sonat mortalitatē, & c.) quū. i. quandoquidem: ipsa est affata iam numine dei. f. Apollinis: propiore. i. viciniore, hoc est valde vicino mēti, & p̄cordis eius: & ait, o Ænea, Tros. i. Troiane: quasi alter Tros. i. rex Troianoz: cessas in vota. i. negligēs ne es, ad faciēda vota, precesq;: q. d. si id facis, nō recte lapis: enim, pro q̄: neq; magna. i. horrenda: aut, reuera, magna ora. i. ostia & introitus domus attonitę. i. attonitos facietis, dehiscēt. i. aperientur (sp̄te tibi: ante. i. priusq; sup. vota, & preces feceris, & ipsa fata talia cōticuit. f. quia non permittebatur plura loqui, priusq; vota fecerint, precesq; fuderint Teucris: tremor gelidus. i. gelidos faciens, cucurrit Teucris, per ossa dura. i. ad medullas vsq;: & rex, qui non obstupuit, sed remedium quaesit: fudit preces ab imo pectore. i. ex intimo corde, dicens. f. vt sequitur.

## PIERTVS.

Cuditq; preces rex.) In antiquis pene omnibus exēplaribus fundit, p̄senti tempore, scriptum est.

## SERVIVS.

Phoebe graues Troiæ semp  
miserate labores.) Secundum  
Horne. qui eū dicit semp Troi-  
æ ppugnatorē fuisse. & bene  
Miserate, q̄ Troia defendi nō  
potuit. Ideo nō dixit qui de-  
fēdisti: sed miseratus es. ¶ Dar-  
dana qui Paridis.) Achilles à  
matre tinctus in Stygem palu-  
dem toto corpore inuulnera-  
bilis fuit, excepta parte qua tē-  
tus est manu matris: q̄ cū ama-  
tā Polyxenam, vt in tēplo ac-  
ciperet, statuisset: infidijs Pari-  
dis post simulacrū latentis oc-  
cisus est. Vnde & fingitur quod  
tenente Apolline, Pari direxit,  
tela: & bene direxit quasi ad  
solum vulnerabilem locum.  
Dardana autem ideo, vt non  
adultero, sed genti præstitisse  
videatur. ¶ Tela manusq̄.) Vel  
q̄ aliud sine alio esse nō pōt.  
Vel hoc dicit, Et arte per tela,  
vt nosset qd feriret: & virtutē  
per manus dedisti, vt eius vo-  
ta compleret. ¶ Magnas obeū-  
tia terras Tot maria intraui.) Terras cingentia. Oceanus quidem  
ambit omnes terras: & licet iste per ea maria nauigauerit, quæ  
terris cinguntur: tamē non dixit proprie, cum de Oceano ista na-  
scuntur. ¶ Tot maria.) Dicendo Maria, partem eum maris nauig-  
asse significat, non totum mare. Mare enim elementum est totū.  
Maria vero, partes maris: sicut terræ, partes sunt: terra vero to-  
tum elementum. ¶ Penitusq̄; repostas.) Longe remotas, auias.  
¶ Massylum gentes.) Massyli sunt Mauri. Vnde speciem progre-  
nere posuit. Nam Aeneas ad Africā venit: cuius partē constat esse  
Massyliā. Mediterranea enim est pars Mauritanie. Vnde à parte  
totū accipere debemus. ¶ Prætetaq̄; Syrtibus arua.) Circumfusa.  
Incerta enim sunt illic maria & terræ. Vnde Lucanus, Æquora  
facta vadis, abruptaq̄; terra pfundo. ¶ Prendimus.) Quippe fu-  
giētē Italiā. ¶ Hac troiana tenus.) Id est hætenus, hucusq̄. i. hic  
sit finis. Nam Tenus proprie est extrema pars arcus, vt Plautus  
ostēdit. Vnde tractū est vt hætenus, hucusq̄ significet. ¶ Troia  
na fortuna.) A piudicio. i. mala & dicit iniquū esse vt Troianam  
fortunam pantiantur in Italia. ¶ Fas est parcere genti.) Quia se vi-  
tam fatetur. ¶ Quibus obstitit Ilium, Ganymedes enim Hebæ  
oblit: Paris Mineruæ, & Iunoni. Cur autem cum dixerit Diiq̄;  
deq̄; dearum tantū reperimus exēpla: nō mirū est. cū supra di-  
xerimus ἀπονοβηλδσ esse oēs deos. Possumus ergo per vnā re-  
vtrūq̄; intelligere, licet dicatur etiam Neptuno obfuisse Troia ex  
denegatione mercedū. Nouimus p̄terea eē morē poeticū, vt dua-  
bus p̄positis rebus vni rōdeant: vt, Nautaq̄; tū stellis numeros &  
noia fecit Pleiadas, Hyadas, clarāq̄; Lycaonis Arcton. Nā sup̄er  
so numero dixit noia. ¶ Præscia vēturi.) Absolutū est, rerum ven-  
turarū. ¶ Da.) Dic. vt, Qui sit, da Tityre nobis. Vnde est contra. Ac-  
cipe nūc Danaum infidijs. Nō. n. p̄stare aliqd poterat, sed indica-  
re futura. ¶ Nō indebita posco Regna meis fatis.) Deest si. Est au-  
tē ἀπονοβηλδσ. i. longissimum hyperbaton, Phoebe, & Vos dii deaq̄;  
tuq̄; o vates da. i. dic Latio Teucros cōsidere, si non posco regna  
meis fatis indebita. Dic at cōsistere. i. vtrū possimus cōsidere. Et ve-  
recūde dictum est indebita nō posco, cū certū cōsset regna debe-  
ri. ¶ Errantesq̄; deos.) vt Diis sedem exiguum patris. ¶ Agitataq̄;  
numina Troiæ. Aut necum vexata: aut certe εὐαεα dicit simula-  
cra breuia quæ portabantur in lecticis, & ab ipsis mota infunde-  
bant vaticinationem: qd fuit apud Ægyptios & carthaginenses.  
¶ Tum Phoebo, & Triuiæ.) Vt solet, miscet historiam. Nam hoc  
templum in palatio ab Augusto ifactum est: sed quia Augustus  
coheret Iulo, qui ab Aenea originē ducit, vult Augustulum paren-  
tum vota soluisse. ¶ Festosq̄; dies de noie Phœbi.) Ludos Apol-  
linares, qui secundum quosdā bello punico secūdo instituti sunt:  
secundū alios tēpore Sillano ex responso Martioꝝ fratrū, quoz  
extabāt Sibyllina responsa. ¶ Te quoque magna manent nostris  
penetralia regnis.) Id est coleris vt numen. Manent autem expe-  
diant. ¶ Penetralia.) Secreta tēplorum. ¶ Tuas sortes.) Sibyllina  
responsa: quæ (vt supra diximus) incertū est cuius Sibyllæ fue-  
rint:

Phoebe graues Troiæ semper miserate labores, ÆN.  
Dardana qui paridis direxti tela, manusq̄;  
Corpus in Æacidæ, magnas obeuntia terras  
Tot maria intraui duce te, penitusq̄; repostas  
Massylum genteis, prætetaq̄; Syrtibus arua,  
Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.  
Hac Troiana tenus fuerit fortuna sequuta.  
Vos quoq̄; Pergameæ iam fas est parcere genti,  
Diiq̄; deaq̄; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens  
Gloria Dardaniæ, tuq̄; o sanctissima vates  
Præscia venturi, da (non indebita posco  
Regna meis fatis) Latio confidere Teucros,  
Errantesq̄; deos, agitataq̄; numina Troiæ.  
Tum Phoebo, & Triuiæ solido de marmore templa  
Instituam, festosq̄; dies de nomine Phœbi.  
Te quoq̄; magna manent regnis penetralia nostris.  
Hic ego nanq̄; tuas sorteis, arcanaq̄; fata  
Dicta meæ genti ponam, lectosq̄; sacrabo  
Alma viros, foliis tantum ne carmina manda,  
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis,  
Ipsa canas, oro, ¶ Finem dedit ore loquendi.

POE.

merus. Nam sexaginta fuerunt, sed remansit in his quindecim vi-  
roz vocabulum. ¶ Folij tantū ne carmina manda.) Vt Varro di-  
cit in folijs palmæ iterdū notis, interdū scribebāt sermonibus: vt  
diximus supra. ¶ Ipsa.) Pro tu. & posuit p̄nomē eius personę de  
qua loquitur, pro illius cū qua loquitur. est autē Græcum. nam di-  
cunt ἐὺ ἀὐτὴν ἠπεί. i. tu dic, ¶ Finē dedit ore loquēdi. Hoc est desin-  
nit ei vt ore loqueretur, nec in folijs scriberet.

## ASCENSIVS.

Phoebe graues Troiæ.) In hac oratione captat Aeneas be-  
niuolentiam Phœbi, significans se memorem beneficiorum ac-  
ceptorum: qui enim se gratum ostendit in acceptis, dignum fa-  
cit in accipiendis. Simul quoque, vt admonuerat Sibylla, vo-  
ta facit. In quibus, vt in alijs multis, ad Romanam historiam  
facit præludium. Nam anus peregrina, siue hospita, atque inco-  
gnita, Tarquinium regem adiit nouem libros afferens, in qui-  
bus diuina Romanorum oracula afferbat, eosq̄; venales exhi-  
buit, trecentos philippeos aureos pro eis postulans: quam  
rem, multo risu excepit, rex, quasi delira, vltra iustum præ-  
tium nimium exposulasset: sed illa spreta, tres eorum igni ab-  
sumpsit. deinde, de sex reliquis idem pretium expostulans, ite-  
demq̄; derisa idem effecit. Tertio vero, pro tribus reliquis, idem  
pretium postulans accepit, admirante videlicet rege mulieris cō-  
stantiam, & facti nouitatem: vnde non nihil mysterij in libris (v-  
spicatus, eos excuti iussit, abeunte quæ nunquam deide visa est  
anus, sed Sibylla æstimata: inq̄; illis reperta sunt Romanorum  
fata, atque ita summa religione, atque obseruantia culti sunt à  
Romanis, & ad eos quasi ad oraculum, quindecim viri adire so-  
lebant, vt Ser. recitat: & Cice. in. j. epist. ad Lentulum satis indi-  
cat. Sed ne multis lectorem immorer. ¶ Ordo est. O Phœbe,  
scilicet Apollo: semper miserate, id est qui semper miseratus es,  
graues labores Troiæ (quod fingitur, aut propter causam sequē-  
tem, aut quia Phœbus, Apollo, & sol idem est: quo lucente,  
Troia capi non potuit: sed noctu qui direxti, id est direxisti (per  
syncopam: sed sunt qui velint, subitum teli adorsum depictum)  
tela Dardana Paridis, id est Dardane Paridis (sed sunt qui po-  
tius, tela Dardana, pro eo quod est Dardanea, dixisse censent: q̄;  
Dardane Paridis: eo quod non causam Paridis adulteri: sed Dar-  
danię sibi charg tutari voluerit) & manus Paridis in corpus Æa-  
cidæ, id est Achilles, nepotis Æaci. (direxit autem, quia precipue  
in illis locis vulneravit Achillem, in quibus vulnerabilis erat in  
calcaneis, scilicet pedum, quibus Thetis, mater eius, dum etum in  
Styge intingeret, tenuerat: & ita quoniam Stygiis aquis non im-  
buerat, nec munierat in illis, duntaxat vulnerabilis erat: quod  
conqueritur apud Statium in Achilleide.) ego intraui te duce,  
id est ducente, aut ductu tuo (Et ita à generali beneficio, ad pro-  
prium sibi, videlicet impensum, descendit) tot maria obeuntia,  
id est circumdantia: magnas terras, id est insulas, & continentes: &  
gentes Massylum, pro Massylorum, qui sunt in Aphrica (& ha-  
bet

bet secundam longam: nam Massylis, secunda breui, in prouincia Galliae sunt) repostas: i. repostas: & a caeteris seclusas, vt res quibus vti nolumus, penitus. i. omnino, hoc est extremos populos Massylorum: & arua praetenta Syrtibus (a praetendor, no a praeteneor): id est in conspectu Syrtium extenta; nos prendimus. i. arripimus iam tandem, oras. i. extremas regiones Italiae; fugientes. i. more fugientes, quum propior esset prehendi nequeuntis. Fortuna Troiana. i. inimica & aduersa, qualis Troiani experti sunt, fuerit (concessiuus est modus. i. concedendo, vt fuerit) sequuta. i. persequuta nos haecenus. (Est enim tmemis, nec dicef. tmemis.) i. ad hoc vsq; tempus, & ad hunc vsq; locum, nec amplius. (Posset etiam dici, fortuna fuerit sequuta, id est persequuta haecenus, Troiana, id est res Troianas.) Phas est, o dii, & deae omnes, quibus Ilium i. arx praecipua in Troia: & ingens gloria Dardanidae: obstitit. i. contra voluntatem stetit, hoc est quae voluistis Ilium deleri, & gloriam eius: vnde paulo inferius, Nimum Romana propago vifsa potens superis. & est egregia Troiae laus, quasi deos, deasq; ad aemulationem & inuidiam concitauerit: quod eius gloria, deorum gloriam offuscaret. fas est, inquam, vos parcere genti Pergamae. i. Troiae: & tu o sanctissima vates, scilicet Sibylla, praescia venturi. i. quae praescis venturum, aut quod veturum est: da i. dic, & designa meis fatis. i. secundum caetera oracula mihi data: regna si ego non posco indebita: scit enim sibi regnum deberi, & praecipue Iulo: & da. i. concede, oraculorum reuelatione, Teucros considerare. i. sedem capere, & habitationem: Latio. i. in Italia: vbi Saturnus latuit: & deos errantes. i. nobiscum profugos: & numina Troiae agitata. i. profugata: considerare Latio. Ego. s. per eos, qui de me orituri sunt, consituum: tum. s. postquam, regnum facile constitutum fuerit Phoebo & Triuii. i. in honorem Apollinis & Dianae templa de marmore solido. i. aut non admixto alio lapide, aut non fracto: & istituum dies seculos. i. saeculares, seu Apollinares ludos: de nomine Phoebi. i. Apollinis: & magna penetralia. i. sacra: manent. i. certissime futura expectent: quoq; .i. etiam te. i. libros tuos: in nostris regnis (quod postea effectum docet Seruius, Notumq; est Augustum eodem Apollini sacrum hoc est, vt Persius dicit, sacra vatum instituisse: nec vitiosum est, quod tanto ante id vouerit Aeneas: quia id facit admonente Sibylla, quae dixerat, Cessas in vota, precesq; eius aut ad monitione sciuit se nihil in vanum votur: atq; ita licet secundum veritatem: ideo id vouisse dicatur, quia postea factum est: tamen secundum fictionem poetica, potest postea factum esse ab his qui Sibyllinis libris sacra extruxerunt, quia prius Aeneas futurum vouerat: quod quia reprobari non satis euidenter potest, fati est poetes.) Namq; pro quia: ego ponam

SERVIUS.

(Nondum patiens.) Quae nondum posset implere oraculorum sermones. aut dum vacat: & est ipatiens. Phoebi bacchatur vates) Bene bacchatur. i. deus est Apollo qui Liber pater, q Sol. Vnde ait Lucanus, Cui numine misto Delphica Thebana referunt trieterica Bacche. Vnde in eorum sacris erat Phoebadum Baccharum cotientus. Excussisse deum. Excuti pprie de egs dicimus. qd ideo traxit, quia Phoebus. i. Sol) equis vititur. Et nunc Sibylla quasi equum: Apollinē, quasi equitē iducit: & in ea pmanens translatione, excussisse ait, vt Excussus Acco teus. Itē, Fera corda domans: quod est equorum ppriū, frenos pati & stimulos. Vt, Ea frena furenti Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo. Qd aut dicit, Magnum deum, non vera ait: sed retulit ad effectum colentis, vt, Summe deū cuius sancti foractis Apollo. Vnicuiq; enim deus quem colit, magnus videtur. Excussisse deum.) Pro excutere: tempus pro tempore. Est aut Attica figura, qua nos vti non conuenit, qd hac licet vtuntur poetae. Fingitq; premendo.) Componit: vt, Et corpora

At Phoebi nondum patiens immanis in antro  
Bacchatur vates; magnum si pectore possit  
Excussisse deum, tanto magis ille fatigat,  
Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.  
Ostia iamq; domus patuere ingentia centum  
Sponte sua, vatisq; serunt responsa per auras.  
Tandem magnis pelagi defuncte periclis, SIBYL,  
Sed terra grauiora manent. in regna Lanini  
Dardanidae venient (mitte hanc de pectore curam)  
Sed non, & venisse volent. bella horrida, bella,  
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.  
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra  
Defuerint. alius Latio iam partus Achilles,  
Natus & ipse dea, nec Teucris addita luno  
Vsq; quam aberit, quum tu supplex in rebus egenis,  
Quas gentes Italum, aut quas non oraueris vrbes;  
Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,  
Externiq; iterum thalami.  
Tu ne cede malis, sed contraudentior ito,  
Quam tua te fortuna sinet, via prima salutis,  
(Quod minime reris) Gratia pandetur ab vrbe,

nam. i. consecrabo & referuabo, hoc est nepotes mei id faciet: hic i. in regnis meis: sortes. s. tuas, hoc est libros in quibus continentur sortes. i. responsa deorum vnde Horatius, Dicet per carmina sortes, & c. & fata arcana. i. secreta, retinenda cum magna religione & obseruantia: dicta. i. vticinata: meae genti. i. ei quae meis subdetur: & o alma. i. alitrix, & auctrix imperij, & rerum mearum: ego sacro tibi, viros lectos. i. delectos, ad hoc munus. s. quidem viros: tantum. i. tantummodo: ne manda. i. ne commendes, seu committas: nomina. i. notas & characteras, hoc est scripta tua folijs, hoc est si hoc solum beneficium nobis feceris, q loquaris: & non in folijs scriperis: de qua re videndum est in. iij. huius, in oratione Heleni ad Aeneam: ne ipsa. s. folia, & nomina in eis scripta, volent ventis rapidis. i. per ventos rapidos: commota existitia ludibria. i. vt res ludibrio habitae: aut consulentes ludibrio habentes: vnde dictum est, Inconsulti abeunt, se demq; odere Sibylle. Ego oro, vt sup. ipsa. i. tute: canas. i. ore edas oracula, & non folijs notis in folijs palmarum descriptis. Et, sup. Aeneas hoc dixit, dedit finem loquendi. i. definiuit, & significauit eam loqui ore, & non scriptis, aut sic, dedit ore. i. significauit ore suo, finem loquendi. i. quod iam faceret finem loquedi, vt ipsa subsequeretur. vterque modus saluari potest: sed prior, quia autoritate Seruiana fulcitur, tutior est.

PIERIVS.

(Penitusq; repostas Massylum gentis.) In cod. anti. legere est poenisq; repostas: hoc est, ad poenos vsq; eloquutione insolita, qre longe melius penitus: vt illud, Et penitus toto diuisos orbe Britanos. Vos quoq; Pergamae ia fas est parcere genti.) In codicibus aliquot antiq; parcite, legitur, deponendi forma, quod forte non displiceat: quaquam, parcere, infinitiuum sonat elegantius. Quibus obstitit Ilium, & ingens Gloria Dardanice. Veteres pleriq; codi. Ilium ingens, legitur: vt Ouidianum illud, Ilium & Tenedos. Sed enim magis Virgilianum est, Ilium & ingens. Legere, gratiore numero, & sententia dilucidiore. Latio considerare Teucros.) In Ro. codi. consistere legitur, & in. j. Aeneidos, eandem huius verbi varietatem ostendimus, eo loco, Vultis & his verbis pariter considerare regnis. Nam aliquot exemplaria ibi etiam, consistere, legunt. Sed enim, considerare: omnino magis placet etudius viris. Solido de marmore templa Instituar. In Romano codice, templum Constitua, legitur. In Logobardico, templū, quidem est. Sed, Institua, verbum: vt etiam ad festos dies adcommodetur. Folijs tantum ne noia mada.) In antiquis omnibus exemplaribus quotquot versare mihi contigit, carmina, non nomina, scriptū inueni, quae quidem lectio Seruianum non latuit.

corpora fingere lingua. Cōponit autem ad moderationem certam dicendi. Vt enim diximus supra, oia quidem videt, sed non oia indicant sacerdotest. Ostia iamq; domus patuere.) Precibus scilicet, & quae ante ostia erant patefacta, aditus esse coeperit. Ferunt respōsa.) Quia ait supra, Ora domus patuere. Pelagi defuncte periclis.) Non liberate pelago, sed marinis periculis. Nā adhuc nauigaturus est: sed sine villo discrimine. Defuncte autem liberate. Nam dicuntur functos officio, qui officia debita cōplerunt. Vnde est & honoribus functi. hinc defunctos mortuos dicimus, qui cōpleruerunt vitae officia. Vnde est, Et nil iam coelestibus vllis Deibentem. Sed terra.) Legitur & terre. Vnum tamen est. In regna Latini.) Alij Latini legunt, culus, tunc erat: sed quia diuina loqur futura, praecōcipat. Postea. n. Latiniū dicitur, licet possit ad Latiniū Latini fratrem referri, qui illie ante regnauit. Vt Horrida bella.) Quae cōtra hospitem cognatūq; suscepta sunt: vt Latini dicitur est, Arma ipia sumpsi, Promissam eripui. Spumantē sanguine

ni fratrem referri, qui illie ante regnauit. Vt Horrida bella.) Quae cōtra hospitem cognatūq; suscepta sunt: vt Latini dicitur est, Arma ipia sumpsi, Promissam eripui. Spumantē sanguine



no.) Quasi nō pdicit, sed videt quē facturus est Turnus, vt Re-  
lent Tyberina fluente Sanguine adhuc. ¶ Non Simois tibi, nec Xā  
thus.) Tyberinus & Numicus i quē cecidit. ¶ Nec Dorica castra.)  
Græca & te vera: nam Turnus Græcus fuit; vt, Et Turno si prima  
domus repetatur origo: Inachus Acrisiusq; patres mediq; My-  
cenæ. ¶ Partus Achilles.) Turnum significat. & sic hoc dictum est  
vt i Bucolicis, Alter erit tūc Tiphys, & altera quē vehat Argo De-  
lectos Heroas. & hoc est quod dicit, Obscuris vera inuoluens. Nā  
licet vera sint, latēt. Vnde Apollo λοσι αο dicif. i. obliquus. ¶ Na-  
tus & ipse dea.) De Venilia sorore Amate: vt, Cui diua Venilia ma-  
ter. Nec debet mirū esse Amatā fuisse mortalē, cū ēt Turnus Iu-  
turne frater mortalis fuerit. Nā hęc fuerāt diuina beneficia. ¶ Ad-  
dita Iuno.) Inimica. Est aut verbum Lucilii & antiquorū: vt Plau-  
tus, Additus Ioui Argus. ¶ In rebus egenis.) Per trāsitū ostendit  
famē futurā. ¶ Cōiux itē hospita.) Nā & Paris ab Helena fuerat  
susceptus hospitio. Hospita aut more suo dixit. Et bene, ne aliqd  
iputetur Æneæ, q̄ si fatoy hoc esse pdicit. ¶ Tu ne cede.) Ne cedas  
sed esto audētior q̄ tua te fortuna pmittat. Et bene aduersam for-  
tunā edocet virtute, aut vitari, aut iminui, aut patiēter sustineri.  
¶ Via.) Ratio, opportunitas. ¶ Graia pandetur ab vrbe.) Propter  
Euandrum, qui cū in Tusciā misurus ad Tarcontem est.

## ASCENSVS.

¶ At Phœbi, &c.) Docet quomodo reluctata est Sibylla, contra  
violentiam Phœbi insidentis, vt penitus subacta deo vaticinata  
iudice: nec quæ Æneæ nouerit placitura, nā ignota dicit, multa,  
& terribilia, quæ nō erat operæ pretium Æneam: sociosq; eius,  
nouisse, priusq; ad Italiam peruenerint: q̄ si nouissent tot bel-  
la in Italia adhuc gerenda, non tam læti, neq; omnes in Italiam  
peruissent. vnde dicit, In regna Lauini Dardanidæ veniet: sed  
nō & venisse volent, &c. Dico ad Italiam. i. ad eam partem quo  
peruenire cupiebant: vt pote in Latii, sedes vbi fata quietas offen-  
debant. Nam & Cumę, in ora sunt Italię: sicut & Caieta: de qua  
in principio. vii. dicitur, Tu quoq; littoribus nostris. i. Italicis. Vñ  
hic expresse dicit Sibylla, in regna Lauini Dardanidę venient qa  
iam ad littora Italię venerāt: non amplius periculose nauigatu-  
ri. Vnde pmiserat, O tādē magnis pelagi defuncte periclis, &c.

Quia vero nihil extat quod ad hūc locum faciat Donati. ¶ Ordo  
est. At. i. sed: vates. f. Sibylla: nondum patiens Phœbi. i. quæ nō dū  
tolerare valebat Phœbū in eam. i. intrantē, aut insidentem in mo-  
ra equitis: bacchatur. i. more bacchantiū furit: exilens imanis. i.  
terribilis, & ferox (qa dictum est, Maiorę videri, &c.) in intro. i.  
adytis Phœbi: f. i. vt si forte posset: excussisse. i. quasi equitē insu-  
dentē excutere: pectore. f. suo: magnū deum. f. Phœbū: q̄ in oracu-  
lis magnus est: aut qui eā maiorē fecerat. Ille. f. deus fatigat, sup-  
er: tanto magis. f. quanto magis ipsa reluctabatur, domans. i. cō-  
primens: os rabidum. i. furens: & corda fera. i. effera: & idomita:  
& fingit. i. cōponit, & ad debitum situm reducit: pmendo. i. repri-  
mēdo. Leam. Tamq; i. & iā. f. post vota & preces, quū deus in eā  
plene descenderat, centum ingentia ostia domus patuere sua spō-  
te: & ferunt. i. efferunt: responsa. i. oracula: vatis. f. Sibyllę: ad au-  
ras. f. vbi cōsultores erāt. Resposā aut sunt hęc: O, supp. Æneæ: de-  
functē. i. p̄functē, & nō amplius functure: tandē. i. post septenna-  
les errores magnis periclis pelagi: sed, sup. nihilominus grauio-  
ra, sup. picula: manet, sup. tēterris. i. in terris quū pueneris ad ter-  
ram: quia in mari nō potuit submergi, qui Numico lacu submer-  
sus

## SERVIVS.

¶ Ex adyto.) Locū vaticina-  
tionis ostendit. ¶ Cumæa Si-  
bylla.) Bene addidit, ppter di-  
scritionem. ¶ Antroq; remu-  
git.) Quia in antro est: vt, Pul-  
sati colles clamore resultant.  
¶ Obscuris vera inuoluens. Ve-  
ra & obscura cōfundens. est au-  
tē Hypallage veris obscura in-  
serens. ¶ Cessit furor.) Nō pe-  
nitus recessit, sed paulatim coe-  
pit iminui. Nam est paulopost  
de Miseni morte dictura: qd  
nō pcedit si nūc numē recessit.  
¶ Non vlla labor. O virgo) O,  
licet sit naturaliter breuis in  
latinis sermonibus, apud Vir-  
gilium tamē pro lōga habet,  
vt hoc loco, O virgo. Item ali-  
bi,

¶ Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla  
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,  
Obscuris vera inuoluens, ea frena furenti  
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.  
Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt,  
Incipit Æneas heros. ¶ Non vlla laborum  
O virgo, noua, mi facies, inopina ve surgit,  
Omnia percæpi, atq; animo mecum ante peregi.  
Vnum oro (quando hic inferni ianua regis  
Dicitur, & tenebrosa palas Acheronte, refuso)  
Ire ad conspectum chari genitoris & ora,  
Contingat, doceas iter, & sacra ostia pandas.  
Illum ego per flammās, & mille sequentia tela  
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recæpi,  
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum.

POE.

ÆNE.

bi, Quis te magne Cato taci-  
tum. Exceptis ego: vt, Ast ego  
quę diuum. & duo, vt, Si duo  
præterea. & scio, vt, Nunc scio  
quid sit amor, & nescio, vt, Ne  
scio quis teneros oculus mihi  
fascinat agnos. Apud alios O,  
nisi in Græcis nominibus non  
producitur: quod & nunc se-  
qui debemus. Dicunt tamen  
quidam quod O tunc produ-  
citur in nominatiuo quando  
& in genitiuo fuerit producta:  
quod falsum est. Nam & Vir-  
gilius pduxit virgo, cū virgi-  
nis faciat, & Lucan. Cato cor-  
ripuit: vt, Nos Cato da veniā,  
cū Catonis faciat. Item Iuno  
cum pducatur Virgilius, Stati-  
us tamen corrigit. Sane sciendū  
alloctionem

lus est. auidi, sup. quæ dicam: Dardanidæ venient in regna Laui-  
ni: mitte. i. remitte, aut depone hanc curam de pectore. i. ne sis so-  
licitus de hac re, sed ipsi & i. simul volent: haud. i. non, venisse. i.  
quod in Italiam non venerint: non dicitur, tu voles, quia vir ma-  
gnanimus, infrangibilem habet constantiam. Ego cerno. i. præui-  
deo. & est exemplum vbi etiam mente cernimus: aut cerno, deo  
reuelante, intrinsecus. bella (inquit) horrida, & Tybrim, fluuium  
illum Italię, spumantem multo sanguine: non dicit, quorum,  
nec tamen victoriam pollicetur Æneæ: Simois. i. fluuius ille Tro-  
ianus: nec Xāthus. i. alius eiusdem fluuius: nec castra Dorica, idest  
Græcorum non defuerint tibi, idest ad perniciem tuam: hoc est  
Trojanorū cadaueribus opplebitur Tyberis, vt oppleti sunt Si-  
mois & Xanthus. Et iam seuos inimicos offendit in Italia: q̄ ex-  
penti sunt Græcos in Phrygia. Alius Achilles. i. Achilli similis, vi-  
delicet Turnus, partus est, scilicet tibi iam in Latio, natus est: &  
idest etiam ipse, quasi dicat, nō solum Achilles, aut tu: dea. f. Veni-  
lia: nec Iuno addita. i. persequutrix: Teucris. f. ad psequendos eos  
abierit vq; i. in aliquo loco, ab eis, sup. tūc, quū tu, supplex in re-  
bus egenis. i. tenuibus & modicis, quas genteis Italum, pro Ita-  
lorum: & quas vrbeis. i. ciuitates & communitates non: oraueris  
f. vt tibi auxilio sint? q. d. nullas non oraueris, sed omnes: & est  
plus q̄ si omnes diceret. Coniux hospita, idest filia hospitis. f. Lau-  
inia, filia Latini, Turno desponsata à matre erit, sup. Teucris. i.  
Troianis, iterum sicut fuerat Helena, causa tanti mali, idest tam  
perniciosi belli. Et thalami externi: erunt, sup. iterum causa tanti  
mali: sed tu ne cede, pro ne cedas, malis. f. pœnarum, hoc est labo-  
ribus & aduersitatibus: sed ito cōtra. i. obuiam: audentior, quā  
tua fortuna finet te, hoc est magnanimitate supera fortunam tuā  
ita vt virtus tua & prudentia dominetur fortunæ. Prima via. i.  
primus aditus: & modus acquirendæ salutis: pandetur. i. aperie-  
tur tibi (quod. i. quā rem, tu reris. i. opinaris: minime. i. nullo mo-  
do, quia non est vero simile, quum nihil sit magis hostile) ab vr-  
be Graia. i. à Græcis habitata: dum. f. per Euandrum, hominem  
Archadem illic habitantem, vbi nunc Roma est, ad Tarcontem  
in Thusciam mitteris.

## P I E R I V S.

¶ Sed terra grauiora manent.) In codi. quibusdā admodum ve-  
tustis, terrę genitiuo casu legitur: subintelligendo, pericula, velu-  
ti dixerat, Pelagi defuncte piclis. magis tamē placet, terra, aduer-  
bialiter. ¶ In regna Lanini Dardanidę venio.) Vetera quædam  
exemplaria legūt, & regna: pro, in regna, prepositione pterita, p-  
ut etiam factum statim in principio lib. j. Italiam fato profugus  
Lauinaq; venit littora. Sunt & qui Latini legendū autumēt. Ser-  
uio etiam super syllaba Lauini, prima plurimū dubitante. In co-  
di. tamen omnibus antiquioribus, Lauini, scriptū obseruauit, pter  
nonnullos, in quibus Latini, subdititiale cō est priore abrafa di-  
ctōe. Sed enim plura de hoc in. vii. vbi verum illum, Exsulibus  
ne datur ducenda Lauinia Teucris. In codi. quibusdā ant. aliter  
legi ostentum est. ¶ Nec Teucris addita Iuno.) Multi quidem co-  
di. ex antiquis, abdita, legunt: sed in emendate, addita vero voca-  
bulum Lucilianū agnoscit Seruius. ¶ Sed contra audentior ito.  
Quam tua te fortuna finet.) In plerisq; veteribus cod. Qua, lege-  
re est, quod forte non displiceat. Sed plus est, Quam, dicere: qa id  
etiam adhortatur, vt fortunam ipsam superare contendat, quum  
ex altero, ei tantum obsequendum præcipiatur.



allocationē hanc esse suāforiā, cū partibus suis. Nā honestum est quod dicit se patrē regere: vtile, vt ab eo patriā regere: discat: necessariū, quia iusserat pater: vt, Ditis tamen ante Infernas accede domos. possibilib, quia ait, Quādo hic inferni ianua regis dicitur. Itē, Potes nāq; oīa: si oīa, & hoc. ¶ Noua mi facies.) Species. Et sciēdum p̄nomen Mihi nūq; in Syngresim venire, ne incipiat esse blanditiis aduerbiū: & licet q̄dam huius locinitanē exēplo, nō procedit, vel q̄a vnum est exemplum, vel q̄a pōt esse etiā blandientis aduerbiū, nihil vero pro metri necessitate cogit. Nam si pars sequens orationis à vocali ichoet, Nihil dicimus, vt, Heu nihil iuitis fas quēquā fidere diuis. Si autē à cōsonante inchoet, Nil ponimus. vt Iuena. Nil tale expectes: erit tibi multa, videmus. ¶ Inopināve surgit.) Nomen est, nō participiū. Nā inopinata dicitur, qd̄ nō p̄cedit. Opinatus. n. venit ab eo qd̄ est opinor. sed quia inopinor nō dicimus: ideo nec inopinatus facit. sicut & nocēs participium est, q̄a inuenimus noceo: inocens nomen, q̄a inoceo nō dicimus. Nullum est enim participium qd̄ à verbo non trahat: licet à sui verbi forma nō veniat vt placita, licet placeor non dicamus, tamē placeo inuenimus. Item regnata, triūphata. Vnde galetus & tunicatus noīa cōprobandur. Nullum. n. verbum horū originis reperitur. ¶ Oīa percepi, atq; aīo mecum ante peregi.) Percepi, ante cognoui ab Heleno, vel à patre qui ait, Gens dura atq; aspera cultu Debellanda tibi Latio est. Dicit autē se futura partim audisse, partim mente p̄cepisse. Sed occurrit, si nouit oīa, qd̄ cōsultit numen? Nō se se dicit oīa quātum ad labores p̄tinet: & cōcedit totā petitionem, vt ad illud veniat quo possit patrem videre. Nam quod dicit vniū oro: nō solum dicit, sed p̄cipiū, vt Vnā posthabita coluisse Samo. ¶ Quādo.) siquidem: & est cōiunctio. ¶ Et tenebrosa palus Acherōte refuso.) Paludem pro lacu posuit. Nam Auernum significat: quem vult nasci de Acherontis aestuariis. Palus autem, bene iste produxit Lus: q̄a palus paludis facit, qd̄ supra plenius diximus. Horatius corripuit: vt Sterilisq; diu palus aptaq; remis. Tenebrosa, aut, nigra, per quod altam significat: vt, Nigra fugit sub nube columbam. i. alta. ¶ Acheronte refuso.) Acheron fluiuis dicitur inferorum, quasi sine gaudio: sed cōstat locum esse aut longe à Baijs vndiq; montibus septum: adeo

Atq; omnes pelagiq; minas, cœliq; ferebat  
Inualidus, vires vltra, sortemq; senectæ.  
Quin, vt te supplex peterem, & tua lumina adirem,  
Idem orans mandata dabat, natiq; patrisq;  
Alma precor miserere, potes nāq; omnia, nec te  
Nequidq; lucis Hecate patefecit auernis.  
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,  
Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris,  
Si fratrem Pollux alterna morte redemit  
Itq; reditq; viam tories, quid Thesea magnum  
Quid memorē Alcident & mi genus ab Ioue summo

vt nec orientem, nec occidentem Solem possit aspicere, sed tantum medium diem. Quod autem dicitur ignibus plenus, hæc ratio est: oīa vicina illi loca calidis & sulphuratis aquis scatent. Sine gaudio autē ideo ille dicitur locus, quod necromantia vel sciomatia, vt dicit, nō nisi ibi poterat fieri: quę sine hominis occisione non fiebat. Nam & Aeneas illic occiso Miseno sacra ista cōpleuit, & Vlysses occiso Elpenore, quāquam fingatur in extrema

Oceani parte Vlysses fuisse, quod ipse Homerus falsum esse ostendit ex qualitate locorū quę cōmemorat ex tpe nauigationis. Dicit enim eum circa vnā noctem nauigasse, & ad locum venisse, vbi sacra perfecit. Quod de Oceano nō p̄cedit: de Campania, manifestissimum est. Præterea à Baio socio eius illic mortuo, Baias constat esse nominatas. Dicit etiam vidisse Herculem: ideo quia illic sunt Bauliæ, locus Herculis dictus quasi Boaulia: quod illic habuit aialia, q̄ Geryoni detracta ex Hispania adduxerat. ¶ Itē contingat.) Vt minus est, vt ire contingat: vt iter doceas. ¶ Sacra ostia pandas.) Aut venerabilia, aut execranda: sicut de Tartaro dicitur est, Sacra panduntur portæ. ¶ Illum ego per flammis.) Meritum approbat patris, vt iustum videatur esse desiderium. ¶ Sequentia tela.) Vt, Ardentes clypeos atq; grā micantia cerno. ¶ Ex hoste recepi.) Liberaui, vt Frugesq; receptas, Ex hoste autem, plus est quā si ex hostibus diceret: vt diximus supra. Ex hoste enim generaliter dicitur: ex hostibus partem ostendit. sicut dicendo terram, significamus elementum: terras vero, singulas partes, vt Africa, Italia. ¶ Meum comitatus iter.) Non spe salutis, sed mei causa: vt, Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. ¶ Cœliq; ferebat.) Vt ante morte præuētus sit quā ferre defierit. Et mire imperfecto vsus est tempore, ac si diceret, adhuc si viueret ferret. ¶ Vires vltra, sortemq; sinecæ.) Quia senectus fors, est quies & otium: sicut pueritia, ludus: amor, adolescentiæ ambitus iuuenilis ætatis. Ergo aliud ferebat pater: quā fors exigebat senectæ. ¶ Orans mandata dabat.) Sic dictum est eum rogare, cui possit iubere, vt & supplex tua numina posco. Mater enim ad impetrandum vis est iubere. ¶ Mandata dabat.) Vt, Hecata Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. ¶ Licit Hecate præfecit Auernis.) Hecate trium potestatum nomen est. Ipsa

est. Ipsa est enim Luna, Diana, Proserpina. sed solam Proserpinā dicere nō potuit, ppter lucos qui Diane sunt. Item Dianam, quia Auernis ait. Vnde elegit nomen in quo vtrunq; constabat. Vnde Lucanus de Proserpina ait, Hecate pars vltima nostrā. ¶ Si potu it manes.) Nititur exemplis, quae inferiora sunt per comparationem: vt ipse videatur iustus velle descendere. Nam Orpheus reuocare est conatus vxorem: hic vult tantum partem videre Orpheus autem voluit quibusdā carminibus reducere animam coniugis: quod quia implere non potuit, à poetis fingitur receptam iam coniugem, perdidisse, dura lege Plutonis. Quod etiam Virgilius ostendit dicendo Arcessere: quod euocatis est proprie. ¶ Fidi busq; canoris.) Bene sonantibus chordis. Fidibus autem est nominatiuo hęc fides, vt sit pyrthichius. Nā fides iambus est. ¶ Si fratrem Pollux alterna morte redemit.) Vt diximus supra, Helena & Pollux de Ioue nati immortales fuerūt. Nam Castor Tyndarei filius fuit: cuius mortē suo Iteritu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingitur, quia horum stellae ita se habent, vt occidente vna oriatur altera: & iterum exemplum per comparationem: quod quia pium est, se ad frequentia cōtulit dicendo. ¶ Itq; reditq; viā toties: quid Thesea.) Durum exemplum. Vnde nec imoratus est in eo. Dicit inferos debere patere pietati, qui patuerunt ifanda cupienti. Nam hic ad capiendam Proserpinam ierat cum Pyrthoo: & illic retentus luit pœnas: vt, Sedet æternūq; sedebit Infelix Theseus. ¶ Magnum Quid memorem Alcidem?) Melius sic distinguitur: licet quidam legant, Quid Thesea magnum: vt epitheton ei dent qui per se non est magnus. Nam Herculem etiam sine epitheto magnum intelligimus. Sed melius est Magnum dare Herculi quā facilem. ¶ Et mi genus ab Ioue summo.) Occurrit tacite quæstioni tanq; Sibylla dixerit, Sed ii enim qui descenderant, à dñs ducebant originem.

## ASCENSIVS.

¶ Talibus, &c.) Habito (Inquit) tali oraculo Sibylla impulsu dei horrendas canit ambages: quia iam deus miserat habenas, hoc est permiserat eam redire ad se: nondum tamen ad se penitus redierat: & quia deorum responsa (secundum Ethnicorum theologiam, quam poetæ sequuntur) sæpe dubia, & obscura sunt, nūquam tamen falsa. ideo dicit, quod erat obscuris vera inuoluens. Postea autem quā ad se redierat, orat Æneas, vt se ducat ad inferos, ad conspectum. s. patris. & doceat quibus adytus inferni pateant, atq; ostia aperiantur. De quo quidem descensu, inter hanc, & sequentem lectionem (quia ad vtranque faciunt) nonnulla ex Macro. citabimus, q̄ ad eum locū recepimus: vt explanatio nostra familiaris è regione textus haberi possit. ¶ Est igitur Ordo. Sibylla Cumæa, more Græco, Latine Cumana, idest quæ apud Cumas oracula dabat: canit ambages. i. ambiguos sermones: horrendas, idest cum horrore audientium, aut horrorem incutiētes: & hoc talibus, scilicet oraculis: dictis, idest pronuntiatis: ex adyto, idest loco penitioris templi, quem soli sacerdoti adire licet: vnde aditus Latine, & adytum Græce, contraria significant. nam adytum, dictum est ab α, priuatiua particula: & δῦω, ingredior: quasi sine ingressu: & ipsa remugit, idest cum reflexione vocis, quasi mugitum effert: antro, idest ex antro: inuoluens, idest implicans vera: obscuris, idest non satis intellectis, quanuis & vera essent: quia Apollo concutit, idest instigat: furenti ea, idest eius modi frena, idest sic mentem, & organa vocis eius regit, vt quæ ipse voluit, non quæ ipsa præmeditata sit, loqueretur: & vertit. i. vertendo, hoc est trahendo, & retrahendo, dirigit stimulos, sup. eos idest eiusmodi, sup. in pectore, idest præcordijs Sibyllæ: vt, idest vbi: aut quum primum, hoc est immediate, postquā furor, idest rabies Sibyllæ: cessit. i. sedata est: & ora rabida quierunt, Æneas heros, idest vir prouidus, & quasi diuinus, cuius est prospicere ventura, incipit. s. affari Sibyllam in hunc modum. O virgo, villa facies, idest species laborum: non surgit, idest oritur, aut prædicatur: mi. i. mihi noua: ve, pro vel: Inopinata. i. inopinata: quæ ego percepi omnia. C. quæ ad bella pertineant: & id in fine. v. dicente patre, Gens aspera cultu debellanda tibi Latio est. & peregi me: cui. i. præmeditatus sum: ante. i. priusq; hæc diceret animo, scilicet meo. i. quantum ad bellum, mihi in Italia gerendum, certior iam factus à patre: & discursu rationis bene cognoscere postum, quod non sine sanguine tantum mihi contingeret regnum, quasi dicat, nolo amplius de bello mihi canas: sed oro vnum. i. præcipuum, aut id solum: quando, idest quandoquidem: ianua Ditis, idest Plutonis: inferni. i. habitus potestatem apud inferos: & palus tenebrosa. i. nigra, & profunda: & hoc Acheronte. i. lacu illo infernali: refluxo. i. refluxente, & stagnante: dicitur, sup. esse: hic, idest in campania Italiæ: cuius causam narrauit Ser. Contingat, idest

detur mihi, licet difficile sit, ire ad conspectum: & ora chari genitoris, scilicet Anchisæ: doceas iter. i. aut modum eundi, aut p̄ via posuit: & pandas. i. aperias: & referes, ostia sacra, idest execrabilia aut religione multa obseruanda. Ego eripui illum. s. patrem, his humeris, per flammās, & mille tela sequentia, vt dictum est in fine. ij. & recepi ex hoste medio, idest ex medijs hostibus in locum tutum perduxit: aut de cineribus intelligit, quos à Diomede recepit: vnde dixit in. v. Salue sancte parens iterum saluete recepti. Nequidq; cineres. Ille comitatus meum iter, ferebat, idest tolerabat mecum omnia maria, atq; omnis minas. i. terrores, & tempestates, pelagi, idest maris: & coeli, idest aeris: existens inualidus. i. debilis vltra vires, & sortem senectæ, idest ætatis, quæ quietem & ocium effragitat. Quin, idest quinietiam, idem orans tanquam supplex, propter magnam affectionem: dabat mandata, idest precipiebat, vt in fine. v. dictum est: vt ego supplex peterem te, & adirem tua limina. Ego igitur precor: o alma, idest sancta & salutis nostræ alitrix virgo: miserere nati, & patris: nam tu potes omnia, quia ergo potes, & pium est, atque licitum, quia à patre diuini mandatum debes velle. Probat aut qd dixit, potes: nec, idest & non: & Hecate, idest Proserpina, apud inferos, quæ eadem Diana est apud nos: non nequidquam, idest nō ad nihil, idest nō frustra præfecit te, lucis. i. syluis incēduis, quæ nunq; lucent: sed semper sacras vmbas habent: Auernis, idest qui sunt iuxta Auernum in campania lacum, præterea esse. nec quod penit carere exemplum probat sic: si Orpheus potuit accersere. i. aduocare ad se: manes. i. vmbas: coniugis. s. Eurydices: vt visum est in fine. liij. Georgi. fretus. i. confisus & adiutus: cythara Thracia, idest Thracia, & fidibus. i. chordis: canoris. i. dulciter canentibus, ac resonantibus, si Pollux, alter geminorum filius Iouis, ex Læda Tyndari vxore: redemit fratrem. s. Castorem: morte alterna. i. quam alterna tim pro illo obit, vt ille vicissim pro Polluce: & it, & redit viam scilicet ad inferis ad superos. & è diuerso toties, quia singulis diebus: sic enim gemini in coelo sunt vt dum alter oritur, alter occidat: quid. i. ad quid, memorem. i. commemorem: & recitem Thesea, quasi dicat, non opus est, quia is violēter accessit, sed vincens est, quid memorem Alciden. i. Herculem magnum. s. fine exemplum in sua ætate, qui Thesea liberasse dicitur ab inferis, & Cerberum traxisse ad superos, quasi dicat, si ipsi hoc potuerunt, hi per pietatē, illi per violentiā potero, & ego qui & pius & fortis sum. At si dicat Sibylla, verum illi potuerunt, quia dñs geniti: ad hoc respondet genus, sup. est: & .i. etiam, mi. i. mihi, ab Ioue summo, scilicet deorum, sicut Herculi, & Polluci. Mi. datius est, à genitiuo, mis: sicut mihi, à mei: nec videt absurdū, si dicatur mihi, scribendum, sed proferendum monosyllabon, sicut dii, vnde dum dūg sunt syllabæ, interijctur h, fit & mihi: quæ causa est, cur ahenum, interdum scribitur, & apud nonnullos IHESVS: quum arctis sit, IESVS, dictio trisyllaba. Quia vero de inferis, multa dicturus est poeta, ex Platonicorum philosophia, nō absurde adduxero ea, quæ Macrobius super somnum Scipionis à Cicerone editum, de ipsis dixerit interiecturus, quædam declaratiua, quæ se micriculis à Macrobianis discernemus. Dicit igitur sic ad hæc Ciceronis verba, Quæsiui viuere ipse, & pater Paulus, & alij quos nos extinctos arbitrabamur. Imo vero (inquit) hi viuunt, qui è corporum vinculis, tanquā è carcere volauerunt: vestra vero, q̄ dicitur vita, mors est. Hæc ille. Ad quæ Macrobius: Si ad inferos meare, mors est, & vita, est esse cum superis: facile discernes, quæ mors animæ, quæ vita credenda sit: si consiterit, qui locus habendus sit inferorum, vt anima: dum ad hunc locum traditur mori, quum ab hoc pro. ul est vita frui, & vere superesse credatur. Et quia totum tractatum, quem veterum sapientia, de inuestigatione huius quæstionis agitauit, in hac latenter verborum paucitate reperies: ex omnibus aliqua, quibus nos de rei quæ querimus absolutiōe, sufficit admoneri: amore breuitatis excerpimus. An tequā studium philosophiæ, circa naturæ inquisitionem ad tantum vigorem adoleceret, qui per diuersas gētes, auctores in constitutendis sacris ceremoniarum fuerunt: aliud esse inferos negauerunt, quā ipsa corpora, quibus inclusæ animæ carcerem solum tenebris, horridum sordibus, & cruore, patiuntur. Hoc animæ sepulchrum, hoc Ditis concava, hoc inferos vocauerunt. Et omnia quæ illic esse credidit, fabulosa persuasio in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt. Obliuionis fluuium, aliud non esse afferentes, q̄ errorem animæ obliuiscētis maiestatem vitæ prioris, quæ antequā in corpus truderetur potita est: solamq; esse in corpore vitam putantis. (Vnde Letheum fluuium, à λήθη, quod est obliuio, & λήθη, quod est lateo, vocamus.) Pari interpretatione Phlegethontem, ardore irarum, & cupiditatum, putauerunt.

tauerunt. (Dicitur. n. Phlegethon, à verbo φλέγω, quod est cō-  
 Phlegethon. Phlegē, buro, ardeo, &c.) Acherōtem quod fecisse, dixisse ve vsq; ad tri-  
 stitiam, humanæ varietatis more, nos pœnitet. (Dicitur Acheron  
 Acherō ab α, quod priuatiuum est, & χαρά, letitia, hoc est absq; letitia.)  
 Cocytus Cocytū, quiddam hōies in luctū, lachrymasq; cōpellit. (Dicitur à  
 κοκκῦτος, quod est luctus, vltimatus, sicut κόκκῦτος, ploratus, κῶ  
 κῦτος, lamētator: & κοκῦτος, ploro, &c.) Stygem quiddam iter se hu-  
 Styx. manas aias in gurgite mergit odioꝝ. (Dicitur Styx, à στυγερὸς  
 πλοῦτος, quod est mœstus odiosus, vel si sic scribas, Styx, est  
 acies, seu turma, cōtinens viros. T. i. ccc.) Notate hic fluuij ordi-  
 nem, quod incrementū habeant: primum siquidem malum est,  
 obliuio boni, quod Lethe significat. Deinde ardor, & inflāmatio  
 ad malum, quod Phlegethon: tum priuatiō letitiæ, quod Ache-  
 ron: tum luctus, & lachrymæ, quod cocytus. Postremo p̄uerās  
 odium in furorē rapiens, quod styx significat. Ipsam quoq; pœ-  
 narum descriptione, de ipso vsū cōuersionis humanæ sumpta,  
 Vultur crediderunt vulturem iecur imortale tondentem, nihil aliud in-  
 iecur tolligi volentes q̄; tormenta cōscientiæ obnoxia, flagitio viscera  
 dens. interioris rimantis, & ipsa vitalia idēssa admitti secleris admo-  
 nitione laniantis, semperq; curas si regescere forte tentauerint ex-  
 citantis tanq; fibris renascētibus inhærendo: nec vlla sibi misera-  
 tionē parentis, lege hac qua se iudice nemo nocens absoluitur,  
 Tātali. nec de se suam pot vitare sentētiam. Illos autē epulis ante ota po-  
 sitis, ex cruciari fame, & inedia tabescere, quos magis, magisq; ac-  
 quirendi desiderium cogit, p̄sentem copiā nō videre, & in afflu-  
 tia inops egestatis malā patiuntur nescientes: parta respicere dū  
 Ixiones egent habendis. Illos radijs rotarū pendere districōs, quæ nihil  
 Sisyphi. cōsilio p̄videntes, nihil ratione moderātes, nihil virtutibus ex-  
 Saxum plicantes, seq; & actus suos oēs fortunæ permittētes, casibus, &  
 voluen fortuitis, semper rotantur. Saxum ingēs voluere, inefficacibus,  
 tes. laboriosisq; conatibus vitā terentes. Atrā silicem, lapsum semp,  
 & cadenti similem, illoꝝ capitibus iminere, qui arduas potesta-  
 tes, & infaustam ambiunt tyrannidem, nunq; sine timore victu-  
 ri, & cogētis subiectū vulgus odisse, dum metuat semper, sibi vi-  
 detur quod merentur ex capere. Nec frustra hoc theologi suscipi-  
 Diōsyij tyranī. ti sunt. Nam Dionysius autē Siculę inclementissimū incubator  
 Casum volens q̄; perpetuo metu misera, q̄; impendentium semper peri-  
 filicis ti culorum plena esset, ostendere: gladiū vagina raptum, & à capu-  
 mentes. lo de filo tenui pendente mucrone demisso iussit, familiaris illi-  
 Phlegie us capiti inter epulas iminere. Quumq; ille, & Siculas, & tyran-  
 nicas copias, p̄sentis mortis periculo asp̄naretur. Talis est (in-  
 quit Dionysius) vita, quam beatā putabas, sic nobis semper mor-  
 tem imminentem videmus. Existima ergo, quando felix esse po-  
 terit, qui timere non desinit. Secundum hæc igitur, quæ à theo-  
 logis asseruntur, si vere suos quisq; patimur manes, & inferos in  
 his corporibus esse credimus: quid aliud intelligēdum est, q̄; mo-  
 ri animam, quum ad corpus inferna demergitur: viuere autem,  
 quum ad supera, post corpus euadit? Dicendum est, quid iis pos-  
 tea viris sollicitior inquisitor philosophiæ cultus adiecerit. Nam  
 & qui primum, Pythagoram: & qui postea, Platonem, sequuti  
 De reli- sunt, duas esse mortēs: vnā, animę animalis, alteram prodide-  
 gs' phis. runt, arbitranes tunc animam mori, non dum corrumperetur,  
 quod impossibile sciuērūt. sed dum operas sibi proprias exercere  
 non possent. Mori animal, quum anima discedit è corpore, ipsam  
 vero animam mori asserentes, quum à simplici, & idiuiduo fon-  
 te naturę, in membra corporea dissipatur. Et quia vna ex iis ma-  
 nifesta, omnibus nota est. Altera non, nisi à sapientibus deprehen-  
 sa, cæteris eam vitam esse credentibus: ideo hic ignoraatur à plu-  
 rimis, cur eundem mortis deum, modo Ditem, modo immitē,  
 vocemus: quum per alteram. i. animalis mortem, absolui aiām,  
 & ad veras naturæ diuitias: atq; ad propriam libertatem remit-  
 ti, faustum nōmen indicio sit. Nam πλοῦτος, diuitias sunt: vnde  
 πλοῦτος. Per alteram vero, quæ vulgo vita existimatur, animā  
 de immortalitatis suæ luce, ad quāsdā tenebras mortis impelli,  
 vocabuli testemur horrore. Nam (vt cōstet) animal, necesse est  
 anima in corpore vinciatur. Ideo corpus δέμοσ, hoc est vincu-  
 lum, nuncupatur. (Est enim δέμοσ, fasciculus: δέμοσ, vinculus  
 δέμοσ, vinculū, nodus: δέμοσ, ligo, vincio.) Et σῶμα, quasi  
 quoddam σῆμα, id est animæ sepulchrum: vnde Cicero pariter  
 vtrūq; significas, corpus esse vinculum, corpus esse sepulchrū,  
 Tres quod carcer est sepulchrum, ait, Qui è corporum vinculis, tanq;  
 platonī corū de inferis inq;. è carcere euolarunt. Inferos autem Platonici, non in corporibus  
 esse. i. non à corporibus incipere, dixerunt: sed certā mundi istius  
 partem, Ditis sedem. i. inferos, vocauerunt. De loci vero ipsius fi-  
 nibus inter se dissona publicarūt. Et in treis sectas, diuisa sentētia

est. Alij enim mundum in duo diuiserunt: quoz, alterum factū  
 terum patitur. Et illud facere, dixerunt, quod quum sit immuta-  
 bile alteri, causam, & necessitatē permutationis imponit: hoc pa-  
 ti, quod per mutationes variatur. Et immutabilem quidē mundi  
 partem, à sphaera, quæ Aplanes dicitur, vsq; ad globi lunaris ex-  
 ordium: mutabilem vero à luna, ad terras vsq; dixerunt: & vti-  
 re aias dum in imutabili parte consistunt, mori autem, quum ad  
 partem ceciderunt, permutationis capacem. Atq; ideo inter lu-  
 nam, terrasq; locum mortis, & inferorum vocari: ipsamq; lunā  
 vitæ esse, mortisq; cōfinium: & animas inde in terram fluentes  
 mori: inde ad supera meantes, in vitam reuerti. Nec immerito exis-  
 stimatum est: à luna enim deorsum, natura incipit cadū cōstitū:  
 hac, aiæ sub numerum dierum cadere, & sub ipsis incipiunt de-  
 niq; illam (.i. lunam) ethereā terram, phyci vocauerunt, & ha-  
 bitatores eius lunares populos nuncupauerūt, quod ita esse plu-  
 rimis argumētis, quæ nūc longum esset enumerare, docuerunt.  
 Nec dubium est, quin ipsa sit mortalium corporū author, & con-  
 ditrix, adeo vt nulla corpora, sub luminis eius accessu, patiantur  
 augmenta: & hac de crescente, minuantur. Sed ne de re manifesta  
 fastidium, plix assertione generetur, ad ea quæ de inferorum lo-  
 co ali j definiunt, transeamus. Maluerunt enim mundum, ali j in  
 elemēta ter quaternā diuidere, vt in primo ordine numerarent:  
 terra, aqua, aer, & ignis, quę est pars liquidior aeris, vicina lunę.  
 Supra hæc rursus, totidem numero, sed naturæ purioris elemē-  
 ta: vt sit luna, pro terra, quam ætheream terram à phycis dixit  
 Mus notatam: aqua, sit sphaera Mercurij: aer, Veneris: ignis, in  
 le. Tertius vero elementoz ordo, ita ad nos cōuersus habeatur  
 vt terram, vltimā faciat: & cæteris in medium redactis, in terrā  
 definat, tam ima, q̄; sūma: postremitas igit sphaera Martia, ignis  
 habeat: aer, Iouis: Saturni, aqua: terra vero, Aplanes: in qua Ely-  
 sios campos esse, puris animis deputatos, antiquitas nobis intel-  
 ligendum reliquit: de his campis, anima quum in corpus emitti-  
 tur, per treis elementorum ordines, trina morte ad corpus vsq;  
 descendit. Hęc est inter Platonis, de morte animę, quum in cor-  
 pus truditur. Secunda sententia, in qua videbimus omnia in vnū  
 globū redacta: ita, vt sicut ignis cum terra, in siccitate comuni-  
 cat, sic aplanes cum eadē cōueniat. Nec absurdū est dicere, Mus-  
 tem esse, de natura ignis: Iouem, de natura aeris, quem sæpe p  
 aere ponimus: vnde ipsum tonantem dicimus: tonitrua sicut  
 in aere fiunt. Saturnū, de natura aque, quā frigidā, vt illū cogno-  
 scimus: & sicut hæc, p̄ter pater, dicitur: vt in Georgi. Oceanūq;  
 patrem rerum, & secundum Milesium Thaletem, omnia ex hoc  
 more creantur: ita ille, deorum pater: mortalibus tum inimicis,  
 accedit ad hæc, q̄; Saturni genitalia in aquas cecidisse fabulan-  
 tur. Firmamentū autē. i. aplanē, cum terra multū affinitatis habe-  
 re videmus, &c. Alij vero (Nam tres inter eos esse sententiarum  
 diuersitates ante signauimus) duas quidem, & ipsi partes, sicut  
 primi faciūt: sed nō iisdē terminis diuidunt mundū. Hi enim coe-  
 lum: quod aplanes sphaera vocitetur, partem vnā: septem vero  
 sphaeras, quę vage vocantur: & quod inter illas & terram est ter-  
 ramq; ipsam alteram partem esse voluerunt. Secundum hos er-  
 go, quoz se se amior est ratio animę beatę, ab omni cuiuscūq;  
 cogitatione corporis liberę cœlum possident: quę vero appeten-  
 tiam corporis, & huius quā in terris, vitā, vocamus: ab illa spe-  
 cula altissima, & perpetua luce despiciēs, desiderio latenti cogi-  
 tauerit: pondere ipso terrenę cogitationis, paulatim in inferiora  
 delabitur. Nec subito à perfecta incorporeitate, luteum cor-  
 pus induitur: sed sensim, per tacita detrimenta, & lōgiorem com-  
 plicis, & absolutissime puritatis recessum, in quędam syderij cor-  
 poris incrementa turgescit. In singulis enim sphaeris, quę cœlo  
 subiectę sunt, etherea subuolutione vestitur: vt per eas gradatim  
 sociati huius indumenti teste consilietur. Et ideo totidem mortis  
 bus, quot sphaeras transit: ad hanc peruenit, quæ in terris vita vo-  
 citatur. Descensus vero ipsius, quo anima de cœlo in huius vitę  
 inferna delabitur, sic ordo digeritur. Zodiacum ita, lacteus cir-  
 culus obliquę circumflexionis, occursu ambiendo amplectitur:  
 vt eum qui duo tropica signa, Capricornus, & Cancer transeat,  
 intersectent. Has, solis portas, phyci vocauerunt: quia in vtra-  
 que obuiante solstitio, vltius solis inhibetur accessio: & fit in-  
 gressus ad zonę viam, cuius terminos nunquam relinquit. Per  
 has portas, animæ de cœlo in terram meare: & de terris in cœ-  
 lum remeare creduntur: ideo hominum vnā, altera deorum voca-  
 tur. Hominum cancer, quia per hunc in inferiora descensus est.  
 Capricornus deorum, quia per illum animę in proprię immor-  
 talitatis sedem, & in deorum numerum reuertuntur: & hoc est  
 quod Homeri diuina prouidentia in antri Ithacensis descriptio-

ne, significat. Hinc & Pythagoras putat, à lacteo circulo deorsum incipere Ditis imperium: quia animæ inde lapsæ, videntur à superis recessisse. Ideoq; primam nascētibus, ait, lactis alimoniam afferri: quia primus eis motus à lacteo incipit, in corpora terrena labentibus. Vnde & Scipioni, de animis beatorum, ostensa à lacteo dictum est. Hinc profecti huc reuertuntur. Ergo descensurq; quum adhuc in cæcro sunt, quoniam illic positæ, nec dum lacteum reliquerunt, adhuc in numero sunt deorum. Quum vero ad leonem labendo peruenierint, illic conditionis futuræ auspiciantur exordium. Et quia in leone sunt rudimenta nascendi, & quædam humanæ naturæ tyrocinia: aquarius autem, aduersus leoni est: & illo oriente, mox occidit: ideo quum sol, aquarium tenet, manibus parentatur: utpote in signo quod humanæ naturæ contrariū, vel aduersum feratur. Illinc ergo, à confinio, quo se zodiacus, lacteusq; contingunt anima descendens à tereti, quæ sola forma diuina est, in contum defluendo, producit: sicut à puncto, nascitur linea: & in longū ex indiuiduo procedit: ibiq; à puncto suo, quod est monas, venit in diadem, quæ est prima detractio. Et hæc est essentia, quam indiuiduam, eademq; diuiduam Plato in *Thimæo*, quum de mundanæ animæ fabrica loqueretur, expressit, Animæ enim, sicut & mundi, ita & hominis, vnus modo diuisionis reperitur ignorare. Si diuinæ naturæ simplicitatis, cogitentur, modo capaces, quum alia per mundi, hæc per hominis mēbra, diffunditur. Anima ergo, quū trahitur ad corpus, in hac prima sui productione: syluestrem tumultum, i. hylen influente, sibi incipit experiri. Et hoc est quod Plato notauit in *Phædronte*: animam in corpus trahit, noua ebrietate trepidatē, volens nouū potum materialis alluuiōnis intelligi, qua delibuta, & grauata, deducitur. Arcani huius indicium est. Et Crater, Liberi patris, ille sydereus, in regione quæ inter cancrum est & leonem, locatus ebrietatem: illic primū descensuris animis euenire sylua influente significans: vnde & comes ebrietatis, obliuio illic incipit animis latenter obrepere. Nam si animæ, memoriam rerum diuinarum, quarum in cælo erant conscia, ad corpora vsq; deferret, nullatenus homines foret de diuinitate dissensio: sed obliuionem quidem, omnes descendendo hauriunt: alia vero magis minus, alia. Et ideo in terris, verum quum non omnibus liqueat: tamen opinantur oēs, quia opinionis ortus, ad memoriam defecit. Hi tamen, hoc magis inueniunt, qui minus obliuionis hauserunt. Quia facile reminiscuntur, quod illic ante recognouerint. Hinc est, quod quæ apud Latinos, lectio: apud Græcos vocatur, repetita cognitio: quia quæ vera dicimus, ea recognoscimus, quæ naturaliter noueramus: anteq; materialis influxio in corpus uenietis, animas ebriaret. Hæc est autē hyle, quæ omne corpus mundi, quod ubique cernimus, idēis impressa formauit. Sed altissima, & purissima pars eius, qua vel sustentantur diuina, vel constant, nectur vocatur: & creditur esse potus deorū. Inferior vero, & turbidior, potus animarum: & hoc est, quod veteres, Lethæum fluiuiū vocauerunt. Ipsum autē Liberū patrem Orphici *ῥοῦν ὕλιον*, suspiciantur intelligi: qui ab ipso indiuiduo natus, in singulos ipse diuiditur: ideo in illo sacris traditur Titani furore, in membra discretus, & frustis sepultus, rursus uiuus, & integer emerisse: quia *ῥοῦν*, quæ diximus mentem vocari: ex indiuiduo, sibi diuidendū: & rursus ex diuiduo, ad indiuiduū reuertēdo: & mundi implet officia: & naturæ suæ arcana non deserit. Hoc ergo primo prodere de zodiaco à lacteo, ad subiectas vsque sphaeras animæ delapsa, dum per illas labitur in singulis: non solum (ut iam diximus) luminosi corporis amicitur accessu, sed & singulis motus, quos in exercitio est habitura, producit. In Saturni, ratiocinationem & intelligentiam, quod *λογιστικὸν θεωρητικὸν* vocant.

In Iouis, vim agendi, quod *πρακτικὸν* dicitur. In Martis, animositate ardorem, quod *θυμικὸν* nuncupatur. In Solis, sentiendi, opinandiq; naturam, quod *αισθητικὸν, & φανταστικὸν* appellant. Desiderii vero motum, quod *ἐπιθυμητικὸν* vocatur, in Veneris, Pronunciandi, & interpretandi, quæ sentiat quod *ἔρανον* dicitur, in orbe Mercurij, *φωτικὸν* vero, in naturam plantandi, & augendi corpora in ingressu, globi lunaris exercet. Et est sicut à diuinis vltima, ita à nostris, terrenisq; oibus, prima. Corpus enim hoc, sicut sex rerum diuinarum est: ita animalis est prima substantia. Et hæc est differētia, inter terrena corpora & superiora, cœli, dico, & syderum, aliorumq; elementorum: quod illa quædem sursum accersita sunt, ad animæ sedem, & immortalitatem, quod ex ipsa natura regionis, & sublimitatis imitatione, meruerunt. Ad hæc vero, terrena corpora, anima ipsa deducitur. Nec te moueat, quod de anima, quam esse mortalem dicimus, morte toties nominauimus. Etenim sua morte, anima non extinguitur, sed ad tempus obruitur. Nec temporalis dimerisione, beneficium perpetuitatis eximitur. Quū rursus, est corpore, ubi meruit correctione vitioꝝ penitus elimata, purgari ad parentis vitæ, lucem restituta in integrū reuertatur, plene (ut arbitrator) de morte, & de vita, animæ definitio liquet: quam de adytis philosophiæ doctrina Ciceronis elicit. Hæc Macrobius, &c.

## PIERIVS.

Cum Sibus. Multa quidem ex nominibus Græcis, quæ iure Latini donata sunt, y, in v, comutarūt. In Romano in codice pleraq; ex iis, q̄ vulgo per v, proferimus, per y, scripta reperias, ut Cymæ, quod etiā in Mediceo est: & superius, Cymarū. Contra vero, q̄ vsus nunc per y, scribit, & enunciat, ibi per v, vocalem La tinam scripta esse, ut in clutus, q̄ quum incōstater adeo posita sint, bonam eorū partem preterire consiliū fuit. ¶ Stimulus sub pectore vertit Apollo. In codicibus aliquot antiquis, versat, habetur. Sed in hac sententia melius est, verit. ¶ Et rabida ora. Vertra pleraq; exēpla, rapida, legunt: quiq; lectionē eā volunt, rabiem, inquit ex Aristo. in hominē non cadere, minus vero in deū. Sed enim hoc alterius est negotii: nos superius habemus de hac eadē persona, Et rabie fera corda tument. ¶ O virgo noua mi facies. Ro. codex, mihi, semper eodē modo scribit, tam promonosyllabo, q̄ pro soluta in duas syllabas dictione. ¶ Oia pæpi. In Ro. cod. & quibusdam aliis antiquis, pæpi, legitur: quod idē est, cū animo meū ante peregi. Si vero, pæpi, placet: ut in *Lōgobar.* & in *Medi.* habetur, ante, ppositio vtrūq; verbo fuerit applicata, omnia ante pæpi: & oia ante meū animo peregi. ¶ Ite ad conspectū chari genitoris & ora Contingat. In Ro. cod. per petuus ille modus, ire, pendet à verbo, vnū oro, alio idē mēbro. Et, ora cōtingam, legitur. In aliquot etiam codi. in emendate, cōtingit, enunciatiuo modo positū est. Magis tñ placet, oro, contingat ire: quod etiā Seruius agnoscit. ¶ Vt te supplex peterē, & tua limina adirem, Idē orans mandata dabat. In plerisq; oibus anti. exēpla, inter hæc mēbra non habetur, & copulatiua particula. &, Idem orans, varie legitur. Nam codices nonnulli, Id memrans, legunt, quod hoc loco mihi videtur otiosum. Alii quidam, Id me orans: vnde puto per librariorū iſcitiam illud, Id memrans, emanasse. Mihi vero tam vulgata lectio, Idē orans, q̄ anti qua ea, Id me orās, sum mopere satisfacit. ¶ Natūq; patrisq;. In antiquioribus exēpla. gnati: quod nonnulli alij corrupte, geniti, scripsere. Probus autem Valerius, hoc citato loco metaplasma esse ait, *κατὰ πρόθεσιν*, quare, gnati, scribendū: ut etiam in *Medi.* codi. habetur. ¶ Si potuit manes arcessere. In antiq; manis. In Ro. & aliquot aliis, accersere. vtrūq; vero, accersio, & arcesso, recte dici alibi ex antiquis grammaticis offendimus.

## SERVIVS.

Arasq; tenebat. Rogabat enim deos ararum ansas tenētes. ¶ Sate sanguine diuū. Vnde *Aineas* defuit, inde hæc sumpt exordium. ¶ Facilis descensus Auerni. Legitur & *Auerni*, no. i. ad *Auernum*, sed si *Auerni*, inferorum significat: & lacum pro inferis ponit. ¶ Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Id est omni tēpore homines in fata cōcedunt: & hoc poetice. Nam *Lucretius* ex maiore parte, & alij integre docēt inferorum

Talibus orabat dictis, arasq; tenebat, POE.  
Tūc sit orsa loqui vates. ¶ Sate sanguine diuū. SIBYL.  
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni,  
Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.  
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,  
Hoc opus, hic labor est, pauci, quos æquus amauit  
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,  
Diis geniti potuere, tenent media omnia sylvæ,  
Cocytusq; sinu labens circumfluit atro,  
Quod si tantus amor menti: si tanta cupido est,  
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre

Virg.

inferorum regna nec esse quidem posse. Nam locum ipsorum quem possumus dicere, cum sub terris esse dicantur Antipodes? In media vero terra eos esse, nec soliditas patitur, nec centrum terræ, quæ si in medio mundi est: tanta eius esse profunditas non potest, ut medio sui habeat inferos, in quibus esse dicitur tartarus: de quo legitur, Bis patet in præceps, tantum tenditq; sub vmbras, Quantus ad ætherum cœli suspensus olympū. Ergo

Yy ij hanc

hanc terram in qua viuimus, esse inferos voluerunt, quia est omnium circuloꝝ infima: planetarum scilicet septem, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Venis, Mercurij, Lunæ: & duorum magnorum. Hinc est quod habemus, & nomen Styx iter / fusa coerces. Nam nouem circulis cingitur terra. Ergo omnia quæ de inferis finguntur, suis locis hic esse comprobamus. Quod autem dicit. *Paucet atrianua Ditis.* Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras: Hoc opus, hic labor est: Aut poetice dictum est, aut secundum philosophorum altam scientiam: qui deprehenderunt bene uiuentium animas ad superiores circulos. i. ad originem suam redire, quod dicit Lucanus Pompeio, Vt vidit quanta sub nocte iaceret Nostra dies. Male uiuentium uero diutius in his promori corporibus permutatione diuersa, & esse apud inferos semper.

*Pauci, quos æquus amauit Iuppiter.* Tria genera hominum dicit ad superos posse remeare: quos diligit Iuppiter. i. hos quos in ortu benignus siderum aspectus irradiat. Iuuenalis, *Distant quæ sidera te Excipiant modo primos incipientem Edere uiguitis, quos prudentia subleuat.* Nam hoc est. *Quos ardens eue nit ad æthera uirtus.* Item religiosos quos à dijs genitos dixit, Consequens enim est ut deorum soboles religionibus vacet. *Dijs aut geniti.* Quia corporibus se infundebant potestates supernæ. Vnde Heroes procreabantur. *Tenent media omnia sylus.* Causam redditur cur non facilius sit animarum regressus, quia oia polluta & inquinata sunt. Nam per syluas, tenebras & lustra significat, in quibus feritas & libido dominantur. *Cocytusque sinu labes circumuenit atro.* Fluuius inferorum, dicitur *ἐπὶ τοῦ κόκυτον*. i. uigere. Nam Homerus sic posuit. Est autem locus vicinus Acherontis: de quo diximus supra. Qui ideo lucuosus esse fingitur, quia ut exposuimus in primis partibus libri, hæc sacra, morte hominis fiebant. *Bis Stygios inare lacus.* Modo & post mortem. Quod autem dicit Ouidius, *Æneam inter deos relatū, nō mirū est.* Nam ut supra etiam diximus, necesse est etiā relatorum inter deos, apud inferos esse simulacra: ut Herculis, Liberi patris, Castoris & Pollucis. Multi hoc non videntes, ad Sibyllam referunt. ut dicat, *Vis me bis inferos cernere: modo: & cum me lucis Hecate præfecit Auer nis: quod est paulo post dictura.* quod si est: non bis hæc, sed tertio inferos cernet. Nam quicquid est ipsa morietur. Item hi supradictam non videntes rationem, dicunt de se Sibyllam dicere. Nā si de Ænea dicat, non eum uidet deum futurum. quod si est, caruit numine, & quædam modum de Misenio, uaticinatur. Vnde referre nos debemus ad id, ut dicamus etiā post apothecosim apud inferos remanere simulacra. *Stygius lacus.* Styx palus quædam apud inferos dicitur: de qua legimus, *Dij cuius iurare timent & tollere numē.* Quod secundum fabulas ideo est quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauisse: pro cuius remuneratione Iuppiter tribuit, ut *Dij iurantes per eius matrē: non audeant fallere.* Ratio autem hæc est, *Styx mortis significat: vnde ἐπὶ τοῦ στυγιῶν* i. à tristitia Styx dicta est. *Dij aut leti sunt semper.* Vnde & immortales. Ergo quia mortem non sentiunt, iurant per rem sue nature contrariā. i. tristitiā, quæ est eternitati contraria. Ideo iussurandum per execrationem habent. *Tartara.* Locus inferorū profundus: de quo Lucanus ad inferos dicit, *Cuius vos estis (superi).* *Infero.* Magno. *Accipe quæ peragenda prius.* Si vis, inquit, reuerti, audi obseruationis præcepta. Et sub imagine fabularum docet rectissimam vitam, per quam animabus ad superos datur regressus. *Latet arbore opaca Aureus.* Licet de hoc ramo, hi qui de sacris Proserpine scriptis dicuntur, quiddam esse mysticum affirmant: publica tamen opinione hoc habet, Orestes post occisum regem Thoam in regione Taurica cum sorore Iphigenia (ut supra diximus) fugit: & Dianæ simulacrum inde sublatum, haud longe ab Aritha collocauit. In huius templo post mutatū ritum sacrificiorum fuit

Tartara, & infano iuuat indulgere labori,  
Accipe quæ peragenda prius. Latet arbore opaca  
Aureus, & folijs, & lento vimine ramus,  
Iunoni inferæ dictus sacer, hunc tegit omnis  
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus umbræ.  
Sed non antè datur telluris opera subire,  
Auricomos quàm quis decerpserit arbore foetus.  
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus  
Instituit, primo auulso non deficit alter  
Aureus, & simili frondescit virga metallo,  
Ergo alte vestiga oculis: & rite repertum  
Carpe manu, namque ipse volens, facilisque sequetur,  
Si refata vocat: aliter non viribus ullis  
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.  
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,  
(Heu nescis) totamque incæstat funere classem,  
Dum consulta petis, nostroque in lumine pendes:  
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.  
Duc nigras pecudes ea prima piacula sunt o.  
Sic demum lucos Stygios, regna inuia uiuis  
Aspicias. Dixit, pressoque obmutuit ore.

POETA

sinistra: aut virtutes. i. dextrâ partē sequuntur. Vnde ait Perseus, Traducit trepidas ramosa in cõpita mētes. Ergo per ramū virtutes esse secladas, qui est y literæ imitatio. Quæ ideo in syluis dicit latere: quia re vera in huius vite cõfusione, & maiori parte uitioꝝ virtus & integritas latet. Alij dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod diuitiis facile mortales intereunt. Tiberianus, Quo pio tererant limina Ditis. *Lento vimine.* Flexibili, ut, tenta quibus non facili supaddita vitis. Alias graui. *Iunoni inferæ.* Proserpine: ut, Sacra Ioui Stygio. *Dictus.* *Dicatus.* Et obscuris claudunt conuallibus umbræ. Re vera nemus Aricinum densum est. *Sed non ante datur.* Siue iustis siue iniustis, sic intelligentes remouebimus questionē. Hinc enī dicit, *Logo post tempore visum.* Ex eo enim quod dicit descēdisse aliquos, ramū quoque depositum esse significat. *Telluris opera.* Secundum eos qui dicunt inferos in medio esse terrarū: quos Iuuenalis dicit putari esse sub terris: ut, *Esse aliquos manes & subterranea regna.* *Pulchra.* Quæ rapuerunt. *Suum.* Sibi charum. *Non deficit alter.* Ne diceret, ab his qui primo descenderunt esse sublatū. *Frondescit.* In natura redit: & honeste locutus est dicēs Habet frōdes sibi metalli. *Alte vestiga oculis.* Require omni intentione. *Rite repertum Carpe.* Rite carpe, non rite repertū. *Si te fata vocat.* Hinc enim quæ fata vocat, facile sequitur. *Poteris.* *Poterit quis.* Tertiam enim personam significationē ad secundā trātulit, & generaliter loquitur. Nā ut de Ænea dicat, non pcedit. Si non dubitat, caret deo: nec potest de Misenio uaticinari. *Duro ferro.* Et genus esse potest & species. *Præterea.* Ac si diceret, est & alia opportunitas descendendi ad inferos. i. Proserpinæ sacra peragendi. Duo autem horum factorū genera fuisse dicuntur. Vnum Necyomantia, quod Lucanus exegit: & aliud Sciomantia, quod in Homero, quæ Virgi sequitur, cõstat. Sed sicut in Lucano, in Necyomantia ad leuandum cadauer sanguis est necessarius, ut, *Pectora tunc primū feruenti sanguine suppleant.* In Sciomantia vero, quia umbræ tantū est uocatio, sufficit solus interitus. Vnde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. *Tibi.* Ideo addidit tibi, ne Amici posset et ad Sibyllam referri. *Incestat.* *Polluit,* & incestus est quæcumque pollutio. *Perudes.* Sollicitus est: vt, ipse manu multo suspensum numine dicit. Et proprie pendere est desyderare aliquid audire: vt, *Pendet quæritū narratis ab ore.* *Sedibus hunc refer ante suis.* Apud maiores (ut supra diximus) omnes in suis domibus sepeliebantur. Vnde etiā umbras, laruas vocamus. Nam dii penates alii sunt. Inde est quod etiā Dido cenotaphiū domi fecit marito. Ergo aut secundum istum locutus est morē, quibus adhuc Troiani domos non habuerint. Aut dicit. Refer hunc naturalibus sedibus, id est terræ: nam in aqua perierat. Veruntamen illud est, ut intelligamus eam dicere Sepeli eum. Nam sepulchrum sedes uocat. Horatius, *Nihil certior tamen rapacis orci sine destinata diuitem manebat herorum.* Virgilius, *Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaque nomen.* *Perluadet autem sepulturam, ut possit recentis cadaueris vitæ animæ*

animarum vt Lucanus, Non in tartareo latitantem poscimus antro, Affuetamq; diu tenebris: modò luce fugata Descendentem animam prima pallentis hiatus Hæret adhuc orci. ¶ Prima piacula (sunt.) Ad expiationem pollutionis, quæ fuerat nata morte Miseni. ¶ Sic deum.) Ad postremum: hoc est nouissime. Et hæc particula tam apud Virgilium, quam apud omnes idoneos auctores hoc significat, licet in alijs diuersa significet. ¶ Lucos stygios regna iua viuis Aspicies.) Seneca scripsit de situ & sacris Ægyptiorum. hic dicit circa Siensem extremam Ægypti partem esse locum, quem Philas, hoc est amicas vocant: ideo quod illic est placata ab Ægyptijs Isis: quibus irascebatur quod membra mariti Osiridis non inuenibat, quem frater Tiphon occiderat. Quæ inuenta postea cum sepelire vellet, elegit vicinæ paludis tutissimum locum. quæ ad transitum constat esse difficilem. limosa enim & papyris referata. Ultra hanc est breuis insula inaccessa hoibus. Vnde ἄβατος appellata est. Lucanus, Hinc Abatos, quam nosstra vocat veneranda vetustas. Hæc palus, Styx vocatur, quod tristitiam transeuntibus gignit. Sane ad illam insulam ab his qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam quod vicini populi cadauera suorum ad alteram regionem transferunt: sed si quis forte in fluuiio pereat, nec eius inueniatur cadauer, post centum ei annos vltima persoluunt officia. Hinc est tractum, Centum errant annos, voluntantq; hæc littora circum. ¶ Et regna inuia.) Quæ contra naturam fiunt, non afferunt iudicium generalitati. Vnde ait, Inuia regna. licet Hercules & alij transferint: sed sit transiturus Æneas. Sic dictum est & illud: Euaditq; celer ripa tremabilis vndæ.

## ASCENSIVS.

¶ Talibus orabat dictis, &c.) Recitat responsum Sibyllæ, dicens esse facilem descensum ad inferos: cuius (hinc ea quæ iam recitauimus) variæ possunt esse expositiones: nam si Poeta fuerit opinionis dicentium corpus esse inferorum: locum cui Seruius (vt videre licet) suffragatur. Dicemus sic: Facilis descensus Auerni. Anima, facile in aliud corpus migrat: non enim potest in Elysios campos recipi, nisi virtutes scenerauerit: atque omnino ætheream virtutem, puritatemq; facta fuerit: vt dicunt Platonici. Opus est ergo, volenti ad superiores remeare, vt Iuppiter eum amet: hoc est in natiuitate. signum bonum habeat. Iuuenta. Distat enim, Quæ sidera te excipiant modo, primos incipientem, Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. aut, vt habeat ardentem virtutem: quæ quid aliud: quam vera charitas sit, nescio. aut, dijs genitus sit: hoc est, religionem colat: vt autem ex hac sylua, quæ mundi sunt occupationes, in lucem emergamus: opus est auro ramo. i. sapietia. Nam, vt dicit Seneca epistola vltima, vni libri, Anima in hoc corpore, tanquam in vinculis præmitur, nisi addit sapientia. At philosophi, quo puritatem animi nanciscerentur, animam suam in hoc mundo perdidit. vnde Hieronymus, Omnis philosophorum meditatio, mors est. Alij, per rationem, virtutem intelligunt: vt sit dextera pars, y, literæ Pythagoræ: de qua per Virgilium satis. In Ciceronis Officiorum libris, legitur, Herculi duas matronas occurrisse: de quibus ibidem, facilis patet nunc, secundum alias vias, interpretatio. At si in nostræ religionis, veritatem conuertere velimus, quamuis author de ea non dixerit, quippe qui ante eam mortuus fuit, non videtur quid refragetur. ¶ Facilis enim descensus Auerni.) Lata enim est via, quæ ducit ad perditionem. nam multi sunt vocati, pauci vero electi: hoc est quod dicit, pauci quos æquus amauit Iuppiter. Triplices enim cœlum possidebunt, quos æquus amauit Iuppiter, hoc est, quos Deus, per gratiam, saluatos vult: scite tamen, additur æquus: nam, vt patet in euangelio, de eo qui conduxit labores in vineam suam, Non facit deus alijs iniuriam, licet alijs quibus, veniam conferat maiorem. Item quos ardens virtus. i. charitas, & religio (vnde amor, ignis dicitur) vexit ad æthera: iterum dijs geniti: qui nondum virtutem coluere, quippe qui ad beatitudinem, y, literæ, nondum venerunt, nec veniam meruerunt, vt qui peccare non potuerunt: quales sunt innocentes, beneficio dominicæ passionis saluati. vnde Ioannis. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non, &c. opus etiam est, auro ramo, id est sapientia, & virtute: quæ in sylua, id est mundi latebris, difficilis iuentu est: nisi nos Veneris aues, hoc est columbæ, ducant: per quas intelligo, gratiam spiritus sancti, qui in columbina specie nonnunquam apparuit. Vel, cupiditas, id est diligentia, nos ad virtutem ducat. sic & alia omnia intelligi possunt. Sciendum autem est, apud Cumas esse lacum Auerni, quem sylva vndiq; sepiant: ita, vt grauissimus odor, quam mephitim vocamus, exhalet: vnde aues spiritus tam grauis impatientes, super eum volare non possunt: vnde Auernum, ab, a, quod priuatiuum

est: & omnis, auis, quasi sine aibus, dicitur. Fingunt autem poetæ ibi descensum ad inferos, propter tenebras fuisse: aut certe, quod ibi necromantiæ fiebant: ad quas, opus fuit recenti cadauere: vnde hic Miseni sequitur mors: quem Triton, monstrum marinum (ali quando, vt narrat Lilius in Hispania visum pueri, simillimum concha, sonitum faciens.) demersit. & apud Home. in Odyssea, dum Vlysses ad eum peruenisse dicitur, occurrebat mors Elpenoris, qui è scalis mortuus desiderat. ¶ Tenet media omnia sylua.) Syluam, vocant Platonici hylem. & omnium planetarum congeriem, seu insipientiam: vnde, quia nos sidera, ad varias trahunt affectiones: difficile est, rectam viam semper tenere. aut syluæ, id est corporis passionem virtutem occultat. ¶ Tartara.) Tartarus, vltimus inferorum locus: vnde de eo ad reliquos, Lucanus, Cuius vos estis superi. dicitur autem τῶν τῳραριζων, quod est à frigore tremere. ¶ Nigra.) Id est profunda: vnde statim dicitur, Bis patet in præceptum tantum, tenditq; sub vmbra. Quæ tus ad æthereum cœli suspectus Olympus. ¶ Lenta.) Lentum dicimus, quod tenax est: vnde, lenta tenacitas: inde, & laxum lentum. ¶ Primo auulso non deficit alter.) Occurrit obiectioni tacite, si dicat Æneas, constat Orpheæ Alciden, &c. venisse ad inferos, si ergo, non nisi vnus ramus est, nec sine eo ad inferos itur, non patebit mihi ingressus, dicit ergo, Primo &c. ¶ Alte vesti.) Bene, difficultatem inueniendi aurei rami, ostendit: vnde hic: maxime allegorice interpretationi locus est. ¶ Presso ore.) Ab Apolline: quum enim de Misenio vaticinetur, non potest dici, diuino spiritui liberata. ¶ Ordo est. Æneas orabat talibus dictis, & tenebat aras ex more, scilicet supplicantium: & quasi per aras obsecrantium, & fidem suam obtestantium. Et Vates orsa, supple est. i. incœpit loqui sic: o Anchisiades Tros, id est Troiane: fate. i. progenite, sanguine diuino (affirmat ergo, quod ille assumperat, Et mi genus ab Ioue summo est.) descensus Auerni, id est qui per Auernum fit ad inferos, est facilis: vel descensus Averno. i. ad Avernum est facilis: quia ianua Ditis atrii, id est obscuri, & profundus: hoc est Plutonis: qui apud atros regnat: patet noctes, atq; dies idem semper, & continuo tempore: vnde accusatiuo vsus est, licet id Valerius rideat: sed reuocare gradum, id est regredi ab inferis, & euadere. i. penitus exire: ad auras superas: hoc, supple est opus, scilicet difficile labor, sup. est difficilis, quia pauci, quos Iuppiter æquus. i. non rigorosus iudex: aut (vt dicitur alibi) rex Iuppiter omnibus idem: sed non omnes se eosdem Ioui, id est summo deo exhibebat: & ita æquus est omnibus, & omnes amare vult: eos solūmodo amat, quæ se exhibent amabiles: quos ergo Iuppiter æquus amauit, scilicet singulari charitate, & donauit singulari gratia, aut, quos virtus ardens, id est vehemens, aut charitas ipsa, quæ sola ad superiores ducit: quia ignis est, cuius etiam physica ratione est ascendere: sicut allegorice charitas: euexit, scilicet ex his erumnis ad æthera. i. ad cœlum: sed ignis receptaculum, proprie significat & supple geniti dijs. i. benigna insipientia deorum: hoc est syderum secundum Ethnicos freti, aut geniti: quod secundum religionem nostram, prius aliter exposuimus. hi ergo pauci: potuerunt, scilicet euadere, ad superas auras: quia sylua tenent omnia media: & reuera, iter Auerni syluosum erat: sed altiori ratione, intelligit syderum congeriem: vt prædiximus: vnde dictum est in primo de Aeneas, Cui mater media sese tulit obuia sylua, quasi ideo dicatur filius Veneris Æneas: qui eam habuit in media sylua. i. facie cœli, & horoscopo sue natiuitatis: & Cocytus. i. lacus ille infernalis: labens sinu atro. i. obscuro, quia profundus: circumuenit, id est circumdat, exire volentes. Quod si. q. d. nihilominus quantum prædixit le sit: tamen si tantus amor, sup. est: menti. i. tui. & si tanta cupiditas est menti tue: innare bis. i. nunc, & post mortem (& hoc secundum historiam: nam fabulæ dicunt, deum indigentem factum) lacus Stygius. i. Stygis, lacus infernalis, tristitiam significat, & videre bis tartara nigra. i. profunda: accipe. i. intellige (nam nihil præter rei intellectionem datura est) quæ peragenda, sup. sint tibi: prius scq; descendas. Ramus aureus, & i. simul: folijs, & vimine lecto. i. flexibili: quod ad bonitatem auri facit: latet, sup. in arbore opaca. i. densa, folijs, & ramis: alijs dictus. i. dicitur: aut habitus sacer, id est consecratus: Iunoni. i. iuuanti: matri infernæ. i. quæ apud inferos est. i. Proserpinæ. nam eadē dicitur Diana, & Iuno apud nos: vnde puerperæ, in partu, vtroq; nomine inuocant. eam hinc Maro, Casta faue Lucina tuus iam regnat Apollo. loquens. i. de Diana, causa Apollo frater est. Et Comicus in Andria, Iuno Lucina fer opem, serua me, obsecro. Et Proserpina, ac Iuno inferna apud inferos: nam summis numinibus, triplex assignatur potestas, vt alibi diximus. Omnis. i. totus: lucus. i. sylua incædua: tegit hunc, scilicet ramum: vmbra claudunt. i. circumdant eum, obsecris con

malibus: sed hic difficilis quidem est repertu: sed tamē repertum oportet: quia non datur. i. conceditur à diis: subire operta. i. secreta, & occulta telluris. i. terrę, hoc est subterranea loca. ante. i. prius quam quis decerpserit, arbore. f. opaca. i. dicta foetus auricomos. i. ramum habentem folia aurea pro comis, quia Proserpina, regina inferorum: pulchra. f. in conspectu Plutonis, qui eam rapuit, illectus pulchritudine eius: instituit hoc munus suum. i. proprium quia Ditis vxor est ferri sibi. i. ad se: aut ad commodum, & honorem suum: & ne dicat non esse adhuc allatum: aut si allatum sit, quum vnus tantum sit non restare, qui afferretur, respōdet, primo auulso. i. postq̄ ramus, qui prius erat auulsus est ab eo qui in ferros petere vult: alter aureus. f. ramus, non deficit, imo statim nascitur, & in locum sublatis sufficitur: & virga. i. ramale, si deficit simili metallo: nam metallum, genus est: aurū, species. Ergo, quia difficulter inueniri potest: & tamen inueniendus est, vestigia. i. inquirere alte oculis, & carpe rite. i. vt decet, scilicet manu: non falce, nec cultro: repertum, id est postquam reperisti: & si dicat non posse manu tolli, purgat dicens, non opus esse securi aut alio instrumento: namq; ipse sequetur volens. i. volēti similis, & facilis. i. facili, hoc est obsecundanti similis: si fata vocant te, id est si prædestinatum est te per eum, ad inferos descendere, atq; redire: aliter. i. repugnantibus fati, hoc est deorum dispositionibus: non potes vincere. i. confringere, & abrumpere eum viribus: nec conueltere vilo ferro. Præterea. i. p̄ter iam dicta: corpus amici tibi. f. Miseni: iacet. f. in sepulchro: exanimum. i. mortuum: aut iacet tibi. f. ad institutum tuum commodum: nam sine mortuo nō descenditur ad inferos: heu dolentis, nefcis: & incæstat. i. polluit funere. f. suo: totam classē: refert hunc. f. amicū, extinctum ante. f. q̄ ad inferos descendas: suis sedibus. i. sepulchro, quia hæ nobis pprie sedes,

SERVIVS.

¶ Mæsto vul.) Propter mortem amici, & rami inquisitionē. ¶ Defixus lumina.) Defixa lumina habens: per quod tristitia mentis ostenditur. ¶ Ingre ditur.) Pro graditur: vacat p̄positio: vt Ingre diturq; solo, & caput inter nubila condit. ¶ Paribus curis vestigia figit.) Aut simili sollicitudine detentus incedit, aut figit vestigia. i. stat subito: quod cogitantes facere conserunt. ¶ Multa inter sese vario sermone ferebant. Hic proprie dictus est sermo, qui inter vtrūq; feritur. ¶ In digna morte.) Miserabili: non congrua eius meritis: vel p̄pter animæ etiam extinctionē elementi cōtrarietate. ¶ Martēq; accēdere cantu.) Hemistichiu hoc dicitur addidisse dum recitat Augusto. ¶ Vita spoliavit.) Ad bellū retulit: in quo viciis tolluntur exuuiæ. ¶ Non inferiora secutus.) Vbiq; Æneæ Hectori cōparat: vt, Ambo animis, ambo insignes p̄stābus armis. ¶ Caua dum personat æquora concha.) Aut p̄sonare facit: aut Hysterologia est, dū per caua æquora sonat. ¶ Demens.) Improvidus, qui nō cōsiderauit etiam deos in æmulationē posse descendere. ¶ Æmulus.) Modo eiusdem rei studiosus: alias inimicus inuenitur. ¶ Exceptum.) Oppressum i. fidij, quo sermone ostēdit eum tantæ fuisse virtutis, vt ne à numine qdem nisi in fidij opprimeretur. ¶ Triton.) Penultima accentū habet, nam Tritonis facit. Si enim vltima habet, Tritōus facit: quod nō p̄cedit: vt, Demophoon Demophontis.

DONATIVS.

Hic desunt nonnulla.

¶ Quia eū perdidisset, & quem gemeret nesciebat. ¶ Cui fidus Achates it comes.) Ibat cū ipso Achates pari cura possessus, quū vero irent. ¶ Multa inter sese.) Tractabāt inter se, q̄s ille esset mortuus, vel cuius corpus sepeliendū Sibylla præcepisset. Quātū hic laudatur fides Achatae, & amicitia, quę paribus curis agebatur, trūq; torquebatur, quātū Æneas, ad quę spālis luctus, & amissio necessarii p̄tinebat. ¶ Atq; illi. m. in. l. sic.) Id est in arena litto ris ficci. est. n. & v̄dum litus, vbi pelagus terminatur. ¶ Vt venere v̄dēt indi.) Mox agnouerunt Miseni iacentē, leto miserabili oculum.

des, quas mutaturi non sumus: & pro. i. cōde sepulchro: duc. f. ad inferas, aut sacrificium funebre: pecudes nigras: quia inferis gratus est color niger: sicut superis cādidus: ea piacula. i. purgamina: & expiationes: sunt. i. mado. vt sint prima. Tu aspicias demū. i. post lōgā expectationē tuā: sic. i. per talia munera, & sacrificia: lucos Stygios. i. infernales, Stygem ducentes: & regna inuia. i. quę nullā p̄bent viā viuus: dixit. f. Sibylla, & obmutuit ore presso. f. ab Apolline, qui nō permittit eam vltius loqui.

P I E R I V S.

¶ Cocytusq; sinu la. circūfluit atro.) In antiq; oibus exēplari bus quotquot versare contigit, vno exemplo scriptum legi, circūcunuenit, vulgata quidem lectio minime displicet: sed tor codices variis locis & ætatibus scriptos, non temere conuenire credendum est. ¶ Auricomos quā quis decerpserit arb. fce.) In co dici. aliquot anti. discerpserit, scriptum est: auellendus enim erat ramus: obiectaturq; ita in cōficiendo negotio difficultas: quum decerpere, minus laboris quodammodo polliceatur. Plura tamen exemplaria manu scripta, decerpserit, habent. ¶ Aliter nō viribus vllis.) In Roma. codi. nec, vt sit repetitio cum eo quod sequitur, Nec duro poteris conuellerē ferro. Sed magis placet, non vt in reliquis habetur. ¶ Sic demum lucos Stygios regna inuia viuis. Aspicias.) Antiqua oīno pleraq; exēplaria legunt, lucos Stygios, & regna inuia viuis. vt sit versus eiusdem generis cum ro, Aut ouium foetus, aut vrētis culta capellas. Sed enim ego hæc libentius missa fecerim: ni quibusdā sit obsequendū, q̄ sibi oīa quæ liacūq; sint, ex antiquorū codicum fide flagitat explicari. Sūt vero etiā codices manu scripti, in quibus, lucos Stygios, & regna inuia, legat. Sed enim ea oīno lectio probabilior, quæ in med. atq; aliquot aliis, absq; copulatiua particula, regna inuia, appositue scriptum ostendit.

cisum, enumerat iā, quę in illo viro essent dolēda. Misenu mo lidem, inquit, hoc est sanguine optimo genitū. ecce duo indi gna, leti genus, & sanguinis ratio. ¶ Quo. n. p. a. Aere. c. v. m. q. a. c.) Addidit alia, nam in tu bæ cantu nullus peritior fuit, nullus viros sic accendebat, quū veniret ad cōsuetum. Dixit viros, qm̄ imbelles & timidi nullius hortationibus com mouent. viros ergo fortes debemus accipere, nō ad sexus distentionem. dixit hæc, conferit quoq; alia. ¶ Hectoris hic, inquit, magni fuerat comes. Quū sint multi, q̄ alios in furo re cōtinent belli, ipsi tū pugna re nō possint. laudatur in Miseno, q̄a faciebat cū viris, q̄ p̄ tubā ipse dicebat. Hectoris inquit, fuerat comes. si cōsideretur Hectoris magnitudo, quæ iste fuerat iūctus, intelliget quæ lis fuisset et misenus, na nullus

cuiquā comes, aut amicus efficitur, nisi, q̄ fuerit studiorū affectu nō dispari. Hectora circū, & lituo pugnas insignis obibat, & hasta quoties cū Hectore p̄cedebat ad pugnā, & lituo placebat, & hasta inferior nō fuit, duo officia simul exercēs. ¶ Postq̄ illū victor vita spoliavit Achilles.) plurimū laudatur misenus, q̄a nunq; illi societas, nisi cū p̄cipuis fuit. nā post Hectoris mortē, quę Achilles occidit, se addidit Æneæ nō dispari virtute, vel factis. ¶ Sed tum forte caua. Illo, inquit, tēpore, quo cū Æneæ fuerat, dū artē suam exerceret in litore, & cātu eius p̄sonarent caua saxoꝝ, repentina demētia possessus deos hō i certamina credidit puocādos, sed illū Triton exceptū vt pote æmulus, hoc est ex puocatione aduersarius, iter saxa collisum dedit morti, atq; v̄ndis imersit. Licet sit factū, vt deos ad cantus hō puocaret, & mors puocantis exitisset, tñ poeta (si credere dignū est) inq̄, vt ostēderet, et se dubitare potuisse, existere tātā audaciā, quę in suā p̄niciē diuinum odiū concitaret, exceptum dixit, vt feram venabulo: quæ dum sua feritate plurimum se posse arbitratur, sic incauta ruit in ferrum, & poenam suæ temeritatis expendit.

A S C E N S I V S.

¶ Æneas mæsto, &c.) Cōgrue descēsurum ad inferos, mæstum inducit.



inducit: quia moeror, ad contemplationem inferorum nos inui-  
tat: quocirca sapiens dicit, Melius esse ire ad domum luctus, quā  
ad domum conuiuij. In illa enim (inquit) finis cūctorum admo-  
nes hominum: & viuens cogitat, qd futurū sit. Mœsus ergo Ae-  
neas cum Achate (qui curam significat) ingreditur ad littus, visu-  
sus socium, & amicum, quem extinctū dixerat Sibylla: isq; erat  
Misenus Æolides. i. de genere Æoli, aut filius eius, optimus tubi-  
cen: quod non absurde fingit, quia tubicini opus est vento, cuius  
Æolus rex est. Præstantiā quoq; artis, & virtutis eius, profectur  
poeta: vnde dicit Donatus. (Aere ciere.) Enumerat, quæ in tali  
viro essent dolēda. Primo: quia Æolides. i. nobili genere. ¶ Quo  
nō præstā. al. Aere ciere.) Secūdo, qd sumus artifex in sono tubæ.  
¶ (Viros.) Homines fortes: quia imbelles, nullis exhortationibus  
imitari possunt. ¶ Et lituo pugnas & hasta.) Nō solum tuba, alios  
accendere poterat: sed & ipse pugnat. ¶ Hectoris it co.) Maxi-  
ma laus. qd nunq; nisi præcipuis, comes esset. ¶ Si crede. di. est.)  
Quasi incredibile sit, qd homo deū prouocauerit. ¶ Exceptū.) Vt  
venabulo feram, quæ dum sua feritate plurimum posse credat, in  
cauta ruens, in ferrū temeritatis poenas dat. ¶ (Indi. m.) Quæ non  
conuenit viro forti: ergo nō tantus dolor fuisse: si in bello ceci-  
disset. Hec ille. ¶ Ordo est. Aeneas defixus lumina. i. habens lumi-  
na defixa, hoc est deorsum fixa, hoc est oculos in terrā fixos, igrē  
ditur, supp. cū vultu mœsto: linquens antrū. i. Sibyllæ: & volutat  
secum aio. i. suo: cæcos. i. dubios, & ignotos euentus. (Ergo nō tan-  
tum euentū, dicimus, numero plurali: quod valla p̄tendit.) Cui. i.  
Aeneas, Achates it fidus comes: & figit. i. fistit: figes. i. firmans: ve-  
stigia. i. gressum, curis paribus) qd cogitabundi, sæpe gressum si-  
stunt. & ipsi ferebant inter se multa, sermone vario. i. modo hoc,  
modo illud afferentes: dubij. i. quæ socium, vates. i. Sibylla: dice-  
ret ex animū. i. mortuū: & quod corpus diceret, humandum. i. se-  
peliendum: atq; illi. i. sic dubitates: vt. i. postq; venerit. i. ad littus:  
vident Misenum in littore sicco, peremptum, morte indigna. i. vi-  
ro

## SERVIVS.

Ergo (qa talis perierat: aut  
qa sic fuerat interēptus. ¶ Præ-  
cipue pius Aeneas.) Aeneas su-  
pra ceteros iducit mortē cuius  
libet dolere. vt. Nūc Amici ca-  
sum gemit. Itē, Casusq; aiūm  
cōcussus amici. Hinc ei dat cir-  
ca sepulturā ēt sordida officia:  
quæ in alijs denegat locis. Qui  
eni de pietatis generibus scri-  
pserunt, primū locum in sepul-  
tura esse voluerunt. Vnde quū  
pontificibus nefas esset cada-  
uer videre, tamen magis nefas  
fuerat si visum insepultum re-  
liquerent. Genus autē fuerat  
sepulturæ iniectio pulueris.  
Vnde est, Aut tu mihi terram  
Inijce. Horatius, Non est mo-  
ra longa, licebit iniectio ter pul-

Ergo omnes magno circum clamore fremebant.

Præcipue pius Aeneas: tum iussa Sibyllæ,

Haud mora, festinant flentes, aramq; sepulchri

Congerere arboribus: cæloq; educere certant.

Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum.

Procumbunt piceæ, sonat iceta securibus ilex,

Fraxineq; trabes: cuneis & fissile robur

Scinditur, aboluunt ingentis montibus ornos.

Necnon Aeneas opera inter talia primus

Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.

Atq; hæc ipse suo tristi dum corde volutat,

Aspectans syluam immensam, & sic forte precatur.

[ Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus AENEAS

Ostendat nemore in tanto, quando omnia vere,

Heu nimium de te vates Misene loquuta est.

do.) Si quidem, & Nimium vere cum ingenti dixit affectu: quasi  
mors prædicta falsa esse deberit.

## DONATVS.

(Fremebāt.) Fremebāt, inqt, quasi irascētes in naturā, quæ illū  
tā necessariū, tā optimū virum, comitē regis, indigna morte præ-  
fisset, ergo planctus fuerūt nō vsitati, sed qbus qrelæ quoq; vide-  
rent admixtæ. ¶ Præcipue pius aeneas.) Eadem cā ēt pius Aeneas  
dolebat, sed plusq; ceteri. ex superioribus appet, qd doluerint oēs,  
nā supra dixit de Aenea & achate. qd illius nō solum mortē, verū  
etiā genus leui doluissent. vt venerē, inqt, vident indigna morte  
peremptum, indigna mors est, quæ nō conuenit viro forti. nullus  
enim, aut nō talis existeret dolor, si i pugna cecidisset. & campo.  
¶ Tū iussa sibyllæ.) ¶ Haud mora. f. f.) Festinandum fuit, vt ius-  
sa sibyllæ mature & in omnibus cōplerentur. i. vt curaretur su-  
nus, & eius solēnia. ¶ Aramq; sepulchri Congerere.) Maiorē de  
ipsis diligentiam, ac laborē exigebat meritū mortui. præter que-  
sius, enim ac stetus, maturabant funeri necessaria. Properabant  
igitur aram non saxis struere, sed arboribus. vt ipsa esset & se-  
pulchrum, intantum autem roboribus congestis eam erigere nō  
tebantur, vt cœlum tangere potuisset, vitra modum aliquod ex-  
hiberi mortuo meritum in vita quæsitum, non alia necessitas fa-  
cit. hoc agebatur in miseni causa, quem amicum fuisse Hectoris  
Virg. Yy iij dixit,

dixit, & æneæ postlerius, vt virium cōtemplatio & meritum mō  
straretur, cæterum & modicis lignis nec in tantum tumulū stru-  
ctis, funus eius consumi poterat. ¶ Itur in antiquā si.) Teircō dī-  
xit antiquā, quia deflorus est arbores illic fuisse ingentes & ma-  
gnas, quā solitudo nutrierat, & multorū prolixitas seculorū. Di-  
xit cam, ppter quam nullus illic habuit accessū. ¶ Stabula, inq; al-  
ta ferarum. Significando alta stabula, ostendit illic ferarū cōmora-  
ri cōsueuisse maiores, quarū metus arceret incolas, ne hanc pro-  
pter abscondenda ligna conscenderent. Quātum troiani laudan-  
tur, qui nō timuerunt euertere stabula alta ferarum? Quod autē  
dixit, Itur in antiquam siluam, & hic ait, stabula alta ferarū, con-  
tinua intelligi voluit, stabula habuisse, in quibus congestæ feræ  
cōmanerent potioris formæ, vt stabulis nostris redacta in vnum  
animalia simplicia colliguntur, appellatione, & ad locum osten-  
dit, de qualibus loqueretur, cæterū cubilia diceret, si minores si-  
gnificare voluisset. ¶ Prociū piceæ.) Ecce vnum genus ligni fo-  
uendo incendio necessarium, habet. n. quendam succum, quo nu-  
eriat flammā. ¶ Sonat ista securibus illex.) Ecce vnum genus ligni  
siluestris. ¶ Fraxinæq; trabes.) Vt fuerant integræ, voluebantur.  
¶ Cuneis & fr. Sc.) Lignum, quod robor appellatur, eius est na-  
tura, vt scindi facilius possit. ¶ Aduoluunt ingentes montibus or-  
nos.) Ornos, quocūq; robora fixilia, quæ ppter effectū rei, troiani  
deſciebant. Prouoluere est, vt quod stat, porro voluatur, id est ca-  
dat. ¶ Nec non æneas o. i. t.) Talia hoc est quæ pertinent ad amici  
funus. ¶ Primus Ho. s. pa. a. a.) Duplex curabat officium, vt oīum  
esset hortator, & operum particeps. Arma dixit paria, qualia alij  
gestabant, qui cedebant arbores, vel iam cælas scindebat cuneis.  
Potest & sic, vt non iam verba essent hortamēta, sed facta. qs. n.  
nō faceret, quod faciebat & rex: Prouocabat hunc amici memo-  
ria, & suadendi necessitas potens. Multū quippe accedit ad affe-  
ctum expediēde rei, si operam suā quā aliquid laboriosum gerit,  
rex ipse coniungat. ¶ Atq; hæc ipse suo tristi cum. c. v.) Licet esset  
tristis, quoniam causa funeris gerebatur, & eius expeditio iā fue-  
rat certa, cœperat cogitare, quæ ad inuentionē rami pertinebant.  
voluebat igitur hæc, & cum corde suo, quasi cum secūda perso-  
na cōsiderans, imensam latitudinē siluæ. ¶ Et sic ore precatur.) In  
prece sua ostendit cogitationes suas, quas tacitus secūq; tractaue-  
rat, auxilio quippe diuino sciebat, opus esse, vt inueniretur in tā  
ta prolixitate siluæ arbor, quæ portaret aureum ramū. vbi igitur  
eius defecit intentio & tractatus æstuant, & cum confudit in i-  
menſum consula latitudo, prolixitasq; siluarum. his p̄catus est  
verbis, vt diuino adiutus auxilio desideratam speciem posset re-  
perire. ¶ Si nunc se. n. ille. a. a. t. o. n. in. t.) Quando, inquit, inueniē-  
do ramo aureo in tanto nemore difficultas obſistit, vt inam vltro  
se nobis offenderet. ¶ Quando omnia vere Heu nimium de te. v.  
m. lo. e.) Necessè est. n. etiam de ramo vera esse dicta, quū de tuo  
casu mīlene nimium miserande, vera locuta est vates.

A SCENSIVS.

¶ Ergo omnes, & c.) Docet, quomodo officii funebre persolutū  
sit Mīseno, iuxta præceptum Sibyllæ, eoq; peracto, inquirere cœ-  
perit aureū ramum. De qua re dicit Dona. sic. ¶ Arāq; sepulc.) Me-  
ritū defuncti præter lachrymas postulabat exequias. ¶ Antiquā.)  
In qua essent arbores, multis sæculis auctæ. ¶ Stabula ferarū.) Er-  
go maiores feræ stare consueuerāt: quæ metus arcebat hoies, ne  
arēt cœsum ligna. Laus Troianorū, q nō sunt deterriti stabulis fe-  
rarū: vbi multarū esset cōgeries, & magnoz: nā de minoribus, cu-  
bilia diceret. ¶ Quo tristi.) Quāuis de morte amici, tristis esset: nō  
omittebat curā iam inuestigādi. ¶ Et sic forte precatur.) Nā auxi-  
lio diuino, sciebat opus esse: vt in tāta silua, ramus inueniretur.

Hęc

SERVIVS.

¶ Cum forte columbæ.) Au-  
guria aut oblatiua sunt, quæ  
nō poscuntur: aut impetrati-  
ua, quæ optata veniunt. Hoc  
ergo quia oblatiū est: ideo di-  
xit Forte. Bene autem a colū-  
bis Æneæ datur augurium,  
& Veneris filio & regi. Nam  
ad reges pertinet columba-  
rum augurium: quia nunquā  
solę sunt, sicut nec reges qui-  
dem. ¶ Ipsa sub ora.) Perite:  
ne si longius volarent, non ad  
eum pertinere viderentur.  
Nam moris erat, vt captantes  
auguria.

[Vix ea fatus erat, geminæ cū forte colūbæ  
Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes,  
Et viridi sedere solo. tum maximus heros  
Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur.  
¶ Este duces: o si qua via est, cursumq; p auras  
Dirigite in lucos vbi pinguem diues opacat  
Ramus humum, tuq; o dubiis ne defice rebus  
Diua parens. ¶ Sic effatus, vestigia pressit,  
Obſeruans quæ signa ferant, quo tendere pergant  
Pascens, illæ tantum prodire volando,  
Quantum acie possent oculi seruare sequentum,  
Inde, vbi venere ad fauces graue olentis Aueni,

POETA

ÆNEAS

POETA

auguria. certa sibi spatia desu-  
gnanda, quibus volebant vi-  
denda ad se pertinere. ¶ Ma-  
ternas.) Veneri consecra-  
tas propter foetum frequen-  
tem & coitum. ¶ Si qua via  
est.) Si esse ratio. & iam ex  
hoc loco esse incipit impetra-  
tium, quod oblatium fue-  
rat. ¶ Cursumq; p auras.) Cur-  
sū vocauit ipetū, & eūdi offiū.  
Nā & nauitū cursum dicimus.  
¶ Ne defice rebus.) Ne defere-  
rebus incertis. Et bene in sil-  
uis inuocat matrē, quam iam  
scit sibi visam esse habitu vo-  
naticis:

Hęc ille. Ordo est. Ergo quæ talis, ac tantus interierat vir: & iusserat  
Sibylla, illi offm funebre debere exsolui: oēs. ¶ Troiani: fremebat  
circū. ¶ cadauer Miseni. sup. cum magno clamore: & præcipue fre-  
mebat Æneas pius. ¶ quia pius: tum. i. deinde: haud. i. non: mora,  
sup. sit: dū ipsi flentes festinant. i. festinanter exequunt. iusta Sibyl-  
læ. ¶ qbus iusserat. Sedibus hunc refer ante suis, & certant. i. certa-  
tim conant: cōgerere. i. cōgerendo extruere: arā sepulchri. i. pyrā  
funebre: arboribus. ¶ s. aggestis, & cōstructis in formā pyræ: & cer-  
tant educere. s. arā sepulchri: cœlo. i. ad cœlum vsq;: aut cœlum  
versus. Itur, scilicet ab omnibus socij Æneæ: aut a pluribus, in  
antiquam syluam: appositorie: alta stabula, id est quæ syluæ erāt,  
alta stabula: ferarum. s. magnarum, quæ stant: vnde stabulum di-  
ctum: sicut cubile, a cubando: piceæ, id est arbores ille piciis, & re-  
sing pleng: vnde apte sunt incendio, licet virides procumbūt, scilicet  
in humum incisæ securibus: illex, arbor illa, ista securibus, so-  
nat: aut tempus, pro tēpore posuit, scilicet ista, pro eo quod est  
quæ icebatur: sonat, aut naturam physicam docet: tardus eni est  
auditus: & ita sonus, non statim ad nos defertur, quocirca prius  
ista est illex, quam sonus ad nos perueniat: & trabes fraxinæ. i.  
ex fraxino arbore, sup. procumbunt, aut sonant: & robor fissile. i.  
quod facilliter finditur cuneis: & ipsi Troiani abuoluunt. s. ab mō-  
tibus: ornos, id est arbores illas: ingēteis, id est valde magnas: Nec  
nō, id est etiam: Æneas, primus inter opera talia, id est pia, & be-  
nefica non seruilia, hortatur socios: & accingitur, id est aptatur: at  
mis paribus, id est quibus alij ligna scindebant (sunt enim arma,  
quæuis instrumenta.) Atq; dū ipse volutat, id est versat, hæc si-  
licet ante dicta, de Morte Miseni: corde suo tristi, id est moesto, &  
dū ipse aspectans syluam imensam, precatur forte sic. Seruius  
dicit, tibicinem esse in versu, id est columnam, hoc est particulam  
superfluam: ad id solum positam, vt versus suis pedibus sulciat:  
vnde tibicen, proprie est sustentaculum rei decidentis: vnde Tu-  
uena. Nos vrbem colimus tenui tibicine sultam. Tibicen autem,  
Hic est dictio forte, quæ superfluit: quia (inquit) non precatur for-  
te, quod verum est: sed fortuitum erat ipsum tunc precari, quum  
sele columbæ ostenderent: aut precatur forte, id est præter magnā  
animaduersionem, & præter spem obtinēdi. Precatur autem (di-  
cens) Si id est o si: aut, vtinā ille ramus aureus. s. quæ Sibylla no-  
bis habendū docuit: ostendat nunc nobis se arbore. s. opaca: in ne-  
more. i. sylua: tanto. i. tam magna. quando. i. de. quandoquidē: heu,  
Misenē vates, scilicet Sibylla, loquuta est de omnia, nimium  
vere, quia vtilius fuisset, si mentita esset: dum dixit, Misenium la-  
cere in littore. Ex his ergo, quæ vera expertus est, Æneas argumē-  
tatur, cætera quoq; vera esse. s. non posse descendere ad inferos,  
nisi habito aureo illo ramo.

PIERIVS.

¶ Ac voluunt ingentis.) Vulgatam lectionem Ac (sermo) vol-  
uunt, cum particula coniunctiua, & verbo. Cum Mediceo, anti-  
qua etiam aliquot habent exemplaria. Sed in Romano, & in Lon-  
gobar. Aduolunt, verbo cum præpositione ad, composito legi-  
tur, quod magis placet: vt in Georg. Aduoluere focis q; . Et sic for-  
te precatur.) In Ro. codi. legere est, voce precatur. In Longobar.  
dico, ore. Sed enim Seruius agnoscit, forte: quod etiā in pierisq;  
codic. antiquis habetur. Addit vero Seruius versus hunc ex eo  
genere esse: qui tibicines appellantur, quibus aliquid additur ad  
solam metri sustentationem. Vacare enim adverbium, forte pu-  
tat. Sed enim intelligo, postea quam hæc variæ lectiones, no-  
stra cura collectæ, per manus hominum circumferri cœptæ sunt:  
aut ore: aut voce peritorum, iudicio magis approbari: nos ve-  
ro hoc in medio ponimus.

natrids: vt in primo legimus. ¶ Sic effatus.) Proprie effata sunt augurum preces. Vñ ager post pomeria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. ¶ Vestigia pressit.) Quia ad captanda auguria post preces immobiles vel sedere vel stare consueuerat. ¶ Obseruans quæ signa ferant.) Obseruare enim & de cælo & de auiibus verbo augurum dicitur. ¶ Quo sede re pergant, pascentes.) Hic iam optimū significatur auguriū,

quod pascebant. Nam Romani moris fuit, & in comitijs agendis & in bellis gerendis pullaria captare auguria. Vnde est in L. i. i. Qd cum quidam cupidus belli gerendi à tribuno plebis arceretur ne iret, pullos iussit afferri: qui cum missas non ederent fruges, irridens consul augurium ait, Vel bibant: & eos in Tyberim præcipitauit inde, nauibus victor reuertens ad Africam in mari cum omnibus quos ducebat extinctus est. Et multi pascentes distinguunt, & absolutus est sensus. Alij dicunt Pascentes volando: & referunt ad naturam columbarum, quæ exilientes pascere consueuerunt. Alij Volando, ambulando dicunt. Vola enim dicitur media pars pedis siue manus. ¶ Prodiere.) Prodiere: infinitus pro indicatiuo. ¶ Graue olentis Auerni.) Male olentis. Alibi bene olentis: vt, Et grauius spirantis copia tybræ Floreat. ¶ Liquidumq; per aera lapsa.) Non est aeris perpetuū epitheton: sed purum ait, Auerni comparatione. Dicit autē eas alte volasse ad vitandum Auerni odorem. ¶ Super arbore fidunt.) Secundum antiquā licentiam. ¶ Auri aura.) Splendor auri. Horatius, Tua ne retardet aurā maritis. Id est splendor. Hinc & aurū dicitur à splendore, qui est in eo metallo. Hinc & aurati dicitur: quorum fauor splendidos reddit. ¶ Brumali frigore viscum.) Bene brumali addidit. Tunc. n. maturum est: & auri imitatur colorē. Nā noua fronde viret: quod vt ait Plinius in naturali historia de fimo turdelarum, in certis arboribus nascitur. Vnde Plautus, Ipsa sibi auis mortē creat. ¶ Teretes truncos.) Teres est rotundū aliquid cum proceritate: vt, Incumbēs tereti Damon sic coepit oliuē. Horatius, Brachia & vultū teretesq; suras Integer laudo. ¶ Extemplo.) Bū verbo vsus est augurum, vt diximus supra. ¶ Cunctantē.) Aliud pendet ex alio. Cunctantem, quæ auidus, vt ostendat tantā fuisse auellendi cupiditatē, vt nulla ei celeritas satisfacere posset: Nam tardantē dicere nō possumus eum, qui fataliter sequebatur. Alij cunctantē ad auri naturam referunt. i. mollē, quia paulatim frangitur. i. lentescit. Alij cunctantē graue dicunt, vt Glebas cunctantes, crassaq; terga Expecta.

## DONATVS.

¶ Vix ea fatus erat.) Ita hæc dixit, & tamē aliqū implorauerat deū. Quippe hoc solū protulerat, vt optare videretur potius, q̄ rogare præuenit materna miseratio euntē in p̄ces, & quod desiderabat, ostēdit. ¶ Gemina. e. f. columbae.) Quia colūbe fuerunt, quia duę, quia sub eius oculis trāsierunt, quia federūt in solo herbofo & locundo, intellexit Æneas in materno signo omē esse inueniendi rami substantiam. venientes. nide cælo aperte monstrabant non alios (se ferre nisi eius expeditionē rei de qua cogitabatur in presenti. ¶ Tum maximus heros.) Laus ista non ad corporis bona, sed ad animi virtutes pertinet. vigilantiā enim mentis, & astutiā. quæ Æneas pollebat, intellexit angustias suas materno remedio subleuatas, & illas aues expeditionem rebus necessarijs ferre. hoc est, quod ait. ¶ Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur.) Quod, inquit, maternas agnoscit aues. his coepit lætus hortari. ¶ Este duces, d̄ si qua via est.) Bene de via, quæ ad ramū ducere, dubitauit. stabat. n. in sylua, cuius dēfitas vniuersa cōcluserat. Vos inquit viā monstrate si vlla est. ¶ Cursumq; per auras Dirigite in lucos, vbi pingue diues opaca Ramus humū.) Vos. n. potestis difficilia superare, quas auræ portant, & syluarū impedimentis leues pēg suspēdunt. vos illo viā dirigite, vbi diues humum opacat ramus. locū in quo eē cōmeruit. ¶ Tuq; d̄. n. e. d. r. Di. p.) Et tu mater ne defere filium, eum vel maxime, quē incerta consolant. d̄. posuit, quum loqueretur cū columbis. O, quum preces torfisset ad matrē. Illic. n. ponitur, vbi simplex hortatio est, & blanda. ¶ Sic effatus vestigia pressit, Obseruans.) Præter aduentū. n. quo spem maximā colūbe pollicebatur, et sedētes aliquid poterat, & motibus proprijs nūciare. quod ipsum quæ Æneas nouerat posse provenire, obseruabat tacitus vestigijs fixis, vt sciret, quæ eēt habiturē indicia futurorum. ¶ Pascentes ille tantū prodire vo.) Pro-

Tollunt se celeres, liquidumq; per aera lapsa,  
Sedibus optatis gemina super arbore fidunt,  
Discolor vnde auri per ramos aura refluxit.  
Quale solet syluis brumali frigore viscum  
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbor,  
Et croceo sectu teretes circumdare truncos,  
Talis erat species auri frondentis opaca  
Illice, sic leni crepitabat bractea vento,  
Corripit extemplo Æneas, auidusq; refringit  
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibylla.

dierunt, inquit volado, p̄die runt, pedū significat gressum, volandi autē partes ad alas pertinent. si sic intelligamus nō cohæret, voleat pedibus, aut alis ambuletur. sed nō ipse est intellectus. vola. n. dicitur media pars manus, & plātæ. quæ faciebat colūbas volare. hoc est ambulare per volam. vnde & inuolare dicimus, quū aliqd furtim vola manus subtrahitur. & inuolare rursus, quū violētæ manus in aliquē diri-

guntur. sicut terentius ait. In facie inuolē venefico. ecce & hic volare, posuit. pambulare. ceterū vbi p̄narū volatū dicere voluit, inquit venere volātes. Nullus. n. sine alio adiniculo pot̄ de cælo descēdere. Ac ne huius rei remaneret incertū, infra ostēdit aptius, qd hoc loco significet volado. Quū. n. tm̄ issent pedibus, quantum obseruātes oculi seq̄ potuissent. ¶ Inde, inquit, vbi ve. ad f. g. a. Tolūt se celeres.) Patet factū est, de quo potuit dubitari. dicio. n. tolūt se celeres ne graue odore auerni paterēt, & addendo, liquidūq; per aera lapsa. vt factū est, oblatę arboris destinata cōtingeret. federūt igif colūbe geminæ super arbore gemina. ipsam. n. si, significat numero duplici, quę frondē duplicē materiāq; portabat. mox igitur, vt super eam sederunt. ¶ Discolor vñ. a. per. r. a. r.) Statim, inquit, ex ea quę viridis fuit, aliud genus coloris effulsit, & quod magno desiderio querebatur, inuentū est. Ingredditur descriptionē, qua illius rami similitudinē monstrat, vel colorem. ¶ Quale solet syluis.) Quæ admodū, inquit, hyemali frigore emergetibus frondibus nouis solēt arborū trunci visco stuenē perfundi, & colorum croceū demonstrare, talis erat species auri frondētis. cū admiratione positū est, auri frondentis opacillum, miraculū. n. fuit ex arbore illicis, hoc est ex ligno, durissimum ramum aureū cum aureis frōdibus extitisse. ¶ Corripit extemplo Æneas.) Propter remouendā narrandi prolixitatē, non dixit, quō Æneas ad ipsam arbore videatur perrexisse. quum volātes columbæ vix illo peruenissent propter auerni graue odore. nos tamen, quod breuiandę narratiōis causa poeta prætermisit, intelligere possumus, quę fuisse Æneā aliam viā, & peruenisse, vt inuentū se minus offerret. statim igitur Æneas hūc ramū corripuit, vt pote diu sideratū. ¶ Auidusq; re. Cu.) Et cū ramus ipse auiditatē properantis retardaret: hunc tm̄ Æneas vicit. ¶ Et vatis. p. st. sibyllę.) Nunciaturus completa omnia, portauit ipsum ramū sub vatis tecta.

## ASCENSIVS.

¶ Vix ea fatus erat.) In multis locis docet bonus poeta, deos orandos esse: & oratos, faciles in vota nostra fieri: vnde, Vix ea fatus, &c. Quo circa recte præcepit in Georgi. In primis venerare deos, &c. Docet ergo, quō exauditus colūbis ducibus, ramum aureum inuenit, eūq; abstulit. De qua re, hæc pauca dicit Donatus, ¶ O.) Posuit, quū loqueretur cum colūbis. O, quum preces torfisset ad matrē, illic enim ponitur, vbi simplex hortatio est, & blanda. ¶ Vestigia pressit.) Obseruabat diligentius: quia sciebat posse illas, præter aduentum suum, aliquid proprijs motibus nunciare. ¶ Prodiere volando.) Prodiere, pedum est. volare, alarum: sed quō ambulabant, & volabat: sed intellige, volam, esse mediā partē plantæ, & manus: ergo volabāt, ambulabāt per volam: vnde inuolare dicimus, quum aliquid furtim, volę manus subtrahimus: item inuolare, quum violenter manus in aliquem diriguntur. Teren. In facie inuolem venefico. ergo hic ambulare intelligit: nam quum alarum motum exprimere voluit, dixit, Cælo venere volantes. quum autē monstrasset ambulationē, in eo quod est, p̄die re volando: & deinde, volatum exprimere vellet: dixit, Tollūt se celeres, liquidumq; per aera. Ergo, vsq; ad Auernū ambulauerāt. ¶ Discolor.) Nā per arborem viridem, fulsit color aureus. ¶ Corripit.) Ne prolixior esset narratio: non dixit quomodo ad ipsam arbore Æneas venerit: sed per aliam viam intellige peruenit. Hæc ille. ¶ Ordo est. Æneas vix fatus. i. eloquutus erat: ea. i. eas preces, quæ præmissæ sunt, sup. tunc: quum geminæ. i. duæ, & parę columbæ: venere forte. i. propter opinionē eius: volantes cælo. i. per cælū. i. aerē: aut Venere cælo. i. de cælo: volantes sub. i. ante, ipsa ora. i. conspectum, viri. f. Æneæ: & sedere. i. locum cæperunt (à fido, præteritum est) solo viridi. i. gramineo: tum. i. tūc: heros maximus. f. Æneas: agnoscit aues maternas. i. columbas quæ in tutela sunt Æneæ: aut propter frequētē foetum: aut ppter amoris, quem inter se seruant manifesta indicia. & lætus p̄catur sic (& ita facit

ita facit auguriū, oblatiuum impetratiuū ꝑꝑꝑando, deſyderandi eſt, aut congratulādi. q. d. ſanctæ aues. ſiqua. ſ. aliqua via, eſt, ſup. q̄ ducit ad aureum ramū: eſte duces, & dirigite curſum per auras: in lucos. i. ſyluas ſacras, & inceduas: vbi. i. in quibus: aut ad eū locoꝝ, vbi diues: quia aureus ramus opacat. i. inumbat: humum pinguem. i. optimam: quia talis rami feracem: tuq; .i. tu ò alma parens: aut potius, & tu alma parens. i. mater Venus: ò, que optandi particula eſt. ne defice. i. ne deficias rebū dubijs. Ipſe effatus. i. augurum more, eloquutus ſic: preſſit. i. repreſſit, aut firmavit: ve ſtigia. i. pedes preſſit, ve ſtigia faciens: obſeruans. i. animaduertēs, quæ ſigna darent: & quo ipſæ paſcentes pergant. i. perſeuerēt tenere. Illæ. ſ. columbæ: prodire. i. prodibant, aut ceperunt prodire, volādo, aut volā pedum exercendo: aut interdum, aliis paſſis, quaſi per ſaltum volādo, tantum, quantum oculi ſequentum. ſ. Æneæ, & Achæ, poſſent ſeruare. i. obſeruare: acie. i. acumine, viſus ſui. Inde. i. deinde: vbi. i. poſtq; : aues. ſ. venerat: ad fauces Auerni. i. illius lacus in Campania, per quem dicitur deſcenſus ad inferos: olentis grauitur, quia grauem odorem exhalat, vſq; adeo. vt ē vicino, aues ſuperuolare nequirent: & ideo ipſæ, celeres tollūt. i. erigunt ſe: & lapſæ. i. poſtq; celeriter volauerant, per aera liquidum. i. purum, & deſcæctatum, ſ. ab eo odore graui ipſius Auerni: ſident. i. locū ſedēdi capiunt, ſup. in ſedibus, opratis. ſ. ab Æneæ: & ſit ab auib; , quibus id in mādato erat, ſup. arbore gemina. i. geminæ nature: quia ramū aureū habebat. Antiquæ dicit, ſup. gemina arbore: nā nunc ſuper geminā arbore diceremus, vñ. i. à qua arbore aura. i. fulgor: diſcolor. i. diuerſi coloris, refulſit ꝑ ramos. Quale. i. qualiter: viſcū. i. glutē (quod ſm Pli. ex ſcibus turdi, & palūbis, naſcitur: vnde Plaut. ipſa ſibi auis mortem creat. naſcitur autem ꝑꝑꝑue in quercu, robore pruno ſylueſtri, & terebintho, Nā ſi illic diſcæ aues egerunt, aut ſtercus faciunt, gignitur quædā virga, quæ brumali tempore matura eſt: ſed, vt dicit Pli. in meſſe colligitur. & matureſcit, decoquēdo in ſole, deinde in lentorem mouetur aqua) ſolet virere, ſup. in ſyluis: frigore brumali, quia tūc matuum eſt: noua. i. inſolita fronde: quod, ſup. viſcum, arbor ſua. i. ipſi propria, & natia, non ſeminat: quia ex ſtercore turdi naſcitur: & quale. i. qualiter, ſolet circundare, truncos teretes. i. oblongos, & rotundos: ſectu. i. virgulto, & glutino: croceo. i. crocei coloris: talis

talis erat ſpecies auri frondentis, ſup. in opaca, illice. i. arbore illa, de genere querno: quia etiam alterius nature, & coloris erat: & bractea. i. tenuis lamina: crepitabat ſic leui vento: Æneæ corripit. i. celeriter rapit: extemplo. i. illico: & ipſe auidus refringit, ſup. ramum cunctantem. i. pondere ſuo auiditati Æneæ, parum moræ facientē, licet facilis ſequeretur: & portat. ſ. ramum: ſub teſta Silyllæ vatis. i. vaticinatricis.

PIERIVS.

(Alma parens.) Antiqua pleraq; exēplaria: cum Medi. legunt, Diua parens, In Rom. & aliquot alijs, Alma. ꝑ Gemina ſuper arbore ſidunt.) In Longob. geminæ, legitur: vt ſit de columbis. Sed oino melius, gemina ſuper arbore: cuiuſmodi ſpēs tantopere optabatur. ꝑ Diſcolor vñ auri per ramos aura refulſit.) In Ro. cod. auro legitur, caſu ſeptimo: vt ſit, refulſit aura ſplendore auro, vel, propter aurum. Ser. tamē agnoſcit, auri: legitq; , auri: hoc eſt, ſplendor auri. ꝑ Quod nō ſua ſeminat arbor.) Intereſſe plurimū, ait Caper in libello De elegantijs, vtrum arbor, an arbor dicitur, Siquidē arbor, omne lignum dicitur: arbor vero, non niſi fructifera. Veteres tamen codi. huiuſmodi differentiā non ſeruant. ꝑ Te retes circundare trūcos.) Antiqui aliquot codi. circundare ramos, habent. Sed, truncos, nihil quidq; diſplicet. ꝑ Sicleni crepitabat bractea vento.) In Roma. cod. & in Longo. bractea, duplicato t, ſcriptum eſt. Iuniores, bractea, per ch denſum, ſcribi volunt, cōtra omne orthographiæ regulas, etiam ꝑ παρα το βραχον, bractea dicitur. qui bractea, duplici t, ſcripſerunt, eo decepti ſunt, quod in characteribus Longobardicis, c, & t, literæ, eadem pene forma figurantur. vnde etiam errore illum apud Martiale ꝑ ueniſſe crediderim, quod, iuuentus, ꝑ iuuecus, ſcriptum eſt eo verſu, Cæſaris, atq; Iouis cōfert nunc ſchema iuuecus, Par onus vt tulerit: alius iſte tulit. Ita enim ſcriptum eſt in antiquo ſatis codice, quē mihi dono dedit Valerius Victor Viterbiēſis, Adoleſcēs ingenio, & eruditione ſupra ætatē admirabilis. Quid enim illic agat, iuuentus, hac adiuuenta lectiōne, non video. Vt vero ad Virg. reuertamur in Longo. & aliquot alijs, crepitabant: corrupte omnino legitur. nō enim folia, bractea: dicimus, epitheti forma. Eſt vero bractea, non tantum de metalli lamina: verū etiam de quocunq; materia. Pli. Vt vna arbor ſæpius veniret, excogitata ſunt ligni bractea.

SERVIVS.

(Nec minus.) Nihilominus ille deſſebatur. ꝑ Interea. Dū itur ad ſyluas. ꝑ Ingrato. Triſti: vt gratum, lætum aliquid dicimus. Alij ingrato dicunt gratiam non ſentienti. ꝑ Pinguem.) Aut de Græco trāſtulit λιπαράν magnam, aut Hy pallage eſt. hoc eſt de pinguis bus tedis. ꝑ Frōdibus atris.) Atris ad funera. ꝑ Ante cupreſſos cōſtituūt.) Cupreſſus adhibetur ad funera, vel quodd cæſa non repullulat: vel quod per eam ſuneſtata offenditur domus, ſicut lætā frondes indicant feſtæ. Varro tamen dicit pyras ideo cupreſſo circundari propter grauem viſtrinæ odorem: ne offendatur populi circumſtātiſ corona, quæ tantū ſtatat reſpondens ſetibus præficæ. i. principi plāctuum, quādiu conſumpto caduere, & collectis cineribus dicere: tur nouiſſimum verbū. ꝑ Illicet.) quod ire licet ſignificat. Vñ eſt, Dixitq; nouiſſima verba. ꝑ Pars calidos latice.) Pli. nius in naturaliſ historia dicit hanc eſſe cauſam vt mortui & calida abluantur, & per interualla conclamantur, quodd ſolet plerunq; vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere. Deniq; refert quendam ſuppoſitum pyræ, adhibitis ignibus erectum eſſe, nec potuiſſe liberari. Vnde & ſeruabantur cadauera octo diebus, & calida abluebantur: & poſt vltimam conclamationem comburebantur. vnde traxit Te-

Nec minus interea Miſenum in littore Teucri Flebant, & cineri ingrato ſuprema ſerebant. Principio pinguem tedis, & robore ſecto Ingeniem ſtruxere pyram, cui frondibus atris Intexunt latera, & ſerales ante cupreſſos Conſtituunt, decorantq; ſuper fulgentibus armis. Pars calidos latice, & athena vndantia flammis Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt. Fit gemitus: tum membra toro deſleta reponunt, Purpureasq; ſuper veſtes, velamina nota, Coniiciunt. pars ingenti ſubierte pheretro, Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum Auerti tenuere facem, congeſta cremantur Thurea dona dapes, fuſo crateres oliuo. Poſtq; collapſi cineres, & flamma quieuit: Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam, Oſſaq; lecta cado texit Choryneus ahenos: Idem ter ſocios pura circuntulit vnda, Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ: Luſtrauitq; viros, dixitq; nouiſſima verba. At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum Impoſuit, ſuaq; arma viro, remumq; , tubamq; , Monte ſub Acrio, qui nunc Miſenus ab illo Dicitur, æternumq; tenet per ſæcula nomen.

rentius, Deſine, iam cōclamatum eſt. ꝑ Athena vndantia flammis.) Hoc eſt per flāmas. Alij: Nec ſe iam capit vnda: volat vapor ater ad auras. ꝑ Lauant frigentis, & vngunt.) Verſus Ennii q̄ ait, Tarquinij corpus bona ſœmina lauit & vngxit. ꝑ Deſleta.) Participium ab eo quodd eſt ſeor, ſi tamē inuenire eē dicemus. ꝑ Purpureas.) Ad imitationem ſanguinis in quo eſt anima: vt diximus ſupra: vt, Purpuream vomit ille animam. ꝑ Velamina nota.) Vel ipſi chara, vel animæ. Ex notitia enim gignitur charitas. ꝑ Hic inter flumina nota. ꝑ Pheretro.) Græce dixit. Nam capulus dicitur à capiendo. Vnde ait Plautus, Capularis ſenex, ideſt capulo vicinus. ꝑ Subire pheretro.) Vt, Subeunt muro. ꝑ More parentum.) Propinquioribus enim virilis ſexus hoc dabatur officium. ꝑ Facē.) De fune, vt Varro dicit: vñ & ſuus dictum eſt. Per noctem aut vrebantur: vnde permāſit vt mortuos faces antecedant. ꝑ Fuſo crateres oliuo.) Dicitur ſi pe iſtantum libabant: inferis

vero ſacrificantes etiam vaſa in ignem mittebant, vnde ait crateres: quod etiā Statius in Archemori ſepultura cōmemorat. Oliuum aut ab oliua dicit. Nā oleum ab olea dicitur. ꝑ Flamma quieuit.) Pyræ ingentis: quia vt in quarto diximus, pro qualitate perſonæ pyræ fiebant: ſepulchra eēt vel minora, vel magna faciebant. ꝑ CO-

saq; lecta.) Aut collecta, aut lecta, ideo q; vt supra diximus, nobis les nunq; soli cōburebatur: sed cū dilectis equis, uel canibus, uel famulo. Ter socios.) Aut sapius: aut re vera ter. Licet. n. à funere cōtraxerint pollutionē, tñ ois purgatio ad superos ptinet: vnde & ait Impatem numerū. aut q; hoc rō exigit lustratiōis. ¶ Circūtulit.) Purgauit. Antiquū verbū est. Plautus, Pro laruato te circūferā. i. purgabo. Nā lustratio à circulatione dicta est, vel tedae, vel sulphuris. Iuuenalis, Si qua darentur Sulphura cū tedis. ¶ Spargens.) Quia res aguntur infernē. In secūdo Æneas deos portatus ait, Donec me flumine viuo Abluero. Hic. n. erat mos, vt diximus supra. ¶ Felicitas oliuē.) Arboris festē. sed moris fuerat, vt de lauro fieret. Sane dicit Donatus quod hoc ppter Augustū mutauit. Nā nata erat laurus in palatio eo die quo natus est Augustus: vnde triūphantes coronari cōsueuerant: ppter quam rem noluit laurū dicere ad officiū lugubre pertinere. ¶ Nouissima verba.) Illicet. Nā Vale dicebat post tumuli quoc; pacta solēnia. ¶ Suaq; arma viro.) Ipsi chara sculptit in saxo: Nā supra ea iam legimus cōcremata. ¶ Remūq; tubamq;.) Quia & bellator & remex fuerat. licet possimus ēt solā tubam accipere. Remus. n. dicitur lorū, quod continet tubā. ¶ Mōte sub acrio.) In acrio. Nā supra est positus. Acrium aut illi altum dicunt: alij nomen montis antiquum volunt. Vnde est, Quinunc Misēnus ab illo dicitur.

## DONATVS.

¶ Nec minus interea.) Redijt ad ea, vnde recesserat. & completis in cārami partibus, ad Misēni exequias reuolutus est, ne tamē ea ipsa obstarēt curantibus sepultura, nihilominus Troiani Misēnū sebat, & cineri, ingrato suprema ferebat. Cum nondū arsisset, sed mox esset arsurus, recte defuncti corpus cinerē dixit, q; hęc agebatur, vt in cinerē verteretur. ¶ Principio pingue tedis, &c.) Hęc primū admouerunt, quæ non solū pyrā struerēt, verū etiā facilius arderēt, & alia quoc; accendere potuissent. ¶ Cui frondibus atris In la.) Sunt. n. genera lignorū, quæ mortuorum solēnitati conueniant. ¶ Et feralis ante cupressos constituit.) Cupressus quoc; luctibus congruit. ¶ Decorantq; .f. fu. ar.) Virorū. n. fortium cum ipsius funeribus arma apud veteres consumebantur: nec solū hęc, sed cætera, quæ habuissent carissima. ¶ Pars calidos latices.) Pars aliqua hominū aquam calidam procurabat. hoc genere locutionis multis locis. vsus est poeta. exquisita enim grauior est, q; simplici. ¶ Corpusq; .f. .f. & .v.) Hęc fuit causa calidæ aquæ expedidæ, vt frigus corpus, hoc est frigidum aqua calida lauaretur. vñ gebatur aut quo celerius arderet. ¶ Fit gemitus.) Gemitus fit oīs vt ferit solet, quā ad supremū mortui peruenit obsequiū. ¶ Tū membra toro. d. r.) Membra, propter quæ tantas effuderant lachrymas, toro cum ipsis aris rō posuerūt. torū dixit strātū, quod fuit in pheretro. ¶ Purpureasq; super vestes.) Vult ostendere pretium vestium, quæ propter defuncti meritū dabantur incendio. Illarum vestiuū commemorationem fecit, quæ ex eo amauisse pbat, quia frequentius his vsus est, & inde notē omnibus fuerēt, debuit ergo, & in morte his velari, quas dilectas cum viuere, habuit. sic fecit, & Dido. nam exuuias, quarū tenebatur affectu, impositū proprio rogo: & has ipsa secū consumpsit, spāq; sibi vltro funereū procurauit obsequiū. q; salutis sue tempus abruptit. ¶ Tribe ministeriū.) Ferendi q; ppe funeris ministeriū luctuosum est, & eo magis in misēni obsequio, vbi nullus erat, qui non doleret, ad hanc extraxio adhiberi cōueniat: sed illic, vbi pnt reperiri. ¶ Et subiecta more. p.) Prisci. n. quā ignē rogis inferebant, nō sub oculis suis propter pellendū doloris augmentū, sed à tergo suo, vt dicitur, faces apponebat. ¶ Congesta. cr. Thurea dona.) Meritum mortui in specie rō flagrantia probabatur, & cū non dicitur, tantū thuris, quantū solet, plus pōt sentiri, q; constabat impēsum, proinde thus, inquit, cōgestū, hoc est copiosum, traditū flāmis ardebat, & oliū non paulatim, sed semel cadis infusum incēdia ipsa cumulabat. ¶ Postq; collapsi cineres.) Vbi consumptis mēbris, recessit flāma & totū in cineres versum est, quod ardebat, vino ablūtū est quod fuerat colligendū. ¶ Ossaq; lecta.) Lecta ex cineribus lignorū, & carnis. ¶ Cado textit. ch. a.) In cadū Æneū chorineus cōiecit, & textit. Reliquias, ossa dixit, q; non consumpsit flāma: hęc. n. sola sepulchro condi cōsueuerūt. ¶ Idē ter socios.) Qm supra dixit, totāq; incestat funere classēm. hic expiationē oium, purgationēq; describit, quæ fit eo ritu, quo chorineū fecisse asseruit. ¶ Vt muerit, qui obsequiū interfuerit, aqua pura & felicitas oliuæ frōdibus spargeretur. Hęc fuit lustratio omnis, & expiatio hominum. ¶ & domorū.) At pius Æneas. i. m. se.) Quæ superius dicta sunt, alij cōpleuerant, dicit nunc, qd Æneas ipse curauerit perficere dā pius. ingt. Æneas. hoc loco bene positū piū, qm comiti ac familiaris suo cōdebat memoriā. ait ingenti mole ponit, sepulchrū

edificat. quod, vt magna mole cōstrueret, contemplatio faciebat misēni meritoq; quæ in vita quæsierat. cæterū mortuos supradixit nihil sentire, quū diceret, cineri ingrato suprema ferebat. quia nihil sentit, perindeq; nec vicem reddunt, recte mortui dicuntur ingrati. ergo Æneas animo suo satisfaciēs, constituebatingens sepulchrū, quod faciebat non tantū, vt ossa contegeret, verū etiā, vt opus illud seculis omnibus perduraret. Arma autē eius, & æris insignia, non immerito addebat. oportuit. n. ea cum ipso consulti, per quæ in vita floruit. & Hęciori primū, dehinc Æneæ ipsi adherere, & cōmendari commertuit. Dixit, quid fieret: dicit nūc, quo loco. ¶ Monte, inquit, sub aereo.) Sub aereo, ait, monte. hoc nomen apud veteres fuit montis. sed q; Virgilij temporibus aliter appellabatur, breuitate mirifica & superiori tēpori & presentanti respondit, vt instrueret nescientes, & doceret cōmotationē nominis cucurrisse, vt misēnus diceretur ex misēni nomine. qui dicebatur aereus. ¶ Æternūq; .t. p. f. n.) Tantū illius viri meritū valuit, licet mortui. tātūq; eius autoritas potuit, quod hoc voluit seruari, vt seculis omnibus misēnus manserit, & hoc noīe vocitetur à posteris. Aereū montem, pleriq; non nomen eius fuisse arbitrat, sed quod sit altissimū & hoc magis tetigisse Virgiliū. sed non hoc positū est, nam qui dixit, qui nunc misēnus, dicere ostendit à veteribus aereum nūcupatū. nam, quæ esset misēni gloria, aut vnde sciretur ipsum positum, si non illi monti superiori cæteris vocabulo misēni nomen esset appositum.

## ASCENSIVS.

¶ Nec minus inte. &c.) Interea (inquit) dū Æneas aureo ramo inuestigando occupatus erat: socij funebre officij exequuti sunt: quod ad vnguem perscribit Poeta. De eo autē dicit Dona. sic. ¶ Cineri.) Nondum cinis erat: sed mox, combusto, caduere, erat futurus. ¶ Principio pinguem.) Ea adhibuerunt, quæ non solū pyrā instruerent, sed eam facile incenderent. ¶ Armis.) Nam viro rum fortium, arma, & cætera quæ charissima habent, cum ipse consumebant. ¶ Purpureas.) Ex pretio vestium, meritum mortui vult ostendere: has vestes, illum amasse ex eo demonstrat: quia frequenter illis vsus est: & propterea multis erant notæ. ¶ Thurea dona congesta.) Meritum viri ostendit, ex multitudine specierum: & quom non dicat, quantætiam plura intelliguntur. Congesta: copiose tradita. ¶ Fuso crateres.) Non paulatim, sed semel cecidit. ¶ Lecta.) Ex cineribus lignorum. ¶ Reliquias.) Ossa quæ restabant ex caduere combusto. ¶ Lustrauit viros.) Quia totius classis pollutionem posuerat: idcirco omnes hic lustrat. ¶ At pius Æneas.) Superiora cæteri compleuerant: sepulchrū vero idcirco curauit Æneas, vt magna mole fieret: q; contemplabatur eius maximum meritum. ¶ Arma.) Arma etiam posuit: vt quibus in vita floruit, illis in morte ornaretur. ¶ Acrio.) Hoc nomen monti illi apud priscos fuerat. Ergo mira breuitate: & vetus, & nouum, ponit nomen. ¶ Æternū.) Per sæcula, & propter meritum defuncti, & propter autoritatem Æneæ, qui hoc voluit: neq; placet, q; acrium non sit nomē proprium, sed significet altum: nam quod vetustum illud nomen fuerit, ostendit Maro, quom de Misēno dicat, qui nūc, quasi inferat, dicitur: nunc Misēnus, qui olim dictus est Acrius. Hęc ille. ¶ Ordo autem est. Nec minus. i. nihilominus: quāvis. f. Æneas abesse: Teucris sebat interea in littore Misēnū: & ferebat suprema, scilicet officia, quæ exequiæ dicuntur cineri. i. caduere ingrato, aut non reddendo gratias, nec percipiendo officij: vnde dicit Augu. funebreis pomis in solatiū viuorum fieri: aut ingrato. i. qui ingratus. i. incommodus erat adhuc Teucris: quā gratior viuus fuisset Misēnus, q; eius caduere exustum. Ipsi struxere principio. i. in primis, aut à principio: ingentem pyrām. i. struem lignorum ad rogū instruendum, pin uem tedis. i. arboribus illis refinæ plenīs, quibus more candelarum, plerāq; nationes vtūt, & robore secto, quia facile finditur, cui. f. pyrā, ipsi intexuit latera frondibus atris, id est, suestis, & lugubribus seu feralibus & cōstituit ante. i. in anteriori parte, vt videantur: cupressos feralis. i. seræ, quam antiqui, morte dicebant indices: quia. f. non reuertent, nisi in Creta cupressi, si semel incisæ sunt, & decorant. i. exornant ad decus, super. i. desuper, armis fulgentibus in signum, q; eis egregie vsus fuerat. Pars. i. ipsi partim expediūt. i. expedite parant: latices. i. aquas: calidas. i. calefactas: & abena. i. vasa aerea: vndantia. i. bullientia flammis: & lauant corpus frigentis. i. exanguis: & demortui: & vngunt, vt scilicet facilius cōcremetur. Et gemitus fit incipiente. f. præfca, hoc est conclamatur: tum. i. deinde: reponunt toro membra defeta. i. supreme stetiu affecta: & coniungunt super. i. desuper: vestes purpureas: aut quib. l. viuens gaudebat: vnde addit per appositionē, vel lamina nota: aut quia purpureus color propter sanguinē animæ gratus

## ÆNEIDOS.

**gratus est.** Pars. i. partim: hoc est alij, subiere ingenti pheretro, id est capulo, quo effertur corpus: sed quia Græcum est, recte scribitur per phi: appositorie, triste ministerium. i. quæ res est triste ministerium. & ita secundum Vallam, gratum, sed non iucundum: & ipsi auersi. i. nolentes aspiciere cadauer, more paræti. i. more eorum qui parentes inurunt: aut more parentum: qui liberos suos inurunt: tenuere facem. i. tædam incensam: subiectam. s. cadaueri, hoc est præ dolore, non poterat inspicere corpus amici, quod inurebant dona thurea. i. thura data: congesta. i. à multis, gesta, & accumulata: cremantur. s. cum cadauere: & dapes cremantur, & crateres cremant: oliuo fuso: quia infundebant oleum cū crateribus, eo q̄ inferis fit holocaustum, id est totum incensum: sumuntur autem multa ad hunc locum ex Home, qui Achille inducit, Patrocli funus exequentem. Postq̄ cineres collapsi, supp. sunt: & flamma quieuit, quum non esset amplius quod vrat ipsi, lauere vino relli quas. i. cineres: & siqua extabat ossa: & fauillam. i. modicam flammam: bibulam. i. lambentem: quod adhuc superat, aut imbibentem vinum, quod infundebatur. Et Choryneus, vir ille nobilis, texit ossa. s. Miseni: lecta. i. collecta: aut electa ex alijs, quæ cum eius ossibus erant: cado. i. vasculo, aut vna aena. i. æneo, seu æreo. Id est. s. Choryneus præficus circumtulit. i. purgavit ter: socios. s. officio funebri pollutos, vnda pura: spargens, id est conspergens eos: rōre. i. aspergine leui: & ramo oliuæ felicis. i. ad felicitatē faciētis: quia pacem significat, & faucia cōsolidat: & i. simul. i. iustitiam, id est purgavit, circueūdo viros: & dixit verba nō vltima. i. sup̄ma, hoc est conclamabat, & officium funebre absoluebat. At, id est sed: Æneas pius imposuit sepulchrum ingenti mole. i. habens ingentem molē: & imposuit viro sua. i. propria: arma. i. instrumenta. s. remū, quia peritus erat remex, sicut in Elpenoris sepulchro. Home. remum impositū, dicit: & tubam, quia optimus erat tubicē. Imposuit,

### SERVIVS.

**Præcepta Sibyllæ.** Vt, Ducas pecudes: ea prima piacula sunt. s. Spelunca alta fuit. Quia ad inferos descendebatur: non vbi fuerat Sibylla vaticinata. s. Scrupea. La pillosa. Nam scrupus proprie est lapillus breuis, qui pressus sollicitudinem creat. Vnde etiā scrupulus dictus est. s. Lacu nigro. Aut alto: aut vere nigro inferorum vicinitate. s. Tuta. autem, quia hinc lacu, hinc cingitur syluis. Dicit autem locum quem nunc Doliola vocant. s. Volucres, participium pro nomine posuit: vt, Plurimus Alburnum volitans, cui nomē Asylo est. licet illic sit etiam altera figura. Sane sciendum Lucretium & alios Physicos dicere aerē corporeum esse, vnde aues sustinet: sed hunc cedere vaporibus sulphureo. Vnde aues in illis

locis desertæ aere, quo portari solent, concidunt non odore, sed pondere. Quod potest esse verisimile: quia altius in eodem loco possunt volare: vt, Tollunt se celeres: liquidumq̄ per aera lapsæ. s. Ad conuexa. Coeli curuitatem. s. Inuergit vina sacerdos. In quarto ait, Media inter cornua fundit. Et fundere est supina manu libare: quod fit in sacris supernis. Vergere autem est conuersa in finistram partem manu ita fundere, vt patera conuertatur: quod in inferis sacris fit. Hæc autem pertinent ad victimarum explorationē: vt si nō stupuerint, apte probentur. s. Voce vocas. Non verbis, sed quibusdam mysticis sonis. Nam in Lucano legitur, varie numina inuocabantur: vt, Latratus habet illa canum, gemitusq̄ luporum: Quod stridunt vltantq̄; feræ, quod sibilat anguis. Exprimat: & planctus fractæq̄; tonitrua nubes: Tot rerum vox vna fuit. s. Coeloq̄; ereboq̄; potentem. Hoc est quod ait Hecaten, vt plenum numen ostenderet. s. Supponunt cultros. Id est victimas cedunt, fuit autem verbum sacrorum, in quibus mali ominis verba vitabantur. Hinc est quod & mactasse dicebatur, quod magis augere significat. Dicimus autem hic culter cultri. Nam cultellus diminutiuum est: cultellum penitus

Imposuit, dicit, sub monte Aereo. i. qui prius (s. m. Dōna.) Aereus dictus est, qui nunc dicitur Misenus: ab illo. s. Miseno, qui illic sepultus est: & qui tenet nomen æternum per secula, quæ res attestat, Misenu, fuisse virū magni meriti: & Æneā, magnæ autoritatis. & totū hoc sumptū est ab Home. vbi ait, Αὐτὰρ ἐπὶ δὲ νεκρῶ τ' ἐκείνῳ, καὶ τὸν χεῖρα νεκροῦ τὸ μὲν χεῖρα νεκροῦ, καὶ ἐπὶ σὺλῳ ἐρύσαντες πῆξεν ἀκροτάτῳ εὐνείῳ ἐρετμόν.

### PIERIVS.

**Suprema ferebant.** In Ro. cod. suprema, duplicato pp, nota tum est hoc loco. Nepe quod veriti sunt, mutā cum liquida non esse satis ad primam syllabam producendam, & eodem sane modo in baslica D. Mariæ, cognomento, maioris, antiquo marmore notatū aspeximus, suppreum versus munus donatur & arā. Sed enim exempla huiusmodi non sunt imitatione digna. s. Cui frōdibus atris Intextūt latera. In antiquis aliquot cod. pro, cui, suppositum est, tum: quod si diligenter aduertas, non displicebit. s. Ferales ante cupressos. Hoc quoq̄; originatiōis Græce in Ro. cod. & quibusdā alijs, vocalis eius naturam retinet, qua notatur apud Græcos, cypressos, ita scriptum inuenitur: quum tamē oēs vulgo, nūc cupressos, per u, Latine proferant, & scribant. s. Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt. In antiquis aliquot cod. propter characterū similitudinem, scriptum inuenias, quum membra toro: sed magis placet, tū. s. Lustrauitq̄; viros. In Ro. cod. lustrauitq̄; domos, legitur: quod improprie positū est. Classen enim totam, non domos funere incestauerat Misenus. Sed enim potuit classem, domos appellare: quia de sacrificiorū more, quū vera in promptu nō sunt, simulata pro veris haberi soleant. hinc in. iiii. Sparserat & latices simulatos fontis Auerni, s. Ingenti molē sepulchrum Imposuit. Antiqua omnia exēplaria quæ legi, Imponit, præsentī tempore scriptum ostendunt.

tus latinum non est. s. Succipiunt. Antiquæ. Nam modo suscipiūt dicimus. s. Matrī Eumenidū. Id est nocti: vt, Hæc mihi da proprium, virgo fata nocte laborem. Et Eumenides dicuntur per Antiphram, cū sint immites. s. Magnæq̄; sorori. Id est terræ. Nam vt supra diximus, nihil est aliud nox nisi vmbra terrarum. s. Enē ferit. Vt eum contra vmbra haberet consecratum. Hinc est quod ei dicit Sibylla. Tuq̄; inuade viam, vaginaq̄; eripe ferum. Item, Striclamq̄; adem venientibus offert. Hoc autem etiam Homerus dicit. s. Sterilemq̄; tibi Proserpina vaccā. Deæ congruam nunq̄; enitenti. s. Nocturnas aras. Quæ tota nocte arderent. s. Inchoat. autem perficit. Et est verbum sacrorum. s. Solida imponit Taurorum viscera flammis. Non exta dicit: sed carnes. Nā viscera sunt quicquid inter ossa & cutem est. Vnde etiam viscera tollit dicitur, vt diximus supra. Ergo solida viscera holocaustum significat: quod de tractis extis aræ superimponerentur, quæ non nunq̄; abluta, elixa etiam ipsa reddebantur: vnde infert. s. Fundes ardentibus extis. Quæq̄; alijs pro parte totum velint: vt per exta totum animal intelligatur.

### DONATVS.

**His actis, propere ex. p. s.** Totū propterea asseritur fecisse id, quod illū aut visio patris impleveret, aut misenus inuētus vigeret. Descriptio adijcitur ad inferna tendētis. s. Spelūca alta fuit. Spelūca frui alta. hāc ingēs hiatus terræ naturaliter profundā fererat. Scrupea, hoc est saxosis lateribus, atq̄; alperis. non. n. illam ars procurauerat, aut hominis manus. s. Tuta lacu nigro. Hæc quoniam semper patet, ne ad eam cuiquam sit facilis accessus, pro muro habet lacum, ex vndis autem horrentibus & tetrīs, & multorum arborum tenebris, satis fuerat occultā. s. Quamuis per haud vllæ. Super hæc nullæ volucres poterat sine poena transire. illic enī moriebantur, dicit cām. s. Talis sese halitus. Quamvis momentū auibus fuerat necessariū, vt transire incolumes possent, si tanta

fi tanta vis exhalabat ex illis faucibus, vt illic puncto teporis etiam citi volatus superarentur: nec has iuuabat, si peterent altum ad coelum. n. vsq; perueniebant, quicquid lacus teter, & hiatus speluncæ rufclabat. Quatuor hic primum.) Contra detestandos speluncæ ipsius hiatus, vates sibylla sacrificiorum remedia procurabat. si enim aues volantes per altitudinē cœli citē transire non poterant: quid homo efficeret per ipsas fauces, & lacum teterrimū transiturus? tardo vtq; gressu super tenebras & loca incognita. Quatuor ergo iuuenos admouit nigros, & numerum, & colorem intelligere debemus, ad ritum pertinuisse factorum. frontiq; inuergit vana sacerdos. & tollit setas, ex his, quas inter cornua habebant, & ignibus sacris imponit. hoc quoq; intelligere debemus factū ratione sacrificandi: hæc erant prima libamina. Supponunt alij cultros.) Hoc est boues occidunt. Tepidumq; c. Su. pa.) Ne consecratus sanguis funderetur in terram, nunc pateris suscipiebant. Ipse atri velleris agnam Æneas.) Æneam, q̄ esset deorum cultor, non latebat, quid etiam ipse iuxta deos inferos deberet efficere. deniq; agnam mactauit nigri velleris, & sterilem vaccam. totum enim nigrum deputatur inferis, & sterile animal. quod dicitur ideo infœcundum mactari, q̄ ab inferis nihil possit exoriri. Atri velleris agnam: quatuor simul voluit demonstrare, colorem, genus animalis, cum primo intactum: sic in duodecimo ait. Intonsamq; bidetem Attulit, admouitq; pecus flagratibus aris, vt ostenderet tale animal sacrificijs esse necessarium, q̄ primā lanā gestet, ac per hoc nunq; sit attonsum, & sit à Veneris rebus immune. Tum stygio regi. no. in. a.) Ipsi regi inferorum nocturna sacrificia instituit exhiberi. nā etiā hoc tempus, quod tenebrosum est, inferis cōuenit. q̄ autem solida taurorum corpora imposuit, aut obsequij pleni fuit, aut moris, aliqua sacrorum lege definita. oleum vero non dubitatur iccirco infusum, vt aris imposita facilius exurerentur. omnis vero ista descriptio ostendit, qua morte, vel quibus, aut qualibus, & quantis animalibus cœsis inferorum numinum fauor possit acquiri.

## ASCENSIVS.

His actis, &c.) Ex præcepto Heleni in tertio Æneidos: & Anchise in v. Æneas Sibyllæ monita persequitur, vt ad inferos descendere cum ea possit: vnde descripto more suo loco, docet poeta, quomodo sacrificatum est de victimis nigris, de quibus in v. Huc casta Sibylla, Nigrarum pec. m. te san. du. & ipsa in hoc loco, Duc nig. pe. ea prima pia. sunto. De his Dona. sic. Tuta. l.) Hoc facit natura loci, & non humanum artificium, q̄ tuta sit. Talis habitus.) Refert cām cur non possent volare. f. propter vim vaporis inde surgentis: quo statim necabatur. Quatuor.) Procurabat Sibylla, remedium ad transitum: nā si aues, per altitudinem cœli, citē transire non poterāt: quid homo efficeret per teterrimum locum, & tenebras transiturus tardo gressu? Numerus autē, & color, & reliqua quæ adhibētur, pertinet ad rationē sacrificij. Suscipiunt.) Ne iam sacratus in terram cadat. Ipse atri.) Omnia nigra, inferis mactat, & sterilem vaccam, quia nihil ab inferis nascitur: demonstrat quatuor, colorem, genus animalis: quum primo, vellere intactum, ergo non attonsum, & Veneris immune. Nocturnas.) Nā & tempus tenebrosum inferis conuenit. Oleum.) Vt validius vrentur, oleum infundit. Ostendit igitur, quo more, vel quibus, & qualibus, & quantis animalibus cœsis, inferorum numinum fauor acquiritur. Hæc ille. Ordo est. Æneas exequitur prope, id est propeanter, & festine, præcepta Sibyllæ: his actis

## SERVIVS.

Primi sub lumina solis & ortus.) Atqui hæc sacra per noctem fiebat: sed locutus est secundum Romanum ritū, quo dies creditur à medio noctis incipere. Illo autem loco quo dicit, Nox ruit Ænea: non venit, sed finitur significat. Quā quā alij dicit sacra hæc à media die incipere: & perducit vsq; ad mediam noctem. Quod si est nox ruit, potest veni signifiicare. Visq; canes vlulare.) Ita numinis ostēdebatur aduersus. Canes, aut furias dicit, Lucanus, Stygiasq; canes in luce superna Destitutam. Sicut etiam diximus supra. Vlulare,

Ecce autem primi sub lumina solis & ortus  
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri  
Sylvarum, visq; canes vlulare per vmbra,  
Aduentate dea. Procul o procul este pphani, SIBYL.  
(Conclamat vates,) totoq; abssistite luco,  
Tuq; inuade viam, vaginaq; eripe ferrum.  
Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo,  
Tantum effata, furens antro se imisit aperto. POETA  
Ille ducem haud timidus vadentem passibus æquat.  
Dij, quibus imperium est animarū, vmbraq; silentes,  
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia late,  
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro  
Pandere res alta terra, & caligine mersas.  
Ibant obscuro sola sub nocte per vmbra,

actis. i. postquā hæc acta erant. Spelunca. s. quæ dā: alta. i. profunda: & imanis. i. terribilis: quasi mala vasto hiatu. i. apertura oris, quasi ad deuorandum parata: scrupea. i. scruposa, hoc est asperis lapillis plena tuta. s. ab accessu: lacu nigro, id est propter lacum nigrum, ex profunditate. f. & vmbra: & tuta: tenebris nemorum. f. sylvarum: quā super. i. super quā: vlæ volantes. i. volucres: haud, id est non: poterāt tendere iter pennis. i. volare: impune. i. sine punitione: talis. i. tam vehemens & teter: halitus, id est odor, & exalatio: effundens sese faucibus atris. i. tetris: se rebat se ad conuexa supera, id est ad aera: causam putat, quia odor ille sulphureus consumebat aerem, quo aues sustentantur, aut saltem dispellebat: sicut Plutarchus in vita Pompeij dicit, quum consul creatus esset, tanto plausu excæptus est: vt coruus ex aere decideret, quia voce, aer discissus erat. Diodo. autem dicit, in Babylonia fuisse speluncam, supra quam nemo durare potuit, propter grauem spiritum, qui & hic esse videtur: vnde, id est de qua re: quia auius est: (vt dixi) à priuatiua est particula: & ornus, huius ornithos, auis. Ipse constituit hic, id est ad introitum Auerni primum, quatuor iuuenos, nigrantes terga. i. habetes terga nigra: & sacerdos inuergit fronti. i. in frontem vna: & ipse carpens inter media cornua summas setas. i. duos pilos: imponit sacris ignibus p̄ma libamina, id est per modum libaminum, quæ proprie in liquidis consistunt, secundum Landinum: sed licet homini libamina ex liquidis fiant, aut alijs degustandis, tamen quia ignis, etiam setas, abstergit facilius: possunt non improprie, seta, dici libamina ignibus vocans voce. i. cum clamore valido: inuocans Hecatē. i. deam illam potentem: cœlo. i. apud superos, vbi Luna, dicitur: & apud nos: vbi Diana: & Erebo. i. apud tenebras inferorum, vbi Proserpina appellatur: alij. f. sacrificuli: supponunt. i. danculum ponunt, vt vltro ineam mortem, & succipiunt (nunc suscipiunt, dicimus: sed ipse etiam in. j. huius, Succipitq; i nem solijs, &c.) pateris. i. in vasa patētia, (vulgus Tarfias, vocat) eruorem tepidum: ipse Æneas, quia cætera Sibylla curauerat: ferit ense. i. mactat: matris Eumenidum. i. furiarum, hoc est nocti: & magnæ sorori. i. terræ: quæ noctis soror est, quia nox, est vmbra terræ: & ita qui terram produxit, simul noctem produxit: vnde sorores, sunt, agnā vel leris atri, id est nigri, & caliginosi. & d. Proserpina, quæ inferorum dea est, ferit. i. mactat tibi: vaccam sterilem: quia & ipsa sterilis est dicitur: vnde & Diana, perpetua dicitur virgo: quod propter frigiditatem Lunę fingitur. Tum. i. deinde: ipse inchoat. i. instituit: regi Stygio. i. infernali, videlicet Plutoni: aras nocturnas. i. in quibus noctu sacrificetur, & imponit flammis solida viscera taurorum, id est holocaustum, facit ei ex tauris: fundens super. i. de super: extis ardentibus, id est dum extra arderent, oleū pingue: quod perpetuum est eius epitheton.

## PŒTERIVS.

Vnde locum Graij dixerunt nomine, Aornum.) Inoleuit his temporibus cōsuetudo, vt Aornum, scribatur: et à literatis viris. Sed. n. in antiquis codicibus oibus quotquot habui, Auernū notatum obseruau. Pingue, superq; oleum fundens.) In antiq; alijs quot exēplaribus, pingue oleū, habetur: absq; vlla interiecta particula, quæ intrusa videtur hic metri necessitate, vt sæpe alias perperam factum. Potest tamen non inuenisse legi per figuram et dā dō, Pingue, superq; oleum, vt, mōlemq; & montes. Sed si etiam, pingue oleum, dicas. Quæ particula secundo loco non inuenisse ponitur.

re, autem & canum & furiarum est. Aduentante dea.) Ipsa scilicet Proserpina. Prophani.) Qui non estis initiati. Totoq; abssistite luco.) Hoc est, non tantum à spelunca, sed ab omni luci vicinitate discedite. Inuade viā.) Ingredere. Furens.) Deo plena: aut certe similis furenti. Dij quibus imperium est animarum.) Plenus locus alta sapientia: de qua varie disserunt Philosophi. Nam dicunt per alios animas ad inferos duci: vt, Hac animas ille euocat orco Pallentes: alias sub tristia tartara mittit. Itē per alios transferri: vt, Nautata sed

ta sed tristis. Per alios purga-  
ri, vt, Alia panduntur inanes  
Suspensæ ad ventos. Per alios  
vero ad summa reuocari: vt,  
Lethæi ad fluuium deus euo-  
cat agmine magno. Sciens er-  
go de deorum imperio varias

esse opiniones, prudentissime tenuit generalitatem. Ex maiore  
autem parte Syronem, idest magistrum suum Epicureum sequi-  
tur. Huius autem sectæ homines nouimus superficiem rerum tra-  
ctare, nunquam altiora disquirere. ¶ Vmbraeque silentes.) Secreta  
inferorum semper silentia. Nam hominum vmbrae loquuntur.  
Hinc est, Quæ sacra silentia norunt. Inuocat autem summum bo-  
num quod in silentio consistere manifestum est. ¶ Et chaos, & Phle-  
gethon.) Elementorum confusio. Inuocat autem rerum primor-  
dia, quæ in elementorum fuerant confusione. Per Phlegethonem  
ta inferorum fluuium, ignem significat. Nam φλόξ Græce, latine  
ignis est: vnde secundum Heraclitum cuncta procreantur: & re-  
vera sine calore nihil nascitur: adeo vt de Septentrione dicat, Ste-  
rili non quicquam frigore gignit. ¶ Loca nocte silentia late.) Aut  
hoc est quod supra ait, Vmbraeque silentes. Aut vult ostendere esse  
partem mundi: in qua perpetue sunt tenebrae. Cum enim proba-  
tum sit quod legitimus, Et minima contentos nocte Britannos,  
sphaeræ exigit ratio vt è contrario fit regio noctibus vacans. ¶ Sit  
mihi fas audita loqui.) De alta dicturus prudentia miscet poeti-  
cam licentiam. ¶ Sit numine vestro.) Concedatur à vestro nu-  
mine. ¶ Alta terra, & caligine mersas.) Bene iuxit. Ex terris, enim  
caligo procreatur, idest vmbra. ¶ Obscuro sola sub nocte.) Aut  
Hypallage est Sub obscura nocte soli ibant, aut Sub sola nocte,  
idest vbi nihil aliud est præter noctem. ¶ Domos vacuas.) Nostri  
mundi comparatione. Simulachra enim illic sunt quæ inania esse  
non dubium est. ¶ Inania regna.) Inanium: per quod ostenditur  
tur vacua. ¶ Inceptam.) An incertam legunt: illuc tamen recurrit.  
Nam incertum, incipientem, idest minorem significat. ¶ Luce ma-  
ligna.) Obscura. Nam malignum est proprie angustum: vt, Adi-  
tusque maligni, idest minores, obscuri. Sane sciendum Luna, licet  
minoris, commemoratione, ostendere eum fuisse illic aliquid lu-  
cis. Nam aliter omnia quæ dicturus est, videre non poterant. ¶ Vbi.)  
Quando nam non est loci: sed temporis. ¶ Nox abstulit atra colo-  
rem.) Hoc & videmus, & tractatur ab Epicureis, rebus tollere  
noctem colorum varietatem. Vnde & apud inferos omnia nigra  
esse dicuntur. Contra hos Academicum vnâ repugnant. Nam squa-  
mas piscium lucere per noctem comprobatur.

DONATVS.

¶ Ecce autem.) Vbi cumq; ponitur ecce autem, aliquid necesse est  
sequi, quod metum asserat, vel admirationem. ¶ Primi sub lumi-  
na solis.) Ne incertum esset, quod significaret sub lumina solis,  
addidit ortus, vt apertam significationem horæ vel temporis de-  
monstraret. potest enim esse lumen solis etiam horis alijs, quibus  
dicitur dies. ¶ Sub pedibus. m. f.) Mugire cœperat subiecta pedi-  
bus terra. ¶ Et iuga cœpta moueri Syluarum.) Hæc fiebant per  
vmbra, prope tamen sub solis exortum. Existebant, inquit, mi-  
racula omnia, quum deæ triuicæ prope videretur aduentus, mo-  
uebantur & iuga syluarum, mugitus sub pedibus exortus homi-  
num aures tangebant, & mentem. canes per vmbra mvlulatus da-  
bant per vmbra ad omnia pertinent, quæ descripsit, licet semel  
sit positum. His animaduertis sibylla intellexit ipsam venire in-  
ferorum principem. & sic locuta est. ¶ Aduentante. d. p. o. p. e. pr.  
Conclamat vates.) Quid sibi velit duplicatio dicti, euidētius de-  
monstrat, dicendo. ¶ Totoque absistite luco.) Quoniam aduentus  
deæ nullius profani presentia patitur. discedite, inquit, alieni nõ  
paululum, sed ita, vt lucum ipsum penitus deseratis. Hoc ait va-  
tes, & hoc clara voce nunciatur. conclamat vates, ex persona poetæ  
dictus est: reliqua ex ore sibyllæ processerunt. ¶ Tuque inuade viam.)  
Tu, inquit, Ænea viam audacius inuade: educ vagina gladii: ani-  
mum prepara, & esto firmissimo pectore. ¶ Tantum effata. f. a. se-  
i. a.) Cũ hæc Æneæ dixisset, antrũ, quod semper patebat, ingressa  
est, furens cũ omni peroperatione. ¶ Ille ducẽ haud. t. v. p. e.) Illo  
prior pergebat, quæ numine fuerat plena, & eundi fiduciam gere-  
bat. Æneas vero ipsius societate confusus ibat non minore gressu  
quæ sibylla: magnã constantiã Æneæ fuisse ostendit, dicẽdo vaden-  
tem passibus equat, haud timide. nã, qui cõfidens præcedentẽ se-  
quitur, sine dubio posterior ambulat, vestigia demonstrantis obser-  
uans, & qui trepidus vadit, fit metus causa tardior. Æneas aut tãta  
animi fiducia tenebatur, vt sibyllæ passibus suos gressus equaret.  
¶ Di quibus imperiũ est animarũ.) Dicturus poeta quales esse se-

Perque domos Ditis vacuas, & inania regna/  
Quale per incertam lunam sub luce maligna  
Est iter in syluis, vbi cœlum condidit vmbra  
Iupiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

des inferne asserantur, & quæ  
illic iuxta animas gerantur, vt  
multa descripturus incognita  
viuentibus ne temerarius iudi-  
cetur venia à dis inferis po-  
stulabat, asserens non se auto-  
re, sed alijs proferentibus, scri-

pta vel dicta narraturus. Posset. n. in vtroque reprehendi, quod viuis  
incognita viuis pro veris assereret, aut preces si effunderet, vera,  
quæ occulta esse debuerant, nec in vulgus exire. proinde ait, ve-  
niam peto dis, quibus imperiũ est animarũ, vt mihi impune liceat  
audita narrare. ¶ Ibãt. ob. f. n. per. v.) Per vmbra ire, ac per solã  
noctẽ quæ impossibile est: sola. n. nox est, cui lux nulla succedit, ac p  
hoc perpetua. iccirco aliqua possibilitatis inducit similitudinem.  
¶ Quale, inquit, per incertam lunã.) Hoc est in ipsis initijs positam,  
aut sub nubilo constitutã. ¶ Sub luce maligna.) Non clara, & non  
plena, & quæ securo inuideat gressus. addidit aliud. ¶ Est iter in  
syluis.) Vt ipsam malã lucẽ maxima ex pte syluarũ desurtas rapiat,  
ecce quiddam luminis dixit in illis tenebris fuisse, non tamẽ ple-  
num. ibant ergo per loca vacua & inania. quia nec quod videretur  
fuit, nec cui possit occurri.

ASCENSIVS.

¶ Ecce autem primi sub lumina solis & ortus Sub pedibus mugire  
solum, & iuga, &c.) Peracto sacrificio, docet effectum eẽ quod  
Æneas supra petierat, dicens, Et sacra ostia pandas. ostia. inferni  
referata esse: & Æneam vnã cũ Sibylla ingressum, describẽs, quo  
modo id factũ sit, & qualis sit ipse introitus. De qua re dicit Do-  
nat. f. c. ¶ Ecce.) Vbi cumq; ponitur, ecce, necessario sequitur aliquid  
quod metũ asserat, vel admirationẽ. ¶ Ortus.) Ne incertũ esset,  
quid sit primi sub lumina solis: addit, Ortus. ¶ Per vim.) Ad om-  
nia pertinet, quæ descripsit. ¶ Toto luco.) Vt penitus lucum relin-  
quatis. ¶ Aperto.) id quod semper patebat. ¶ Vadentem passibus  
equat.) Magnam fiduciam Æneæ ostendit. ¶ Dij, quibus imperi-  
um.) Dicturus, quales esse sedes inferni asserantur, & quæ illic  
gerantur, quæ sunt incognita viuentibus, ne temerarius videat,  
veniam à dijs petit, asserens nõ se authore, sed alijs pferentibus illa  
dicere: ne sibi incognita, & ex improbitate, vt vulgus non pferenda, videretur  
gere. ¶ Sola nox.) Est, cui lux nulla succedit. ¶ Incertam.) In ipsis  
initijs positam. ¶ In syluis.) Quæ etiam illud exiguum lucis, sua  
densitate possunt eripere. ¶ Vacua in quibus nihil videri potest,  
neque illic occurri. Hæc ille. ¶ Ordo est. Autem, pro sed: ecce, etc.  
quasi dicat de repente, & ex improbitate, quantum ad Æneam, so-  
lum cœptum, supple est mugire, idest quasi sonum taurinum ede-  
re & iuga syluarum. i. colles montium syluosorum, cœpta sunt  
moueri sub pedibus Æneæ, scilicet & Sibyllæ, ad apertionem su-  
turam: sub. i. paulo ante: lumina & ortus, idest ortus luminosos:  
solis, idest prius quã sol oriretur (qã nocturnas instituerat aras  
& noctu erat ad inferos descendendum: vnde Anchises, Et me leu-  
uus equis Oriens adhauit anhelis, quasi diceret, si me sol attigerit  
non potero redire ad meos. Videtur autem (licet Seruius aliter  
sentiat) voluisse poetã tempore diurno apud inferos fuisse: vnde  
dictura est Sibylla, Nox ruit Æneæ, quasi dicat ante suprã no-  
ctem reuertendum esse ad superiores, vt fungeretur, videlicet in in-  
feris, ea dubia luce, quam hic describit poeta.) & canes, scilicet in-  
ferne, idest furie. Nam Apollonius in tertio Argonauticorum, di-  
cit, canes infernas latrasse, dum Medea magicas artes exercebat.  
ab eo igitur, cæteri furias appellauerunt canes.) visæ, supple sunt  
per vmbra: vates, scilicet Sibylla: conclamat dea, scilicet Proser-  
pina: aduentante, idest quum sentiret deam aduentare: nõ propi-  
ni, idest non initiati sacris, esse procul: & absistere procul toto lu-  
co, scilicet Dianæ sacro (vtilitur autem verbis, quibus Athenienses  
in sacris Ceteris, & Proserpine, vsũ dicuntur: maxime in Eleusinis  
vnde procul aberant prophani, vsq; adeo, vt Nero sibi consuetus,  
illis interesse nõ ausus sit.) Tuque, idest & tu: initiate inuade, idest  
audacter ingredi viã: & eripe ferrum, idest ensẽ, scilicet quo  
mactasti agnam: vagina, scilicet sua: ò Æneæ, opus est nũc animi  
i. audacia, & animositate: & opus est nũc firmo pectore: ipsa est  
ta tantum, furens, scilicet sacro furore: immisit se antrũ apertũ,  
quod tunc apertum erat. Ille, scilicet Æneas: æquat, idest æquis  
passibus cõsequitur: ducẽ, scilicet Sibyllam: vadentem passibus  
haud timidus, imo audacibus, hoc est audacter ingredientem, an-  
imose consequitur. Quia vero rem secretam & seclusam, dicturus  
est poeta, vt veniam mereatur, & attentum faciat auditore, peto  
catur, dicens, O dii, quibus imperium animarum, scilicet inducen-  
di, abducendi, & reducendi in corpus, aut regendi post mortem  
est, idest qui habetis imperium animarum, scilicet & vos vmbrae  
silentis



filentes: & Chaos, idest origo rerum cōfusa. (Hesiodus omnium rerum initium vocat Chaos: quod ante omnes deos, deasq; natum sit, in theogonia scilicet, & Orpheus in principio Argo nauticorum, Veteris principia Chaos magnam necessitatem Saturnusq; quemadmodum genuit infinitis resolutionibus aerem circumspiciunt. Et iterum appellat, confusam quondam ab initio vnitatem hiantem, patentemq; in profundum. Alij appellant materiam cœli & terræ, confusam, atq; informem, quæ primum ex nihilo facta est. de qua postmodum omnia figillatim per species varias, formasq; proprias prodierunt. de qua scriptura loquitur, Qui fecisti mundum de materia informi. Lactantius vero Firmianus sic habet, Chaos est rudis, inordinatæq; materiæ confusa congeries. Est autem nomen Græcum, quod declinat apud nos (vt vult Priscianus) Ghaus, chai, chao. Dicitur χῆος: à χῆος: quod est fundo, quod fuerit fusio, idest elementorum omnium confusio.) & Phlegethon, idest ardoris infernalis fluiuis: & loca silentia late nocte, scilicet perpetua; fas sit, idest liceat mihi loqui: audita, idest quæ de inferis audiuerim: sit, supp. fas: vestro numine, idest cum vestro nutu, & beniuolentia: pandere, idest aperire, & manifestare res mersas: alta, idest profunda terra: & caligine, idest tenebris, densis, & profundis, aut ignoratione rerum: nescimus enim, quia res sunt alta terra tectæ. Incipit ergo narrare, dicens, Æneas & Sibylla ibant obscuri. i. per loca obscura (quia quod locorū & temporum est, sæpe dat personis) per vmbbras, scilicet sylvarum & terræ: sub nocte sola. i. nulla luce admixta: & per domos Ditis vacuas. i. corporibus palpabilibus: & per regna inania, quale iter est in syluis: per lunam incertam. i. dum est prope nouilunium: nec scitur, an adhuc sit sub luce maligna. i. exigua, & sterili, non præbēs sui copiam: vbi, idest postquam: Iupiter condidit, idest abscondit cœlū: vmbra, scilicet terræ: hoc est nocte:

## SERVIVS.

(Vestibulum.) Vt Varro dicit, Etymologiæ non habet proprietatem: sed fit pro, capto ingenij. Nam vestibulum, vt supra diximus, dictum ab eo quod ianuam vestiat. Alij dicunt à Vesta dictum per imitationem. Nam Vestæ, i. mens est consecratum. Alij dicunt ab eo quod nullus illic stet. In limine enim solus est transitus: quomodo Vefanus dicitur non sanus: sic vestibulum, quasi non stabulū. Fauces Orci. Deum posuit pro loco: vt Iouē dicimus, & aerē significamus. Horatius, Manet sub Ioue frigido venator. Orcum aut Plutonē dicit, nec enim per Charōta possumus intelligere inferos dictos, quia minor potestas pro imperio nunq; ponitur, sed illa quæ tenet imperium. Et go alter est Charon. Nam Orcus idē est Pluton, vt in Verrinis indicat Cicero dicens, Vt Alter Orcus venisse Ætnā: & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur. Alibi ait, Quia Ditem patrem emeruisse ab inferis putant. Dicimus autē & hic Dis: & hic Ditis. Fauces & vltices posuere cubilia curæ. Ea dicit esse in aditu inferorum, quæ vicina sunt morti: aut quæ post mortem creantur: aut quæ in morte sunt, vt pallorem. Luctus enim post mortē est. Curæ. Cōscientiæ: quæ puniunt semper nocentes. Tristis. Seuera, quæ gignit feueritate. Cicero, Iudex tristis & integer. Confanguineus lethi sopor. Secundū Horatium. Turpis egestas. Quæ turpes facit: & quasi harum rerū imagines facit, quas dicit esse apud inferos. Ideo quia in quem ista concurrent, fit mortalis necesse est. Vnde deos immortales dicunt: qui ista non sentiunt, quibus mors creatur. Mala mentis gaudia. Generaliter omnium scelerum dicit: ac si diceret malæ mentis gaudia. Eumenidum thalami. Furi nunq; nupsit. Vnde thalamos accipiamus in quibus natę sunt. Alij thalamos dicunt, qui facti sunt authoribus furijs, sed nō procedit, quia ait Terriles visu forme, vt non videatur esse contrariū: quia furias paulo post alibi dicit esse. Nam possunt hic natę esse, & alibi manere, & alibi officij exercere potarū. In medio. Aut vestibulo: aut ab-

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci  
Luctus, & vltices posuere cubilia curæ:  
Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,  
Et metus, & male suada fames, & turpis egestas,  
(Terribiles visu formæ) letumq; laborq;  
Tum confanguineus lethi sopor, & mala mentis  
Gaudia, mortiferumq; aduerso in limine bellum,  
Fereiq; Eumenidum thalami: & discordia demens,  
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.  
In medio ramos, anno saq; brachia pandit  
Vlmus opaca, ingens, quum sedem somnia vulgo  
Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus herent.  
Multaq; præterea variarum monstra ferarum.  
Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; bifformes,  
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ  
Horrendum stridens, flammisq; armata Chimæra,  
Gorgones, Harpyiæq; & forma tricorporis vmbra,

ne alludit: quia ex parte equi sunt. Centauri aut Ixionis & Nubis filij sunt. Ixion enim amatam Iunonem de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est: & ex eius voluntate Nubē in suam formā conuersam obtulit, vnde ferūt nati esse Cetauri. Scyllæq; bifformes. Bene plurali vsus est numero. Nam Scylla filia Nisi secundū alios in auem cōuersa est, secundū alios in piscem. Ergo et ipsa biformis fuit: sicut hæc in Sicilia freto. Dicitur autē est per poetæ scientiā vel licentiam. Centum geminus Briareus. Centies duplex: secundū fabulas ipse est Ægeon. Ac bellua Lernæ. Hydram dicit, quæ fuit in Lerna Argiuorum palude: sed latine Excetra dicitur, quod vno caelo tria capita excrecebant. Sed constat Hydram locum fuisse euomentem aquas vastantes vicinam ciuitatem: in quo vno meatu clauso multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipsa exulit: & sic aquæ clausit meatus. Nam Hydra ab aqua dicta est, idest ἀνδ τοῦ ὕδατος. Potuit se autem hoc fieri ille indicat locus, vbi dicit, Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor. Flammisq; armata Chimæra. Ore, leo: postremis partibus, draco: media, capra secundum fabulas fuit. Re vera autem est mons Lyciæ: cuius hodieq; ardet cacumen, iuxta quod sunt leones: media autem pascua sunt: ima vero montis serpentibus plena. Hunc Bel-

noctē: & pro idest: nox atra abstulit rebus colorem, idest discretionem colorum.

## PIERIVS.

(Vifæq; canes vlulare per vmbra.) In codi. aliquot antiquis, vifæ, virili genere legitur, quod non ita placet. Nam & vifæ, fœge. apud Senecam habetur, vbi etiam illud obseruauimus, pro, iuga, coepta moueri syluarum: iuga celsa, scriptum esse: vt participium illud, vifæ: omnibus respondeat. Vifum sub pedibus mugire solum, & iuga celsa sylvarum moueri vifæ, vifæq; canes vlulare. Loca nocte silentia late. In Roma. codi. quia superiore carmine legebatur, vmbrae; silentes: quasi eiusdem vocabuli insula esset repetitio, quæq; ariditati: atq; inopię sermonis, potius quàm elegantię ascribi posset. pro silentia: reposituere tacentia. quod nescio quid Catullianum sapit, Quum tacet nox. Silere autem, est Cornelio Frontoni, quum loquentis sermo comprimitur: ab ipsa significatione literæ s. Tacet vero, qui nec loqui quidem coepit. Silentia tamen, Seruius agnoscit. & ita reliqua omnia legunt exemplaria. Pandere res alta terra, & caligine mersas. In codicib. aliquot antiquis legere est, res altas, terra, & caligine mersas. Sed quanto melius est, alta terra: vt emendatiores habent codices. Ibant obscuri sola sub nocte sub vmbra. In codicib. quibusdam antiquis ita legitur, Ibant obscura soli sub nocte. Sed Donatus ait, solam esse noctem, cui lux nulla succedit. Et lectionem eandem agnoscere videtur Seruius, dum hypallagen figuram notat. Est & per vmbra, vnitatis numero, in pluribus exemplaribus: quod nocti magis conuenire videtur. Siquidem, vmbra aliud quiddam significant. Quale per incertam lunam. Antiqui codices nonnulli, cum Mediceo: conceptam, leunt. Sed & inceptam, & incertam: eodem recurrere putat Seruius. Nam & al. as super hoc eodem loco dubitatum à grammaticis.

solutū est, & intelligimus hæc esse eburneam portā per quā exiturus est. quæ res, hæc oia indicat esse simulata, si & ingressus & exitus simulatus est & falsus. Vlmus opaca, ingens. Distinguenda sunt ista propter duo epitheta. Vulgo tenere. Passim, cateruatim. Folijsq; sub omnibus. Qui de somnijs scripserunt, dicunt quo tempore folia de arboribus cadūt, vana esse somnia: quod per transitum tetigit. Vana autē ideo quia ab inferis, nā vera mittūt supi. Homerus, καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκδίοσ' ἐστίν. Centauri in foribus stabulant. Bene in foribus: quia ea quæ contra naturam possunt creari, statim pereunt. Stabulant autem habitāt: & vsurpatue dixit, vt populat, luctat: nam stabulor dicimus. Et be-

lucophon



Ierophon habitabilem fecit: vnde Chimæram dicitur occidisse, & Gorgones.) Tres fuerunt in extrema Africa circa Atlanté montem: quæ omnes unū oculum habebant, quo inuicem utebantur: Sthenio, Euryale, Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse vnius pulchritudinis, quas cum vidissent adolefcetes, stupore torpebāt: vnde fingitur quod si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem, & Harpyieq;.) Aut iam occisas intellige: aut s̄m Platone, & alios, simulachra licet viuarum, illic fuisse. Nam dicunt esse omnium rerum ideas quasdam, i. imagines: ad quarum similitudinem procreatur vniuersa. Hinc est quod in Statio Theodamas Plutoni dicit, Omnibus finitor rerum videris: mihi vero & fator. Harū autem simulachra bene apud inferos sunt: quæ esse dicuntur & su-

riæ. & Tricorporis vmbra. Erili & Geryonis, DONATVS.

(Vestibulum ante ipsum, pr. q. i. fa. o.) Feralē ditis domū eoque quale obseruabat officium. In primo vestibulo, illic enim fuerūt omnia, quæ cruciant viuos, aut defunctos affligunt. hæc specialiter enumerata sunt, & aliqua cū suis epithetis posita. Luctus primo, quorū sordibus & miserabilis cultus est, curæ quæ quæcumque possident, torquent, posuere cubilia, Significauit eas à vestibulo illo non diuelli, pallentes morbi, oēs. n. morbi pallorem inferunt ægris, quos corripuerint. Tristis senectus, vel quæ rugis contrahitur eorum vultus qui vixerint diu, vel quæ morti proximos facit: & metus quo excruciantur hoies, qui ex aliqua cōscientia aliquam metum

metuunt poenam. Fames male suada, famem non solū egestatem victus debemus accipere, q̄ in opie causa suggerit detestanda con- filia: sed illam quoq̄, quę vnūquenq̄ etiam locupletem ducit, vt aliena rapiat, ac violētē inuadat ipso docente Virgilio, qui ait, qd nō mortalia peccata cogis auri sacra fames? ac turpis egestas: qm̄ defectus substantię familiaris deformes facit macie, & ipsius cor poris cultu. Terribiles visu formę, etiam solo aspectu terrore in- cutientes. Letum & labor, mors, n. & labor odiosa sunt, nec, n. ap- petuntur à quoquam, sed in geruntur inuitis, tum cōsanguineus leti sopor, quoniā somnus & mors prope vnus sunt generis. nā qui dormit, perinde facit ac mortuus, hoc solo distat, q̄ recedens somnus reddit hominē vitę, mors aut̄ irreparabilem tenet, quę forte possederit. Mala mentis gaudia, hæc sunt, quę in scelera ho- mines ducit. Adulter quippe, latro, homicida, quum lucra & vo- luptatem de sceleribus capiunt, sic in mala gaudia perducuntur. Inde aut̄ mala sunt eiusmodi gaudia, quę apud superos multa fuerint, apud inferos puniuntur. qd̄ igitur opus est hoc gaudiorū genus mala mente seclari? si hæc quolibet loco & tpe grauissima pena consequitur. Mortiferū bellum, nullum est, n. bellū, quod esse sine funeribus possit. Ferrei Eumenidū thalami, duri inde im- mites, & discordia demēs, demētes facit quos forte cæperit, non possunt quidē esse integro statu mentis, q̄ fuerint discordia emer- gente inflammati, dicit eius ornatū, vt ex eo appareat, vel qualis ipse sit, vel qualis efficiat. Vipereum, inquit, crinem vittis innexa cruentis, ad vicē crinis serpentibus circumdatū habuit caput, vit- tis quoq̄ cruentis innexū. ¶ In medio ramos.) Transijt à descri- ptione vestibuli & venit ad anteriorem partē, quę non esset sub tecto, sicut illuc, inquit, vltimi arbor annosa, perinde, inquit, ingens ingentibus ramis effusa, & opaca frondibus: bene posuit anno- sam, & ingentem, sunt enim arbores non tamen ingētes, nec opa- cę, nec ornate frondibus, in hac autem & antiquitas apparebat, & ramorum, & frondium opacitas antiquitati respōdens. ¶ Quā sedem. f. v.) Hic, ait, dicuntur esse vana somnia, hic vult esse erro- res, qui pro necessarijs inaniter occurrunt dormientibus, recte di- xit, ferunt, quia supra ait, si mihi fas audita loqui, nec debuit au- thor esse in incertis. ¶ Folijs q̄, s. o. h.) Ipsa scilicet somnia. ¶ Mul- ta q̄ præterea va. mo. f.) Quę sunt multa monstra, vel quę fera- rum varietas, ē generalitate ad speciem transiens dicit. ¶ Centau- ri in so. sta.) Centauros constat mōstra esse, nam partem mēbro- rum habēt ab humano corpore venientē, partē ab equorum for- ma, stabulant dixit, cōmanē, & recte habitationē ipsorum stabu- lum vocitauit. Vult, n. eos plus cū equis, q̄ cum hominibus mē- brum habere cōe. ¶ Scyllæ q̄, biformes.) Et has aut̄ mōstra esse, quę pote vq̄ ad pubē virgines pingantur, & canibus marinis at- mate ppedibus. ¶ Et centū geminus briareus.) Geminū dicuntur duo gemine formę, hoc est duplicis, quale igitur putamus fuisse briareum, qui centū geminis fuit? ¶ Ac belua lernæ.) Lerna vnus anguis fuisse dicitur habēs multos serpētes in capite. ¶ Horrendū stridēs.) Ipsa magis q̄ chimæra, quā infra nominauit, serpētibus enim plurimis stridorē emittebat, fuit ergo monstrum, quę fuit vltra naturā serpentum. ¶ Flammiss q̄, armata chimæra.) Quę p- armis habuit flammās à contrario, vt ipsis defenderetur, quibus posset absumi. ¶ Gorgones.) Hęc quoq̄ facie fuit humana, pro capillis gestans in capite serpentum turbam. ¶ Arpyiæ q̄.) Arpy- iæ quales fuerint & quām multiplici natura compositę, tertius liber ostendit. ¶ Et forma tricorporis vmbra.) Gerionum tripli- cem fuisse formam memoria veterum prodidit.

## ASCENSIVS.

Vestibulū ante ipsum, &c.) Docet quos in introitu inferni in- uenerint, ante infernum, quem locum nostri, lybbum vocant, sequitur physicam rationem: nam quę illic esse commemorat, omnia breuis sunt vitę: & vicina inferis, vt pallor, i. pallidi: senē- ctus, i. senes decrepiti: luctus, i. mœrore consumpti, & morbi, & metus, & fames, & mors, & labor, & sopor profundus, & profu- sa gaudia, & bellum, & insomnia, quę ægris crebra sunt: vn̄ Flac- cus, velut ægri somnia, vāg finguntur species. Item monstra, vt centauri, & Scyllæ, & cætera, quę hic enumerat, quibus omni- bus breuis est vita, & vicinus ad inferos defectus, vnde in vestibulo, & foribus, prudenter à poeta locatur: forte etiam ob id, quod in corpore infirmo, minus solet esse vitium, vnde nota est nobis vox illa, virtus in infirmitate perficitur. Donatus ad hunc locum dicit sic. ¶ Vestibulum ante ipsum.) In hoc erant omnia, quę cru- dant viuos, aut defunctos affligunt. ¶ Luctus.) Quorum fordi- dus, & miserabilis cultus est. ¶ Curæ.) Quęcunq̄ possident, tor- quent. ¶ Tristis q̄, senectus.) Et quia nostros contrahit vultus, & morti vicinos facit. ¶ Fames.) Non solum quę egestatem affert

victus, sed quę cupiditatem rapiendi affert. ¶ Turpis egestas.) Nam & macie deturpat faciem: & necessitate fordidum, relinquit victum & vestitum. ¶ Mala gaudia mentis.) Hęc tunc quę in sce- lera ducunt. Adulter enim, & latro, cum luctu de sceleribus in vo- luptatem capiunt. Mala ergo, quia apud inferos puniuntur. ¶ Discor- dia demens.) In quam ex dementia incidimus. Neq̄ iniuria dat sanguinem, & serpentes. ¶ In medio ramos.) Post vestibulū, po- nit interiorē partem, quę non esset sub tecto. Posuit vltimū anno- sam: & quia non omnes annosę sunt mentes, & opacę frōndibus, idcirco hæc addit, Vana, scilicet vult hæc esse errores, qui pro ne- cessarijs inaniter occurrunt. Hęc ille. ¶ Ordo est. Luctus, & cu- ræ vltices: quia cor vrunt, & dantur malis conscientis in vltio- nem: posuere cubilia ante vestibulum, idest paruam stationem, quę est ante magnarum ædium fores, & in primis faucibus Or- ci: & morbi pallentes, idest pallidos facientes: habitant in primis faucibus Orci, idest inferni. (Orcus, fluuius infernalis: ab vrgen- do dictus, q̄ in mortem vrgat, vt inquit Festus: quia antiqui, c, prog, ponebant, Quidam sunt qui ab ὄρκος, quod est iuramen- tum, deducere volunt: quod per illum, idest Stygem, paludem à qua profluit, iurabant dij: nec pelerare licebat. Proprie autem or- cus, obscuritas tartarorum, siue inferorū. Et orcus apud Home- rum, Thesaliae fluuius scribitur, qui Peneum olei instar superna- tat. Et Orcus aliquando accipitur pro Pluto. Orchia vero, lex pri- ma omnium de cœnis lata ad populum fuit. Hęc Amb. Calepi- nus.) & senectus tristis, idest querula, & morosa: quia spiritus tri- stis (vt est in fene) exsiccat ossa: & metus, idest formido: & fames male suada formę, idest suadens ad omne malū cogeret enim, vel proprios artus absumere: ac egestas turpis, idest fordidos ef- ficiens: sunt enim fere fordidi, & multi ob torporem egentes, ap- positorie, idest simulachra, & figurę terribiles visu, idest ad vi- dendū: aut dum videntur, scilicet & letum, idest mors & labor, scilicet durus: tum, idest insuper: sopor, idest profundus somnus: cōsanguineus leti, idest mortis: quia vita nostra (secundum Pli- nium) in vigilijs est: est enim somnus, mortis imago: & mala, id- est immodica, aut nocua gaudia mentis: & bellum mortiferum, supple habitat in limine aduerso: quia superiora, sponte moriun- tur: sed bellum vim infert: & thalami Eumenidum, idest furiarū: ferrei, idest durissimi, supple sunt illic. (Sunt autem tres furie, vt inferius Eucemus: sed quę apud inferos sunt, dicuntur, dirę vl- trices. Eucemus autem, per antiphrasim dici putatur, idest beniuo- la: nisi fit bene, idest multum furens intelliguntur autem per Eo- menidas, à nonnullis libido, cupiditas, & ira.) & Discordia demēs idest peruersę mentis: innexa vittis cruentis, idest habens in vit- tis cruentis innexum: crinem vipereum, i. serpentinū, hoc est pro capillis: viperas: vltimus opaca, &, sup, ingens, i. valde magna, pan- dit in medio. f. dicti loci ramos: &, pro, i. brachia annosa, i. mul- torum annorum: quam sedem ferunt, i. dicunt, f. omnes: vulgo, i. passim: vana somnia, i. insomnia: tenere, i. occupare, & inhabitare, hærent, f. somnia, sub omnibus folijs, f. ipsius vltimi, quę arbor ste- rilis est, & ita inferis apta (quia vero in ingressu dicit esse somnia, & in egressu, dicturus est, Sunt gemine somni portę, &c. diligens poeta innuit hæc omnia quasi insomnia esse, quę de inferis fini- xit, & descensu Ænæ ad eos) Præterea multa monstra variarum ferarum, vt centauri qui vmbilico tenus equi dicuntur, & super- ne homines: sunt enim populi Thesalię: qui pmi in equis de lon- ge visi: semiequi putati sunt: stabulant, i. stabulum habent in fori- bus: & Scyllæ, i. monstra marina, pubetenus serpētes, biformes, idest duarum formarū: & Briareus, filius ille cœli & terre, secun- dum Hesiodum (frater Cygæ, qui Tytanes dicti sunt, decennale bellum cum filijs Saturni gesserunt, & victi in tartara detrusi di- cuntur: habuisse q̄; quinquagena capita, & centenas manus. Bria- rea autem dicit Home, egeona, ab hominibus appellatum, quum à dijs Briareus dicatur) centū geminus ergo propter centum ma- nus, ac belua lernæ, i. hydra: stridens horrendum, i. horrende: & chimæra, monstrum illud Echidne, ex Thiphæone genitum, sicut & hydram genitam dicit Hesiodus: armata flammis: quia mons est cuius cacumen ardet: & Gorgones virgines, etiam monstruo- sæ vnus oculos habentes: & Harpyiæ: volucres ille monstruo- sæ & diffformes: de quibus in tertio huius dictū est. Et forma vmbra tricorporis, i. natę à corpore tribus dimensionibus dimen- surabili, sup, stabulant in foribus: quia omnibus monstris na- turaliter breuis est vita, Sunt tamen qui dicunt & formā, i. simula- chrum vmbra tricorporis, f. Gerionis regis Hispanię, qui (vt in viij. dicitur: tria corpora habuisse fertur. Quæri autem potest de harpyis: quas in tertio huius, Strophadas insulas habitare dixit, quomodo apud inferos sint? Sed multipliciter responderi potest

## ÆNEIDOS

aut quia interea mortuæ erant: aut quia omnium rerum simula-  
chra apud inferos esse perhibentur, sicut animæ apud superos.  
vnde: Igneus est ollis vigor & cœlestis origo: aut quia plures p̄  
supposuerit: alias fuisse harpyias, q̄ quas Æneas apud Strophæ-  
des viderit. Nam licet tres syraenes, & tres harpyiæ celebrantur:  
non continuo sequitur, non plures fuisse. Nec vero simile est to-  
tam speciem, atq; naturam: aut ab illis inceptam, aut cum illis  
defecisse: quocirca aut nullæ fuerunt, aut & aliæ esse potuerunt,  
quarum apud inferos sint simulachra. Addam quæ in Seruium  
dicit Beroaldus, contra expositionem illius, Tristisq; senectus.  
Ea autem sunt hæc. Ego potius exponerem tristis, id est querula  
& morosa namq; poeta voluit epitheto demonstrare, qualis sit  
conditio senectutis: sunt autem senes, vt scribit Cicero in Cato-  
ne, & testatur Seneca, morosi, & anxii, & queruli, atq; difficiles.  
quod etiam elegantissime exprefit Horatius in arte poetica, seni-  
les mores describens. Difficilis querulus laudator temporis acti,  
Se puero, censor, castigatq; minorum. Virgi. (vt arbitror) imi-  
tatus est Silius, illo versu, Curæq; infidiæq; atq; hinc queribû-  
da senectus. Nam à Silio, senectus dicitur queribunda, quasi ple-  
na querimoniarum: quomodo à Virgilio, tristis nuncupatur: &  
ab Horatio in carminibus, Morosa ob varios, scilicet ac diffici-  
les mores, quibus sunt obnoxii queruli, senes. In eodem sexto  
volumine, vbi dicitur, Simul accipit alueo Ingetem Æneam ex-  
ponit Seruius, Alueo. s. fluminis: mihi videtur exponendum esse,  
alueo. s. nauis: vt intelligamus Æneam, intra cymbam, recaptû  
fuisse à Charonte: namq; alueus elegantissime dicitur nauis: siue  
ipsius nauigij receptaculum. Propertius euidentissime id ostendit,  
sic scribens in tertio. Aut quidnam fracta gaudes Neptune ca-  
rina, Portabat sanctos alueus ille viros. Liuius lib. xxj. Alueos in-  
formes raptim faciebant. i. nauiculas. Et idem lib. x. Pars (inquit)  
fluuiatiles naues, ad superanda vada stagnorum apte planis al-  
ueis fabricatas complent. præterea alueus, quemadmodum de  
fluminibus dicitur, ita etiam de rebus alijs. Columel. in. ix. Oua  
in alueolum lignum conferat. Plin. in. x. Alueos ex cornu specta-

### SERVIUS.

Offert.) Non ad ferendû,  
sed ad repellendas vmbas. Vñ  
& offert dixit: sacerdos aut fe-  
rire prohibet. ¶ Tartarei quæ  
fert Acherontis ad vndas. ¶ Se-  
quitur illud Pythagoricum di-  
cens, tenuisse eos viam post er-  
rorem sylvarum: quæ vel ad  
vitia vel ad virtutes, vt dixi-  
mus, ducit. ¶ Tartarei Acheron-  
tis. ¶ Acheronta vult quasi de  
imo nasci Tartaro: huius estua-  
ria Stygæ creare. De Styge aut  
nasci Cocytum: & hæc est ety-  
mologia. Nâ Physiologia hoc  
habet, Quia qui caret gaudio,  
sine dubio tristis est. Tristitia  
aut vicina luctui est: qui pro-  
creatur ex morte. Vnde hæc e-  
st apud inferos dicit, ¶ Cocyto  
eructat arenam. ¶ In Cocytû,  
scilicet per Stygæ. ¶ Has horre-  
das aquas. ¶ Propter tria flu-  
mina. ¶ Portitor. ¶ proprie qui  
portat: abusu etiam qui por-  
tatur portitor dicitur, sicut ve-  
stor. ¶ Terribili squalore. i.  
terribili squaloris. ¶ Charo.)  
Per Antiphrasin, quasi Ache-  
ron. ¶ Canices inculca iacet.)  
Veteres enim non solum cor-  
mam ornabant, sed etiam bar-  
bam, vt nonnullas videmus  
statuas. Ideo dixit inculca me-  
to canities. ¶ Stant.) Horrent.  
Et est Polysemus sermo, hoc  
est multiplicatio sermonum, vt diximus. ¶ Subigit.) Subagit, sur-  
sum agit, regit. Et est Polysemus sermo. Nam Acuit significat: vt,  
Subigitq; in cote secures. Et Cõpellit: vt, Subigitq; fateri. ¶ Ve-  
lisq; ministrat.) Aut pro vela: & est septimus. Aut velis obsequi-  
tur: &

tos esse refert. i. apium aluearia. & Varro inquit. Vbi apes sint,  
aluei sunt ex viminibus. Palladius, in nouembre sordibus, liberam  
di sunt aluei. Præterea error manifestarius est apud Ser. in histo-  
ria, qui quato leuior est, tanto minore venia dignus. Scribit enim  
Parthenopeû filium fuisse Menalippæ, quû filius fuerit Atlantæ  
puellæ, in cursu perniciosissime: vt Staius, atq; Diodo. meminerunt:  
quod & oēs historici testatur. In illo quoq; versu Maroniano,  
Explebo numerû, reddarq; tenebris. admiror Seruium: quû mo-  
re diligentis cõmentatoris, varias interpretationes attulerit: omni-  
fisse id quod à Macrobio relatum est quod eruditione maximâ  
pre se fert: & Virgilianę sententię optime quadrat. Scribit. n. Ma-  
crobius in somnum Scipionis, animas fociari corporibus quibus-  
dam numeris: qui numeri dum supersunt, perseverat corpus anti-  
mari: quum vero deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, qua so-  
cietas ipsa cõstabat: aia ipsa non deficit, quippe quæ immortalis,  
atq; perpetua est: sed impletis numeris, corpus fatiscit. hinc illud  
est doctissimi Vatis, Explebo numerum, reddarq; tenebris. hæc  
Macrobij interpretatio, tam subtilis, tam elegans, tam erudita,  
pretermitti nõ debuit à curioso cõmentatore, qui ex fontibus phi-  
losophorum, vnde hauserat Macrobius, haurire potuisset, prefer-  
tim quum multa vndiq; exquisuerit: sed (vt mihi videtur) nihil  
est, cum prædicta Macrobij expositione comparandum.

### PIERIVS.

Primisq; in faucibus Orci.) In codicibus plerisq; sane quam  
veteribus, non inuenisse legitur, Primis in faucibus: absq; copu-  
latiua particula: sed ea inserta, versum reddit canorû magis. ¶ Ma-  
le suada fames, & turpis egestas. ¶ In Ro. cod. In Mediceo, ac ple-  
risq; alijs antiquis, ac turpis, habetur: vt quodammodo iungat ege-  
statē, vna cum ipsa fame. ¶ Letumq; laborq;.) Antiqua fere oia  
exempl. legunt, labos, per s. Quod vero sequitur soporem cõsan-  
guineû esse Mortis ex Hesiodo sumptû, qui in Theogonia, som-  
num & mortem, noctis filios fuisse dicit, quod vero cõsanguineû  
dixit, ita eum Claudianus imitatus, De cõsanguineo recipit, post  
fulmina fessum Iuno sinu. Ea enim Iouis, & soror, & coniux.

tur: & è datiu? ¶ Feruginea.)  
Nigra, tristi. Nam lugubrem  
ostendit dicens, Cum caput  
obscura nitidum ferugine te-  
xit. ¶ Corpora cymba. ¶ omne  
quod potest videri, corpus di-  
citur, vnde paulo post distic-  
tionem fecit dicens, Corpora  
viva nefas Stygia veclare cas-  
na. ¶ Iam senior.) Aut pro po-  
sitio posuit: aut vt diximus,  
senior, est virens senex: vt iu-  
nior, intra iuuenem est: quam  
rem à Varrone tractatam con-  
firmat etiam Plinius. ¶ Cru-  
da deo, viridisq; senectus.)  
rõ à riov: quia in deo. ¶ Au-  
tumni frigore primo. ¶ Extre-  
mitatem vult ostendere: quod  
ait Iuuenalis, Tâ lethifero cer-  
dente pruinis Autumno. Nam  
eius prima pars seruet: vt, To-  
toq; Autumni incanduit estu.  
Sane sciendum s̄m Plinium  
folia Autumnali tẽpore ideo  
cadere, quia omnis tunc in au-  
boribus humor æstatis calor  
re inuenitur exhaustus, Ergo,  
¶ Cadunt.) non quia tunc sic-  
cari incipiunt: sed quia tunc eis  
iam deest humor. ¶ Glomeran-  
tur aues.) Bene rebus volitan-  
tibus animas cõparauit, quæ  
& ipsæ volat. ¶ Immittit appet-  
cis.) Quasi à va q̄pi nouer, id est  
sine frigore, vt diximus supra.  
Vnde nonnulli & Africam di-  
ctam volunt. ¶ Primi transmittere.) Figura Græca est: vt primi-  
transirent. ¶ Tristis.) Asper, & miserabilis.

### DONATVS.

Corripit hic, sc. s. Æneas.) Æneas yfiss tot malis & repon-

etna formidine turbatus vehemeter, stricta aciem venientibus of  
ferebat gladij, existimans illas oēs monstrorum formas aliquid  
aefuras aduersi, & facere. ¶ Et ni docta comes, &c.) Nisi turbatū  
sibylla docuisset, inanes formas in corporibus esse, vt res ipsa in  
dicabat. paratus erat pugnare frustra, & vmbas appetere incal/  
sum, utpote incorporeas: quas ferire non posset. ¶ Hinc via tarta/  
rei. q. f. a. c. a. u.) Hinc via, hoc est ex illo loco, quē supra descripsit,  
tenditur ad fluuiū Acherontis. ¶ Turbidus hic cœno.) Pro qualita  
te inferna fuit natura aque turbida, cœnosa, odoris pessimi, utpo  
te quę ructaretur à cœno. ¶ Portitor has horrēdas aquas.) Porti  
tores dicuntur, qui portas obseruant, i. c. i. r. c. o. vt sine ipsorū iussu  
nullus trāseat in alias regiōes. his igitur aquis tam grauibus odo  
re, tam horrendis aspectu præerat iordibus par, & nulla ex parte  
dissimilis, loco & regionibus tetrus apte conueniens, visū quoq;  
terribilis Charon. exponitur visus eius metū videntibus spargēs.  
¶ Cui plurima mento Ca. i. i.) Barbā, inquit, habuit canā, proluxā,  
& incultā. ¶ Stant lumina flāma.) Inflexibiles oculi eius, & sem/  
per stantes, quasi quasdam flāmas emittebant. ¶ Sordidus ex hume  
ris nodo. d. a.) Velamen eius tale fuerat, quod plēnū corpus tege  
re non posset. deniq; ex eius pendebat humeris sordidū, tetrum,  
nec saltē sibula, sed nodo suspensū. ¶ Ipse ratem conto subigit,  
u. q. m. Et. f. f. c. c.) Non ille aliquā potestatem agendi videbatur  
habere, sed potā deniq; ipse agendo subigebat ratem. Quom di  
cit, subigit, non fuit sine laboris tormento, quod agebat. Ipse da  
bat vela, ipse corpora veclabat. quū multa, multorūq; officia so  
lus impleret, apparebat illū perpetuis deditum fuisse tormentis.  
¶ Iā senior, sed. c. d. u. q. f.) Iā, inquit, senior fuit: si anni eius con  
siderarentur, si aut aspectu eius quis metiretur ætatem, poterat  
adhuc iuuenis existimari. illius. n. canicies, hoc est senectus viridis  
aliud offerebat oculis, q̄ poterat veritas indicare. Viridē senectu  
tem, non propter colorem dixit, quē habent herbæ vel frondes.  
sed quæ adhuc non parū de primis temporibus retineret, cruda,  
inquit, & viridis: quia vtrūq; nondum aduertebatur ad maturita  
tem peruenire. dum autē humanæ ætatis senectus plena sit. ¶ Huc  
omnis turba.) Huc, hoc est vbi Charon obseruauerat, cōcurrebat  
omnis animarū turba, vt Charontis ipsius ministerio trajceren  
tur vltieris, ¶ Matres, atq; viri.) In illā turba fuerunt matres, &  
mulieres. fuerunt viri, qui compleuerant vitam, vult. n. alia gene  
ra mortuorum separare. dicit ergo, quorum illic animæ in præ  
senti haberentur, matrum, vt diximus, & virorum magnanimo  
herorum, puerorū, & virginū, & eorum, quos viderūt parentes ro  
gis imponi. istorū mortem cum miseratione poeta cōmemorat,  
quam durū quippe est, iuuenes mori, qui sibi adhuc, & suis, & pa  
triae prodesse cōmodis potuissent. rapi pueros, & virgines imma  
turæ mortis interuentu, quos in spem posteritatis seruari conue  
nerat, & in longū tempus seniumq; perducī. quam funestū paren  
tes funeribus interesse, liberorum curare tam duras exequias, &  
ardentes aspicere: cū animas describeret volentes fluuiū transire,  
discreuit sexus, discreuit ætates. constat. n. omnibus his mortem  
esse cōmunem, nec moriendi esse ordinem, sed confuse ex omni  
bus etatibus mori: mittit similitudinē, vt ostendat, quāta illa fue  
rit turba, vel quō mortem obierit. ¶ Quam multa in syluis, &c.)  
Tam multæ ait, multorumq; animæ volentes fluuiū transire  
conflexerant, vt solent innumera folia excidere arboribus, cum  
his anni tēpus superuenit: aut, vt sunt aues, quæ congestæ, quom  
frigus ingruere coeperit adunantur, aprica repetant loca, quibus  
pruinæ effugiant. ¶ Stabant orantes, primi.) Rogantes, & stabāt,  
totum ad obsequium supplicum, dicit causam standi, & rogandi.  
vt vnicuiq; primus transitus pueniret, tantus amoris affectus te  
nuerat omnes. tantumq; vltioris ripæ desiderū habuit. ¶ Naui  
ta sed tristis.) Non enim poterat nauicula permodica simul oēs  
accipere. ¶ Ast alios longe.) Alios lōge submotos ipsam arenam  
litoris contingere non sinebat.

## ASCENSIVS.

¶ Corripit hic subita, &c.) Docet quomodo peruenerint ad Cha  
rontem portitorē, qui fingitur animas e corpore migrates, cym  
ba quadā traducere ad inferos: & illinc post certum tempus, ite  
rum in noua corpora reducere: quę res longe à fide nostra abhor  
ret: sed archang. apud Ethnicos, philosophie innititur: & præcipue  
Pythagorice, quia Pythagoras, corpora pene infinita cōsideras,  
nec noscens animas posse de nouo à deo creati: putansq; eas cer  
to numero cōstare, & æternas esse, asseruit, eas de corpore in cor  
pus transmigrare: ne tamen auferret pro benefactis præmiū: &  
ita bene faciendi voluntatem. (Quis enim virtutem amplectitur  
ipsam Præmia si tollas, vt inquit Iuena.) auferret, dixit, animas  
benemeritas, mercedē suā recipere in Elysijs campis: illicq; frui

beata vita, pro magnitudine meritorū, diu, aut parum, & peracto  
tempore, per fluuiū obliuionis trahi in desiderium huius uitæ:  
& illinc huc reduci. Dicit ergo uentum esse ad eum locū, ubi innu  
meræ expectabant anime transmitti orantes. De qua re dicit Do  
nat. sic. ¶ Turbidus hic cœno.) Pro qualitate inferni, fuit natura  
aque turbida cœnosa, odoris pessimi: utpote quæ ructaretur à  
cœno. ¶ Portitor.) Is proprie est, qui portum obseruat: ut nullus  
eius iniussu, in alias regiones transeat. His igitur aquis, tā ma  
le olentibus, tam horridis aspectu, erat par cultos, nec dissimilis  
loco & regiōi. ¶ Stant lumina flamma.) Inflexibiles oculi, quasi  
flammam emittebant. ¶ Sordidus da. dū. erat vela/  
men: neq; tantum ut totum tegeret corpus, & non sibula, sed no  
do neclatatur. ¶ Ipse ratem.) Non agēdi potestatem, sed potā  
habebat: quia multa simul officia implebat: nam dabat uela, us  
clat, corpora subigebat. i. non sine labore agebat. ¶ Viridis.) Nō  
propter colorem, sed quæ adhuc non parum de pristinis tempo  
ribus retineret. ¶ Cruda, & uiridis.) Quia nondum tendebat ad  
maturitatem. ¶ Iuuenes.) Qui adhuc suis cōmodis: inseruire pa  
triae potuissent. ¶ Pueri & uirgines.) Quos in speciē posteritatis  
seruandæ, cōuenerat in longum senium perducī. Distinguit sexus  
& ætates, ut ostendat mortem omnibus esse cōmunem, nec mo  
riendi esse ordinem, ¶ Quā multa.) Ex hac comparisonē, quanta  
fuerit turba, ostenditur. ¶ Tristis.) Durus nunq; affabilis. ¶ Nunc  
huc.) Nam omnes simul non poterat. Hæc illē. ¶ Ordo autē est.  
¶ Aneas trepidus. i. festinus subita formidine corripit hic. i. hoc lo  
co, vbi nunc sunt mōstra: ferrū. i. ensem ferreū, & offert. i. obijcit:  
venientibus. i. ad se properantibus: aciē. i. acumen ferri: frictam. i.  
euaginata: & ni. i. nisi: comes. f. Sibylla: doctā. i. perita rerum in  
fernarum: admo neat tenuis vitas. i. animas sine corpore: ynde  
prius, inania regna, dixit: volitare sub imagine caua. i. non habē  
te corpora, sed simulachra duntaxat, atq; vmbas: formæ. f. ha  
bentis corpora: ipse irruat. f. in ea monstra: & diuerberat ferro. i.  
ense, frustra vmbas: quia non possunt contingi, quom nihil ha  
beant solidi: hinc, sup. est, eminet, aut apparet: via, quæ fert, idest  
inducit ad vndas Acherontis, illius fluuij infernalis, sine lætitia  
dicti: tartarei, idest ad profunditatem infernalem tendentis: gurg  
ges, idest profundus vortex aquarum, omnia ingurgitans, exi  
stens turbidus: cœno, idest luto turpi: & yroragine, idest ingurgita  
tione: vasa. i. valde ampla: æstuat, idest æstus, & feruorem suum  
exercet: hoc est ebullit: hic, i. hoc loco, ad quem accedunt: atq; eru  
stat omnem arenam Cocytō. i. in Cocytō, per Stygen: Charon  
portitor, idest transuector, & magister portus horrendus: terribi  
li qualore. i. situ & immundicia: feruat has aquas: & sub hæc flu  
mina, cui. f. Charonti: plurima canicies. i. incana barba iacet incul  
ta: mento, idest per mentum: & cui lumina. i. oculi: stant. i. horrēt,  
& arrecti sunt: flamma. i. igni emicanti: & cui amictus sordidus,  
more nauatarum dependet ex humeris: nodo. i. per nodum, quō  
connexus est. Ipse. i. vt vulgo dicunt: in propria persona subigit,  
idest gubernat: conto. i. pertica, aut fude: ratem. i. scaphā, qua ani  
mas traducit: & subueclat corpora. i. simulachra corporū, aut cor  
pora viuorum, quando adueniunt cymba. i. nauicula: ferruginea,  
idest ferruginei, hoc est fuscī, seu subnigri coloris: existens iam se  
nior. i. plusq; illi officio conueniat senex: fed senectus, est cruda &  
viridis. i. perpetua, & indefatigabilis: ideo. i. quia deus est. Om  
nis turba effusa. f. e corporibus: rucebat huc. i. ad hunc: ad ripas. f.  
matres: atq; viri. i. foemellæ, & masculi: sed foemellas, quia imbe  
cilliores, præposuit, vt viciniore Orco: & corpora magnanimū,  
pro magnanimorum heroum: defuncta vita. i. quæ iam expleue  
rant officium vitæ: hoc est simulachra eorum, & pueri, & puellæ  
innuptæ, & iuuenes, impositi rogis, ante ora parētum. Per quōd  
admonet iuuenes, ne nimium confident annis: quia plures libe  
ri, à parentibus sepeliuntur, q̄ eos sepeliant. Quam. i. quantum:  
multa folia cadunt lapsa. i. labentia in syluis: primo frigore. i. per  
frigus primum, autumnū: aut, quām multæ aues glomerantur. i.  
in modum glomeris aduoluuntur, ad terrā: ab alto gurgite, idest  
fluxu maris, vbi. i. quādo: annus. i. tempus anni: frigidus. i. frigidū  
fugat, sup. aues: trans pontum, ad quarendum. f. aerem tepidum,  
aut temperatiorem: & immittit terris apricis. i. soli expositis: vbi  
plus caloris, quām vbi frequentes syluæ, supp. tam multi: stabāt  
orantes: transmittere, idest vt possint transmittere primi, cursum  
& tendebant, idest extendebant, supplicantium more: manus. f.  
suas, amore ripæ interioris: quia volebant transmitti ad locum  
ipsis debitum: sed nauita, idest portitor Charon: tristis, idest im  
mitis: accipit nunc hos, nunc illos, certo tamen indicio: ast. i. sed:  
arctet alios. i. longe tenet alios: submotos. f. à cymba: longe, supp.  
in arena, idest littore arenoso: videlicet eos, qui munus vitæ non  
Virgi.

# Æ N E I D O S

explerant, aut sepulturæ honore (sive Ethnicos) caruerant

### P I E R I V S.

**C** Coccyto eructat harenam.) In aliquot antiquis codicibus, Coccyti, legitur, possessio casu. Sed prior lectio magis recepta est. & harenam, cum adspiratione, ex Varro. obseruatiōe, vt alibi dictum. **T**erribili squalore Charon.) In nonnullis omnino veteribus exemplaribus, Terribilis, habetur, nominandi casu: sed ablatiuo magis receptum. **S**tant lumina flamma.) In Romano codice & aliquot alijs antiquis, flammæ, legitur. Siue id genitiui casus sit, quod nequaquam placet: siue appositiuè dictum, vt duo lumina, duæ flammæ videantur. Siue quod magis placet, facta est duarum

duarum vocalium transpositio, quum flammea vellent scribere, veluti in antiquis aliquot exemplaribus scriptum obseruauit. Sed id postea corruptum, velut etiam illud quod supra dicebamus, Protinus omnia, versu dactylico. **S**onans ex humeris nodo dependet amictus.) Valeant qui, nudo, legendum esse contendunt: quum, nodo, passim in antiquis codicibus tota libraria fide legatur. Et antiquæ statuæ tot vbiq; spectentur, in quibus, Ornatus ex humeris nodo religatus pendeat. **L**onge summos arceat harena.) In antiquis aliquot codicibus, semotos, legitur. Cui non nihil suffragari videtur aduerbium, longe, pro valde. Magis tamen placet, submos: quod proprie & elegantur dictum est.

### S E R V I V S.

**Æ**neas.) Ordo est, Æneas ait, dic o virgo. cætera per parenthesis, id est per suppositionem dicta sunt. **Q**uo discrimine.) Qua differētia. **R**ipas hæc linquunt.) Repulsæ scilicet, non transeunt. **V**ada liuida.) Nigra. Et liuidum, inuidum, non nisi apud Neotericos inuenimus. Lucanus, Li uor edax tibi cuncta negat, gen resq; subactas. **L**ongæua sacerdos.) Sibylla Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit po scendi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus: & tam longam vitam poposcit. Cui Apollo respondit id posse fieri, si Erithræa (in qua habitabat) insulam relinquere, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit & illic defecta corporis viribus vitam in sola voce retinuit. Quod cum ciues eius cognouissent siue inuidia, siue miseratione commoti, ei epistolam miserunt creta antiquo more signatam: qua visa, quia erat de eius insula, in mortem soluta est. Vnde nonnulli hanc esse dicunt, quæ Romana fata conscripsit, quod in incendio Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri, vnde hæc fuerat. **D**eum certissima proles.) Ex eo quod subire inferos potuit. Ideo autem certissima, quia multi ad gloriæ generis simulant se numinum filios: vt Romulus ex Marte, Alexander ex Ioue Hamone. Hoc ergo excludit. Sic alibi de Hercule. Salue vera Iouis proles. **E**t fallere numen.) Vt supra diximus, siue propter Victoriæ fauorem Stygis filia. Nam dicitur statuisse Iupiter, vt si quis sefellisset eius numen, vno anno & no uem diebus ab Ambrosia & Nectare prohiberetur. Ratio autem est quam supra diximus. Ideo per Stygem dii iurant, quia tristitia contraria est æternitati. **I**nops inhumataq; turba est.) Duo dicit, id est nec legitimam sepulturam habet, neq; imagina iam. Inopem enim dicit sine pulueris iactu (nam ops terra est) id est sine terra, sine humatione. Vult autem ostendere tantum valere inanem, quantum plenam sepulturam. Nam & Deiphobus vmbra transfusa est, cui Æneas cenotaphium fecit: vt, Hunc ego met tumulum Rheteo in litore inanem constitui. Bene autem sepultos, id est stetos. Nam sine stetu sepultura non est. Vnde legitur, inhumata, infestaq; turba. Facit suprascripta flumina transe, quibus luctus nomen imposuit. **C**entum autem annos.) Ideo dicit, quia hi sunt legitimi vitæ humanæ, quibus completis potest anima transire ripas, id est ad locum purgationis venire, vt redeat rursus in corpora. Sane sciendum quia cum terram dicimus, hæc ops facit: si Nympham dicamus, hæc Opis: si diuitias, hæc opes numero tantum plurali. **R**auca fluentia.) Aut rheumata dicit: aut bene pluraliter, quia de tribus loquitur. **S**edibus ofsa quierunt.) Id est prius, quam corpus in naturam suam redeat, id est in terram. **S**tagna exoptata reuisunt.) Lethæi scilicet fluminis. **V**estigia pressit.) Scilicet cogitatiōe tardatus. **P**utans.) Reputans, cum animo pertractas. **S**ortemq; animo miseratus iniqua.) Iniqua enim fors est puniri propter alterius negligentiam. Nec enim quis culpa sua caret sepulchro. Bene autem animo

**Æ**neas (miratus enim, motusq; tumultu)  
**D**ic (ait) o virgo, qd vult cōcurfus ad amnē?  
**Q**uid ue petunt animæ? vel quo discrimine ripas  
**H**æc linquunt? illæ remis vada liuida verrunt?  
**O**lli sic breuiter fata est longæua sacerdos.  
**A**nchisa generate, deum certissima proles,  
**C**occyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem,  
**D**ij cuius turare timent, & fallere numen.  
**H**æc omnis, quam cernis, inops, inhumataq; turba est  
**P**ortitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti.  
**N**ec ripas datur horrendas, nec rauca fluentia  
**T**ransportare prius, q̄ sedibus ofsa quierunt.  
**C**entum errant annos, volitantq; hæc littora circum:  
**T**um demum admissi, stagna exoptata reuisunt.  
**C**onstitit Anchisa fatus, & vestigia pressit,  
**M**ulta putans, sortemq; animo miseratus iniquam.  
**C**ernit tibi moestas, & mortis honore carentes,  
**L**euca spin, & Lyciæ ductorem classis Orontem,  
**Q**uos simul à Troia ventosa per æquora vectos,  
**O**bruit Auster, aqua inuolvens nauemq; virosq;.  
**E**cce gubernator sese Palinurus agebat,  
**Q**ui Libyco nuper cursu, dum sydera seruat,  
**E**xciderat puppi medijs effusus in vndis.

ÆNE.

POETA

SIBYLLA

POETA

### D O N A T V S.

quasi re præfaga, vt alibi, Præfaga mali mens. Ipse enim Æneas insepultus iacebit: vt, Mediæq; inhumatus harena. **M**ortis honore.) Sepulturæ vt, Quisquis honos tumuli. **D**uctore classis.) Apertū ex plurim classem dici etiā vnanimem. Nā legitur, vnam quæ Lycios fidumq; vehebat Orontem. **A**uster.) Hic distinguitur. **S**ese agebat.) Sese age, re, est sine negotio incedere. **Q**ui Libyco nup cursu.) Bene Libyco. Nauigatio enim non à diuerticulo, sed ab intentione accipit nomen. **E**ffusus in vndis.) Archaismos est: quia quā Donatus esse ordinem vellet, dum seruat sydera in vndis medijs.

**Æ**neas (miratus enim motusq; tumultu) Dic ait o virgo.) Hæc interrogatio propositionis retinet vicem, quā ad oia sibylla responsura est. hæc ipsa tripartita est, quæ sit quippe, cur tatus animarū conuersus ad amnē feret, vel qd ipse animæ desiderarent, vel qd ret

inter illas distatia, vt alia fugatae linquerent ripas, alia nauem transmitterentur, & ad vitiora portarentur? Olli sic breuiter f. e. l. f.) Breuiter, quippe loqui debuit relatura superflua, ne, quæ sunt necesse agendo, morado differret. **A**nchisa generate, deo pro.) Natus es ex homine, non immerito paues habes humani generis timiditate: sed nihil debes metuere. qui alia ex parte genas à superis ducis. post principia descendit ad ea, quæ interrogata est. **C**occyti stagna. a. v. st. q. p. dij. c. i. t. & f. n.) Hanc intermisit in interrogatione: sed melius facit vates aliq; amplius referet, vt in struatiorem redderet requirentē. nec cumulatit ex hoc breuitate sermonis sui, sed breuitati consuluit: possit. n. Æneas, quod in prima interrogatione prætermiserat, querere in secunda: quod vitæ sibylla pruenit, amputans moras; quas poterat altera inquisitio facere. **S**tagnū igitur illud coccyti, inquit, habet nomē. Palus vero, quæ ex superusione aquæ efficitur, styx appellatur: per quam iurant dii, plurimū eam metuunt, ne eius fallat numen. **H**æc ois, quam. c. i. i. q. t. e.) Ipsorum est turba, quæ procul repellitur, quæ sint inhumati. **P**ortitor ille charon.) Charon dicitur, q portitoris sustinet curam. **H**i, quos. v. v. f.) Qui vnda portatur, & transeunt, sepulti sunt. redit rursus ad sepulchrorum exitū dicendum. **N**ec ripas datur horrendas, & r. f. tr.) Nō licet inhumatis aqua istā transire. **P**riusq; . f. o. q.) Hoc est, donec ofsa ipsorū sepulchris condantur. **C**entum. e. a. & c.) Tractat Virgilius inhumatorum corporum animas fluuium transire non posse, nisi prius sepulchram fuerint cōsecutæ, & tot illic annos errado ducere, quot sua corpora sine humationis honore iacuerint. quod iccirco præmisit poeta, quia Ænea, dicturus est, aliquos illic cognouisse de suis quos humare non potuit. **C**onstitit Anchisa fatus.) Dolens eos, quos iniqua hæc conditio tenuisset, cōstitit. **C**ernit ibi moestas.) Assertioni huiusmodi non defuerunt probamenta: vidit quippe illic leucaspim & Orontem, quos nouerat inhumatos. **Q**uos simul à Troia.) Hoc dictum duas tenuit causas, vna est, vt legitur reuocaret in memoriā, qui essent isti, vel vbi, aut quando, aut

quasi

qua vi interisse viderentur: altera ne esset Æneæ vitium, quod suos non tradidisset sepultura. Ipsi sunt, inquit, quos ab ipso separauerunt scæua naufragia, perindeque humare non potuit, quos cuiusvis nauibus pcella perdidit. Quod vitium purgatur, nec Æneam aspergit: quia quos non habuit in presenti, sepelire non valuit. ut pote, quos ventorū procella presserat, & immensi per diuersa rauerant fluctus. ¶ Ecce gubernator. (s. p. a. a.) In hac causa etiā palinurus positus apparebat. ¶ Qui libyam nuper cursu.) Ab huius quoque casu excusatur Æneas quoniam insepultū constabat esse etiā palinurum. si enim effusus est naui, cum esset ipse quoque Æneas in pelago: quomodo igitur sepeliri potuit: quem excæperat latitudo pelagi, & in littorum ignota transfuxerat: sic ergo ordinādus est sensus, ne fiat vitium, ut in vndis effusus videatur, si enim ita esset, dici conuenerat, ut sit exciderat puppi effusus, quō in vndis esset, hoc est nauigare.

ASCENSIVS.

¶ Æneas miratus, &c.) Tāgit subinde Poeta philosophorum de inferis opiniones: quia enim piū est defunctorum cadauera sepelire, ne insepulta relinquerentur, dicit, Umbras eorum, qui ius sepulturae non obtinuerunt centū annos errare: id enim est, quasi plenum vitæ tempus: nā si viginti anni ultra centum dentur, decem primi vitæ anni sunt quasi inutiles, propter infantiam: & decem vltimi, propter delirationem decrepitæ ætatis, quæ ad infantiam redit. Cætera cum ordine patebunt. Sed Donati verba sunt. ¶ Breuiter.) Ne qua fieret rebus necessarijs mora. ¶ Certissima ples.) Natus ex homine, non immerito paues: sed nihil debes metuere, quia à dijs, principium ducis. ¶ Cocyti stagna.) Non auget moram, quia respondet ad id quod non interrogat: sed minuit. Nam curat, ne postea interroget. Stagnum igitur (inquit) Cocyti, habet nomen. Palus vero quæ ex superfusione aquæ efficitur, Styx appellatur. Nec indiget probatione, quod insepulti non transportentur: quoniam cernit ibi, quos sepelire non potuit. ¶ Quos simul à Troia.) Reuocat in memoria legēti, qui isti essent, & vbi, & quādo, & qua vi perissent: & simul, ne quis daret vitio Æneæ, quod suos non sepeliret: quoniam sepelire non potuit. ¶ In vndis.) Non effusus in vndis, ne sit vitium in casu: sed effusus quum in vndis esset. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Æneas (enim, pro quia: miratus, sup. erat & motus tumultu. i. multitudine animarū, tum multo ad scapham properantium.) ait, o virgo, dic, quid concursum. Canimarum ad amnem vult. i. pretendit: ve, pro velle quod animæ petunt: vel, quo discrimine. i. qua differentia, & discretione: hæc. i. quædam ex illis: inquit ripas, quia videt se non posse transmitti: illæ. i. aliæ: verrunt remis. s. in scapha Charontis, dum Charon gubernaculum tenet, quæ transmitti volunt, remigium supplet: vada liuida. i. subnigra, cuius coloris est plūbū. Is enim liuor dicitur, vñ Amasius poeta. Tū succos, herbasque dedit quis liuor abiret. Quam facit impresso mutua dente Venus. Sacerdos longæua. s. Sibylla, cuius rationem assignat Seruius. fata esse illi illi: breuiter sic. O generate Anchisæ. s. patre, certissima ples deū Ideorum. s. per Venerē matrē: aut quia Anchisæ quoque, per apothosim deus factus sit: tu vides alta. i. profunda: stagna Cocyti. i. illius fluij infernalis, & paludē Stygia. i. tristitiæ infernalis, cuius numen, dij timent iurare, & fallere: nō timēt iurare, sed iurare, & fallere, hoc est peierare, quia obligant se iurando per Stygem ad tristiā, quæ dijs contraria est: hæc turba quam cernis, est omnis.

SERVIUS.

¶ Multa mœstum cognouit in vmbra.) Prudētiores dicūt animas recedentes à corporibus, sordidiores eē donec purgentur: quæ purgata incipiūt esse clariore. Vnde ait paulo post, Donec longa dies perfero temporis orbe Cōcretam exemit labē, purūque reliquit Æthereum sensum: atque aurai simplicis ignē, id est non vrentis, ut est Solis. Inde est quod aliæ animæ Lunarem circulū, aliæ solstitialem retinere dicuntur pro modo purgatiōis. Bene ergo Palinurū obscura vmbra circumdatum dicit: & vix agnitum qui nec ad loca qui sem peruenerat purgatiōis, sicut

Hunc vbi vix multa mœstum cognouit in vmbra,  
 Sic prior adloquitur. ¶ Quis te Palinure deorū ÆNEAS  
 Eripuit nobis medioque sub æquore meris?  
 Dic age, nanque mihi fallax haud ante repertus,  
 Hoc vno responso animum delusit Apollo,  
 Qui fore te ponto incolumen, finesque canebat  
 Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?  
 ¶ Ille autem. ¶ Neque te Phœbi cortina sefellit POETA  
 Dux Anchisiade, nec me deus æquore meris: PALI.  
 Nanque gubernaculum multa vi forte reuulsum,  
 Cui datus hærebam custos, cursusque regebam,  
 Præcipitans traxi mecum, maria aspera iuro,  
 Non vllum pro me tantum capisse timorem,  
 Quam tua ne spoliata armis, excussa magistro,  
 Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.

Virgi.

nis. i. tota: vel, hæc omnis. i. tota turba, quam cernis, est inops. i. sine terra: quod, id est inhumata, hoc est insepulta: aut potius inops. i. sine ope & auxilio, hoc est paupercola: nec (ut Iuuenalis inops) habet, quem porrigat ore Trietem: veteres enim superstitiosi, dabant defunctis in ore Trietem, ut à Charonte, eo nauulo traducantur, quorum vero corpora interierant in aquis: quia sepultura, & nauulo caruerunt, putabantur centum errare annos. vnde dicit, ille. s. horridus, & incultus, est Charon portitor. i. portus obferuator, & transfector, hi quos vnda vehit, sepulti, sup. sunt: nec datur. i. permittit Charonti, licet velit transportate. s. alios, ripas horrendas: nec fluentia. i. flumina: rauca. i. reumata, aut rauce resonantia: transportare (dicit) prius, quæ ossa quierunt: sedibus. s. suis, hoc est bustis, aut sepulchris. Ipsi, sup. insepulti, errant centū annos. s. continuos, quod dixi, spatium legitimum vitæ: & volitant i. precipitanter voluuntur, circum hæc littora. Tum. i. deinde: ad missi. s. in scapham: demum. i. tandem. s. post longam expectationem: reuifunt stagna exoptata, scilicet Lethes per quam, obliuionem malorum imbibunt. Satus, id est progenitus: Anchisa, scilicet Æneas: constitit, scilicet cogitabundus, & pressit vestigia, putans, id est reputans animo multa: & miseratus animo, sortem iniquam, scilicet eorum, qui propter carentiam sepulchri illic vagabantur: quum multi, sua culpa non carent sepultura: nec suis meritis obtinere possent: & est prælagium futuræ mortis: quia etiam Æneas in Numico submergendus, sepultura cariturus est: iuxta imprecationem Didonis in quarto huius, Sed cadat ante diem, mediisque inhumatus harena, &c. miseratus ergo sortem iniquam, cernit tibi Leucaspim & Orontem, ductorem classis Lyciæ (de qua in primo. Vnam quæ Lyciis, fidumque vehebat Orontem. De Leucaspim autem, Excutitur pronusque magister voluitur in caput.) mœstos, & carentis honore mortis, id est qui impenditur mortuis, scilicet sepulturae, quos vestos à Troia, simul, scilicet cum Ænea, per æquora ventosa: Ausler, id est ventus, species pro genere: obruit aqua: & ita non erant sepulti: nec licet cœnotaphium fecerit, profuit. vnde dixit, nec iam exaudire vocatos: inuolens, scilicet Ausler, per aquam: & nauem, & viros. Ecce quasi dicat præter opi. Palinurus, gubernator, scilicet olim, dum vita manebat: agebat, id est impellebat sese ad Æneam: qui exciderat nuper, id est paulo ante: puppi. i. è puppi: cursu, id est in transcurso: Libyco, id est facto ex Libya per Siciliam: tamen, exciderat, dicit: dum seruat, id est seruaret sydera: quia dictum est, Oculosque sub astra nebat. effusus. s. in mare: existens, supple in medijs vndis. i. dum esset in medio vndarum: tantum ab vno littore: quantum ab altero: & ita visus est ablatiuo: quia si è nauis effusum in aquas confluxerit: dixerit, in vndas.

PIERIVS.

¶ Remis vada liuida verrunt.) In Romano codice, vada liquida, legitur: neque timendū esset syllabæ ex autoritate Lucretij, nisi & Seruius, liuida, agnosceret. Et epitheton id inferis amnibus, quippe turbidis & cœnotis conueniret. Prætere, vertunt, in aliquot habetur exemplaribus. Sed, verrunt, magis poeticum est. ¶ Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentia.) In antiquis omnibus exemplaribus, quotquot habui, p, nec rauca, legere est, & rauca. ¶ Quæ sedibus ossa quierunt.) In Mediceo, & aliquot alijs, quierunt, legitur. Sed finitiuus modus eleganter etiam cum, quam, iungitur: ut alibi ex grammaticorum præceptis, & ex authorum vsu ostēdimus.

sicut etiam alibi de Didone dicitur est, Agnouitque per vmbra Obscurā. ¶ Quis te Palinure deorum? Quis Deus, debuit dicere: sed Græce dixit τὸ θεῶν. ¶ Eripuit nobis? Bene nobis. Gubernator enim cōmuni perit periculo. ¶ Sub æquore meris? Imēsis ē, Medio æquore submerfit. ¶ Dic age.) Hortatūs aduerbium est. vnde est & age fac, & age facite. ¶ Venturum Ausonios.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. ¶ Cortina.) Cortina dicta est, aut quod cor teneat: aut quod tripes septus erat corio serpētis, ut supra dicitur: aut certe secundum Græcam etymologiam ὄρεϊ τὴν κόρη τὴν ἐν. i. quæ

Zz ij extendat

extendat puella: vt, Maiorq; videri. ꝫ Nec me.) Hic distinguendum, ne sit contrariū. nā cum somnus defecit. Quāquā alij frustra dicant, quod credebatur Phorbantem: cum extinctis diuinandi sit concessa licentia: & nunc iam sciat somnum fuisse. ꝫ Nanq; gubernaculum.) Vt sit verisimile, quod post triduum tetigit litus Italiae. ꝫ Præcipitans.) Dum precipitaret. ꝫ Maria aspera iuro.) Aut execratio est: vt, Ilia: ci cineres. Aut certe iurat, quasi nauita, per maria. ꝫ Spoliata armis.) Propter amissionē gubernaculi. ꝫ Excussa magro.) Noue dixit, de qua fuerat magister excussus. ꝫ Surgentibus vndis.) Non quia tēpestas fuerit fauēte Neptuno: sed tumēs fuisse significat. Nec de Æneæ

peritia desperauit: sed propter perditum gubernaculum. ꝫ Hybernas.) Asperas: & retulit ad affectū natantis. ꝫ Ad nabam.) Et hic distinguere potest, & ad nabam terræ. ꝫ Gens crudelis.) Lucanorū. Et dicit eum à Velienibus interemptum: vt, Portusq; require Velinos. Sane sciendū Veliam tempore quo Æneas ad Italiam venit nondū fuisse. Ergo anticipatio est, quæ vt supra diximus, si ex poetæ persona fiat, tolerabilis est: si aut per aliū, vitiosissima est, vt nūc de Palinuro ait: quāq; alij ad diuinandi scientiam referat, quasi ab vmbra dictū. Velia aut dicta est à paludibus quibus cingitur, quas Græci ἑλῶν dicunt. Fuit ergo Heliā: sed accepit Digam mō, & scā est Velia, vt Henetus, Venetus. ꝫ Montis.) Saxi: vt, Fertur in abruptū magno mons improbus actū: pro saxo. Ecōtrario, Saxi de vertice pastor: pro montis. Nam sunt ista reciproca. ꝫ Me fluctus habet.) Quia s̄m Philosophos corpus solum nostrū est: quod nobiscū oritur, nobiscū perit. Anima. n. generalitatis est: & adeo nō est nostra: vt etiam in alia corpora plerūq; transeat. Ergo Me, corpus meū: quod est hominis propriū. Est autem Homeri, ἄυτοῦσθ' ἑλώρια πὲρ χερσὺν σσιν. ꝫ Coeli iucundum lumen.) Bene iucundū addidit. Est enim etiam apud inferos, sed non iucundum. ꝫ His inuicte malis.) Qui inferos subire potuisti. His aut, ac si diceret quæ cernis. ꝫ Terram iniice.) Bene ante maius petit, vt vel hoc impetraret. Terræ aut iniectio s̄m pontificalem ritum poterat fieri & circa cadauer & circa absentium corpora quibusdam solennibus sacris. ꝫ Nanq; potes.) Quia vbiq; cum rerum diuinatum inducit peritum. ꝫ Si qua via est.) Si est vlla ratio. ꝫ Diua creatrix.) Rerum omnium generaliter. ꝫ Innare.) Nauigare: more suo. ꝫ Da dextram.) Præsta auxilium. Vmbra enim nunq; tenetur: vt, Ter frustra compressa manus effugit imago. ꝫ Sedibus vt saltem.) Vt saltem in morte requiescam sedibus placidis. Et bene: quia nauæ semper vagantur.

DONATVS

ꝫ Hunc vbi. v. m. m. co. i. v.) Tardius agnoscere amicū, crimē est maximū sed dedit huic excusationē magnarum tenebrarum. vñ laudari potius debet, quia altis tenebris septū potuit agnoscere, & angore eius cōtracti vultus cōsideratione metiri. non autem exprimeretur Æneæ dolor captus ex eo, si palinurum induceret primo loquētē. ꝫ Quis te p. a. d. Er. n. m. q. f. g. m. Dic age.) Dic mihi, inquit, quis iste sit deus, qui respōsa Apollinis semper mihi fida in alijs fatis potuit superare: idē. n. te Apollo Italiam venturū mecum cecinerat. Apollo nūq; de Palinuro aliqd dixit, sed tacēdo de eius aduersis boni aliqd videtur promississe. ꝫ Ille aut.) Ad hęc ille respondēs ait. ꝫ Neq; te Phœbi cortina sefellit Dux Anchisade.) Mortis mæ inquit, casus responsis Apollinis nō debet inuidiæ esse aut obtreclationi. neq; enim te sefellertunt, aut me incipit exponere leti sui cursum. ꝫ Nec me Deus, inquit, æquore meruit.) hoc est, vis maior me oppressit, & fluctibus tradidit, deo scilicet aduerso. ecce respondit interrogationi, qua dictū est. Quis te palinure deorum eripuit nobis: subiungit res in suam perniciē gestas. ꝫ Nanq; gubernaculum. vi. f. r.) Hinc, ait, intellige, quam vim multum resistens pertulerim, quando cum ipso gubernaculo, cui tenaciter inhærebam præceptus datus sum, & cū ipsius puppis parte inimici sui non retulit nomen, quia nescit, qui solū phorbantē viderat. ꝫ Maria aspera iuro.) Vt dictis suis fides habe-

Treis Notus hybernas immensa per æquorā noctes  
Vexit me violentus aqua, vix lumine quarto  
Prospexi Italiam: summa sublimis ab vnda,  
Paulatim adnabam terræ: iam tuta tenebam,  
Ni gens crudelis madida cum veste grauatam,  
Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis,  
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset.  
Nunc me fluctus habet, versantq; in litore venti.  
Quod te per coeli iucundum lumen, & auras,  
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,  
Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram  
Iniice (nanq; potes) portusq; require Velinos.  
Aut tu: si qua via est, si quam tibi diua creatrix  
Ostendit (neq; enim credo sine numine diuum  
Flumina tanta paras Stygiamq; innare paludem)  
Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas:  
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.

retur, iuravit per ipsa maria aspera autem dixit, quasi ipsa cā mortis ejus extisset, qui illi fuissent, quæ illum præcipitem dederant. Dehinc subiūxit in casibus suis, nihil fuisse curæ nisi piculū ipsius Æneæ, ne perditis duobus subdideret, hoc est gubernaculo, & gubernatore. etiā ipse periculis subderetur. ꝫ Treis notus hybernas im. p. æ.) Ventus, inquit, notus per longissima hybernarum noctium spatia me viciatū fluctibus traxit, deniq; quāta die Italiam vidi. non ipse oculis suis Italiam vidi, vt pote super vndas, sed ipsum, quo factum est. vt quam cum Ænea videre cupiebat incolentis, ipsa cura cerneret in fluctibus sæuis exanimē. ꝫ Summa sublimis ab vnda.) Tuta

ait vidi Italiā, quū me proximū terræ ferret vnda sublimem, & tuta tenere coepissem. ꝫ Ni gens crudelis madida cū veste.) Non defuerunt crudeles homines, qui arbitrentur prædā se inuenisse, qua vesibus & aqua grauata fueram, & vncis me manibus inuaderent. Vncæ manus sunt, quæ in modū humanarū manū in ro fabricantur adūcis velut digitis, & in vndas mittūtur. vt quod hoīs manus nō pōt comprehendere, iphis teneat prædo, atq; ipsa adigat. capita aspera mōtis, accipere possūmus aspera saxa, quæ ex radicibus montiū, quasi cum quibusdā capitibus in mare producta tendūtur, iuxta quæ quū fluctibus portaretur innixus est. ꝫ Nunc me fluctus habet.) Vt non plene videretur eiectus intra aquam, inq; nūc voluor, sic tamen vt terrā littoris tangam. rede dicit crudelē gentē. de sepultura enim loquebatur, quam sibi debebat non exhibitā. illi. n. qui venerant, si humanitātē retinerent, non quærere prædā de mortuo, sed sepulturā defuncto procurare debuerant. ꝫ Quod te per coeli.) Bene positū per coeli iocundū lumen, quoniā apud inferos loquebatur. & Æneæ optabile fuit, eō remeare, bene per genitorem, cuius cā tantū laborem susceperat, & propter quē querebat Italiam. ꝫ Eripe me his inuicte malis.) Multū valuit ad impetrandum, qd mala ipsa cōmendandæ rationis causa demonstrabat. generalitas aut petitionis ipsius s̄ sibi prouideri cōuenit, magnam rationem retinet, prudēt enim loquebatur, & ei, qui competēt tractare negotiū posset, & ammi sui benignitatē complecti. hæc est igitur prima pars petitionis, quia in causā petēdi beneficii plurimum prodest, si postulans de vitam præstituro, quā teneat. Addidit. ꝫ Aut tu mihi terrā iniice.) quod ipsum vt ostēderet nō eē difficile subiecit. ꝫ Portus q; require. Ne diceret Æneas, nescio vbi funus tuum repperiri posset. ecce tertium ex præsentī occasione adiicit, & hoc suggerit dubitanter ne forte non concederetur. ꝫ Aut tu, si qua via est, & c.) Aut tu, inquit, tu, quid ponderis habeat, videamus tu, quies meriti portarīs, qui genus ductū à superis, qui prestas ingenio, & corporis virtute cogitationes susceptas vales implere, si qua via est consiliū scilicet, vel effectus, si qua tibi diua creatrix ostēdit, habes. n. deam matrem, quæ præstitit, vt tibi sit pronū, quod alijs non licet. neq; enim credo sine numine diuū flumina tanta paras, flygiāq; innare paludem. occasio præsentium dedit ei argumentandū substantiam. Quomodo tibi, inquit, di præstiterunt, vt viuus ad inferos pergeres? & hoc ipsum diuino numine puenisse, dubitari nō debet, ita & hoc, quod cupio, potes implere. dixit, quid velis, & qd cōmodi ex eo suis partibus possit accedere. Da dextrā misero, quā tam egregiū, quid tam bono viro cōueniēs, q̄s miser hominis laborantem subleuare fortunā? Et tecū me tolle per vndas. Nullus labor est, inquit, porrigendo remedio, beneficiendi occasio præstito est, tecum traheā. tecū ad ripas me adducere potes, & loca dedita contingā. Dicitur iam beneficii ipsius fructus, & cōmodi sedibus vt saltē placidis in morte quiescā, hoc est, vt in morte saltem sedibus placidis quiescā, qui in vita tutus esse non potuit. aperuit, quid sit, eripe me his inuicte malis.

ASCENSIVS

ꝫ Hunc vbi, & c.) Recitat verba Æneæ ad Palinurum, & Palinuri ad Æneam responsonem. Vnde sunt Donati explanationes huiusmodi. ꝫ Multa vmbra.) Hoc excusat, quod amicū nō statim agnouit.



agnouerit. Qui fore te ponto.) Nihil dixerat de Palinuro, Apol-  
lo: sed tacendo de suis aduersis, boni aliquid promississe videtur.  
Deus cognouit vim illam esse diuinam: id quis deus fuerit, igno-  
rat: quia non vidit nisi Phorbantem. Vi reuulsum.) Ostendit p  
viribus pugnasse, vt excuset factum. Capita aspera.) Aspera sa-  
xorum, quæ ex montis radicibus, veluti capita, in mare extant.  
Versant in littore.) Ne in profundo esse videretur. Per iucun-  
dum.) Quia apud inferos non est iucundum, quasi dicat, ad id  
quod cupis remeare. Per genitorem.) Cuius causa, tot subis la-  
bores. Malis his.) Captat hinc commiserationem. Inijce ter-  
ram.) Ostendit facilitatem. Portusque require Velinos.) Remo-  
uet laborem quæredî. Aut tu, si qua via est.) Ostendit illum pos-  
se: & quia tanto vir est corporis robore, & animi ingenio: quia na-  
tus ex dijs. Quia Venerem matrè habet: quia ipsi maiora dij con-  
cesserunt, quando volenti hunc descensum permisissent. Hæc  
ille. Ordo est. Æneas adloquitur prior. si quis ille loqueretur, hinc  
Palinurus: vbi. i. postquam agnouit, supple. eum: vix. i. cum summa  
difficultate: quia moestum, id est moestum signa habentem, in mul-  
ta vmbra. O Palinure, quis deorum eripuit te nobis, & merfit te  
sub æquore medio: age. i. agedum, dic, supple id mihi: namque, pro  
quia: Apollo haud, id est non: repertus mihi. i. à me: ante. i. prius  
fallax. i. mendosus, aut decæptorius: delusit. i. decæperit, animû:  
hoc vno. i. responso, qui canebat (quod κατὰ τὸ σιωπῶντες ἰν-  
telligitur, id autem fit, quando per id quod sequitur intelligitur  
tacitum aliquid præcessisse: vt hic. Nam nusquam legitur Apolli-  
nem promississe Æneæ, quod Palinurus ad Italiam perueniret:  
sed quia id promissum, dicit, multa intelligemus promissa, & di-  
cta, quæ non sunt scripta in libro hoc.) te fore. i. futurum esse: in  
columen. i. saluum, & superstitem: ponto. i. mari, & vëturum, sup-  
ple ad sineis Ausonios. i. Italicos, promissos ab Apolline, vnde  
Helenus in tertio Ausonia, pars illa procul, quam pandit Apo-  
llo. En, incusandi modo aduerbis: idque in Apollinem, Hæc est  
fides promissæ: Autem, pro sed: ille, scilicet Palinurus, supple ait:  
aut respondit. O dux Anchisiade, id est ab Anchisa genite: neque cor-  
tina, id est locus secretior. vnde Phoebus responsa dabat, Phoebi,  
id est Apollinis sefellit te: nec deus merfit (deus tamen Somnus,  
deiecit eum) me æquore. i. mari: nam ego præcipitans. i. præceps  
cadens: aut, supple me præcipitans: sed neutrum dicit, quia neque  
deum inculcare voluit, neque mentiri: traxi mecum gubernaculû,  
pro gubernaculum, reuulsum forte multa vi, cui. i. gubernaculo,  
ego datus custos. i. nauis: hærebam, id est adhærebam, & regebâ,  
curfus. i. nauium, ego iuro maria aspera (iuramentum quadrans  
nauis) me non cæpisse vllum tantum, id est tam magnum timo-  
rem, pro me, id est pro salute mea, quam, id est quantum, supple  
cæperim, ne nauis tua spoliata armis, id est gubernaculo: & excuf-  
sa magistro, id est gubernatore, hoc est habens gubernatorem ex-  
cussus: & bene, excussus, quia nauis dicitur à Plauto, ligneus  
æquus: deficeret, id est periret, aut periclitaretur: tantis vndis sur-  
gentibus, quantas. i. opinatus erat Palinurus subrecturas, vnde  
nusquam amittebat oculos, quia noluit confidere monstro, id est  
mari monstruoso: vt dictum est in quinto: sed serenitas induc-  
ta erat per Neptunum precibus Veneris, quam rem nesciuit Palinu-  
rus: quum eam poeta, Musa reuelante, non ignoraret: Notus, id  
est ventus ille pluuiosus, qui postea ortus est hoc est, Ausfer. sic  
enim Latine dicitur, qui Græce, Notus, vexit supple me, tres no-  
ctes. i. totas: per æquora: immensa exiisset violentus aqua. (Ite-  
rum quæras, quæ sint illæ noctes: nam videtur vna nocte Æneas,  
Cum appullus, postquam effusus erat Palinurus: & statim ac-  
cessisse Sibyllam: vnde ergo, tres noctes: sed dicemus abs-  
ptas esse interea, dum Æneas ramum inquireret: & focij, pyram  
instruerent, & exequiæ fierent: & sacrificia, pro descensu ad infe-  
ros fierent: & dum descenderent etiam, plures posse transactas  
esse noctes.) Ego vix, id est cum difficultate: prospexi quarto lu-  
mine, id est die, Italiam existens sublimis: ab vnda summa, que in  
medio, quum sit sphaerica, altior est: & ego adnabam paulatim  
(quia fretus erat gubernaculo) terræ, id est ad terram: & ego te-  
nebam iam tuta. i. loca, hoc est vbi saluus esse poteram (& ita ve-  
rus erat Apollo, nec submersus erat: sed, vt dicitur, occisus.) ni,  
id est nisi: gens crudelis, id est inhumana: inuasisset ferro. i. aut con-  
to serrato, aut ense, supple me grauatum, cum veste madida: &  
presantem. i. prendere tentantem: manibus vncis. i. incuruis: &  
in vncum curuatis: capita aspera, id est rupem montis. i. saxof: &  
nisi ipsa ignara: putasset, id est prædam. i. habere: quod præ-  
daretur. Fluctus habet nunc me, id est corpus meum: nam ipse lo-  
quebatur cum Æneâ, sed in vmbra: nam corpus erat in fluctu: ve-  
rum (vt Augustinus docet) dum vestis, aut membrum nostrum

percutitur: dicimus: nos percuti. (Voluerunt tamen veteres, cor-  
pus proprie esse nostrum: quum in ipsum solum habeamus po-  
testatem, nam anima (inquunt) vniuersalis est vita, in omnibus  
corporibus: vt etiam Auerrois, licet erroneus sit, meminit in com-  
mentarijs. Beatus autem Augustinus in. xix. de ciuitate dei, quæ-  
rit, an anima sola, an corpus sit homo. Alij enim dicebant, animâ  
solum esse hominem: vnde Plato dicebat, hominem non esse, quod  
digito monstrari potest. sicut ergo eques, proprie non dicitur  
equus, sed homo tantum: nec tamen homo dicitur eques, nisi sit  
in equo: sic anima tantum dicitur homo, sed non nisi sit in corpo-  
re. Alij autem contradicebant corpus esse hominem: autoritate  
Homeri, qui dicebat, heroum animas recessisse à corpore, quod so-  
lum maneat: sicut poculum dicitur, tantummodo vas: sed tamē  
si potum aliquando contineat, sic corpus est solum homo, dum-  
modo animam tenet. Alij, rectius vtrunq; definiunt hominem:  
quia fide credimus, quoniam anima rationalis, & caro vnus est  
homo. Et sicut in definitione hominis erat controuersia, sic etiam  
in summi boni. Alij enim, vt Stoici ponunt, in anima, id est in vir-  
tutibus eius. Alij, vt Epicurei, in voluptate corporis potissimum.  
Alij, vt Peripatetici, in vtroq;: sed finem facio.) fluctus ergo ha-  
bet me, id est corpus meum: quum hic tecum, vmbra mea loqua-  
tur: aut simulachrum, quia vmbra, corpus sequitur: & venti ver-  
sant me, id est corpus meum in littore: ad quod, scilicet cadauer  
appellum erat. Quod, id est quodcra: ego oro te, per lumen cœ-  
li iucundum, scilicet tibi: & per auras, scilicet vitaleis, quas adhuc  
carpis: & per genitorem, & per spes (quia in puero, præter spem,  
adhuc nihil erat) Iuli, id est Ascenij: surgentis, id est crescentis, in  
annos & virtutes: ò inuicte, id est voti tui vbiq; compos, eripe  
me his malis, scilicet quæ vides me pati, & passurum: quia sepul-  
tura careo: aut tu inijce mihi terram, id est fac cenotaphium, id  
est inane sepulchrum: namque, pro quia: tu potes, id est permissum  
est id tibi: & require portus Velinos, id est qui postea Velini  
dicuntur. (Nam tempore Tulli sexti, regis Romanorum, vene-  
runt Græci, qui Veliam in Italia, Massiliamq; in Gallia, constru-  
xerunt: quæ Velia, prius Helya, dicta est: vt dicit Strabo. iuxta  
hanc autem, est Palinurus promotorium: à Palinuro denomina-  
tum. Est ergo vitiosa prolepsis, id est præceptio nominis, ante  
quod impositum esset: quæ quia à poeta non fit, sed à Palinuro,  
vitiosa est: nec purgatur, si dicatur, Palinuri vmbra: aut, maneis  
iam corpore nudatos id scisse, quia frustra tamen iuberet Æneâ,  
requirere portus Velinos: qui eo tunc Velini: non dicebantur: &  
quos quærenti, nemo monstrare potuisset. Voluit ergo Higinus,  
auctor Gellio libro decimo cap. xvj. hunc locum esse corrigend-  
um, & correptum fuisse, si superuixisset poeta. Verba Autli Gel-  
lij, quia lectione dignissima sunt: statim ponemus.) Aut igitur,  
inijce terram, faciendo inanem sepulcuram: & require eos por-  
tus, qui postea Velini dicuntur: & conde cadauer meum. Aut si  
qua, id est aliqua: via, id est ratio: aut modus faciendi est: quam  
viam diua creatrix, scilicet rerum, & mater tua Venus ostendit  
tibi. (Neque enim credo, id est credo enim, quod non paras, id est  
tentas: innare tanta flumina, & paludem Stygiam: sine numine,  
id est nutu, & voluntate, atq; autoritate: diuum, id est diuorum:  
si ergo aliqua via tibi ostensa est, qua id facere possis.) da mihero,  
scilicet mihi dextram: & tolle me tecum per vndas: vt ego sal-  
tem in morte, qui, scilicet in vita nunquam quieui, quiescam  
sedi bus placidis, scilicet in campis Elysijs. Verba Autli Gellij dicto lo-  
co sunt hæc. Reprehendit Higinus Virgilium, correcturumq; eū  
fuisse existimat: quod in libro sexto scriptum est, Palinurus est  
apud inferos, petens ab Æneâ, vt suum corpus requirendum, &  
sepeliendum curet. Is hæc dicit, Eripe me his inuicte malis, aut  
tu mihi terram inijce (nanque potes) portusq; require Velinos.  
Quo (inquit) modo, aut Palinurus nouisse, aut nominare po-  
tuit, portus Velinos: & Æneas, ex eo nomine locum inuenire,  
quum Velia oppidum, à quo portum, quini eo loco est, Veli-  
num, dixit, Seruio Tullo regnante Romæ, post annum amplius  
sexcentimum, quum Æneas in Italiam venit, cõditum in agro  
Lucano, & eo nomine appellatum est. Nam qui ab Harpalo (in-  
quit) regis Cyri, profecto ex terra Phocidæ fugati sunt. Alij Ve-  
liam, partim Massiliam considerunt. Inscitissime igitur petit, vt  
Æneas portum Velinum requirat: quum id nomen, eo tempore  
fuerat nusquam gentium: neque simile (inquit) illud videri debet:  
quod est in primo carmine, Italiam fato profugus, Lauinaq; ve-  
nit Littora: aut quod æque est in sexto lib. Chalcidicæq; leuis tan-  
dem superastitit arce. Quoniam poetæ ipsi quædam κατὰ πρό-  
ληψιν. i. per anticipationem historiæ, dicere ex sua persona conce-  
di solet. Quæ acta, ipse postea scire potuit, sicut Virgilius sciuit de

Launio oppido, & de Colonia Chalcidenfis: sed Palinurus: qui potuit id (inquit) scire, ea quæ post annos sexcentos, facta sunt, nisi quæ eum diuinasse apud inferos putat: perinde, vt animæ defunctorum solent. Sed & si ita accipias, quæquam non ita dicitur Æneas, tamen qui non diuinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum? cui nomen tunc (sicuti diximus) nullum vsquam fuit. Item hoc quoque in eodem libro reprehendit: & correcturum fuisse Virgilius putat, nisi mors occupasset. Nam quæ Thesea (inquit) inter eos nominasset, qui ad inferos adissent, ac redissent, dixissetque, Quid Thesea? magnum quid memoré Alciden? Et mi genus ab Ioue summo est, postea tamen refert, Sed æternumque sedebit infelix Theseus. Qui autem (inquit) fieri potest, vt æternum apud inferos sedeat, quem supra cum his nominat, qui descenderint illuc, atque inde rursus euaserint: presertim quum ita sit fabula de Theseo, atque sic Hercules eum euellerit quæ petra, & in lucem ad superos eduxerit. In his quoque verbis et rasse Virgilius dicit, Eruct ille Argos, Agamemnoniasque Mice nas, Iplumque Aeacidem genus armipotens Achilli, Vltus auos Troiæ, templa, & temerata Mineræ. Confundit (inquit) & personas diuersas, & tempora: nam neque eodem tempore, neque eosdem, per homines, cum Acheis, & cum Pyrrho, bellatum est. Pyrrhus enim, quem dicit Æacidem, de Epiro in Italiam transfretus, cum Romanis depugnauit, aduersus Manlium Curium, in bello ducentem.

SERVIUS.

¶ Tam dira cupido. Cupiditas ex deorum ira veniens, aut certe magna: vt, An sua cuique deus sit dira cupido? & reciprum. Tristem. & hæc reciproca sunt, vt contra iudex tristis, & integer, id est seuerus. ¶ Eumenidum. enim, circa quem habitant Eumenides, per Antiphrasim dictæ. ¶ Ripæ uenit inuis abibis. Vt, Ab eo in Tuscos sicut diximus supra: quæquam alij adibis legant. ¶ Define fata deum flecti sperare precando. Fata quæ semel decreuerunt. & locutus est secundum Epicureos qui dicunt, Nec bene pro meritis capitur, nec tamen ira. ¶ Duri casus. Impossibilis ad mutationem. ¶ Longe lateque per vrbes. De historia hoc traxit. Lucanis enim pestilentia laborantibus, respondit oraculum manes Palinuri esse placandos, ob quam rem non longe ab Heliæ & Lucinæ, & cenotaphion dederant. ¶ Prodigis acti celestibus. Compendiose & per silentiam ortam, & petitum significat oraculum. ¶ Piabunt. Placabunt, expiabunt. ¶ Aternum. In æternum: & est aduerbium. ¶ Palinuri. Plus est quæ si tuum diceret. ¶ Parumper. paulatim lætari coepit. Spernam. solam non præsens acciperat beneficium. Vnde bene dictum est: quasi ab eo magna moderatione dolor recessit. Alij parumper, valde parum voluit. ¶ Gaudet cognomine terra. Nominis sui similitudine. Facit autem hic & hæc cognominis, nam in Plauto lectum est, cum vnâ de Bacchidibus diceret, Illa mei cognominis fuit. Quod autem cõmuni genere in e, misit ablatiuum metri necessitas fecit. ¶ Epêthesis: vt, Mauors. ¶ Inde vt Stygia prospexit ab vnda. Vt, Siculo prospexit ab usque Pachynno. Et hinc ostenditur quod diximus iuncta esse hæc tria, Acheronta, Stygern, Cocytum. De his autem nascuntur alia: vnde est, Et nouis Styx interfusâ coeret. ¶ Per tacitum nemus. Aut solum: aut ipsi taciti. i. tacite. ¶ Aggreditur dictis. Hoc sermone ostendit iratum. ¶ Quisquis es armatus. Bene à præscripção: ac si diceret, nihil pium molitur armatus. ¶ Quid venias. Cur nam aduerbium est. ¶ Iam istinc. A loco in quo es. ¶ Corpora viua. Quia vt supra diximus, sunt corpora etiam mortuorum, quæ tantum videntur. i. vmbra. ¶ Me sum lætatus eunt. Lectum

lo ducentem. Argium autem bellum. i. Achaicum, multis post annis à L. Mumio imperatore gestum est: potest (inquit) igitur medius eximi, versus, qui de Pyrrho importune immisus est, quem Virgilius proculdubio exempturus (inquit) fuit.

PIERIVS.

¶ En hæc promissa fides est. In codicibus aliquot antiquis, en hæc promissa fides est. Sed vulgata lectio magis satisfacit. ¶ Palatim adnabam terræ iam tuta tenebam. In codicibus aliquot antiquis legere est, adnabam terræ & iam tuta: quæ quidem particula eo loco inserta: narrationis cursum quodammodo videtur impedire. ¶ Versantur in littore venti. Exemplaria quædam vetera, in littora: accusatiuo casu legunt, quod nescio quid magis miserabile præ se ferret: dum cadauer scopulis illidi sæpius ostenderet. Quæquam, in littore, casu sexto, minime displicet, vt longè plures habent codices. Littus enim, non tam de sicco, quam etiam de asperginibus & extrema maris ora intelligitur. ¶ Per spem surgentis Iuli. In antiquis omnibus exemplaribus quotquot habui, spes, numero multitudinis legitur: non poetis tantum, verum & oratoribus notum. Fabius Quintilianus, Omeas spes inanes. ¶ Neque enim credo sine numine diuum. Antiqui plerique codices, crede, legunt: imperandi modo: vt asserendo: adesse numen Æneæ: argumentetur ab eo, quod facile fieri possit. Sed enim huiusmodi lectio satis mihi nequaquam facit.

¶ Lectum est & in Orphæo, quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit. Ob quam rem anno integro in compediibus fuit. Ideo ergo non lætans, scilicet propter supplicium suum. Sane Alciden volunt quidam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίης, id est à virtute, quod non procedit: quia à prima etate hoc nomen habuit ab Alceo præ Amphitroionis. Et scimus agnomina ab accidētibus dari. ¶ Quæquam. Ac si diceret, hoc integro nondum probaui, scilicet per simulationem. Nã nouerat. ¶ In vincla petiuit. Hercules à praudentioribus, mente magis quam corpore fortis inducitur, adeo vt duodecim eius labores transferri possint ad aliquid. Nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei assignantur propter agnomina duodecim signa. Quod autem dicitur traxisse ab inferis Cerberum, hæc ratio est: quia omnia cupiditates & cuncta vitia terrena contempsit, & domuit. Nã Cerberus terra est, quæ est cõsumptrix corporum. Vnde & Cerberus dictus est quasi κρηνοβόρος, id est carnem vorans. Vnde legitur Ossa super recubas. Nam ossa citius terra consumit. ¶ Ipsius à solio regis. Atqui Cerberus statim post flumina est: vt, Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci personat. Nam illic quasi est aditus inferorum. Solum autem Plutonis interiorius est. Ergo aut ad naturam canum referendū est, qui territi ad dominos confugiunt: aut solum pro imperio accipiendum est. Vt alibi arces pro imperio posuit: vt Imbellè auertit Romanis arcibus Indum: cum Indi, vsque ad primos venerint fines, non vsque ad arces. ¶ Hi dominam Ditis. Aut de Græco tractum est, quæ rem δεισπολιαν dicunt: aut Ditis thalamo, vt dominam Charon ad se retulerit.

DONATVS.

¶ Talia fatus erat. Quum talia palinurus dixisset, vates ei hoc modo respondit, petierat enim illicita, quæque essent contra inferiorum leges, vt insepultus illa censeret nauim, quæ non nisi sepultos fas erat conspici. ecce vates ei respondet, non Æneas ipsa. nouerat inferorum morem, & Charontis iura. ¶ Vnde hæc palinure. Vñ, ait, tibi exorta est istius cupido desiderij: hoc est cupiditas

¶ Talia fatus erat, coepit quum talia Vates. POETA  
 ¶ Vnde hæc ò Palinure tibi tã dira cupido? SIBYLLA  
 Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque seuerum  
 Eumenidum aspicias? ripamue iniustus abibis?  
 Define fata deum flecti sperare precando,  
 Sed cape dicta memor duri solatia casus,  
 Nam tua finitimi, longe lateque per vrbeis  
 Prodigijs acti celestibus, ossa piabunt,  
 Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent:  
 Æternumque locus Palinuri nomen habebit.  
 ¶ His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper POETA  
 Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra.  
 Ergo iter inceptum peragunt, fluuioque propinquant.  
 Nauita quos iam inde vt Stygia prospexit ab vnda,  
 Per tacitum nemus ire, pedemque aduertere ripæ:  
 Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro.  
 ¶ Quisquis es, armatusque nostra ad flumina tēdis, CHA.  
 Fare age quid venias, iamque istinc cõprime gressum:  
 Vmbrarum hic locus est, somni, noctisque sopore.  
 Corpora viua nefas Stygia vectare carina.  
 Nec verò Alciden me sum lætatus euntem  
 Accipisse lacu, nec Thesea, Pyrrithoumque,  
 Dijs quæquam geniti, atque inuicti viribus essent:  
 Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit,  
 Ipsius à solio regis traxitque tremementem.  
 Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti,

piditas: quod tibi n. cupido scemineo genere ponitur, cupiditatis, non amoris deum significat. reddi et rationem, ut sciat transitum suum infernis legibus prohiberi. Tu stygias ibumatus aqs &c. Vnde ait fieri potest, ut vltiora videas loca, qui te asseras inhumatum, aut qui fieri potest: ut ex his locis iniussus abscedas, ne culta speres aliquid fieri posse: contra semel datas leges, & sententias deum fata, hic dixit, quorum, firmitas moueri non posset. Define fata deum fl. sp.) Ne vltiora speres sententiam superum semel dictam flecti aliquatenus posse. Sed cape dicta memor.) Sed tene dicta mea, & horum memor esto; habiturus in aduersis solatium sempiternum. Nam tua finitimi.) Melius ex persona vatis ei responsum est, quae nouerat vniuersa, quae ex persona vnae, ne quod non licebat, videretur negasse voluntate sua. Habebis iocundissimum, inquit, solatium eorum quae tuleris in aduersis. omnes quippe eius loci homines, ad quem funus tuum vi detur delatum, & multo longius positi, deorum comone facti responsum, cum exinde prodigia existere coeperint, & expiabit ossa tua, & sepulturae mandabunt. ac nomine tuo locus ipse erectus in tumulo, in aeternum vocabit palinurus. ecce solatium, ac meritum palinuri cum dijs autoribus ossibus eius sepultura, & celebritas nominis in aeternum mansura promittitur. His dictus. c. e.) Tantum veridica vatis autoritas & consolatio valuit, ut palinurus suscepta oratione tali curam infestam dudum relaxasset animo, & dolore, quo agebatur remisisset. Gaudet cognomine terra.) Gaudet se tristem, licet in perpetua memoria sui nominis in illis regionibus habiturum. Ergo iter inceptum per agit.) Inceptum dixit, destinatum atque dispositum. Fluuii quoque propinquat. Completis, quae ad solatium palinuri sufficerent, perrexerunt ad fluvium. Nauita.) Hoc est charon. Quos iam inde. &c.) Quod vltro, quod adhuc veniens, quod aggressus, quod increpat, dictum est. iam intelligendum est comoti futuram esse loquutionem. Quisquis es armatus.) Quum duo venissent, comotionem suam in eum direxit, quae vidit armatum. nouerat. n. violentiam tacite qui turbati sunt, sapienter inferre, quis. n. reuera non moueretur? quum videret ta cito venire per occulta nemorum, & propinquare iuuenem stricto mucrone? Proculdubio quidem charon timebat. interrogantis tamen haec vox est, & magis suspecti, quae iniuriosi, quum dicit, fare age, quid venis. sperat & iustas existere posse causas, venientem dicit eum truerit aspectus armati, iam istinc comprime gressum. interea dum aduentus tui causas dicas, desine gressus tuos, ne progrediaris vltiora. Vmbrarum hic locus est.) An, inquit, ubi ponitur sis nefas: umbrarum quippe hic locus est. Somni, n. fo.) Somnus hic habitat & tenebrae noctis, quae sopora est, hoc est abundans somno. Corpora viua, nefas.) Ut autem viuos trajciam, nefas est. Nec vero Alciden.) Dat eorum exempla, qui apud inferos illicita commiserunt, sub ea occasione, quod deorum originem ducerent. Tartareus ille manu. c.) Magna iniuria, priuare inferos proprio custode. Ipsi a folio regis.) Hoc est, ab ipsius regis penetralibus. Ecce alia ipsius regis peior natura. Trahit trementem. Tantum herculi licuit, ut traheret trementem, qui neminem timuit. trahebat inuitum, hoc est. Hi domina dicitur.) Potius conati sunt isti, ut vxore regis ex ipso cubiculo suo eripere niterentur, quam iniuriae violentiam. Quot loca sunt in ista accusatione? vim facere vxori alienae, vxori regis, & patris ipsi quoque regis: haec a persona, a loco vero, de ipso thalamo suo, quod non potest maritum nefas cuiusque fuerat. a facto, abstrahi, quam honorifice etiam tangi non licuit.

## ASCENSIVS.

Talia fatus erat, &c.) Recitat quo repressa sit auditas palinuri, sermone sibyllae: & quo ad charontem peruenerint: & quo ipsos adloquutus sit. De quibus oibus dicit Donatus sic. Coepit quum talia vates.) Rndet sibylla, cui leges inferorum notiores essent. Fata.) Fatum, dixit iudicatum, cuius firmitas moueri non potest. Nec vero Alciden.) Dat exempla eorum, qui apud inferos illicita commiserunt: sub occasione, quod deorum originem ducerent. Vna iniuria priuare omnes inferos, suo custode. Ipsi a folio.) Alia ipsius regis iniuria. Trementem.) Iniecit timorem Hercules, illi qui neminem timuit. Hi domina dicitur.) Peius conati sunt, quae hic. loca sunt accusationis, facere vim vxori alienae. Vxor regis, & patris ipsi quoque reginae: & haec a persona: a loco vero, de ipso thalamo quae nosse praeter maritum, neminem licuit a facto abstrahi, quem honeste tangere non licuit. Hec ille. Ordo est. Palinurus, sup. erat fatus talia: tunc, sup. quum vates. f. sibylla: coepit, scilicet fari: tali. f. qualia sequuntur. O palinure: vnde, sup. ordo est: aut venit tibi, haec tam dura, id est execrabilis, quasi ex deorum ira, cupido: Tu, id est putasne, quod tu, quasi dicat, vilissim

mus: qui neque de genere deorum es: neque heroica virtute praeditus: & insuper inhumatus, id est insepultus, aspicias aquas Stygias: transfretando, scilicet eas: & amnem seuerum, id est tristem, & rigidum: Eumenidum: id est circa quem habitant, Eumenides, id est furiae: Et iniussus, id est sine iussu deorum abibis, scilicet a loco tibi destinato, per centum annos: ripam, id est ad ripam vltiorem: quasi dicat, id fieri non potest. Et ideo, define sperare fata. i. decreta: deum. i. deorum: flecti, id est quod flectantur, aut flecti possint: precado, id est per preces tuas. Sed cape memor dicta, id est verba mea: solatia, id est quae sint solatia: casus duri: id est immutabilis, ac irremediabilis. Nam finitimi, scilicet eius loci, ubi corpus tuum insepultum iacet: aeti, id est impulsus, longe & late per vltimis: prodigijs: id est ostentis: caelestibus, id est de caelo venientibus, vnde pestis immittetur: piabunt, id est purgabunt ossa tua: & statuunt. i. constituent, tumulum, id est sepulchrum: & mittent solennia, scilicet sacra funebria: tumulo, scilicet tuo: & locus habitet aeternum, id est in aeternum, ut sit aduerbium nomen palinuri. Quod melius est, quae si dicat, aeternum nomen palinuri. Cure. i. solitudines palinuri: emotae sunt, scilicet a praecordijs: his dictis. i. verbis sibyllae: & dolor pulvis est parumper, sup. de corde tristi, id est in caelo: & ipse gaudet terra cognomine, pro cognomine: ut recte sentit Seruius. Nam (ut dicamus) terram gaudere cognomine palinuri non procedit: quia neque terra adest, neque gaudij, si adesset, capax esset. Ergo quia, scilicet: vt cunctis placatus erat palinurus: ipsi peragunt. i. continuat, & ad finem vsque agit, iter inceptum: & propinquat fluuium, scilicet transeundo. Quos scilicet. sibyllam, & Aeneam: nauita. i. portior, seu nauta palinurus: vt. i. postquam, propegit ire iam inde a stygis vnde per nemus tacitum. i. ipsos tacentes: aut ubi sunt alta silentia: & aduertere pedem ripe. i. ad ripam, aggreditur prior quia audacior erat: sic. i. in hunc modum: dictis. i. verbis terribilibus, atque increpat vltro. f. priusquam offensus esset. Age, adhortandi aduerbium: fare, id est dic, eloquere: quisquis. i. quicumque es, qui tedis armatus, quasi vim allaturus: ad flumina nostra, id est infernalium, & mortuis duxat peruia, fare (inquit) quid, id est ad quid venias: & comprime iam. i. deinceps gressus: istinc: id est ab hoc loco: quia hic locus est umbrarum. i. simulachrorum, & somni, & noctis. sopore, id est soporiferæ, vt sit a nominatio sopora, quia soporus, sopora, soporum dicitur: sicut odor, sonorus, & canorus, & c. nephas, sup. est, veltare corpora viua. i. viuendum: carina. i. nauis stygia, per aqs traudenti: & si dicat Aeneas quod dixerat sibyllae, Hercules, & Thesea peruectos esse: rndet, vero, id est certe: nec sum laetatus me accepisse. i. quod acceperim: lacu. f. stygio: Alciden. i. Hercules: eum tem. i. transeunte: vi sua ad inferos: nec Thesea, & Pyriouthou, scitium Thesei: quaquam essent geniti dijs, atque essent iniuncti viribus. Ille Alcides. i. Hercules: petiuit i vincula. i. vt vinciret, manu. f. sua: custodem tartareum. i. Cerberum, canem tricipitem, quem ab inferis ad superos traxit: vt recitat Seruius. & traxit ipsum tremmentem. f. praetimore: a folio ipsius regis. f. Plutonis: hi. f. Theseus, & Pyriouthou, adorti. i. per insidias conati sunt: deducere. i. abducere, aut deducere seorum de thalamo Ditis dominam. f. inferorum, aut et Ditis: quia more Graeco, quae plerique obseruant coniugem, domanam vocant. f. Proserpinam, deam inferorum.

## PIERIVS.

Ripamve iniussus abibis.) Placet Seruio, abibis, legere: & eloquutionem eam, ab eo in Thucos figura simili superius comendauit: super eo versu, Quo regnum Italiae Libycas auerteret oras. Sed enim antiqua pleraque exemplaria, non minus hic, adibis: quae superius aduerteret, legunt. Opinio vero Seruii, vt, abibis, legendum sit: cuiusmodi lectio in Mediceo, & nonnullis antiquis alijs exemplaribus inuenitur, inibi, vtelegantior & eruditior figura, sane quidem placeret: nisi Valerius Probus, adibis, legendum admoneret, loco hoc in testimonium citato: ubi ad, praepositione semper breuem esse tradit, siue loquelis, siue casibus inferuiat. Gaudet cognomine terra.) In antiquis porro omnibus exemplaribus, quotquot versare contigit, scriptum animaduerti, terrae, genitiuo casu. Nempe, vt cognomine substantiuum sit, aliter ex Prius praepositione, ablatiuum in e, mittere non posset. Sed enim alia quoque adiectiua in is, quorum neutrum exeat in e: ablatiuum casum in e: & in i, mittere reperiuntur, vt a caeleste sagitta, dictum ab Ouidio. Vmbrarum hic locus est somni, noctisque. In Ro. cod. absque verbo substantiuo legitur, hic locus est somni. Nec vero Alciden me sum laetatus euntem Accepisse lacu, nec Thesea.) In codi. aliquot antiquis legere est: nec vero Alciden, nec sum laetatus: vt sit ordo, Nec vero sum laetatus accepisse lacu, nec Alciden, nec Thesea. Sitque negatio illa, quae superabundare videbatur ad maiorem

# ÆNEIDOS

maiores in tētionē; vt apud Græcos frequētissimū. Qd̄ vero nō pcedere ait Seruius. Alcidae nomē. αὐτὸ τῆσ' ἀλκιδῆσ', ipositū fuisse: quia cognomina dent̄ ab accidētibus & Hercules id nois a prima ætate habuerit. Quid (obsecro) obstat, qn̄ cognomē id Herculi, & a prima infantia, & ab accidētibus inditū agnoscamus, q̄ passim

passim legamus eū in cubilibus, haud multo postq̄ est natus, geminos anguis suis m̄ibus suffocasse, magnaq̄ ea ætacula præ se tulisse vireis, & indomitū robur: (Deducere adorti.) In antiq̄ pleriq̄ exēplaribus, adorsi legitur: bonaq̄ eorū pars, in quibus, adorti legit̄, illud supposititium habet, abrafa prius, s̄ littera.

## SERVIUS.

**Amphrysia vates.** Apollinea: & est longe petitum epitheton. Nā Amphrysius fluuius est Thessaliæ, circa quem Apollo spoliatus diuinitate à Ioue irato Admeti regis pauit armētas: ideo quia occiderat Cyclopa fabricatores fulminū, quibus Aesculapius extinctus est Apollinis filius, quia Hippolytū ab inferis herbarū potentia reuocauerat. Nec vim tela ferunt. Ac si diceret, tantū repellunt. Licet. Fas est. & est concedentis aduerbium, sicut Esto. Æternū. Aduerbiū est, vt supra: & subaudiſ bis, & æternū latrans, & æternū terreat. Patruī. Quia Iouis est filia ex Cerere. Seruet. Custodiat: vt, Sola domū & tan- tas seruabat filia sedes. Troius Æneas. Id est a dijs originem ducens. Pietate insignis & armis. Propter illud, Pauci quos æquus amauit Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera virtus. Erebi. Erebus proprie est pars inferoy, in qua hi qui bene vixerunt morantur. Nam ad Elysiū non nisi purgati perueniunt: vnde est, Et pauci læta arua tenemus. Hinc fit vt quærat̄ur an animæ de Ely- sio in corpora possint redire, & deprehensum est non redire, quia per purgationē carent cupiditate. Si te nulla mouet. Necessitate vult persuadere: quia scit manes nulla re flecti: vt. Sciret si ignoscere manes. Pietatis imago. Pietas per periphrasim dicta. vt Vis Herculeæ, id est Hercules. Aperit. Nudat: vt, Aperire pcul montes ac voluere summum. Nec plura his. Nec est aliqd̄ viterius dictum vel a Sibylla, vel a Charonte post ramū visum. Fatalis virgæ. Vt sequetur, Si te fata vocant. Logo post. Aut aduerbium: aut ppositio antique posita. Tuga. Græce dixit. ζυγὰ enim dicunt quæ transira nominamus. Laxatq̄ foros. Tabulata vacuat: vt supra, Et campos iubet esse patentes. Multitudine enim remota quasi laxantur spatia. Alueo. Fluminis scilicet, & per Synæresim aluo facit. Ingentē Æneam. Bene hunc solum dicit, vt per transitum ostēdat purgatoris animi homines etiam corpora habere leuiora: qd̄ de Sibylla vult accipi. Sutilis. In texta, per qd̄ fragilem ostendit. Tandem. Aut pp̄ pōdus Æneæ, quod est melius: aut ppter paludis magnitudinē: aut ppter cœni dēsitatē. Informi limo. Magno, sine forma. Vlua. Herba palustris. Personat. Aut personare facit: aut p̄ regna sonat: & quia de anima dicturus est, bene facit antē Cerberi cōmorationem consumptoris corporum. Lucanus, Qui viscera suo Spargis nostra cani. Tunc enim animæ locum suū recipiunt cum fuerit corpus absumptum. Horrere vidēs iam colla colubris. Fingit enim pro pilis habere serpentes: & est Hypallage. In collo eius horrebant colubræ. Offam. Hinc est & diminutio ofella: sed s̄, non geminat. In diminutione enim plerūq̄ multa mutantur. Quod aut̄ ait Melle, alludit ad corpora quæ plerūq̄ cum melle obrunt. Totoq̄ ingens extēditur antro. Per hoc magnitudo eius ostenditur: sicut ait in tertio de Polyphemo.

## DONATIVS.

**Quæ contra br.** Iterco breuiter, quia non egent logo sermone, quæ iusta sunt. Nullæ hic insidiæ. Hoc est, quod ait, contra locuta est. hoc est contra ea, quibus se ostendit charon fuisse suspectum, & contra illa, quæ senserat. putabat. n. vim parari, quam jecerant alij. exorsa est iugur sic, nullæ hic insidiæ tales, scilicet, quales

**Quem cōtra breuiter fata est Amphrysia vates.** POE.  
Nullæ hic insidiæ tales, abſiste moueri,  
Nec vim tela ferunt, licet ingens ianitor antro  
Æternum latrans exangues terreat vmbas,  
Casta licet patruī seruet Proserpina limen.  
Troius Æneas pietate insignis & armis,  
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad vmbas.  
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago,  
At ramū hūc (aperit ramū, qui veste latebat.) POE.  
Agnoscas. Tumida ex ira tū corda residit. SIBYL.  
Nec plura his ille admirans venerabile donū  
Fatalis virgæ, longo post tempore visum,  
Cœruleam auertit puppim, ripæ q̄; propinquat.  
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,  
Deturbat: laxatq̄; foros, simul accipit alueo  
Ingentem Æneam, gemuit sub pondere cymba  
Sutilis, & multam accēpit rimosa paludem.  
Tandem trans fluuium incolumes, vatemq̄; virumq̄;  
Informi limo, glaucaq̄; exponit in vlua.  
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci  
Personat, aduerso recubans immanis in antro:  
Cui vates horrere videns iam colla colubris,  
Melle soporatum, & medicatis frugibus offam  
Obiicit: ille fame rabida tria guttura pandens,  
Corripit obiectam, atq̄; immania terga resoluit  
Fusus humi, totoq̄; ingens extenditur antro.

POE.  
SIBYL.

POE.  
SIBYL.  
POETA

niunt. Vt autē citius cōmotum cōpesceret dū loq̄tur, sic ostēdit, ramum quē cōditum sub veste habuit. Rabida ex. i. t. c. r. Hoc factō atq̄ his dictis sedatus est charon, & oēm tumore suæ cōmōtionis deposuit. Nec plura his. Post demonstrationē quippe rami, nihil vterius dixit. Ille admirans venerabile donum. Admiratus, est inquit, charon, & rami spēm, & factum, qd̄ insuitorū tēporum fuerat deſuetudine prætermisſum, mox admōuerat, vt tranſceret properatēs. Inde alias animas, Æneæ causa ac sibyllæ oēs aias longius exclusit. ne his morā faceret, q̄ cum tanto munere veniebant. deturbare est terroribus propellere, ac mouere. Laxatq̄ foros. Opportunū ascensum nauigium facit. Simul accipit alueo I. g. Aut reuera ingentem, q̄ magno efficit corpore, aut ingentē pp̄ capacitātē nauis, quæ fuit exigua, intantum vt hæc nō nauim, sed alueum dixerit, vt pote quæ vmbis inanimis, non viuus corporibus præparata esset. deniq̄ securum est. Gemuit sub pondere cymba Sutilis. Pressa quippe insolito pondere gemuit, & per rimas recepit paludis limū. Tandem trans fluuium incolumes. Tandem quod ait, aut mora fuit in trāſſeſſione, quia nauis vltra solitū morē onerata tardius peruenit ad viteriorē ripā. aut pp̄ enē, qui properabat ad patrē. Cerberus hæc ingens latratu & c. Cū latratu triū fauciu oēs cerberus iſerorum regiones impletet. latranti offam sibylla proiecit. nec hanc simplicem, hoc est diuerſis speciebus & arte confectā. Hic poeta tantummodo specialiter posuit, reliqua noluit aperire, ne ad cōſciendam speciem legentes instrueret. Ille fame rabida. p. p. Ecce quantum potuit, vis offę tranſuoratæ ingluuie triplici, quæ sic eum pressit, vt iaceret pro mortuo.

## ASCENSIVS.

**Quem contra, & c.** Docet quomodo responsum sit a Sibylla: vtq̄ viso aureo placatus eos susceperit Charon. De qua re dicit Dona. sic. Breuiter. Quia quæ iusta sunt, longo sermone non egent. Nullæ insidiæ. Loquitur ergo contra, vt dixit. Nam loquitur contra illa quæ suspicabatur. Nec vim tela ferunt. Conſutat quod ille vehementer timebat. Fertur enim ferrum plerunq̄; non vt inferatur, sed vt repellatur iniuria.

Pietate

**P**ietate & armis.) Nam propter pietatem, descendit ad patrem propter vero fortitudinem, non reformidauit pericula, quæ sunt apud inferos. Alias animas quo facilius Æneam ferret. ¶ Ingen- tem.) Aut, quod reuera esset magnus, aut comparatione exiguæ nauis: quæ ad incorporeas animas vehendas inuenta esset. ¶ Tan- dem.) Aut mora fuit, quia nauis præter so-ritum esset onusta. Vel ex affectu Æneæ, qui properabat ad patrem. Hæc ille. ¶ Or- do est. Quem contra, id est contra quem, Vates Amphrystia, id est Apollinea: fata, id est loquuta est, breuiter abfiste moueri. i. com- moueri: aut præ ira trepidare, & agitari: nullæ tales insidiæ, sup- ple sunt, aut prætentantur: hic, id est in nobis: nec tela, id est ar- ma nostra inuasua. ferūt id est inferunt: vim, id est uolentiã. Licet, id est licitum est, & fas est, hoc est cõceditur per nos: nos non ob- stamus, quominus ingens ianitor, scilicet Cerberus, latrans an- tro, id est in antro suo infernali: terreat æternum, id est si ita dicas æternaliter: umbras exanguis, id est sine sanguine, hoc est mor- tuorũ simulachra: & licet, id est licitum est: vt, supp. Proserpina casta, quia sterilis: feruet limen patris, id est fratris patris sui, scili- cet Plutonis: est enim filia Iouis. Respondet ergo ad id quod que- sierat: quid, scilicet ueniat, dicens, Æneas Troius, id est Troianus: sed a Troe uidetur deduci Troius: a Troia, Troianus: plus autem est, Troium esse, quæ Troianum: insignis pietate, id est uirtute reli- gionis: & armis, id est uirtute bellica, descendit ad imas umbras Herebi, id est inferni: ad genitorem, id est ad patrem suum Anchi- sen, si imago tantæ pietatis, nulla, id est nullo modo, mouette: vt nulla sit, nomẽ pro aduerbio: aut, si nulla imago, id est respectus tantæ pietatis, quanta est in Ænea, qui etiam in infernum descen- dit, uisurus patrem: mouet id est afficit commiseratione te: quia dictum est in sine Georgi. Ignoscenda quidem scirent, si igno- scere manes, quasi dicat manes nescire ignoscere, nec misereri: at. i. saltem: agnoscas hunc ramum, scilicet aureum, & fatalem: quem qui habent, ad inferos libere accedere possunt: &, supple hoc di- cens: aperit. i. denudat, ramum, qui latebat veste: & corda. f. Cha- rontis: rabida ex ira: refundunt. i. ledantur: tunc. f. uiso ramo: quo uerbo uidetur innuere, reliquos sine ramo descendisse: quia si ra- mum attulissent Hercules & Theseus, non minus posset & nunc dolum suspicari in Aenea, quæ tunc in eis. Illi ergo vi ingressi uide- tur sine ramo, non ex deorum uoluntate, fuisse tamen qui cū ra- mo descenderint, vt forsitan Orpheus: patet ex eo quod dictum est, Primo auulso non defuit alter. nam si nemo attulisset, nõ fuis- set auulsus: nec uidetur quomodo Charon nouisset priuilegium rami, si nullus eum attulisset. Quinetiã hic expresse dicit, Longo post tempore uisum. Allatus est igitur: sed a pijs dijs id uolentibus & permittentibus. Nec plura, sup. dixit, aut fecit, in cõtrariũ his. i. quæ hæc dicta: ille. f. Charon: admirans donũ virgæ. i. uirgulti, aut rami fatalis: venerabile. i. dignum ueneratione, quod sibi Proser- pina

pina afferri uolebat: uisum post. i. postea, aut postmodũ longo tẽ- pore, aut uisum longo tẽpore post: aduertit. f. ad Æneã, & Sibyl- lam puppim cœruleã, i. cœrulei coloris: & propinquat rippe. i. ad ripam, unde disceserat, ne uioleter insiliret Æneas: & ipse detur- bat. i. deicit inde, alias animas. f. defunctorum: quæ sedebant per iuga. i. transra longa: vt. f. transmitterentur: & laxat. i. euacuat: fo- ros, id est tabulata, & sedilia remigũ: & accipit simul alueo. i. recep- ptaculo nauis in morẽ alui, hoc est in carinã. (Beroaldus enim, vt supra ostensum est, ubi de tristis senectute loquutus est, docet in Seruium, alueum potius de nauis, quæ de flumine, hoc loco di- ci) Æneam ingentem, scilicet secundum modum aluei, quo non nisi umbræ transferri solebant: & est, aut syngresis, aut hyperme- ter uersus non uitiosus: quia uiltima abhicitur per uocalẽ sequen- tem in principio sequentis uersus: cymba. i. nauicula: futilis, id est consuta, & ita parum compacta: gemuit. i. fatiscens sonitum dedit sub pondere. f. Aenæ ifiliẽtis: & rimosa. i. plena rimis, iam. f. deso- lidata: accepit multam paludem. i. multum aquę paludis Stygię & ipse Charon exponit tandẽ trans fluuiũ in limo informi. i. sine forma, hoc ẽ pulchritudine: in uia. i. herba: palustris glauca. i. ma- rini coloris: Vate. f. Sibyllam: & uirum. f. Aeneam, icolumes. Cer- berus, canis ille infernalis: ingens, id est ualde magnus: persona hæc regna. f. in quæ deuenerunt: latratu trifauci, id est tribus fau- cibus edito: recubans, id est existens immanis, in antro aduerso. i. in aduerso sito: qui Vates, uidentis colla, supple eius: horrere, pro horrescere, id est horrida, siue aspera fieri colubris, id est serpenti- bus infernalibus, iram excitantibus: obijcit offam, id est frustum, edulũ foporatam, id est imbutum melle: & frugibus medicatis, id est medica arte paratis. Ille, scilicet Cerberus: pãdens, id est ape- riens: fama rabida. i. ad rabiem inducente, tria guttura (tot enim quum triceps esset, habebat) corripit. i. simul rapit, sup. offam ob- iectam: atq; resouit. f. reclinando: & deinde recubando terga im- mania. i. ualde magna, & terribilia: fufus. i. palustris: humi. i. su- per humum: & ipse ingens. i. quia ualde magnus erat: extenditur toto antro. i. per totum antrum.

## P I E R I V S.

**Q**uæ cõtra breuiter.) In anti. plerisq; codi. Que, legi, vt sit, cõ- tra quæ. Ea. f. que Charon obiecerat. Sane in Med. Que, scriptum apparet, ex nota diphthõgi: licet superinducto apice, lectionẽ ali- quis mutare tentauerit. ¶ Nullæ hic insidiæ tales. ¶ Veteres ali- quot cod. hinc, de loco legunt: vt sit, hinc. f. a nobis. Placet tamen & hic: vt in Med. est. ¶ Licet ingens ianitor antro.) Apud Sane. nõ si cod. corrupti sunt, legere est, licet ingens ianitor Ordi. Reliqui cod. antro, legunt. ¶ Et medicatis frugib. offam, legas. Sunt cod. admodum uetusti, in quib. medicatum frugibus offam, legas: Sunt qui uiltimam syllabam abrafam ostentent, vt incertum sit, utrum medicatis, an medicatam, scriptum fuerit. Ser. tamen, me- dicatis, agnoscit.

## SERVIVS.

**O**ccupat Aeneas aditum.) Raptim ingreditur. ¶ Sepulto.) Dormiẽte sine pulsũ, id est mo- tu. ¶ Euadit.) Modo transit. ¶ Irremediabilis vnde.) Aut per- petuum est epitheton, vt dixi- mus supra: aut ipsi etiã Aeneã irremediabilis. Nam per alterã egressus est partem: vt, Por- taq; emittit eburna. ¶ Conti- nuo audite uoces.) Nouem circulis iferi cincti esse dicunt quos nunc exequuntur. Nã pri- mum animas infantum tene- re. Secundum, eorum qui sibi per simplicitatem adesse ne- quiuerunt. Tertium, eorum q; euitantes ærumnas se necarunt. Quartum, eorum qui amaue- runt. Quintum, uirorum for- titum esse dicit. Sextum, nocen- tes tenent qui puniuntur a iu- dicibus. In septimo, animæ purgantur. In octauo, sunt animæ ita purgate, vt redeant. In nono, vt iam non redeant, scilicet in campo Elyfio. ¶ Vagitus & ingens.) Fletus infantum. ¶ Ani- mæ flentes.) Poeticæ dixit. Sane ploratus tantum lachrymarum est: plactus tantum uocum: fetus ad utrunque pertinet. quæ ple- runque confundunt poetæ. ¶ In limine primo.) Quia de prima

mundi subrepti sunt vita. ¶ Ex- ortes.) Expertes, quos Græci ἀκέρους dicunt. ¶ Acerbo.) Immature: trãslatio à pomis est. ¶ Sine sorte.) Sine iudicio. Traxit autem hoc ex more Ro- mano. Non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordina- tã nam tempore quo causæ agebantur conueniebant om- nes. Vnde & Concilium ait. Et ex sorte, dierum ordinem acci- piebant, quo post diem trigesi- mum suas causas exequeren- tur. Vnde est, Vnam mouet. Tu- uenalis, Gratia fallaci qui præ- toris uicerit vnam. ¶ Quæsi- tor.) Quæstiones sunt qui exer- cendis quæstionibus præfunt. Et notandum quod Minoem, quasi crudelem introduxit: quæ ei epitheton & Plato & Home- rus dat. Nam Aeacus & Rhada- mātus fratres mitiores sunt. ¶ Mœsti loca.) Tõ mœsti, qa secũdũ Platonẽ grauius puniuntur eorũ animæ qui sibi inferunt mortẽ. ¶ Lucẽq; perosi.) Figurate dixit. Nã perosus illius dicimus. ¶ Pro- iecere aras.) Quasi rem uilem. ¶ Et duos perferre labores.) Ho- merus Achillis umbrã introducit loquẽtẽ, & dicẽtẽ libentius se apud superos cuncta aduersa tolerare, quã apud inferos impe- rare.

Beroal- dus.



rare. Quod aut ait. Æthere in alto, poetice dictum est. Æther enim superius est: sed nostrum habitaculum æthereum vocavit inferorum comparatione. Fata obstant. Iura naturæ. Tristisque. Tristi unde palus inamabilis: ne si tristis dicamus, duo sunt epitheta. Noctes Styx interfusa. Quia qui altius de mundi ratione quaesierunt, dicunt intra novem hos mundi circulos inclusas esse virtutes, in quibus & iracundiæ sunt & cupiditates: de quibus tristitia nascitur, id est Styx. Unde dicit novem esse circulos Stygis, quæ inferos cingit, id est terram, ut diximus supra. Nam dicunt alias esse purgationes extra hos circulos potestates.

DONATVS.

(Occupat Æneas aditum.) Irremediabile prope posuit, & vere, nam Æneam.

Æneam ipsum scripsit alio egressu luci superis redditum. Celeris dixit Æneam transisse sepulchro custode, vel quia occasio transire non fuit temporalis, & offæ transpiratione digesta potuit Cerberus non di statui suo, vel quia festinabat ad patrem. Continuo audite voces. Vbi celeri gressu non impediendo Cerbero ripa transmissa est, mox ad aures Æneæ sonus lamentabilis venit, & vagitus ingens, & vocatus infantium. Quos d. v. e. hoc est, quos dulcis vita deseruit, & cit exortes. i. extra forte viuendi maiore. Et ab. v. ra. Ad augmentum miserationis addidit, ab ubere raptos, quod n. durius, quæ extorserit infontes matribus liberos suos? & ab ipsis verbis diuelli potest quoque imatura morte, & ante opprimi, quæ loq potuissent. P. Hæc iuxta, sal. d. a. c. m.) Iuxta hos fuerunt illi, quæ falsis criminum infamiatione

lationibus preſſi ſunt; & traditi neci. Nec vero hæc ſine ſorte data. Et tamen, inquit, hæc loca ſine iudice, aut ſorte non ſunt. Quæſitor. m. v. m.) Minos illic, & ingredi habet poteſtatem, & vñ agitandæ licentiæ, vt ſi iudicio: exitus etiam ſortis arbitriū quæreret nõ deſſet vñæ ſubſtitiã. ¶ Ille ſilentium Cõ. q. v.) Ille. i. Minos. Silentium, hoc eſt mortuorum. & cõgregatione curat, & inueſtigat, quemadmodum ſinguli duxerint vitam. ¶ Proxima deinde tenet mœſti loca.) Proxima loca, hoc eſt à ſupradictis nõ longepoſita, tenebãt triftes. qui quum inſontes eſſent, ipſi ſibi in tulerunt mortẽ, quũ nullo crimine premerentur. dicitur cauſa facti. nihil. n. fit, niſi quod faciendi neceſſitatem habeat. ¶ Lucemq; perofi. p. a.) Ipſa ſuit appetendẽ mortis ratio. quia illis odio fuerat lux laborum & erumnarũ cauſa. ¶ Quã vellent æthere in alto.) Quum viuere, & laborũ tædia atq; inopiæ paterent exiſtũ mantes pſuturũ ſi morerentur, vim ſibi ipſi intulerunt. ſed poſtea poenitebat eos facti, & quærebãt lucẽ ruſſum videre. quam mauiſſent, q̃ pati ſedes infernas. ¶ Sed fata, inqt, obſtãt.) Ne poeniret, quod optabãt, obſtãbat lex, quẽ de morte ac vita deſcribit eſt. ¶ Triftisq; palus. in a. v. Alligat, & n. llyx in c.) Earum reditum animarum prohibebat lex. tenebat palus odioſa, & claudēbat ſtyx quæ eas omni ex parte nouies circũdederat.

## A C E N S I V S.

Occupat Aeneas aditum, &c.) Docet quomodo ingreſſus ſit Aeneas ad inferos: & quis ſit illic damnatorum ordo: quem nõ multum à Chriſtiana fide abhorre videmus. Nam primo gradũ, infantem contineri dicit (vt nos) quũ ſine baptiſmo mortui ſunt. Secundo, innocenter damnatos: quales nos, ob venialem culpam, aut nondum expletam poenitentiam, in purgatorio dicitur. Tertio, qui ſibi mortem ſeu animæ, ſeu etiam corporis conſciuerunt quos in inferno, vnde nulla eſt redemptio, affligi credimus. Sancte autem dicit, Nec vero hæc ſine ſorte data, ſine iudice ſedes. Nam licet vnus eos, atq; idem torreat ignis, non tamen æquali taxantur ſorte: ſed illi vrgentur grauius, quorum delicto maior, aut grauior culpa eſt. De hac autẽ re dicit Dona. ſic. ¶ Dulcis vitæ ex.) Quos dulcis vita cito deſeruit, & fecit exortes, ideſt extra ſortem viuendi maiorem. ¶ Ab vbere.) Ad augmentum miſerationis q̃ inſontes à matris vberib. rapti, ante extinguerẽtur, quam loqui cõpiſſent. ¶ Quæſitor Minos.) Et inquirendi, & vñ agitandæ habet poteſtatem. ¶ Inſontes.) Dicitur cauſa facti. Nihil enim ſit, niſi quod faciendi habet neceſſitatem. Hæc ille.

Ordo eſt. Aeneas occupat aditum. i. ingreſſum regni: cuiſlode. ſ. canesepulto, ideſt profunde quieſcente, more ſepulcorum. Et ipſe celer, euadit, ideſt euadendo pertingit, ripam, ideſt marginem, & oram, vnde irremobilis, ideſt vnde nulli patet reditus, quia ſpiritus vadens, & non reuertens: & ſi reuerſus eſt, Aeneas id fiet per aliu dicit. Voces. ſ. lachrymabiles, audite, ſup. ſunt cõtinuo. i. illico, vt illuc peruenerat: & vagitus, ideſt ploratus infantium: in gurg. ideſt valde magnus: auditus, ſup. eſt: & animæ infantium audire, ſupple ſunt: ſtentes in primo limine, ideſt in introitu inferniac ſi dicat, in lymbo. Quos. ſ. infantem: exortes. i. a. cleros hoc eſt ſine ſorte & munere dulcis vitæ: vel quẽ omnib. quodammodo dulcis eſt: vel eius quæ dulcis eſt. ſ. in flore iuuent, quando volu ptatiu ſui ſolet: & raptos ab vbere, ideſt quũ adhuc lacterent: dies atra. i. funeſta: abſtulit, ſcilicet e medio viuentium: & merſit abſcondit. acerbo, ideſt imiti funere: hos iuxta, ideſt iuxta hos, ſup.

## SERVIVS.

Partem ſuſi monſtrantur in omnem.) Plures volunt offendere eos in quibus libido dominatur. ¶ Lugentes campi.) Quasi lucis egentem: quod & amoribus congruit. ¶ Durus amor.) Immitis, inexorabilis. ¶ Tabe peredit.) Corpore deſuente paulatim. ¶ Secreti cælant calles.) Amantibus congruit. ¶ Myrtea ſylua.) Quæ eſt Veneri conſecrata. ¶ Curę non ipſa in morte relinquant.) Hoc eſt, etiam illic amant, & habent peccatorum imaginem criminum: ſicut et de piis dicturus eſt, Quæ graua curruum Armorũq; ſunt vias, quæ cura nitentes paſce

Nec procul hinc partem ſuſi monſtrantur in omnem  
Lugentes campi: ſic illos nomine dicunt.  
Hic quos durus amor crudeli tãbe peredit,  
Secreti cælant calles, & myrthea circum  
Sylua regit: curæ non ipſa in morte relinquunt.  
His Phædrã, Procrinq; locis, mœſtamq; Eriphylen,  
Crudelis nati monſtrantem vulnera, cernit,  
Euadnenq; & Paſiſphaen: his Laodomia  
It comes: & iuuenis quondã, nunc ſcœmina Caneus,  
Ruſus & in veterem ſato reuoluta figuram:  
Inter quas Phœniſſa recens à vulnere Dido  
Errabat ſylua in magna, quam Troius heros,  
Vt primum iuxta ſtetit, agnouitq; per vmbra  
Obscuram: qualem primo quis ſurgere menſe,  
Aut videt, aut vidiffe putat per nubila lunam

ſup. ſunt damnati. mortis, ideſt ad mortem: falſo crimine, ideſt ob crimen eis falſo impoſitum. Nec vero. i. certe non, hæc ſedes non ſunt data, ideſt aſſignata, ſine ſorte, & ſine iudice, ideſt iudicio. ſ. certo. Ad iudicium humana, quæ aut ſorte ſiebat: in caſibus, ſcilicet dubiis, aut certo iudicio: vnde de Didone in j. Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat. Apud iſeros autem, quãuis nulla ſit ſors, mere casualis, quantum ad iudicis ſententiam: eſt tamen ſors quodammodo, quantum ad iuſpicientes: quia dicit, damnatos falſo crimine apud iſeros diſtineri: quem locum ipſi non meruerunt, ſed ſortiti ſunt: quia ſcilicet tales, in hac vita ſortiti ſunt iudices. Seruius tamen vult, tempus iudicii, non iudicium, ſortiri. Minos quæſitor, ideſt inſpector (Radamantho tamen: alii, inſpectionem aſſignant Minoi iudicium: vnde Hora. Et de te ſplendida Minos Fecerit arbitria: Æaco vero exequutio nem: vnde Iuena. Quas torqueat vmbra Æacus. ſed hæc officia confunduntur) mouet vñam, in qua. ſ. ſortes ſunt: non tamẽ exeunt mere à caſu, ſed fatiſ ita diſponentibus. Ille. ſ. Minos: q. i. ſimul: vocat concilium. i. conuenticula, ſeu coetum: ſilentiumq; vmbra, in ſilentio exiſtentium, & diſcit. i. diſquirat, examinãdo vitas & crimina quẽ in vita cõmiſerunt, aut vitas criminofas. Deinde mœſti. i. perpetuo mœrore affecti, & per excellentiã mœſti (quia enim propter mœrorem, ſibi mortem concitant, ſi in ea ſententia permanent in qua moriuntur æterno mœrore affliguntur) tenent loca proxima. ſ. ſuperiorib. qui inſontes. i. innocentes: ſed deſperatione, aut mœſtitiã affectu: peperere. i. acquiſerunt ſibi mortem, manu. ſ. ſua & qui perofi. i. perfecto odio habentes lucem. i. auram vitalẽ: proiecere animas. ſ. ſuas, q̃. i. quantum, cũ exclamacione. q. d. o quantum vellent nunc perferre in alto ethe re. i. aere, in quo nos ſumus: & i. ſimul, pauperiem: & labores durus. i. difficulter tolerabiles: ſed ſup. fata obſtant: quẽ. ſ. vetant reditum quia in poteſtate hominum eſt, ſe interimere: ſed non ad vitã reducere: & palus inamabilis. i. non amanda. ſ. Styx: adligat. i. arcet: vnda trifti. i. triftitiã afferente: & Styx. ſ. palus triftitiã infernalis interfufa nouies. i. per nouem circulos, & gyros: coerct. ſ. ne exeant ſemel recepti.

## P I E R I V S.

Ra. Abſtu. atra.) male, rapto, legitur in eo. nonnullis ſane quã anti. Sed q̃, Abſtulit vna dies: in vetuſt. itidem habetur exemp. lectorem ambiguum faceret: niſi longe plures cod. atra, legeret: & epitheton id longe plura, & quid magis proprium, & huic ſententiæ ad commodatiũ ſignificaret. ¶ Fata ob. t. p. in. v.) In Ro. cod. Fas obſtat, videtur eſſe debuiſſe. Non ſ. tm̄. litera, deſiderat in verbo, obſtat. & Ser. in caſti. ex. Fas obſtat agnouiſſe videtur: quum præſertim exponit, fas, iura nature. q̃. q̃ neq; ea lectio diſyllaba, vt duæ primę diſſiones in recto ſint, triftisq; palus: reliquum poſſeſſiui, inamabilis vndẽ. Sunt & qui legant, innabilis: à no: nas: quod in veterib. ex. pl. non memini me legere. Sed neſcio, cur ea lectio, triftisq; palus: appoſitiue, inamabilis vnda quẽ quam offendere debeat: tametſi longe elegãtor ea eſt, quẽ legit, palus inamabilis: addita ratione, cur inamabilis, trifti quippe vnda: quam οτρυφερών. Home. appellat, vbi ſtuitius Acheron, eiusdem etymologiæ.

re equos, eadem ſequitur telure reſpoſtos. Sane ſciendum, vt diximus ſupra, loqui eum de amore generali. ſicut etiam Plato in Sympoſio tractat. Nihil enim intereſt quid quis amet, dum modo amore teneatur. Notãdum etiam (nam rarum eſt) quia cum maſculino genere ſupra vſus ſit, vt, Hic quos durus amor: tãtum foeminarum ponit exempla. non quod deſint viri. ſed elegit ſexum impatientẽ ad amãdum. tamen paulo poſt etiam Sichgi facturus eſt commemoracionem. ¶ His Phædrã.) Hęc filia ſuit Minois & Paſiſphaes vxor Theſei: quẽ priuſgnũ Hippolyti amore cãpta de ſupro

ÆNEIDOS.

de stupro interpellauit: & de-  
specta apud maritum, cum sal-  
si criminis detulit: qui iratus  
inuo:auit Ægeum patrem, vt  
Hippolyto currus agitantem im-  
mitteret Phocam: quo facto,  
& Hippolyto iterempto, Phæ-  
dra amoris impatentia la-  
queo vitam finiuit. Procrin-  
q.) Filia Iphidi vxor Cepha-  
li fuit, qui cum venandi studio  
teneretur, labore fessus, ad lo-  
cum quendam adire consueue-  
rat: & illic ad se recreandum Au-  
roram vocare. Quod cum sæ-  
pe faceret, amorem in se mo-  
uit Auroræ, quæ ei canem ve-  
locissimum Lælapam nomi-  
ne donauit: & duo hastilia in-  
euitabilia: eumq; in amplexus  
rogauit. Ille respondit iururā-  
dum se habere cum coniuge  
mutuæ castitatis. Quo audito  
Aurora respondit, Vt probes  
igitur coniugis castitatem, mu-  
ta te in mercatorum, quo facto  
ille it ad Procrin, & oblati-  
muneribus impetratoq; coi-  
tu, confessus est maritum se  
esse: quod illa dolens, cum audisset à rustico quodam amare eū  
Auroram, quam inuocare consueuerat, ad syluas profecta est, &  
in frutetis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice, qui  
cum more solito Auroram vocaret, Procris egredi cupiens fru-  
teta commouit, sperans Cephalus feram hastam ineuitabilem ie-  
cit, & ignarus interemit vxorem. Mœstamq; Eryphilen.) Hæc  
Amphiarai auguris Argiui vxor fuit: quæ latentem bello The-  
bano maritum Polynici prodidit, monili accepto quod ante  
vxori dederat, qui ductus ad prælium hiatu terræ periit, cuius fi-  
lius Alcmeon postea matrem necauit, & est Orestis furor corre-  
ptus. Vituperatur sane Virgilius quod mœstam dixerit, quam  
Stygeren legit, id est nocentem. Nam mœsta est *στυγερή*. Euad-  
nenq;.) Vxor Capanei fuit, quæ se in ardentem mariti togum  
præcipitauit. Et Pasiphaen.) Hæc vt diximus, tauri amore fla-  
grauit. Laodomia.) Vxor Protefilai fuit: quæ cum maritum  
in bello Troiano primum perisse cognouisset, optauit vt eius  
vmbra videret: quæ re concessa non deserens eam, in eius am-  
plexibus periit. Nunc scemina Cæneus.) Cænis virgo fuit:  
quæ à Neptuno pro stupri pretio meruit sexus mutationem.  
Fuit etiam inuulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis contra  
Cætauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra est: post  
mortem tamen in sexum redijt. Hoc autem dictum ostendit Pla-  
tonicum illud, vel Aristotelicum, animas per *μετετέλλεσθαι*  
sexum plerunque mutare. Errabat.) Vagabatur. Et bene alludit:  
quia & amauerat, & se iteremerat: vt quasi incertum esset quem  
circulum posset tenere. Obscuram.) Recenti morte: vt diximus  
supra. Infelix Dido.) Veniali vtiq; statu: & excusat se per necessi-  
tate, ne mortis causa fuisse videatur. Verus mihi nuntius.) *κε-  
τὰ τὸ σιωπώμενον* intelligendum, quod sit nuntiatuſ Dido-  
nis interitus. Alii ad ignem referunt visum. Alii ad Mercurium  
qui ait: Certa mori. sed in neutro eius ei etiam mortis genus est  
significatum: & hinc dicit, Ferroq; extrema secutam. Sane qui  
nuntiat, genere tantum dicitur masculino. Quod autem nun-  
tiat, licet neutro dicatur, tamen inuenitur etiam masculino.  
Funeris heu tibi causa fui.) Ac si diceret, qui fueram ante vo-  
luptatis. Si qua fides tellure sub ima est.) Vbi promissa exitum  
non habent. Respexit autem ad Orpheum, qui receptam perdi-  
dit coniugem. Quæ nunc has ire per vmbraſ.) Argumentatur  
ex eo quod est ad inferos subire cõpulsus, inuitum se reliquisse  
Carthaginem. Senta situ.) Squallida. Et *ἀνίστατο* à terra in-  
culta. Situs autem proprie est lanugo quæ ex humore pro-  
creata. Et fit in locis sole carentibus. Nec credere quiui.) Argu-  
mentationem tetendit: ac si diceret, si credidisset, forte etiam  
deorum iussa contemnerem. Siste gradum.) Siste eadem da-  
tur intelligi. Extremum fato quod te alloquor, hoc est.) Aut  
quia deus futurus est: aut quod melius est, quia post mortem te-  
nebit alterum circulum, viris fortibus scilicet, non amantibus da-

Demisit lachrymas, dulciq; affatus amore est.  
Infelix Dido, Verus, mihi nuntius ergo  
Venerat extinctam, ferroq; extrema sequutam?  
Funeris heu tibi causa fui: per sydera iuro,  
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,  
Inuitus regina tuo de littore cessi;  
Sed me iussa deum, quæ nunc has ire per vmbraſ,  
Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam,  
Imperii egere suis, nec credere quiui,  
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.  
Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro.  
Quem fugis: extremū fato quod te adloquor hoc est.  
Talibus Æneas ardentem, & torua tuentem  
Lenibat dictis animum, lachrymasq; ciebat,  
Illa solo fixos oculos auersa tenebat.  
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,  
Quam si dura filex, aut stet Marpesia cautes.  
Tandem proripuit sese, atq; inimica refugit  
In nemus vmbriſerum, coniux ibi pristinus illi  
Respondet curis, æquatq; Sicheus amorem,  
Nec minus Æneas, casu perculsus iniquo,  
Prosequitur lachrymans longè, & miseratus euntē est.

ÆNE.

POE.

DONATVS.

tum. Torua.) Pro torua, id est  
est terribiliter. Lenibat.) Pro  
leniebat. & antique dixit: vt,  
Squamis auroq; polibant pro  
poliebant. Maiores enim in  
omnibus coniugationibus im-  
peratiuam addebant, & sa-  
ciebant imperfectum ab indi-  
catio: quod in tribus adiac-  
obseruatur: in quarta etiam  
additur, vt nutri nutriebam.  
Lachrymasq; ciebat.) Sibi  
aut certe illud dicit, Sermo  
dem eius lachrymas exciebat:  
sed illa immobilis mansit. Tra-  
ctum autem est hoc de Home-  
ro, qui inducit Ajacis vmbraſ  
Vlyſſis colloquia fugientem,  
quod ei fuerat causa mortis.  
Nam ciere est pprie alteri  
tum mouere. Incepto ser-  
mone.) A principio orationis  
Dura filex.) Saxi est species  
generalitas enim esse non po-  
test sequente specialitate. Nam  
cautem Marpesiam, Parium  
lapidem dicit. Marpesos enim  
mons est Parie insule. Tan-  
dem.) Quasi diu deliberans  
rit. Vmbriſerum.) Frondosum. Pristinus.  
Prior: quod dicitur  
le inuenitur. Nam de hoc sermone  
quærit & Probus & alii.  
Respondet curis.) Aut pari eam  
diligentia affectione: quod in  
Aenea non fuit qui plus amatus  
est, & amantem deseruit, vt  
expressio rei supradictæ sit. Aequatq;  
Sicheus amorem.) Aut  
certe respondet curis: par est  
mortis similitudine. Ferro eni  
vter que consumptus. Prosequitur  
lachrymis loge.) Oculis eam  
quebatur humentibus.

Nec procul hinc partem &c.) Nō longe inde videbantur  
luge-  
scē capi fusi in omnem partem, hoc est læuā, dexteram, & quo-  
cunq; oculi tendi potuissent. interea, quia potuit quæri, cur  
rentur lugentes. vltro ait, sic eos appellari. nō tamen nominari  
suis preſtitit rationem. Hic quos durus amor.) Hic, id est in  
suis capis debebant, quos vis amoris absumpserat. Secreti  
calles.) Hos eosdē, qui amoris violentia perierunt, & cælabat  
rum angustia & arbores myrti secretos calles, aut in abditis  
stitutos, aut separatos debemus accipere. Cura nō ipsa in  
re.) Tanta vis amoris in illis fuit, vt nec in morte essent ab ipſa  
ra imunes. His Phædrum, Procrinq; locis, &c.) In his locis  
fuit istæ, quæ diuersis causis, & dispari mortis genere perierunt.  
Inter quas Phœnissa recens.) Recens, quia nō multo ante  
rat, & aspera post recens vultus. infra enim disſurus est poeta,  
nec videre Æneā voluisse. nec cum eo habere colloquiū.  
Agno-  
uitq; p. v. Obscuram.) Quum dicit vmbraſ obscurā, habuit aut  
quid luminis, hoc est enim obscurū, quod ostēdat aliquū locum,  
sed & maxima parte mixtas habeat tenebras. Quæle. p. q. m.)  
Sic apparebat Dido in illa obscuritate, quō incipiens luna  
la cœlo conspicitur. tñ incerta vt hanc visam esse nō possit  
certissimū. Demisit lachrymas. d. q. a. a. est.) Mox vt eā  
demisit lachrymas, hoc est non cogitauit flere, sed mox lachry-  
mas fudit. ipse est enim dolor verus, qui repētinos fletus nō  
claus excludit. Inſtituit igitur eū ea, quā vix agnouerat, loqui  
n. manētis in ipſo adhuc amoris compellebat affectus. Infelix  
Dido.) Dicit ista mire certe cōcepta est, & pro personarū & cau-  
sarum ratione cōposita Didonis fuit aspera ppter recētē  
causam. Nam non multo ante relicta est amans. huius rei  
metri dolores voluerit, attendat exitum mortis eius, qui non  
terueniret, nisi illa rupta amoris iniuriā tolerare potuisset.  
debat huc, qd acerbitas vulneris recens, & aspectus eius, qui  
mali fuerat causa, doloris ipsius scēuitiā duplicabat. Aeneas  
personam depressam in omnibus, in qua tantus reatus exstabat,  
vt ipse agnosceret se reum, & de facto purgatione exposita  
retur. mutauerat enim fidem contra Didonis meritum, quæ  
lum vel humanitate confouerat, vel amauerat, ipſumq; cum  
suis naufragiis excæperat, & egentes collegerat. incipit ergo  
Infelix Dido, vt ostenderet eius miserabilem casum se



ferre, vt lachrymis eius et verba congruerent, protestans oculis, quantum dolorem sensibus ferret, & voce indicans, quod mentis interna vexabat. in hoc dicto non tamen animus dolentis expressus est. veritatem per extenuationem facti, adiecta purgatio. nullus enim infelicem quenquam dicit, nisi dolens. nullusque infelix est, nisi qui fataliter premitur. denique hoc vult asserere, illi quidem debitum fuisse genus mortis ratione & necessitate priorum factorum. sed hoc magis dolere, quam ipse huius leti causa putetur extitisse. verus ergo mihi nuntius venerat extinctam, ferroque extrema secuta. feralis ille nuntius peruenerat, inquit, ad scientiam meam. quod doloribus tuis abscessus mei causa susceptus extremo remedio subuenisse. dolebam finem vitæ tuæ, & genere ipso mortis vehementer angebar. Funeris heu. t. c. f.) Accedebat ad luctus animi mei, quod sciebam tibi abscessum meum tale displicuisse, sententiam purgationis probat ipsi, quæ ab homine apud Didonem perfido proferebatur, miro genere adhibet firmamentum. Per sydera iuro, Per superos &c.) Quia testes animi sui, vel maxime apud inferos deus, habere non potuit. ad iusiurandum sese conuertit, quo firmatur, quæ aliquibus documentis deficientibus probari non possunt, iurant per sydera, perque superos, quo remeare cupiebat. apud inferos posset, quoniam illic decebat, eademque loquebatur. Siqua inquit, quia nesciebat. quod genus iusiurandi apud inferos haberetur. posuit generalem iurationem dicens. iuro per fidem, si qua in his aut colitur, aut timetur. Inuitus regina tuo de. l. c.) Non te, inquit, fugi, sed potiorum iussibus cessi. Quod ait tuo de littore, hoc vult intelligi, vt relictis littoribus Carthaginis, ipsa tamen Dido animis Aeneas teneret infixam. Sed me iussa deum &c.) Quoniam poterat fides et iuranti non haberi, vel maxime ei, qui apud superos perfidus extitisset. sumptum à loco, & tempore rapuit argumentum, quo ostenderet se copulsum deorum iussibus Carthaginem reliquisse. vt scias, inquit, maiore vi tuis terris exclusum, ex praesentibus proba. non enim ad has tenebras, & loca horrenda, libens aut voluntate descendi. Ipsi sunt auctores laboris istius, qui fuerunt dudum, quum inuitus abstraheret à sedibus tuis, quod quæ fieret, existimare non potui, ad hæc te esse venturum abscessus mei causa. intelligitur hoc Aeneam additurum fuisse. contempsissem omnia, & remansissem, si praesciuissem, hunc te habiturum exitum vitæ, non quia vere contemnere potui deorum iussa, sed vt mendacio verisimili placaret eam, quam sic leserat, vt vitæ suæ cursum gladio praecidisset. Ecce usus est arte, vt quod negare non poterat, fateretur vitro, & iussa defensione purgaret. Quantum autem odium etiam mortua retineret, ex eo non obscure sed euidenter ostendit, quum sese pripuit tacitam, nec expectauit verborum finem, nec aliquid ipsa respondit. Aeneas tamen quæ videret abeuntem: relicto quod dicebat, vt ostenderet se teneri desiderio eius. Siste, inquit, gradum. teque a. n. e. n.) Quid enim melius amanti prouenire apud inferos potuit, quam videre eam. aut fabulas conferre cum ea? quas, quæ Dido dirupere ab eodem, hac eam Aeneas voce profectus est. Quæ, inquit, fugis? extremum fato. q. t. e. a. h. e.) Vere, ait, extremum sum fato, cui te desiderata denegas & inopinata tui subtrahis facultatem: verba soluta sunt, quæ tecum contrahere cupio. satis erit aio meo, si vel fabulas tecum plene commisceam. Talibus Aeneas &c.) Quum Aeneas miserabilia dicta effunderet, lachrymarum plurimarum signum non deerant. nam Didonis abscessus eas magis magisque commouebat. Illa solo fido. a. t.) Aeneas quidem dolendo loquebatur, & Aetius verberes mittebat ex oculis. sed Dido auersa facie stabat in modum lapidis, aut caltatis marpesiae: quæ est faxis cæteris diuinis. ne aut videret sententiam, aut verba loquentis audiret, sic auerterat faciem, vt solam respiceret terram, nec mouebatur incepto, hoc est instituto & dispositione animi sui non diuellebatur. hæc fecit, autem eorum irata discederet, & sic fugit inuisum. Tandem corripuit sese. Augmentum iræ suæ Aeneas refugiendo testata est. & vt fuerat inimica ita discessit. dicitur ad quem locum. In nemo, inquit, vultu miserum, cuius ubi pristinus illi &c.) Melius illi visum est, relinquire eum, quem odio habuit, & ad se ipsum tendere, qui vnum eorum animum gereret, vel gessisset. & qui amore mutuo, & consiliis teneretur. Nec minus Aeneas. Admodum dolebat Aeneas desertum se ab ipsa, atque contemptum, tamen recedentem persequatur gemitu, & verbis. & quantum poterat iuebatur oculis: & videret vltimus, si non eam arbores, nemorum, atque vmbrae texissent. His gestis, cepit ire, quo dudum intendebat.

## ASCENSIVS.

Nec procul, &c.) Prosequitur institutum suum: describit enim locos, & gradus, in inferno existentium, dicens, quarto loco distanti miseris amantes: in quo ordine, est nonnulla æquitatis saltem humanæ ratio. Nam infantes, ad Elysios non mittuntur,

quia nihil meruerunt: neque ad tartara, quia neque demeruerunt. sunt ergo in primo limine: damnati autem falso crimine, quia malum infamiae non vitauerunt, nec munus vitæ expleuerunt (loquor secundum Ethnicos) secundo loco deputati sunt, Qui vero sibi mortem pepererunt, quantum certissime apud nos damnati perhibentur: tamen quia furore videntur grauissimo rapiti, tertio loco adduntur. Amantes vero, quorum magis voluntarius videtur furor, quarto gradu subduntur: de quibus nunc sermo est. & Dona. sic dicit. Fusi in omnem partem.) Quo cunque oculos tendere poterant. Secretos.) Aut in abdito constitutos, aut separatos. Curæ non ipsa in mor. re.) Tanta fuit vis amoris, vt post mortem ab iisdem curis non desererentur. Hæc ille. Ordo est. Nec, id est & non: procul hinc, id est ab hoc iam dicto loco: campi lugentes, id est lucis egentes, aut lugentium: quia miserorum amantium, monstrantur existentes fusi in omnem partem: quia ex omni genere mortalium, reperiuntur amoribus confecti: dicunt, supple enim illos, sic, videlicet, lugentes nomine: & quia non dicit, qui dicant, intelligemus omnes in, sup, quos amor durus, id est intolerabilis, aut immedicabilis: peredit, id est absumpsit: tabe lenta, id est confectione sanguinis corruptione: crudeli, id est inclementi, celant hic, id est hoc quarto loco: calles, i. vias frequentatas, & duras existentes: secreti, id est semoti ab aliis: & sylua myrthea, id est ex myrtho, quæ est in tutela Veneris: tegit, supple eos: aut, & quos sylua myrthea tegit, curæ non relinquunt, supple eos, in ipsa morte: quia amant, & curis afficiuntur, etiam post mortem (nam: vt postea apertius dicitur, qualis quisque inuenitur in morte, talis iudicatur, & in ea affectione permanet.) Ipse, supple Aeneas: cernit his locis Phædrum, filiam Minois, quæ Hippolytum priuignum suum deperibat: & Procrin, vxorem Cephalis: & ab eo, ob zelotypiam interemptam: & Eryphilem, coniugem Amphiarai: moestam, quia nocentem ob culpam, scilicet: nam non est ob id vituperanda Maro, quod moesta dicit: licet enim nocens, crimen in maritum commisit: moesta tamen, & à filio interempta fuit: Eryphilem, dicit, monstrantem vulnere crudelis nati. i. à crudeli filio illata: & cernit Eudamem, filiam Martis, ex Thebe: & coniugem Capanei, quæ se in ardentem mariti rogam iniecerat: & cernit Pasiphaem, Minois vxorem, & Solis filiam, quæ Tauri amore arsit, vt in principio huius. vj. dictum est. Laodomia, vxor Prothesilai, qui primus in bello Troiano perierit, & vxor ipsa, in eius vmbra complexibus it comes, his superioribus amantibus: & Ceneus, quodam iuuenis. i. mutatus in sexum virile. nam vt virgo, raro de viro: ita iuuenis, raro de foemina legitur: & nunc foemina rursus. i. iterum: & reuoluta. i. reuoluta tempore mutata: in figuram veterem. i. Pristinam. s. foemina. Inter quas errabat Dido Phoenissa, id est ex Phoenicia, & Phoenicum regis filia, errabat. i. vagabatur: existens recedens à vulnere. i. propter vulnus, paulo ante ad inferos demissa: quam heros Troianus. i. Troianus, aut Trois, cognatus. i. Aeneas: vt, id est postquam: stetit iuxta, sup. eam agnouit per vmbrae obscuram: qualem quis, aut videt lunam surgere. i. oriri primo mense. i. in principio mensis, hoc est in nouilunio: aut putat se vidisse per nubila. i. nubium caliginis: & sup. Aeneas, demisit, id est deorsum misit lachrymas: & affatus est dulci amore. i. more dulciter amantium: o infelix Dido: ergo, scilicet quia te hic offendendo, nuntius verus. i. veridicus, & vera nuntians, venerat mihi. i. ad me. f. nuntians te extinctam. i. mortuam: & sequutam extrema. i. vltima retum, hoc est mortem: quia mors, vltima linea retum est: ferro. i. gladio, in quæ incubuerat. Heu, dolentis interiectio: ego sui tibi causa. i. occasio: funeris id est mortis, ego iuro per sydera, per superos, & per, sup. eam fidem si qua, i. aliqua fides est: sub ima. i. profunda tellure, hoc est apud inferos: quod, sup. o regina, ego cessi de tuo littore. f. Carthaginensi, inuitus: quia deorum imperio coactus: sed si inuitus, miranda est amoris vis, quæ etiam tantum virum irretierat. Sed iussa deum. i. deorum, quæ cogunt me nunc ire per has vmbrae. i. per loca senta. i. squalida: situ. i. lanugine inunda: & mucore crescente in loco humido, per quem rarus est transitus: & per noctem profundam (Probatio est ergo à maiori & difficiliore: nam si iussa deum impulerunt ire ad inferos, facile potuerunt abstrahere à Carthagine in Italiam) hæc dicit, iussa deum: egere. i. impulerunt me, sup. à Carthagine: suis imperiis: nec quiui. i. valui, aut potui credere: me ferre. i. adlaturum tibi, meo discessu: hunc tatum dolorem, vt. f. te ipsam interimeris: siste. i. firma. gradum. i. gressum tuum, aut iter: & ne subtrahes, pro ne subtrahas te: nostro aspectu pro aspectui. Per hoc tacite significat eam ad verba Aeneas fugam parasse. vnde addit, Quem fugis: hoc quod ego adloquor te, extremum. i. extremo loco: est fato. i. per fatum, aut per deorum missionem

ÆNEIDOS.

missionem: Æneas lenibat, pro leniebat. i. mulcebat, & mitigabat talibus dictis. i. verbis: animum. f. Didonis, hoc est à parte totū, ipsam Didonem: aut simulachrum eius: ardentem. f. ira: & tuentem. i. inspiciebat: torua. i. torue, hoc est minaciter, & terribiliter & ciebat. i. prouocabat, potius ex se, q̄ ex illa, nam possumus & nos, ad lachrymas prouocare. Nam illa, scilicet Dido: auersa, scilicet ab Ænea, in signum indignationis: tenebat oculos fixos, solo, idest in terram: nec mouetur magis vultum. i. non habet magis motum vultum sermone incepto. f. ab Ænea: sed non completo: quia nihil respōdet, q̄ si silex dura stet. f. ante Æneam, hoc est statua ex silice: aut cautes. i. lapis durus, marpesia. i. paria, hoc est ex paro insula: vbi marmor, candidum, & durum est. Ipsa corripuit. i. firmul rapuit sese: tandem. i. post multam indignationem: & refugit inimica. i. infensa: in nemus vmbiferū. i. frondosum: vbi Sicheus coniux: pristinus. i. prior: respondet illi curis. i. sollicitudinibus amorum: & æquat. i. æqualem facit: amorem. f. suum, in illam, cū amore illius in se. Nec minus. i. nihilominus: Æneas perculsus. i. percussus, & afflicus: casu iniquo, quod. f. iuitus, & ignorans, ad mortem compulerat: p̄sequitur lachrymans, & miseratus est, idest misericordia p̄sequutus est: longe. i. per longū spatium: euntem, idest aufugiebat, scilicet Didonem. De qua lectione addamus & illud Donati, quod, vt expositio textus è regione eius haberetur, superioribus detraximus, & in hunc locum recēpimus. f. Vmbra Obscuram. Quom dicit, vmbra obscuram habuit aliquid luminis: id enim est obscurum quod ostendit aliquam lucē: sed & maximas habet mixtas tenebras. f. Demisit lachrymas. Non cogitauit flere: nam dolor verus, repentinos latus, non coactus excludit. f. Infelix Dido. Personarum, & causarum ratio habetur. Dido fuit aspera, propter recentis facti causam, cuius quantus dolor fuerit, ostendit exitus. Acerbitas etiam vulneris, & aspectus authoris, dolorem duplicabat. Æneas autem, se reum agnoscit, & interposita purgatione, factum fatetur, Infelix Dido: ostendit dolorem, quod miserabiliter ferat, & augetur, quod ferro perierit. f. Per sydera. Firmamentum ponit purgationis: quia apud illam, fide carebat: & quia hominū testimonium adhiberi nō poterat, adhibet deorum. f. Et siqua fides. Quia nesciebat, quod genus iurifurandi apud inferos esset, posuit generalem iurationem. f. Inuitus. Non te fugi, sed potius iussus, cessi. f. De tuo littore. Quasi dicat, mutauit locū: sed de animo retinui. f. Nec credere quivi. Mendacio verisimilitutatur causam. Ipsa, primo silendo, & se auertendo, & postremo fugiendo, ostendit iram.

PIERIVS.

¶ Nec procul hinc. In Ro. codic. & aliquot alijs manu scriptis, hic habetur: magis tamen placet, hinc: vt est in reliquis exemplis. f. Crudeli tate peredit. In antiquiorib. aliquot exemp. peremit, legitur: quod minime placet, quom, peredit, ideo proprium sit, quod amantum est mollis flāma medullas. f. Is Phēdam, Procrinq̄.

SERVIVS.

¶ Datum molitur iter. Per agit. Datum aut: dixit, aut ratione sati, aut oblatum fortuito: quod τὸ ἄδω dicunt. f. Arua tenebant vltima. Atqui multa adhuc super sunt: sed dixit quantum ad y pertinet litteram. In his enim quæ dixit, mista sunt virtutibus vitia. In his autem quæ diciturus est, nō centum pœnas à priorum segregat meritis. Nam inferi (vt diximus supra) humanam continent vitam, hoc est animam in corpore constitutam. Hæc autē quæ dixit, mista esse manifestum est. Licet enim in viris fortibus laudetur virtus, est tamen vituperabile alienū imperium cædibus occupare. Item amare priuignum, crimen est, virtus, maritum. Alij distinctione mutata dicūt, Tenebant arua, quæ vltima viri fortes frequentant, idest quæ possident vltima. f. Hic illic occurrat

Inde datum molitur iter: iamq̄ arua tenebant vltima, quæ bello clari secreta frequentant.

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopeus, & Adraſti pallentis imago.

Hic multum fleti ad superos, belloq̄ caduci Dardanidæ, quos ille omnes longo ordine cernens, Ingemuit, Glaucumq̄, Medontaq̄, Therſilocumq̄, Tres Antenoridas, Cereriq̄ sacrum Polybebeten,

Idæumq̄ etiam currus, etiam arma tenentem, Circumstant animæ dextra, læuaq̄ frequentes:

Nec vidisse semel satis est, iuuat vsq̄ morari, Et conferre gradum, & veniendi discere causas.

At Danaum proceres, Agamemnoniæq̄ phalanges, Vt videre virum, fulgentiaq̄ arma per vmbra,

Ingenti trepidare metu: pars vertere terga: Ceu quondam petiere rates: pars tollere vocem

Exiguam, inceptus clamor frustratur hiantes, Atq̄ hic Priamiden laniatum corpore toto

Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora, manusq̄ ambas, populataq̄ tempora raptis

crinq̄. Neq̄ illud placet quod in Roma. codi. Procrin. legit. Nō enim, Procrne, locum habet inter amâteis. Sed, Procris, Cæphæli vxor. Præterea sumptum hoc ex Home. est, apud quē, φασὶς πρὸς τὴν Ἰσὸν. legitur. f. His Laodomia. In Roma. codic. & plerisq̄ alijs manu scriptis, recte notatum est per a, vocalem primam, in media syllaba, Laodomia, ita enim λαοδομία, apud Græcos, scribi neminem, vel mediocriter doctum ignorare crediderim, Quod vero Latini vocalem eam in o, mutarint, adhuc mihi non constat: auditurus vero haud grauate sum, si quis ab antiquo aliquo authore traditum id ostēderit. f. Fato reuoluta. In cod. quidem omnib. vulgatis, & aliquot ex his antiquiorib. reuoluta, scriptum est. In Roma. reuocata, legitur. f. Primo quis. In anti. plerisq̄ codi. qui, legitur: sed &, quis, reperitur. f. Teq̄ aspectu. Quāuis nonnulli dicant codi. esse veteres, in quib. aspectu, scriptum inueniatur, ea quæ apud Virgi. frequentissima est figura, magis tamen placet, aspectu, per u, quia multa ea terminatione, acquisitiuo casu posita reperiuntur apud Virg. Ciceronem, & Cæsarem. f. Lenibat dict. In cod. aliquot ant. leniebat per a dipht. in pene vltima scriptum obseruauit, vt in veterum scriptio nib. deico, amecius, & similia. Quo loco super. Priscia. ait, terit & quartæ coniug. p̄teritū imperfectum à prima præsentis formari, o in e mutata, & addita, bam: excepto, eo, quod ibam, facti & deriuatis. Antiquos vero, in his præsertim quartæ, loco venalium trāsmutato, pro i, & e, dipht. proferre solitos, vt lenieba, poliebam, Sed enim quū huiusmodi scriptio nem, non in verbis tantū eius coniugationis & temporis, verum in alijs etiam, & in syllabis a formatione non pendenti, atq̄ etiam in nominib. in præpositionib. & in aduerbijs reperiamus. Magis mihi placet Victorini sentētia, qui refert Nequium, & Liuium Andronicum, quom longa syllaba scribenda esset, duas vocales posuisse, præterquam quæ in i litera incidere: eam enim per e, scribere maluisse. Quæ vero differentiam in his Lucil. ponere cōmētus sit, quo distingueret similia voce, alibi ex Velio Longo retulimus. f. Auersa tenebat. In codic. aliquot antiq. aduersa, legitur, quod minime placet. f. Voltum sermo. In codi. aliquot antiq. voltu, casu septimo legitur. Sed, vultum, quarto casu, figuratius est. f. Propripuit sese. In Roma. codi. in Oblon. in Medi. & plerisq̄ alijs anti. legere est, corripuit sese: tametsi, pripuit, placere magis video eruditissimis. f. Casu percussus. Veteres omnes cod. quos legi, sere passim, percussus, legunt. Videturq̄ mortales tot ætatib. differentiam neglexisse, quam inter, percussum, & percussum, grammatica tuere. f. Prosequitur lachrymans longe & miseratus euntem. Vltima huius carminis dictio, est, nusquam in antiq. exemp. habetur. In Romano cod. versus totus ita legitur, Prosequitur lachrymans longe & miseratur euntem. Erat vero etiam in codi. Longo. miseratur: sed idē abrasum fuit, & miseratus, repositum. In Medi. Prosequitur lachrymas longe & miseratur euntem. sed, lachrymas, pro lachrymans, scriptum: vt sæpe reperitur in veterum monumentis,

currit Tydeus. Altheæ & Orneii filius, quem in bello Theobano Menalippus extinxit. f. Parthenopeus. Menalippe & Martis, siue Melanionis filius rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodum petiit. f. Adraſti pallentis imago. Rex Sicyonis Adraſtus primo fuit post Argiuorum socer Tydæi & Polynicis. Quod autem ait Pallentis, aut epithetū est vmbra: aut illud respexit quia in bello Thebano cōsumptis sex ducibus solus aufugit. Fugit autem comes semper est pulor. f. Hic multum fleti. Idē nobiles, quorum mortem magna segit lamentatio. f. Ad. Pro apud. f. Caduci. Mortuus à cadendo. Vnde & cadauer dicitur. f. Longo ordine. Ingenti multitudine, vt: Pueri & puuidæ longo ordine matro, non ad ordinem stant. Sane in minus est, In longo ordine. In ingenti multitudine. f. Tres Antenoridas.

(Antenoridas.) Multi supradu-  
ctos accipiunt: quod falsum esse  
Homerus docet, qui eos com-  
memorat. (Cereris sacrum.)  
Sacratum: nomen pro participio.  
(Idæumque.) Quæ aurigæ legi-  
mus priami. (Etia.) ad huc: ut,  
Quæ cura nitentes Pascere e-  
quos: eadē seq̄ Tellure repo-  
sitos. (Vsq̄.) Diu: & est aduer-  
biū. (Trepidare.) Pro trepida-  
bant. (Ceu quondam petiere  
rates.) Ostēdit vitia nec mor-  
te finiri. (Frustratur hiantes.)  
Decipit clamare cupientes. Nec  
nos moueat quod alijs vmbri-

Auribus, & truncas inhonesto vulnere nars.  
Vix adeo agnouit pauitantes, & dira tegentem  
Supplicia, & notis compellat vocibus vitro,  
Deiphobe armipotēs, gen' alto à sâguie Teucris, ÆN.  
Quis tam crudeleis oprauit sumere pœnas?  
Cui tantum de te licuit: mihi fama suprema  
Nocte tulit, fessum vasta de cæde Pelasgum  
Protocubuisse super confusæ stragis acruum.  
Tunc egomet tumulum Rheteo in littore inanem  
Constitui, & magna mancis ter voce vocaui;  
Nomen & arma locum seruant: te amice nequiu  
Conspicere, & patria decedens ponere terra.

lere, quum nō esset clamandi  
substantia. deniq; in ipso cona-  
tu deficiebant, dantes non vo-  
cē. sed exiguum sonum. descri-  
ptio græcorū non inaniter posi-  
ta est. primo oium, vt ostende-  
retur, quot millia ex ipsis ceci-  
disse viderent. nulla quippe vi-  
ctoria est sine calamitate victo-  
ris. deniq; apparebat manifeste  
cum ipsis metum, quem apud  
superos habuerunt. quū expu-  
gnaretur troia. meminerat. m-  
poeta se dixisse. Diffugiūt alijs  
ad naues, & littora cursu Fida  
petunt, pars ingentē formidi-

verba dat: his silētium. Timorē. n. exprimit, qui viuus quoq; adi-  
mit vocem: vt, Obstupui, steteruntq; tomæ, vox faucibus hēsit  
(Deiphobū vidit.) Qui Helenam duxerat, mortuo Paridē. Ad cu-  
iūs domum primum ire necesse erat. vbi fuerat causa bellorū: vt,  
Iam Deiphobi dedit ampla ruinam, Vulcano superate, domus.  
(Lacerum.) Pro laceratum. Id est habentē ora dilacerata. (Po-  
pulata.) Vastata, id est deformia sublatis auribus. (Trūcas.) Trū-  
catus. (Inhonesto.) Turpi. Terētius, illum ne obscuro inhone-  
stum hoīem, quē mercatus est here, senem, mulierem? (Pauitan-  
tem.) Ne agnosceretur timentem. (Tegentem.) Tegere volen-  
tem. Nam truncatis manibus quid tegebat? Tegere autem est ce-  
lare. vt e contra nudare est indicare: vt Traiectaq; pectora ferro  
Nudauit. (Notis vocibus.) Amicabilibus. (Optauit sumere.)  
Elegit vt fumeret. (De te.) Pro in te. (Rheteo in littore.) Vbi  
erat asylum Aiaci: sicut in Sigæo, Achillis. Et bene illic quasi vbi  
tutus esse poteram. Sane Rheteium dicitur: & facit Rheteū.  
sicut & Cytherea, & Cytherea. (Et arma.) Depicta scilicet. (Ser-  
uant.) Tenent. (Te.) Tuum corpus: vt. Nunc me fluctus habet.

## DONATVS.

(Indedatum molitur iter,) Illa dixit, quæ fuerant satis vlti-  
riora. scilicet vsus gradu superlatiuo, hæc separatim fuerant depu-  
tata his, qui magni inueniebant fuisse in exercitatioe bellorum.  
(Hic illi occurrit tydeus.) Hoc specialiter posuit, addens. (Hic  
multum. f. ad. f.) Pro merito scilicet virtutis suæ, magnum viuus  
reliquerat lucrum. quā aduersantibus satis ppatria cecidissent.  
(Bellog; c. Dardanidæ.) A speciali enumeratione singularum,  
transiit ad generalitatē. vt plurimos illic troianos eē memoraret.  
(Quos ille oēs longo ordine cernens Ingemuit.) Ingemuit, ad  
oēs pertinet. non. n. solum doluit pp glaucum, quum oēs, quorū  
noia cōplexus est, habuisset eguales. cereri sacrum polybetem di-  
xit, vt ostēderet numina cultores suos in cā mortis iuuare nō pos-  
se. nā perierat, q cereri fuerat cōsecratus. idē uero talē vidit, qua-  
lis fuerat in vita. is. n. duo officia sustinens tenebat arma, regebat  
& currum, quarum rez studium apud superos habuit. (Circum-  
stant aje. d. l.) Ab vtroq; latere circūstabant aiæ maximi nume-  
ri. (Nec vidisse semel satis est.) Tanti meriti fuerunt quoq; animę  
obutibus aeneæ offerebantur, vt eas semel vidisse nō sufficeret.  
tantus fuit dolor, tñ videndi desiderū. (Iuuat vsq; morari.) In  
internis tenebris & squaloribus delectabatur, aliquas moras in-  
nectere. (Et conferre gradum.) Ex vtroq; parte vnum desiderū  
fuit videndi, deambulandi, & cōfabulandi. erat tñ aliqd amplius,  
quod aiæ nosse cupiebant. (Et veniendi di. cas.) Vt diceret aeneas,  
quæ cum causę ad inferna duxissent. interea, quod ait, hic multum  
fieri ad superos, de oibus videtur dixisse, quos noiatiū, vel sub  
generalitate cōplexus est. (At danau; proceres.) Dixit plurimos  
troianorum illic fuisse, quos troia pdidit in excidio suo. esset qp-  
pe crimen maximum viciū, si de hostibus cęsis poeta tacuisset. hos  
non tñ non præterit, verū etiā ppe omnes interisse testatus est,  
addens dignitates, & inextimabilē significans numerum. danau;  
inquit, proceres. i. non tñ honore, verū etiā exercitatioe bellā  
di potiores. agamennoniacq; phalanges, exercitus quoq; agamē-  
nonis, vt si gręci apud inferos videretur, quasi oēs illo ex achaia  
migrasse. Principi gręciæ, & agamēnonis exercitus fecit cōme-  
morationē. cum laude nōnulla gloria est. Hi igitur, vt viderūt vi-  
num non contēndū, & eum, quē bene nouerant, & qui de fidu-  
cia fortitudinis ad inferos tetendisset, nō mediocriter sunt terri-  
ti. vnde intelligebatur quod metuerent. qui quum hoīem, atq; eius  
vidissent arma ipsius quoq; timebant fulgorē. (Pars vertere ter-  
ra.) Fugiebant sicut in troia fecerunt, quum ad naues concurre-  
rent salutis desperatione cōpulsū. alijs vero volebant clamorē tol-  
lere,

ne turpi Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.  
Vbiq; firmat virgilius dijs aduersantibus, non virtute græcorū  
superatum esse imperium troiæ. deniq; & hic timidos & fuga-  
ces græcos, assignat. quibus vsq; adeo timor statum mentis pre-  
ripuerat, vt crederēt, eneam iccirco apud inferos armatum ince-  
dere, vt græcos etiam mortuos insequeretur. Fugiebant, inquit,  
alij, alij mittebant exiguum vocem, & cum vellent aliquid dice-  
re, in ipso vocis defectu patenti ore remanebant, non sequēte vo-  
cis officio, troianos laudauit, & ostendit timidos græcos, perin-  
deq; imbelles. nullus. n. hostem nisi ibellis fugit. (Atq; hic pria-  
midem.) Tanta detrimentorum corporis deformitas fuit, vt hūc  
ciuis notus & affinis agnoscere non potuisset, abscisus qppe fuit,  
& obruncatis, inquit, auribus, qui vt aeneā vidit, erubuit. Voluit  
deniq; scditatē suam toto corpore sparsam tegere, nec tamē po-  
tuit, quia deerāt manus, quæ hoc pcurare potuissent. intelligi tñ  
potest, quid sit, quod ait, tegentem. ait enim. totum se subtrahere  
conatus est, aut totū auertere. hoc. n. genere potuerunt vtra eius  
nō videri, sed quum añ esset agnitus, aenea prouidēte parati frau-  
dē argumentū vocis occurrit, hæc ingerēs prior. (Deiphobe ar.)  
Principia ista nō tam interrogatis sunt, sed potius admirantis, &  
dolentis. deniq; sequit. (Quis tā crudeles. o. sp.) Quum te, inqt,  
in vita sciam fuisse in armis potentē, & præstantē gñe, atq; inter  
troianos fortissimū, primum. miror, quis iste sit, qui te extitit  
fortior, tantq; exhibendarū pœnarum habuit p̄tatem. quia ma-  
lorum inspectio euidentis fuit, nō quæsit, quid factum esset, sed  
facti ipsius nosse cupijt autore. admiratio ipsa multiformis fuit.  
primo cogitare potuisset tot aduersa, vel talia, quū vir fortis sibi  
potuisset assistere. dehinc ausus impleri tertio vsq; ad totius cor-  
poris supplicia proueniri. (Mihi fama su. N. t.) Retulit mihi, inqt  
fama. quū suprema nox ageretur, quailium cecidit. (Fessum va-  
sta de cæde.) Dixit laudē ipsius, asserendo cū certaminis labore,  
& cędibus fessum sup acruos hostiū, p̄cubuisse, n̄ dixit occisum  
cecidisse. sed quasi p̄cubuisse lassatum. (Tunc egomet tumulū),  
Erexi, inquit, honoris tui causa tumulum sine funere. qa cōsulus  
fuisi corporibus hostium nec ingitit reperiri potueras. nomen  
tñ tuū vocaui solēniter. ecce amici animus. ego inquit, p me su-  
prema tua cōpleui, non alijs faciēda cūmisi. solent res nō rectius  
peragi, quæ curanda audiant. (Nomē, & arma. i. f.) Signatus est  
locus ipse nomine tuo, & arma illic, quum tuū vocabulū appella-  
tione decorata sunt, vt qui eadem viderint, arbitrentur tui quoq;  
funeris illic ossa recondita. (Te amice nequiu Conspicere.) Fe-  
ci ait, nō quod vloui, sed quod potui optauī eū te reperire, & in so-  
lo patrio tuas reliquias cōdere, quod quia nō prouenit, inueni re-  
medium doloris, ne memoria tua inhonorata remaneret.

## ASCENSIVS.

(Inde datū, & c.) Docet quomodo progrediendo ad quintū cir-  
culum peruenerūt, in quo bellatorum sunt animi: nam & Mar-  
tius furor dicitur: sicut & amorum. Non ergo sola bellandi glo-  
ria, purgatas facit animas, & ad Elyfios ducit. Nam, q bello etiā  
iusto insudant, multa sepe detestanda cōmittunt: quia tñ, neque  
oīno reprobandi sunt, qui arma trañant: nec approbandi, nō di-  
cunt: aut in summo sinistre partis litere Pythagoricę: neque in  
summo dextre. De qua re dicit Donat. sic. (Multū fleti.) Quia p-  
pter suas virtutes, magnum reliquerunt lucrū. (Sacru Polybe-  
ten.) Ostendit numina: suos in morte iuuare non posse. (Proce-  
res.) Non tantum ordine, sed meritis Phalanges: ac si tota Græ-  
cia, ad inferos migrasse videret. Ostendit igitur, quanti Æneam  
hostes fecissent in bello: ostendit etiam, non sine multa sua cæde  
vicisse Græcos. (Tegentem.) Non quia posset manibus: sed, quia  
toto se corpore subtrahere conabat: aut: totū auertere. (Quis.)

Non tam interrogantis hæc sunt, q̄ admiran-  
tatur primo, cogitare quæpiam potuisse, tot aduersa supplicia  
in viro tam forti; deinde, quod ausus esset implere; deinde, quod  
totum corpus supplicio infestatus esset. ¶ Fessum Procubuisse sed  
per acertuum. Magna laude afficit. non enim dicit, occisum; sed  
procubuisse lassatum. ¶ Egomet. Quasi dicat nō alijs commisi.  
¶ Inanē. Quia inter hostes confusus iacens, reperiri non potuit.  
¶ Te amice. Feci, quod potui; non qd̄ volui; quia te reperire  
non potui. Hęc ille. ¶ Ordo est. Æneas molitur, idest cum mo-  
limine; & summo conatu pergit. Inde, idest deinde: aut potius,  
ab eo loco: iter datum, idest concessum sibi a fatiis: quum cæteris  
negatum sit, ab eo vno circulo, transire ad alium, nisi purgatione  
facta; & tenebant iam arua, quæ vltima, idest quas vltimas par-  
teis: aut, quorum vltimas partes, clari bello frequentant. ¶ se-  
ta: aut (secundum Seruiū) tenebant vltima arua. ¶ purgandorum:  
hoc est, quorum operationes, habent mixta virtutibus vitia: quæ  
s. loca: secreta. i. seposita ab alijs locis: clari bello frequentant. i. ha-  
bitant; & colunt frequēter: Tydeus, pater Diomedis, & filius Æ-  
nei: occurrit hic. i. hoc loco: illi. ¶ Æneæ: & Parthenopeus, filius  
Atalæ (vt Beroaldus docuit supra, ad illud, Tristisq; senectus.)  
Inclutus, idest gloriosus, & clarus armis, supp. occurrit illi hic: &  
imago Adraſti pallentis. s. præ timore, quia aufererat: hic, supp.  
occurrunt, illi Dardanida, multū fleti, ad superos. i. nobiles, quo-  
rum mores fletibus honorata est: & caduci. i. qui ceciderūt: bello:  
i. pbellū aut, in bello: quos ille. s. Æneas, cernens oēs longo ordi-  
ne; ingemuit. i. multum gemuit. s. Claucum, Medonta, & Therſi-  
lochum viros illos, Troianis olim fautores. Claucus enim erat  
Liciorum ductor: cuius singularæ certamen describit Home. li.  
Ili. vi. dicens, eos infecta pugna deſiſſe, mutatis armis aureis  
Clauri, pro ferreis Diomedis: vt Hora. j. ser. meminit. Fuit autem  
(teste eodem Home. lib. ij. Ili.) quidam Medon, filius nothus Oi-  
lei, ex matre Rhæa: sed hic de Troiano loquitur. Fuit item Ideus,  
quidā filius Darethis, cuius idē meminit. Fuit & alius filius Pri-  
ami, cuius etiam meminit, dum introducit Priamū venisse in ca-  
stra Achillis. Polybetes aut, fuit sacerdos Cereris: vnde in. ij. di-  
ctum est, Tempūq; vetustum desertæ Cereris: interfecto. s. sacer-  
dote. Et, Supp. vidit hic, treis Antenoridas. i. Antenoris filios, qui  
sunt Archelocus, Acamas, & Elycaon: & Polybetem sacrum. i. sa-  
cratum Cereri: & Idæum: Priami aurigam tenentē, etiam. i. ad-  
huc. s. apud inferos, currus, & etiam arma. Animæ frequentes. i.  
crebræ circūstant, dextra, & læua. i. sinistra. s. parte: nec satis est,  
vidisse semel: sed iuuat. i. delectat: vsq; idest continuo immorari:  
dubium autē videtur, an Æneam delectet vidisse animas: an ani-  
mas, Æneam: sed potius dixerō, q̄ animæ affectauerint videre.  
Æneam, quia sequitur: & sup. iuuat: conferre gradum. i. congre-  
di: & discere causas veniendi idest cur Æneas aduenerit. Et proce-  
res Danaum. i. Gregorum: & Phalanges Agamēnoniæ idest quasi  
totius exercitus, qui sub Agamēnone stipendia fecerant: vt idest  
postquā: videre virum. s. Æneam, adhuc virum: & arma. s. eius,  
fulgentia per vmbras: trepidare, pro trepidabant: aut, cœperunt  
trepidare ingenti metu. Pars, supple cœperunt vertere terga: ceu  
idest veluti: petiere quondam rates idest nauis suas: pars. i. par-  
tim: ipsi, supple cœperunt: tollere. i. eleuare, vocem exiguam quæ  
veram vocem, vmbrę non habent: vnde clamor icceptus frustra-  
tur hiantes. i. facto hiatu, clamare putantes. Si tñ nullus vagitus  
ploratus, aut vox fuit apud inferos: nō ē potuissent loqui. Atq;  
ipse Æneas, vidit hic. i. in hoc campo bellatorū Deiphobum (quæ  
Græce, Deiphobos dicitur: nō scribetur, Deiphobus: sed quatuor  
syllabarum

Ordo.

syllabarū est (Priamidē. i. filium Priami, ex Hecuba Ianitum to-  
to corpore: & lacerū ora crudeliter. i. habentem ora crudeliter, &  
immaniter lacerata: ora (dicit) & ambas manus: & tēpora. i. ptes  
capitis, scđm auriculas: populata. i. spoliata, & denudata: aurib.  
auriculis: raptis. i. ablatiis: & nare. i. nasi meatus: trucas. i. trunca-  
tas: vulnere inhonesto. i. turpi: quia honestū, pulchrum vocantur.  
Ipse vix. i. cum difficultate: adeo. i. oino: agnouit, sup. eū. pauitan-  
te. s. præ rubore: & tegente dira supplicia. i. plagas dire illatar, p  
supplicio: & cōpellat. i. adloquit, cū appellatiōe eius: vltro idest  
priusq; ille se offerret vocib. notis. i. sermone patrio: aut proprio  
noīe o De: phobe, armipotēs genus. i. progenies, ab alto sanguine  
Teucris: qui optauit sumere de te tam crudelis pœnas? q. d. ima-  
nissimus nimis fuit: & si forte talis reperiri potuit, qui vellet: cui  
licuit. i. cui permissum est a dīs, tñ. s. pœnarū sumere de teiq. d.  
etiā, si q; voluisset, deos tamē permittere nō debuisset. Fama tu-  
lit. i. detulit: mihi. i. ad me, te fessum suprema nocte. i. quō Troia  
excideret, de vasta cæde. i. occisione: Pelasgum. i. Græcor, quos  
occidisti: procubuisse super acertū. i. cumulū: stragis. i. stratorum:  
congregationis cōfusæ. i. mixtę, ex nobilib. & ignobilib. ex ami-  
cis inter se, & inimicis. Egomet. i. in propria (vt dicunt) p̄ona. nō  
habēs fidē alteri: constitui tūc. s. postq; id audieram: tumulum  
inanem. i. cenotaphiū: sepulchrū simulatum, qd̄ pro vero erat,  
dum cadauer haberi non poterat: in littore Rheteo. i. Rhetei pro-  
montoriū Troiani, & vocauit ter, magna voce: maneis. s. tuos. i. spi-  
ritus vagos, vsq; ad exequias sepulture, scđm Ethnicos. Nomen  
stuiti: & arma. i. insignia tua: seruant locum. s. sepulchri: o amice,  
ego nequiuu conſpicere te. i. simulachrum tuum: aut corpus tuū  
& ponere illud terra patria, decedens. i. quum decederem: terra  
patria. i. de patria mea. potest enim bis construī.

PIERIVS.

¶ Cereriq; factū Polybetē. (Nominis huius propriū, pene vlti-  
mie varie scribitur in antiq. codi. Nam & Polypoeten, & Polybetē &  
Polybotē legas: p̄ter varietates alias, q̄ vulgatis in cod. existunt.  
Sane quidē πολυβοιτης, proprium viri nomen apud Græcos.  
Sed hic Perithoi filius: vt Home. i. λ. μ. τὸν μὲν περιθόου υἱὸν  
κρατερὸν πολυπότιν. Qui qdem in Troianorum comitatu,  
quid agat, non video, neq; succurrit nūc inter Troianos nomen  
id positum. Alia vero forma, & significatio, πολυβοῦτης est: m  
de sibi forte Virgi. nomen ex cōmodo suo confinxerit. Neq; eni  
ita se Latini Græcis addixere, vt non ius sibi esse voluerint, non  
tantum literas & syllabas, verum totum etiam interdū nomen,  
quod ab ipsis mutuo caperent variandi. ¶ Idemq; etiam cur-  
rus, etiam arma tenentem.) In Ro. codi. currum, vnitatis nume-  
ro, absq; vlla collisione legitur: & ita prius in quibusdam alijs le-  
gebatur, qui nunc abradi sunt: non ita tamen, vt non, currum, in  
tquam lectionem inspicias. Probus tamen (vt alibi diximus)  
Virgilium ait huiusmodi concursum, nisi faceret finale phā sum-  
ma vitasse diligentia. ¶ Veniendi discere causas. (In antiquis codi-  
di. Rom. & aliquot alijs, poscere causas, legitur: eodem modo,  
quo etiam in. i. legi ostendimus. ¶ Vasta de cæde. ) Antiqui om-  
nes cod. legunt, vasta te cęde: pro nomine secundę personę  
satiui casus interposito. ¶ Rheteo in littore. ) In Ro. co. absq; præ-  
positione, Rheteo littore, scriptum est: non ita in alijs: & longe  
melius ea inserta sonat. ¶ Nomen & arma locum seruant. ) In Lō-  
go. cod. locus, nominatiuo casu legitur, sed ita, seruat. et singulari-  
te esse debuisset: locum, tñ quarto casu, castiorem esse lectionem  
ostendit: locus alter in. vij. Et nunc seruat honos sedem tuus, o  
facq; nomē, Hesperia in magna, si qua est ea gloria, signat.

SERVIUS.

¶ Omnia soluisi. Quia con-  
stituto tumulo mænes vocauit.  
¶ Et funeris vmbris. Sepultu-  
ræ meæ vmbris. Nam funus  
illuc esse non potuit, vbi nec ca-  
daver quidem fuerat. ¶ Fata  
mea, & scelus exitiale Lacæ-  
næ. Secundum Mathematicos  
qui dicunt etiam inimici-  
tias ex fato descendere. Vnde  
ista coniunxit fatum & scelus  
Helenæ, per quæ ibi mors cō-  
tigit. ¶ Monumenta. Sermo  
medius, dictus ab eo quod  
moneat mentem. Vnde est hic  
de malis. Ecce in tertio. Ma-  
num

¶ Atq; hic Priamides. ¶ Nihil o tibi amice relictū ē: DE.  
Omnia deiphobo soluisi, & funeris vmbris:  
Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacæ-  
næ  
His merere malis, illa hæc monumenta reliquit.  
Nanq; vt supremam falsa inter gaudia noctem  
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est:  
Quum fatalis equus saltu super ardua venit  
Pergama, & armatum peditem grauis attulit alio:  
Illa chorū simulans, Euanteis Orgia circum  
Ducebat Phrygias, flammam media ipsa tenebat  
Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.  
Tum me confectum curis, somnoq; grauatum

PO.

num tibi quæ monumenta  
meorum. ¶ Egerimus. ) Ri-  
tri necessitate corripuit. ¶ Me-  
minisse necesse est. ) Cicero,  
Cui placet, obliuiscitur: cui do-  
let, meminit. Ergo quia dolet,  
meminerit necesse est. ¶ Fatalis.  
(Mortifer: vt, Fatalisq;  
ensem. ¶ Super ardua vēit Per-  
gama. ) Aut q̄ in arce est po-  
situs: aut quia deiectis mu-  
ris supra tractus est. ¶ Gra-  
uis. ) Grauidus. vt, Grauis ten-  
tabunt pabula scetas. Supra  
autem dixerat, Fœta armis.  
¶ Euanteis. ) Euanteis Phry-  
gijs: aliter non stat versus. E-  
tas

teis autem Bacchantes: a Libero qui Euan dicitur. Chorum autē ait multitudinē in sacra collectā. ¶ Circūducebat.) Diuisit in duos versus vnam partem: sed ideo quia est composita. Lyrici vero etiam incōpositam partē orationis in duos diuidunt versus. ¶ Confectum curis.) Atq; vacauerat gaudijs: sed illud ostendit quod ait Statius, Stant veteres ante ora metus. Nam curae seiebantur suo impetu ex pristino bellorū tumultu. Alij hanc ipsam curam volunt: quod habebat coniugem perniciosam maritis. Vnde sequitur, Egregia interea cōlux, per Itoniam. ¶ Vocat Me-

Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem  
Dulcis & alta quies, placidaq; simillima morti:  
Egregia interea coniux arma omnia tectis  
Emouet, & fidum capitis subduxerat ensem:  
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit.  
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,  
Et famam extingui veterum sic posse malorum:  
Quid motor? irūpuit thalamo comes additur vnā  
Hortator scelerum Æolides (dii talia Graiis  
Instaurate, pio si pœnas ore reposco)  
Sed te qui viuum casus, age fare vicissim,  
Attulerint: pelagi ne venis erroribus actus?  
An monitu diuum? an quæ est fortuna fatigatē,  
Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires?

nelaum & limina pandit.) Antē pandit, & sic vocat: vt. Subeunt luto fluitumq; relinquunt. ¶ Id magnum sperans fore munus amanti.) Putauit se vitia præterita præsentibus posse celare, qd̄ etiam sequens indicat versus. ¶ Æolides.) Vlysses quia vbiq; talis inducitur. Nam Antichilæ filius est, quæ ante Laertæ nuptias clam cum Sisypho Æoli filio concubuit. Vnde Vlysses natus est. Hoc ei etiam in Ouidio Ajax obiicit, Quid sanguine cretus Sisyphio. Alij Iliidem legunt, de quo nusquam legimus. ¶ Si.) Siquidem. ¶ Vicissim.) Quia ipse narrauerat. ¶ Pelagi ne venis erroribus actus?) Non ad inferos, sed ad locum in quo inferos descendit: est ad Auernum, si intra terram sunt inferi. Alij altius intelligunt, qui sub terra esse inferos volunt secundū chorographos & geometras, qui dicunt terram quæ pondus esse, quæ aqua & ære sustentatur: qd̄ si est, ad Antipodes potest navigatione perueniri: quia quantum ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est qd̄ terram esse inferos dicimus: quæquam illud sit, quia nouē dicitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam vento allatam ab Antipodibus, quæ habet, Superi inferis salutem. qua occasione tractat reciprocum hoc quod diximus supra. Nam prudentiores etiam animas per *τὴν ἐπιπέδου* dicunt ad alterius climatis corpora transire: nec in eo orbe versari in quo prius fuerint. vnde ait Lucanus, Regit idem spiritus artus Orbe alio longæ canicis hic cognita vite. Sciendum tamen Homericum esse. Nam & illic Elpenor similiter Vlysses interrogat. ¶ Sine sole domos.) Non est contrarium, solēq; suum sua sydera norunt. Illud enim de campis Elvysis dicit.

## DONATVS.

¶ Atq; hic priamides.) Intelligitur respondit. ¶ Nihil o tibi amice relictum.) Hoc est, plene gratias agere, vt quod æneas asseruit munus factum iuxta illius exequias, propterea, quia corpus eius inuenire non potuit. deiphobus diceret satis abundare, quod factum est. primo q̄sijt gneas, quis autor fuisse deformatis eius, dehinc retulit se constituisse ei sepulchrum honoris cā. sed illic cū responderet, quoniam supremæ honorificentiae potior fuerat causa. huius primo respondit, ostendere se gratias agere beneficij eius. deinde redit, ne ferret, quis poenarum i toto corpore autor videretur extitisse, vel quo ordine fuisse tanta perpeffus. Incipit ergo seriem referre gestorum. ¶ Sed me fata mea &c.) Duo, inquit, detestanda in vnum conuenerant, tempus, & fatum satis aduersum. his accesserat vxor pessima, quod ait lacę, illic constituit omnem vituperationem. ea enim, & in omnibus probrosa significatio. si enim sinonem vel vlysses dixeris, mox mendacē hominem vel factiosum offendis. si a gentibus, vel locis, vel parentibus tradere volueris nomen, mox dabis intellectum, bonus ne quisq; an malus videatur. a gentibus, vt est. Infandum regina iubes renouare dolorem. Troianas vt opes & lamētibile regnum Erucint danai. a locis, Hicithacus vatem magno calchata tumulū a parentibus, Bellum etiam pro cede bouum, stratisq; iuuenis Laomedontiadæ. hæc & laudibus obseruanda sunt. a regionibus, vt est, Postquam res afixæ. a locis. dicitur dardanide, hoc est nati in dardania. a parentibus, Sate sanguine diuum. Ita est ergo, & lacę, quasi omnes, quæ inde oriuntur, tales sint, vt decipiant maritos, & fallant. Expletis principijs in quorum breuitate, & psonam expressit, & causam. incipit malorum ipsorū præstare rationem. dicitur igitur, & dormiens deceptus fuit, præterdit excusationem, ne viro fortissimo vel maxime tēpore criminofum esset sic dormiuisse, vt supplicijs innumeris opportunum se faceret.

Hic

Hic ergo, loci, tēporis, & personæ ratione seruata tuę partes suas, & vxoris grauat. ¶ Nāq; vt su. f. i. g. noctem.) Fecit noctis commemoracionem, & adiecit signa eius, vt apertius æneas agnosceret, de qua nocte ille loqueretur. Supremam dixit, quia ipsa cōclufit exitiū troiæ, & ilienis imperij. Addidit aliud, quom gauderet, iquit, omnes, & ego cum omnibus, quo tempore iter gaudia nihil speraretur aduersi, rediit ad signa. ¶ Cū fatalis equus.) Ecce significat tempus meministi, inquit, noctis illius. quoniā mala in obliuionem venire non possunt. Tunc cum equus ille

ultimū nobis & patriæ interitum ferret, & nostras duceret in portas, ac nobis nihil aduersi suspicantibus inimica gratulatio esset. ¶ Illa chorū. f.) Hoc est cōm se nobis congratulationem habere confingens. ¶ Ouantes. o. c. Du. phrygias.) Ad pulchritudinem mulieris, phrygias dicit, & ludū fingere, græcis vocatis e summo arcis face, quæ ipsa tenebat ardentem, nec supra nomen eius propter odiū nimium dixit, neq; hic eam nominauit, vt helenam diceret, sed dixit illa, dixit lacęna. ¶ Tū. m. c. curis.) Quū me, inquit, cura & fatigatio corporis, tempusq; duxisset in somnū, iacebam in cubiculo meo, & infelix thalamus tenebat dormientem. bene infelicem thalamū dixit, quū malo fato talem duxisset vxorē: vel in quo tot supplicia pertulit. Hęc facta sunt, inquit, quū me alta quies tenuisset, & iacerem pro mortuo, grauius dormire cogitationibus fractus, & estibus animi fatigari etiam salustius dicit, Vt animum, inquit, ægrum solet, somnus capiat. hæc asseruit dei phobus, quæ non fuerunt criminosa viro forti. quid enim metueret eo tempore, quo publica letitia fuit? Cur non dormiret, quū nox quietem suaderet? quid formidinis gereret constitutus in cubili suo. excusauit ergo plenissime se, & ab omni reprehensione discreuit. q̄ alto sopore dormierat temporis scilicet & loci commemoratione decursa, venit ecce, vt ostēdat prorsus, nihil se metuerē debuisse. ¶ Egregia. i. c.) Nec hoc loco dixit, nomē eius, sed, quod est grauius, matrimonij vocabulū posuit sanctum, & religiosum, & quod inuolūtū deberet existere. nec ademit ei quod fuerat, vt eo detestabilior teneatur, q̄ cōiugij fœdera sic diripuit, ac prodidit. egregia interea coniux. quū dicit egregiam, sequentia probant, non laudis, sed vituperationis causa positū. potuit enim & laudem significare. ¶ Arma omnia. t.) In sceleribus erudita, primo, inquit, omnia mihi arma subtraxit, & ipm̄ ensem, in quo habere potui vltionem fidam salutis meę, hoc consilio, vt si infidias sensissem, subsidiū mihi defensionis non suppeteret. ¶ Intra tecta vocat. m.) Coniunx, inquit, & nō dixit mea, perindeq; multoq; fuit enim melius dehinc paridis, & tūc deiphobi, quæ nec ipm̄ carū habuisset, cui primo fuerat iuncta. quæq; nesciret vxoris affectū, hostem cōmunem omnium & specialiter meū in exercitum cubiculū misit, velut satisfactura ei pro veteribus sceleribus suis, cui primo mutauerat fidem, & supplicijs meis pœsatura, quæ detestanda cōmiserat. quasi violata matrimonij sanctitas emendationem illam posset admittere. Ferē enim cum cōsensu proprio per imaginariū raptum eam cū paride ad troiā peruenisse. deniq; sit huius rei & in primo libro commemoratio, hoc modo. Munera præterea iliadis erepta ruinis ferre iubet, pallam signis, auroq; rigentem, Et circūtextum croceo velamen acātho, Ornatus argiue helene, quos illa mycenis Pergama cū peteret concessosq; hymenēos. Extulerat, matris ledę mirabile donum, quæ vtiq; non ferret, nisi dispositū habuisset discessum: quod ipsum & sic virgilius monstrat. Pergama, inquit, cum pergeret, in concessosq; hymenēos peteret, dixit non vt per raptum abstraheret: sed vt consensu proprio iunctam esse monstraret. peteret bis accipiendum est, licet semel positum videatur. Ipso verbo salustius vsus est, quom diceret. Libido accensa sic, vt sepius peteret viros, q̄ peteretur. hoc genere, & hic intelligendum est, pergama cum peteret, inconcessosq; hymenēos peteret. vt si, ne aliquaviolentia ad paridē vel ad troiam venisse noscat. hoc, n. vult firmare Virgilius ex persona deiphobi, nullā fidem illam seruare tertio marito potuisse. quia nec primo eam valuit exhibere, vt probaret, quod supra dixit. Egregia interea coniux. qm̄ con-

Virg.

AAA

ij

sucuerat

stuerat maritū fallere & fallendo decipere. ¶ Quid moror: irru-  
puit. (Hoc est cum violentia erumpit. ceterum si vis non esset,  
ingrediuntur nō fuerat dicendū. Intelligentum est etiam ipsam  
cum ipsis fuisset, quoniam nesciebant vbi deiphobus requiesce-  
ret. ac sola vxor poterat nosse. ¶ Th. co. ad. vna.) Vxor pessima, &  
maritus proprias iniurias gemens, æolides autor malorū, & hor-  
tator scelerū in vnum, inquit, conuenerant in perniciem meam.  
¶ Dij talia graijs &c.) Pulchram fecit apostropham, & multa con-  
tinent. sōli ait, dij potestis esse huius sceleris vindices, quo inno-  
cens peris, qui talia repondatis graijs qualia in meam exercuerūt  
perniciem: graecos generaliter maledictio suo collegit: non quo  
omnes ipsi mala intulissent: sed vt genus ipsum penitus iteriret.  
vnde talis vxor, & tales inimici tam sæui tamq; crudeles, viderē-  
tur exortī, inuasisse in cubiculum retulit, & prætermisit, quæ con-  
secuta sint: vel quia in promptu supplicia fuerint, quæ illis sæuē-  
tibus pertulit: vel quia malo-um ipsorum relationes horrebat.  
Quippe melius fuit præterire superflua, q̄ referre dura, & q̄ esse  
rebant aspectibus. potest tamen, quæ poeta non complexus est  
verbis, videri demonstrasse deiphobū, quū diceret, dij talia graijs  
instaurate. vtq; talia, quæ sibi illata monstrabat: ecce respondit  
propositis, dixit quod quæ fuit æneae, qui esset pœnarum autor.  
quid autem factū esset, quoniam aspectibus suberat, dictum non  
est. ¶ Sed te, qui viuū casus &c.) Audisti, inquit, casus meos: etiā  
ipse vicissim refer, casus ne te ad inferos viuū miserint. an dij cō-  
pulerint adire tenebras, an fortuna hoc etiam tibi laboris impe-  
gerit, vt loca tristia & sole carentia penetrares, & quæ nihil aliud  
præter caligines habeant: quæsiq; ista deiphobus fecit æneae respō-  
sionem optimo cōsilio poeta præterijt, ne rebus propter quas  
uentum fuerat mora prolixior fieret. vel ne repeterentur ea, quæ  
superius dicta sunt: sed nec æneam fecit negasse responsū. inter  
uenit enim interdicio sibyllæ: quæ cū videret diem labi fabulas  
omnes & moras abscedit. tamen dat illi humanitatis ptes iustas.

ASCENSIVS.

¶ Atq; hic Priamides.) Ponit responsū Deiphobi, idem asserē-  
tis, videlicet amicum esse, & pium virum: talis enim vbique idu-  
citur propter Cæsarem, vsq; ad pœnitentiam clementem. Docet,  
quomodo sic lacer appareat. Circa quem locum dicit Dona-  
tus sic. ¶ Illa.) Propter odiū nomen non posuit: sic supra, Lacæ-  
næ dixit. ¶ Infelix thalamus.) Vel qa in eo, talem habui vxorē:  
vel qa ibi, tot supplicijs sum affectus. ¶ Coniux.) Ex hoc noie, de  
testabilis scelus facit: qd' violatum sit coniugū, quod sacru esse  
oportet. Coniux: non dixit, mea: sed quæ multorū fuisset: neque  
se amaret. ¶ Dij talia Graijs.) Pulchra apostrophe: & multa conti-  
nens. Offendit autem tanti sceleris, solos deos vitores esse posse.  
¶ Age fare.) Querit optime Deiphobus: sed Poeta, optimo consi-  
lio abscedit rñsionem, ne dicta iteꝝ dicenda sint. Hæc ille. ¶ Or-  
do est. Atque Priamides, scilicet Deiphobus, supp. respondit, aut  
loquutus est: hic, idest ad hæc dicta Æneae: o amice, nihil reliquū  
est tibi, idest a te: tu soluisi Deiphobo omnia, scilicet quæ perso-  
uere amico poterat: & vmbriis. i. simulachris funeris: quia verum  
funus esse non poterat: sed mea fata, idest mala, ex fato, p̄uenien-  
tia: aut ad quæ natus mihi videor mala: & scelus exitiale. i. perfi-  
dia execrabilis. Lacnæ. s. mulieris, hoc est Helenæ, merere me  
his malis: illa. s. scelestæ Lacnæ: reliquit hæc monumēta, idest me-  
moriam sui, factura stigmata, nanq; tu nosti: vt, idest qualiter,  
nos egerimus supremam noctem, idest magnam partem supre-  
mæ noctis: inter gaudia falsa. i. deceptoria: quia sperabant Græ-  
cos abiisse: & ideo gaudis, ac vino indulgebant: vnde dictum est  
in. ij. Inuadunt vrbem somno, vinoq; sepultam: ac, necesse est, ni-  
miū meminisse, idest nos memores esse: quod de Deiphobo ma-  
nifestum est, de Ænea quoq;: quia dixerat in. ij. de malis Troiæ:  
& quorū pars magna fui: quum equus fatalis. i. fati volentibus  
nobis, fatum. i. exitium ferēs: venit saltu. i. saluū quodammodo:  
qa ruptis muris super Pergama, idest moenia Troiana: ardua, id  
est valde alta: & tamen equus, adhuc altius extollebat caput: &  
ipse

SERVIVS.

¶ Hac vice sermonum.) Hæc  
sacra, vt diximus supra, præter  
vnius diei spatium non tene-  
bant, vnde veretur Sibylla ne  
inanius fabulis datum, id est  
statutum & legitimū tps tera-  
tur. quod aut dicit, Aurora me  
dium axem traiecerat: illud o-  
stendit quod secundum Tuscos  
dici

¶ Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis POE,  
Iam medium ætheri cursu traiecerat axem:  
Et fors omne datum traherent per talia tempus:  
Sed comes admonuit, breuiterq; affata Sibylla est.  
¶ Nox ruit Ænea, nos flendo ducimus horas: SIBYL.  
Hic locus est, parteis vbi se via findit in ambas,  
Dextera, quæ Ditis magni sub moenia tendit:


ipse equus grauis, idest foetus: attulit aluo, idest in aluo sua, pedi-  
tem armatum: quia dictum est: Vterumq; armato milite com-  
plent. Illa, scilicet nota adultera, & fundi nostri calamitas Hele-  
na: simulans chorū, idest choream bacchātium, præ læticia: du-  
cebat Orgia, idest festa Bacchalia: quæ noctu fiebāt: inter Phry-  
gias, scilicet matronas. Euanteis, idest bacchantes: & Bacchū (qui  
Euan dicitur) inuocantes. Ipsa, quasi dicat, in propria persona,  
existens media. i. princeps Bacchantium, tenebat ingentem flam-  
mā. i. facem: & vocabat Danaos ex summa arce: dato, scilicet in-  
dicio flammæ, quod & nauis dari solet. Thalamus infelix, idest  
qui me infelicem fecit: thorus, scilicet coniugalis cum Helena: ha-  
buit me tunc confectum curis. s. longi belli præteriti: & somno  
præsentī, propter præteritas vigilias. (Et bene dicit, habuit me: &  
nō ego habui: quia qui coactus, & oppressus cubat, haberi potius  
videtur, q̄ habere.) & quies dulcis, & alta. i. profunda, & simili-  
ma morti placide, idest tranquillæ: postquā tranfacta est: aut iam  
matura, pressit me iacentē, idest profundissime obdormiui. Con-  
iux egregia, idest insignis: sed malignitate, aut ironia est, quasi di-  
cat: quæ egregia putauimus, qui pro ea tot bella subiimus: nemo  
uet interea tectis, scilicet meis, omnia arma: & subdixerat. i. sub-  
riperat, & clam abstulerat, capiti. s. meo: sensum fidum. s. cūlo-  
de virorum fortium: nam ob timorem eius, nemo eis inuadere au-  
det: & vocat Menelaum. s. primum maritum suum, in tra tectas  
& pandit. i. aperit: limina. i. ostia, quæ sunt super limina. Scilicet  
cum ironia, amara: sperans id fore amanti. s. Menelao: magnum  
munus. i. obsequium, aut beneficium: & famam. i. infamiam ve-  
terum malorum, posse extingui. i. deleri: sic. i. per tale munus.  
Quid moror, idest ad quid te plurib. suspensum teneo: ipsi. s. Græ-  
ci innumeri: irrupunt. i. vi irrunt: thalamo. i. in thalamum nos-  
trum: Æolides. i. nepos Æoli, filius Sisyphi, videlicet Vlysses (q̄  
per contemptum, Æolides dicitur, quasi ex stupro genitus, non  
ex Laerte matrimonio, vnde De canu Syrenum, Sanguine Sisy-  
phio generatus vultus Vlysses.) hortator, idest instigator: sceler-  
um, idest sceleratorum facinorum: additur, scilicet alijs, comes:  
vna, idest pariter: o dij, instaurate, idest instar illius: facti reddite,  
hoc est ad æqualitatem poenæ: Graijs, idest Grecis: talia, scilicet  
facinora: si ego repolco poenas ore pio, idest infonte, & quo deos  
colui. Sed age fare, idest eloquere: & dic nobis vicissim, qui casus  
attulerint tē viuū: ne, pro an: venis aclus erroribus pelagi: an  
monitu diuum: an quæ fortuna fatigat te: vt adires. i. adire cō-  
pelleris, domos tristes, & loca turbida sine sole: huius interroga-  
tionis responsio, prius habita est: & ita non respondet Æneas, vt  
tante Sibylla.

P. TERIVS.

¶ Atque hic Priamides.) In Roma. cod. & in quibusdam alijs  
admodū antiquis, legere est, Ad quæ Priamides. In Long. Ad  
quem quorū vtrūq; pluribus magis placere video q̄, qd' in vul-  
gatis habetur exemplaribus. ¶ Relictū est.) In nullo ex his veter-  
ribus codi. inueni verbum est: quæ phrasis magis Virgiliana vi-  
detur, itur. ¶ Grauis attulit aluo.) In Roma. cod. aluo, legitur.  
Sed magis placet, aluo: vt in alijs habetur, & in. ij. eodem modo  
dictū. Nota conduntur in aluo. ¶ Coniux.) Dictum iam, neq; cor-  
di. antiquos, neq; veteres inscriptiones, vllā huic nomini scriben-  
do legem præfixisse: veteres tamen grammaticos, vx, literis, vt  
nux, terminandam id adnotasse. ¶ Irupit thalamo.) In Roma.  
codi, ac plerisq; alijs, inrumpunt thalamos, accusatiuo casu legi-  
tur: sed, thalamo, dandi casu, magis poeticū videtur. ¶ Additur  
vna.) In cod. antiquis pene omnibus, additus participij, non ver-  
bi voce scriptū est, additur: tamen non displicet. ¶ Dij talia Gra-  
ijs.) In antiquis codi. & di, & Graijs, vnico tantū, notata sunt: de  
quibus alibi. ¶ Pio si poenas.) In Ro. codi. pios, legitur, sed id li-  
brarij potius imperitia, q̄ ita quæ legendum autem est. ¶ Age fare  
re vicissim Attulerint.) In anti. aliquot, Attulerint, finitimo modo  
habet: & (age fare vicissim,) per interpositionem: sequitur enim,  
Pelagi ne venis: non venias: quāquā puncta ipsa, figuram eloqua-  
tionis mutare possunt.

diei ortus est a sexta dei hora.  
Ortus enim diei habet Auro-  
ram. Donatus tamē dicit Au-  
rorā cū quadrigis positam, So-  
lem significare. ¶ Breuiterq;.)  
Quod congruit moram ob-  
iurganti. ¶ Nox ruit.) Si per  
diem sacra celebrantur, Ruit  
est iminet: si per noctem. Fu-  
nitur. ¶ Flendo.) Proprie, nam  
& lachrymæ

Ordo.



& lachrymæ & gemitus fuerant. Finis in ambas.) Compensiosius, q̄ si duas diceret. Poteramus enim etiam tertiâ sperare. Sic Sallustius, inter secundum atq; vltimum bellû Carthaginense, non ait tertiû. Iter Elysiûm.) Ad Elysiûm: de quo diximus suprâ. Malorum.) Impiorû: vt Multa malus simulans, vana spe lufit emantem. Impia tartara.) Vbi

Hac iter Elysiûm nobis, at læua malorum  
 Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.  
 Deiphobus cõtra. Ne læui magna sacerdos,  
 Discedam, explebo numerum, reddarq; tenebris.  
 I decus, i nostrum melioribus vttere fatis.  
 Tantum effatus, & in verbo vestigia torfit,  
 Respicit Æneas subito, & sub rupe sinistra  
 Mœnia lata videt, triplici circumdata muro,  
 Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis  
 Virgi.

POE.

DEI.

POE.

Vbi puniuntur impij. Ne sæui.) Ne irascere. Terentius, Ne sæui tantopere: & antique dictum est. Nam nunc ne scuias dicimus: nec imperatiû iungimus aduerbio imperantis. Explebo numerum.) Vt diximus suprâ, Explebo est minus am. Nam ait Ennius, Nautibus explebant sese, terrasq; replebant. quem Caper secutus cum de prepositione ex, tra  
 Aaa ij clarct,

staret, hoc exemplum posuit. Sensus ergo est, Minuum vestrum numerum, & reddat tenebris. Nam circa Æneam & Sibyllam aliquid lucis fuisse intelligimus: quippe circa viuos. Vnde paulo post, Respicit Æneas subito. Et reliqua. Alij Explebo, male putat complexo esse, vmbraarum scilicet, a quibus discesserat, numerum. Alij

Explebo numerum, dicunt esse finitum tempus statutum purgationi, & in corpus recurrant: vt hoc sit. ¶ Reddatq; tenebris. ) Nā legibus, Clausa tenebris & carcere cæco: vt sit sensus, Traceris mihi quasi homo: nōne & ego homo futurus sum? Alij dicūt cur iraceris: in locis his sum quidū vitæ per vim erepta. expleam tēpus: pōst tenebris, id est meis sedibus reddat. Sed hæc omnia, cōgrua loco non esse manifestum est. Non enim intelligere possumus, Sibylla aliud volente, scilicet vt abscederet, Deiphobum ad aliud respondisse. ¶ I decus nostrum) Aut, I d decus nostrum, vt re melioribus satis, inferos scilicet cōparatione: quia ait supra, An quæ te fortuna fatigat. Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires? Aut certe, I decus, & satis vt re nostrum melioribus: id est quā aut ego aut tu habuimus. ¶ Mœnia lata videt.) Tartarum dicit, quem vult esse carcerem inferorum. Quod autē ait Lata, nocentum exprimit multitudinem. ¶ Triplici circumdata muro.) Valde munitum indicat locum. ¶ Torquet,) Trahit, voluit, ¶ Porta aduersa ingens.) Distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis. ¶ Solidoq; adamante.) Lapis est durissimus: & tantæ soliditatis, vt nec ferro possit infringi. ¶ Vis vt nulla virum.) Virum nō ad sexum retulit, sed ad virtutem: hoc est virorum fortium: vt Cicero. Virum res illa que prebar. cum de viro forti diceret. Per hoc autem ostendit nullum de tartaro ad superiores posse temere, ne nimum quidem fauore. ¶ Stat.) Emittet. Auras autem inferis congruas intelligamus. Statius de Mercurio ait, Pigre auræ eius impediēbat volatum. De illo enim loco multi querunt.

## DONATVS.

¶ Hac vice sermonum.) Dum vicissim, inquit, fabulas conferunt. iam exactus fuerat medius dies. ¶ Et fors. o. d. t. p. r. t. e.) Sic libenter verba miscebant, vt dies illis non sufficeret. ¶ Sed. c. ad.) Sibylla, quæ ideo æneæ fuerat iuncta, vt in omnibus instrueret ignorantem, commouit breuiter fabularum prolixis tractatibus occupatum, intelligens totum diem minimis posse consumi. vñ est igitur breuiter sermo, ne moras, quas remouere cupiebat, ipsa plurimum loquendo nutiret. ¶ Nox ruit, ænea.) Necessitate complendi actus, cuius causa venerat, æneas non respondet deiphobo. Quare sibylla breui sermone monuit ipsum, atq; id ne ad æneæ vitium vel ipsius pertinere videretur, defensionē sumpsit a tempore. atq; ita, vt hanc non longo, vt dictum est sermone produceret. nox ait, ruit ænea. ecce tempus fuit in causa, quod lahi non debuit propter noctis incertum. quid enim intelligendum est in eo, quod dixit, nox ruit: nisi quod diximus, quia sine ipso impedimento, nox eadem venire non poterat. nos autem fendo dicimus horas. hunc potest admittere intellectum, quasi diceret, ad quem vitam a se libus commodis aut vtilibus teneremur. nunquam rebus perditis lachrymæ profuerūt. fies. quid inde vtilitatis proueniet necessario tuo? quid stetum prolixitas dabit? quum longum non sit, quidquid sine concluditur: quapropter fiat impulsu temporis, quod inuitis nobis ipsa necessitas iubet. ¶ Hic locus est.) Incipit ei futurum iter demonstrare, in quo ex via enata altera fuit. honestissima locutione vsus est, dicendo, in ambas, quasi diceret in duas, & sic est intelligendum, vt ambas vias dixerit, quæ essent natæ ex vna. subnectit dehinc vtriusq; vigationem: ne alteram sequens, alteram habere videretur incognitam. ¶ Dextera, que ditis. m. f. m. t. e.) Quum bona dexteri itineris his diceret dictis, tetigit nomē tm, ppter narrationis compendium. De elyphis autem campis discretione quibus iustorum putatur fluxisse, hanc partem non omisit, sed meliori occasione monstrauit. quum enim diceret. At læua malorum exercet poenas & ad impia tartara mittit: procul dubio patefecit i. dextera parte animas morari iustorum. ex persona sibyllæ virgilius ostendit animas iustorum locis ac regionibus esse discretas, nec inter animas impiorum collocari. nunc sequitur partem, vt genera separet locis, singulaq; distinguat. ¶ Deiphobus contra.) Ne, inquit, te moueas ulterius optima sacerdotum, si tibi, quod agimus, non placet. iā

Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.  
Porra aduersa ingens, solidaq; adamante columna:  
Vis vt nulla virum, non ipsi excindere ferro  
Coelicola valeant: stat ferrea turris ad auras,  
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta,  
Vestibulum infomnis seruat noctesq; diesq;  
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare  
Verbera, tum stridor ferri, tractaq; catenæ.

recedam expleturus numeri, quem abeundo minuerā, & tenebris iterum reddat. ¶ I decus, i nostrū.) Cum duobus locutus est diuerso genere. placuit iratam vatem, & æneæ felicia optauit, & prospera. sed magna breuitate sermonis, ne loquendo plurimis moras ne daret, quas reprehenderat sibylla. ¶ Respicit æneas sub-

to &c.) Descriptio loci questionibus & supplicis recte contenti, nam triplici muro fuerat clausus, ne reis labendi atq; euadendi subesset occasio. portæ eius tam dura, & tam fortes erāt, vt neq; humana neq; deorum virtute superari possent, etiam si belli certamen existeret. omnia fluuius clauserat, saxis & verticibus flammis meis copiosus, qui transiri propter rapacitatem, & saxa quæ voluebat, propterq; incendia nō posset. turris illic fuit educla in altitudinem nimiam, tā fortis, vt ferreis saxis videretur extructa: in foribus furia fuit, egressus diligenti cautela custoditur, die nocteq; continue peruigil, flagellis terribilibus, & armata serpētibus, quid illic non cruentum non triste esse potuisset? vbi nihil gereretur, nisi quod tormenta monstraret, aut poenam deniq; gemitus & sonitus verberum & tractarū catenarum stridor auditus, quid intus gereretur, euidentissime nuntiabat.

## ASCENSIVS.

¶ Hac vice &c.) Recitat quō increpante Sibylla, quia tempus negotio suo debitum fando, nequidquā cōtereret derelicto Deiphobo, Æneas tartara præter graditur, ad Elyfium tendēs. Vnde Do na. ¶ Sed comes.) Quæ illi propterea iuncta fuit, vt omnibus instrueret ignorantem. ¶ Breuiter.) Ne longitudine sermonis tempus tereret, quum ipsa breuitatis admoneret. ¶ In ambas.) Hæc est loquutio, in ambas, potius quā in duas: intellige enim quod ambas vias dixerit, quæ essent natæ ex vna. ¶ Melioribus vt re satis.) Placuit Sibyllæ & Æneæ felicia ominatus est. ¶ Mœnia lata videt.) Locum describit idoneum coercendis reis. Primo, triplici muro clauditur: ne facile euadere possint. Portæ ita sunt robustæ, vt neque diuina vi, neque humana possint frangi. Postremo omnia fluuius claudit: qui & saxis, & fluminis transitum prohibet. Hæc ille. ¶ Ordo est. Aurora traiecerat roseis quadris, qui bus, scilicet inuecta erat: hac vice, id est durante hac vicissitudine sermonum: iam axem medium, in, supp. cursu æthereo, id est quæ facit in ethere: non illic, id est iam apud superos, erat medium notis: & siquid esset diei apud inferos medium diei: vnde quia nox est vna, omnia debebant peragi, quæ peragenda erant apud inferos, vt quum sequente sole ad superos redeant: & vt per insomnia hæc omnia acta peritioribus significentur, dicit: quia medio peracto apud inferos die: & apud superos, nocte: quia Aurora medium cursum peregerat, quæ primo mane oritur: admonitū esse Æneam a Sibylla, vt ad cetera properarent, quorum immemor videbatur, quia addit, Et fors, id est forte: ipsi traherent, per talia, scilicet colloquia: omne tempus datum, id est cōcessum eis apud inferos esse: sed comes, scilicet Sibylla, admonuit & affata est, supp. Æneā, breuiter, scilicet pro negotio: ne quod carpit, committat. Dicit ergo, o Ænea, nox ruit, id est imminet apud inferos, & desinare incipit apud superos. Nos ducimus, id est absumimus: horas, scilicet multas, fendo, quasi dicat, ea re opus nō esse tunc temporis: hic locus est, vbi via findit se, in ambas partes. i. hic est biuium, cuius altera via, scilicet dextra, tendit ad locum beatæ altera, scilicet læua, ad loca in æternum damnatorū. Dextra, sup. est, quæ tendit sub mœnia magni Ditis, id est Plutonis, qui diuitias suas apud inferos habet: & (vt superius ex Macrobio allatū est) tunc primum diuites putantur aīæ, quæ erant receptæ in regna Plutonis, in Elyfios. s. campos: nam habet idem Pluton, etiam reorum, ac noxiōrum carcerem, videlicet tartara. Hac, scilicet per dextera, est nobis iter Elyfium. i. ad Elyfios campos. At, id est sed: læua. i. sinistra: exercet poenas malorum, & mittit ad tartara impia, id est in quibus sunt impii: & nullus est pietatis locus: Deiphobus, sup. loquutus est: cōtra, id est contrario, o magna sacerdotum ne seui, pro ne seuias, id est ne nimium exandescas oro: ego dices dam, scilicet a vobis: & explebo numerum, scilicet quo manes mei corpori debentur. (Dicitur, n. Macrobius, in De somnio Scipionis, vt dictū est illic, Tristisq; senectus animas sociari corpori bus quibusdam numeris: qui numeri dum supersunt, perseuerant corpus animare: quū vero deficiunt: mox arcana illa, vis soluit, qua societas ipsa sostabat: aīa aut ipsa non deficit, quippe quæ imortalis,



talis, atq; perpetua est: sed impletis numeris, corpus fatiscit. Vñ hic dicitur: Explebo, idest perficiam numerum, quo corpori obnoxius est spūs.) & reddat tenebris, idest vmbis corporis mei. I. i. vade, & ingredere: I (inqt) nostrum decus, vt ere melioribus satis, q; scilicet ipse vsus sim. Ipse Deiphobus effatus est tantum, idest dūtaxat hoc: & torfit vestigia in verbo, idest simul cum vltimo verbo, auertit se: Aeneas respicit subito: quia loquendo eo, p ductus erat quasi ignorans: & vidit sub rupe sinistra, idest quæ erat in sinistra parte: quæ aspera, & ruposa est in vertice, vt in litera Pythagoræ dictum est. mœnia lata circumdata triplici muro: que, scilicet mœnia, amnis rapidus, idest velociter arripiens, scilicet Phlegethon. i. fluuius ille: tartareus. i. in tartara tendens: ambit l. circumfluit: flammis torrentibus. i. concremantibus: nam ab ardore dicitur Phlegethon, vt dictum est: & torquet. i. impellit: saxa sonantia. i. ex ipetu: porta aduersa, sup. est ingens. (Nullum est epitheton, quod frequentius cum alio ponat sine copula, Maro noster: ac nomen ingens, sicut monstrū immane ingens, &c. qd' ideo forsitan facit, quia ingens habet vim aduerbii, significans quasi sine gente. i. exemplo, aut genere: sicut ergo vitiosum non est, porta aduersa: sine exemplo, aut genere: ita nec porta aduersa ingens p̄cipue, hic quia verbū interponitur sic Porta aduersa est, sup. ingens) & colūnæ sunt solidæ. i. firmæ, & integre, sup. ex adamante. i. lapide illo durissimo: vsq; adeo vt nullavis. i. nullum robur virum. i. virorum sortium, hoc est nulla vis humana, nō ipsi coelicolæ. i. cœlum colentes: valeant excindere, sup. eas ferro, ga sanguine hyrcino dūtaxat, secatur adamas: sed licet ad naturam lapidis

## SERVIVS.

Quis tantus plangor ad auras? Et Pollio dicit Aeneæ & Siphyle, quas illi secum traxerāt: cum constet esse etiam illic auras. Exaudiri. Exaudiebantur. Tractatq; catenæ. Et genitius singularis potest esse, & nominatiuus pluralis. Strepitumq; exterritus hausit. Hausit & exterritus est. Hypalage ergo est. Scelerū facies. Species: vt supra, Vifa maris facies, & non tolerabile numen. Nulli fas casto. Pio. Et hæc responsio ostendit Aeneam quod voluisse ingredi. sed quasi pium prohibitum. Insuper illam rem dicimus, non illi rei: quod qui dicunt, decipiuntur propter Insuper illi rei. Sed me. Quia occurrebat, Vnde ipsa cognouisti: Deum pœnas docuit. Aut quas dñ nocentibus staturunt: aut Titanum, quos legimus deos ex terra progenitos. Aut re vera dicit pœnas deorum. Fertur nāq; ab Orpheo, qd' peierantes per Stygē paludem, nouem annorū spatio puniuntur in Tartaro. Vnde ait Statius, Et Styx periuria diuum Arguit. Rhadamāthus. Rhadamāthus, Minos, & Æacus filij Iouis & Europæ fuerunt: qui postea facti sunt apud inferos iudices. Subigitq; fateri. Compellit ad confessionem. Furto lætatus inani. Latebra non valde profutura: quippe quæ fuerat publicanda post mortem. Distulit in seram. Grauem, vt, Serum bellum in angustiis futurum. Sallustius. Piacula cōmissa. Propter quæ expiatio debetur. Accincta flagello. Aut hoc dixit quod videmus: quia qui longo flagello vitur, vt id post ielium in se reuoluat, necesse est. Aut Accincta dixit instructa, ad verbera scilicet id est nocētes flagello quatit ipsa pparata. Agmina sua sororū. Aut impetus: aut de Harpyis dixit: aut serpente agmina pro comis hnt. Tum demū horrisono stridentes cardine sacre Panduntur portæ. Mittunt inquit post verbera ad æternum supplicium. Et est secutus ordinē iuris antiqui. Nam post habitam quæstionē, in Tullianum ad vltimū supplicium mittebatur. Alij hoc à poeta dictum volunt, vt illa loquente intelligamus portam esse patefacta. Alij cōtinuant narrationē. Sacre. Execrabiles. Cernis custodia qualis. Custodia est quæ custodit, non quæ custodit.

Vsurpatum

lapidis adludat: hoc quoq; dicit, quia in inferno nulla est redemptio. Turris ferrea, stat. i. erecta est, ad terrorem: ad auras. i. i altū erecta, & Tisiphone. i. furia infernalis, a torquendo dicta: sedens succincta palla cruenta, seruat infomnis. i. ex somnis, & nihil dormiens: vestibulū. i. introitū, vbi parua, aut nulla est statio: seruat (dico) noctes & dies. Gemitus. i. damnatorum: exaudiri, sup. cooperunt, aut exaudiebantur, hinc. i. ab hoc loco: & verbera. i. flagella: sæua. i. quibus sæuæ & diræ vtuntur vltices, sonare. i. coeperunt, aut sonabant: tum. i. in super: stridor ferri, & catenæ tractæ sup. sonare coeperunt, aut sonabant.

## PIERVS.

Et in verbo vestigia torfit. In Ro. cod. pressit, legitur. Est vero idem, premere vestigia, atque ingredi. Quia tamē de digressu loquit, melius est, torfit. Subito & sub rupe. In aliquot codicibus antiquis versus hic non habet, & copulatiuam. Sed locus hic particulam eam omnino exigere videtur. Torquetq; sonantia saxa. In Ro. cod. tonantia saxa, legitur: quod non æque placet. Non ipsi excindere ferro Coelicolæ valeant. In Roma. cod. & aliquot alijs antiquis, bello, pro ferro, habet: hoc est magno quā tūlibet conatu. Sed lectionem vulgatam, ferro: nunq; ego mutauerim. Vestibulum infomnis. In Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs veteribus exemplaribus, ex somnis, legitur. Et in aliquot, detrita s litera, post x, ex omnis. Id enim in plerisq; alijs dictionibus asperitatis euitandæ causa, multi facere consueuerant. Et sæua sonare Verbera. Sunt antiqui codices, in quibus, sonore: hoc est, sonitu legatur, quo vocabulo et alijs vsus est Virgilius. Sed & illud etiam, Verbera; insonuit, dixit.

Vsurpatū est aut sicut hospita, sicut neptis. Nam hic & hæc custos facit. Ea enim quæ in o, exeunt, vt fullo: in os, vt nepos: in es, vt hospes, scemina ex se non faciunt, quæ autē inuenimus, vsurpata sunt. Vnde & dissimilia inueniuntur. Nam custos, custodia facit: & nepos neptis: hospes hospita. Vestibulo sedeat. Significat Megaram. Quinquaginta. Hoc autem dicit, Cernis hanc q; sæua sit: est intus alia. Immanis atris hiatibus. Quæ est scuior q; Hydra fuit. Multi ipsam Hydram volunt: qd' nō pcedit. Nam eam in aditu legimus inferorū: vt, Abelua Lernæ: quā alij tria volunt habuisse capita: alij noue. Simonides quinquaginta dicit. Tartarus. Vel quia omnia illic turbata sūt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: aut quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταραχίζεν, id est a tremore frigoris. Sole enim caret. Bis patet in præceps. Ideo In præceps addidit: quia potest

Constitit Aeneas, strepitumq; exteritus hausit.

Quæ scelerum facies, o virgo effare: quibus ve AENE.

Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?

Tū Vates sic orsa loq. Dux inclyte Teucrum, POE.

Nulli fas casto sceleratum insistere limen. SYBILL.

Sed me, quum lucis Hecate præfecit Auernis,

Ipsa deum pœnas docuit, perq; omnia duxit.

Gnosius hæc Rhadamanthus habet, durissima regna,

Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri,

Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Continuo fonteis vltix accincta flagello

Tisiphone, quatit insultans, toruosq; sinistra

Intentans angueis, vocat agmina sæua sororum.

Tū demū horrisono stridentes cardine sacre POE.

Panduntur portæ. Cernis custodia qualis SYBYL.

Vestibulo sedeat: facies quæ limina seruet?

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra

Sæuior intus habet sedem, tum Tartarus ipse

Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub vmbas,

Quantus ad æthereum cœli suspectus olympum.

quid etiam sursum patere. Videtur autem hoc prudentioribus ideo dictum: quia secundum rationem sphaeræ Sol cum in vnâ concesserit partem, duæ quasi Tartarum faciunt: vnâ à qua discessit: & altera ad quam nunquā accedit. quod melius sphaeræ indicat ratio. Hoc autem dicit, Tartarus ipse bis tantum in præceps patet, & tendit sub vmbas. Quantus est suspectus. Id est altitudo ad olympum ætherium.

## DONATVS.

Constitit aeneas. Tantus in illo loco tormentorum strepitus fuit, vt aeneas extra ipsum positus ferre nequisset, quod seribet aures, & vulnerabat hominem piū. Que. s. f. o. v. e. Interrogatio cum propositione, quæ sunt, inquit, scelerū genera? vel quæ pœnæ singulis quibusq; aptatæ sunt? vel vñ tales planctus exiit, dic mihi o virgo. Tunc va. s. o. l. I. propositæ interrogationi sic vates respondere instituit. Dux in. te. Magna in poeta nostro loquendi copia: quoties enim sibyllam induxit cum aenea loquentem, toties principia cum eius laude variavit, & cum plena honorificentia, deniq; posuit, cessas in vota precesque tros, ait, ænea, cessas? Laudis enim fuit dixisse troianum, item fate sanguine diuum Tros anchisiade. ecce meritum eneæ, cuius pater equa Virg. AAA iij tus

ius est superis & dijs, & ipse anchise diceretur eē progenitus. hoc ipsius fuit speciale. tros autem fuit cōmune cum ceteris. alio ē loco similiter. Anchisa generate deum certissima proles. hoc ē loco ait. Dux inclyte teucrum. nam & hic eum laudat, & hęc dicendo, merita eius extollit. quid pulchrius, q̄ ducem esse multo ruz: quid tam memorabile, q̄ primum esse quęquam in officio suo: quid ue magis egregium, q̄ honorum meruisse principatū teucrum enim laudis esse posuit, vt dignus pręesse videretur.

¶ Nulli fas. c. f. inf. li. Ne diceret aeneas, eamus, & edificamus, quę causa sit clamor atq; verborum, nulli, inquit, casto licet sceleratum illud limen contingere vestigijs suis, perindeq; nec tibi, nec mihi: hoc genere profitetur se nūquam vidisse, quę aeneas cupiebat audire, tamen audisse se, & audita posse narrare professa est. ¶ Sed me quum lucis. Dixit eorum auctorē, quę fuerat narratura, vt fidem verba eius habere potuissent. ait, ergo quādo hec caute lucis auernis me pręposuit, ipsa me docuit omnia, & mihi ynuersa monstrauit, cuncta per ordinem referendo, instructam reddens ppter eos, quibus fas esset viuus ad inferna pertendere. incipit ergo ad interrogata respondere tam plene, vt etiā illa conlungat, quę interrogata non tenebat. non frustra describeret illius loci actus & gesta, si non primo cognitorem criminum & poenarū iudicem demonstraret. dicit ergo primū. ¶ Gnosius hęc r. h. d. r. Potestatis ipsius dehinc subiungit diffinitionem. ¶ Casti gatq; a. d. Hanc, inquit, ille habet potestatem. vt verberibus & tormentis extorqueat, & ad confessionem vsq; perducat. quod apud superos scelerate cōmissum vindicare non potuit, & dilatam poenam inanis gratulatio cōsecuta est. Cum arbitrare scelesti sese fugisse vindictam, nescientes suffugium furto quęlitum poenam non deleuisse. sed in aliud tēpus dura distulisse supplicia. ¶ Continuo fontes. Adest furia reos fontes, & noxios flagello circūsecans intentans angues, vt tormentorū metu formido eorū magis ac magis ardesceret, vocans etiam fororum innunerabile modum, quum sola ferri non posset. ¶ Tum. d. h. Panduntur portæ. Tum, hoc est inde horrifono cardine, cuius sonus ad aures sacrę panduntur. ¶ Cernis. c. qualis. v. f. f. quę. l. f. Qualis, inquit, & quę, nec dixit definitur aliquid, vt quicquid tetrum, horrendum, ac detestabile esse posset, conijci posset, ergo specialitatem recte suppressit, ne sola putarent, quę forte posuisset. ¶ Quinquaginta atris & c. Nec mireris, inquit, istam, quę subiecta est oculis, ac fedet, quod ait, sedet, officium perpetuum sedendi significat: hoc verbo & in georgicis vsus est dicens, Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus: vt ostenderet cōtinationem facti & illū sine intermissione aliqua alienis laboribus consumendi semper intentum. ergo hinc, inquit, intelligi, qualis sit hydra, quam pars interior tenet. multo quippe est scēuor & immanior, & quinquaginta atris armata serpentibus, quinquaginta posuit, vt multitudinem significaret, quinquaginta, inquit, hiatibus serpentum immanis, vt ostenderet eos & plurimos & ad inuadendum semp pauido ore paratissimos. ¶ Tum. t. i. Bis. p. i. p. Necessario addidit, in pręceptis patet. patere enim ē in superna quid potest, & qd per planum cingit hoc est ante, post lēua vel dextera patet demersus. ¶ Tantum tenditq; sub umbras & c. Idest quantum in superna panditur, tantum ad inferos tendit habita æstimatione duplici, hoc est vt ab ipso ore tartari quantum ad cœlum est, bis tantum ad inferos pateat, retinendum est secundum multos: & ipsius maxime virgilii autoritatem altitudinem & superiorem & demersam decipi posse. Hoc vt ostendatur euidencia ponemus exempla. Ecce superioris altitudinis. Tu nunc carthaginiis altę, & alio loco atq; alte moenia romę. & Conditur in tenebris altum caligine cœli. Inferioris altitudinis est. In altum vela dabant læti. Sed hic ex affectu poeta loquutus est potius quam ita vere sit, & hic melior est sensus, hoc enim simili modo in multis locis fecit, vt multa etiam vulgi opinione dixerit.

ASCENSIVS.

¶ Constitit Aeneas. & c. Quia omnem inferorum regionem describere prętendit Poeta: & Aeneas pius, impiorum carcerem in gressurus non est, inducit eum interrogantem, & disquietentem a Sibylla, fontū, & noxiorum poenas: vt, scilicet mortales, a peccatis per eas deterreat. Donatus ad hunc locum dicit sic. ¶ Dux inclyte. Magna poetę copia, quoties enim Sibyllam loquentem inducit cum Aeneas: toties principia cum eius laude variat. ¶ Disulit. Nam quęuis homines latuerunt, scelerati non poenas euaferunt, sed in aliud tempus distulerunt. ¶ Custodia qualis. Non expresse quę essent, vt quicquid tetrum horrendum ac detestabile esset, contuens colligeret æstimatio. Ergo suppressit specialitatem, ne sola putaretur, quę forte posuisset, ¶ Sedeat. ¶ Vt ostendat

dat assiduitatem, & cōtinationem facti. ¶ Bis patet in pręceptis. ¶ Vt, si cœli altitudo sit centum: profunditas inferni sit. cc. Ne Aloides, qui manibus cœlum tangerent, ex infimo inferno fastidium possent tangere, & inde abire. Hęc ille. ¶ Ordo est. Aeneas constitit, idest mansit simul, hoc est toto corpore stans (& est hylleron proteron in sententia, secundum quōsdam: quia prius exterritus hausit strepitus, q̄ constaret: sed licet cōfufe prius strepitum hausirer, tamen vt melius hauriret, constitit: atque ita seruatus est naturalis ordo.) & ipse igitur exterritus, hausit, idest accepit, auribus strepitum, scilicet qui fiebat apud inferos: & supple inquit: o virgo, effare, idest eloquere: quę, idest quales, sup. sunt: facies, idest species, scelerum, scilicet ob quę illic puniuntur: aut scelerum, idest sceleratorum: ve, pro vel: quibus poenis vrgentur & quis tantus plangor, sup. editur, ad auras. Vates est orsa loquitur. i. tunc sic, idest in hunc modum. O inclyte dux Teucrum, p Teucrorum. Nulli, idest non vlli: fas non est vlli: casto insistere, idest ingredi: limen sceleratum, idest sceleratorum. (Intelligit autem de castis, idest impollutis, ab omni vitio. Nam plura genera damnatorum enumerabit.) Sed quum idest quando: Hecate, i. dea inferorum: pręfecit me lucis, idest syluis incæduis: Auernis, aut Auerni ( vtroque enim modo legitur: sed dicendo Auernis, adiectiue sumitur: dicendo Auerni, substantiue ) ipsa docuit me poenas deum, idest quas dii exigunt a fontibus, non quas dant: aut etiam, quas dant, peierantes per Stygiam paludem dii: quia nouem millia annorum, poenas dare dicuntur: vnde Statius in syluis, Styx periuria diuū arguit: & duxit me per omnia, & scilicet hęc loca: Rhadamanthus Gnosius, idest Cretensis: habet hęc regna durissima, idest quę durissimas leges seruant: fuit autem (teste Stra. lib. x.) antiquissimus rex Cretensium, quę Minos in legibus ferendis imitatus est, & castigat, & audit dolos: & subigit, idest compellit: fateri piacula, idest crimina: piaculo, idest purgatione digna, quę commissa apud superos: quis, idest aliquis: lætatus inani furto, idest occultatione friuola: distulit, scilicet fateri aut piare: in mortem seram. i. vltimam: & id ielufue, quę res cōfide nostra multum quadrat: monetq; poenitentiam agere, & peccata confiteri, dum tempus habemus. Continuo idest aut perpetuo, aut illico, vt illuc peruenerint: Tiphphone, furia illa infernalis: vltrix, scilicet scelerum: accincta. i. expedita, & pręparata: flagello. i. ad flagellandum: aut habens flagellū in accincto suo quirit fontes. i. nocentes, & culpabiles: insultans, sup. eis (quod signū duræ impietatis est. vnde in. ij. Poenas cum sanguine poscunt. Est autem tractum ab institutis Romanorum, qui prius virgis cæcos detruncabant) & ipsa intentans, idest intente inijciens, aut minitans: sinistra, scilicet manu. (Nam dextra, quatit flagellum.) anguis teruos, idest terribiles: vocat agmina fororum. i. aliarū furiarum: scēua, idest crudelia: portæ sacrę. i. execrabiles: aut, vt res sacrę formidandę: stridentes cardine. i. ferro sustentante ianuum, quasi corde ianue. (Nam dicit cardo, a καρδία, Gręce, idest corde.) horrifono. i. horribiliter fonante: panduntur, idest aperiantur: tum demum. i. tandem. (Possunt esse omnia verba Sibyllę: & erit sensus: tum demum, idest tandem, postq; animę fontes, ad eas perductę sunt: & non, quod iam tunc aperiebantur: & tunc procedit sic) Cernis (inquit Sibylla ad Aeneas) qualis idest quaterribilis: custodia. i. custos: sedeat in vestibulo. i. in introitu: & quę i. qualis: hoc est, q̄ terribilis, facies lumina: quasi dicat, & tamen hydra imanis. i. terribilis, & ferox: quinquaginta hiatibus. i. ielubus, & aperturis faucium, tot, enim habet capita: haber sedē itus, cū stens scēuor. i. immanior, q̄. f. hęc custodia, q̄ foris in vestibulo cernitur. (Quidam vero velit superiora esse verba Poetę, vt sit, Portę panduntur tum demū. f. quū hęc dixisset Sibylla. & eis appetis dixit Sibylla, Cernis qualis custodia, & c. & sunt, qui custodia more Gręco, pro carcere accipiant: mihi tñ placet, pro Tiphphone accipi hydram vero, pro furia, hic accipit. Nam verā hydram, dixit esse in primo limine, seu primo circulo: appellans beluā, leuēng. Non recte autē definiuit Ser. custodia: vt Beroaldus statim aperiet.) Tum. i. insuper: ipse tartarus. i. profundissimus locus inferni (dictus vel a τάρταρος. i. turbo: vel a τάρταρος. i. strideo, & frigore tremo.) patet bis tñ in pręceptis. i. profundū: & tendit sub umbras. f. infernales: quantus suspectus. i. sursum aspectus cœli: ad olympum ethereum, aut cœlestem, aut ad æthera. i. sumum aerem extensum. Sunt aut, qui hanc profunditatem sic metiant, vt alterum precipitium tartari sit, vsq; ad centrum, alterū vsq; ad antipodas, vbi volunt inferorū regna: quę ob id dicta sunt, no interanea, sed subterranea. Nā si interanea essent, nō q̄suisset Deiphobus: pelagi ne venis erroribus actus: nam nauibus ad interanea regna peruenisse non posset, sicut ad antipodas, quos Oceanum

num mare, vt nos cingit. Respectu ergo antipodum, pōt tartarus patere bis tantū in p̄ceps: quantus est suspectus cœli, vsq; ad ethe reum olympum: vt per olympū montē, non cœlū intelligamus: quia tñ ex Homero sumptus est locus: isq; dicit tam procul esse tartarū ab inferis, q̄ cœlū à terra: dicemus de cœlo, posse intelli gi, & signanter, Poetam, aut Vatē loqui dicentē, tartarū non esse bis tantū profundū: sed patere, i. apparere bis tantum in p̄ceps, quātus est suspectus cœli, &c. Moralis autē rō huius rei facilis est: quia ad inferos, p̄cipitatur mortales binis vitijs: & singulis vir tutibus ad cœlū eleuantur. vnde virtus, est mediū vitiorū vtrinq; redactum & ita duplo facilius est ad inferos descendere, q̄ ad supe ros cōscendere. Sed hęc alijs indaganda relinquimus. Verba Bē roaldi in Seruiū sunt hęc, in id quod dicit, Custodia, est, quę custo dit, non, quę custoditur. Error hic est Seruii manifestarius: quum apud eruditos, custodia, reperitur, pro eo etiam qui custoditur. & in primis apud Iuriscōsultos, qui disertissimi sunt, Digestus, De custodia reorum, ita scriptum legimus, Ne quis receptam cus todiam sine casu admittat. Et alibi manifestius, Si custodia se in terfecerit, vel p̄cipitauerit, militis culpæ ascribitur. Et alibi, Si casu, custodia defuncta esse dicatur, vbi semper, custodia, signifi cat reum: & illum qui custoditur. Quinetiam Suetonius hoc vo cabulo,

in hac significatione vsus est: cuius verba hęc sunt in Do mitiano, Nec nisi secreto, atq; solus, plerascq; custodias receptas, quidem in manu cathenis audiebat. Idem in Tyberio, In recos gnoscendis custodijs p̄canti cuidam poenæ maturitatē: respon dit, nondum tecum in gratiam redij. Et in Galicula, Custodiarū (inquit) seriem recognoscens.

## PIERTVS.

(Exterritus hausit.) In Ro. cod. hæsit, habetur: & ita legebatur in Lōgo, quod transuerso calamo deletum est, appositumq; hau sit: aliena manu, & atramento. Seruius, hausit, agnoscit: & hypal/ lagen figuram. ¶ Quibus ve Vrgētur poenis? Velius Longus, quū Attij cōsuetudinē improbet, de subiiciēda, u, vocali, post literam g, in plerisq; verbis. Virgilium absq; u, vrgentur scripsisse, hoc lo/ co teste contendit. ¶ Quis tantus plangor ad auras? In Roma. & Lōg. cod. Qui tantus plangor, legitur. Et alibi dictū ab eodē Virgi lio, qui casus agat res, contra grammaticorū p̄ceptiones, Car/ sius obseruat. Sunt & codices, vbi pro, auras, scriptum intenas, ad aureis, quod non eque placet. ¶ Tunc vates sic orsa loqui.) In Ro. cod. Tunc vates hinc orsa. Sed magis placet, sic orsa, vt in alijs habetur. ¶ Tortuosq; sinistra Intētās angueis.) In antiq; aliquot exemplaribus, torros, legitur: sed toruos, in pluribus habetur.

## SERVIVS.

(Hic genus antiquum ter/ ræ.) Id est primum, Titanas enim cōtra Saturnum genuit: Gigantes postea contra Iouē. Et serunt fabulæ, Titanas ab irata cōtra deos Terra ad eius vltionem creatos. Vnde & Ti tans dicti sunt ἀπὸ τῆς τῆς/ τῆς, id est ab vltione. De his autē solus Sol abstinuisse nar ratur ab iniuria numinum: vñ & cœlum meruit. ¶ Aloidas geminos.) Aloeus Idhime/ diam vxorē habuit: quæ com pressa à Neptuno, duos pepe rit, Othum & Ephialtem, qui digitis nouem per singulos menses crescebant. Freti itaq; altitudine, cœlū voluere sub/ uertere: sed confixi sunt Dia/ nœ & Apollinis telis. Aloidas autem sic dixit, vt de Hercule Amphitryoniades diximus. ¶ Gemios.) Sui similes. ¶ Cru deleis poenas.) S̄ suas, nimias. Nam non dicit indignas feren tem, qui facilegus fuit. ¶ Sal/ monea.) Salmoneus Æoli fi lius fuit, nō regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidē vbi regnauit: qui fabricato pon/ te aereo, super eum agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quem fuisset iaculatus sa tem, eum iubebat occidi. hic postea verum expertus est ful men. ¶ Mediq; per Eli is vr bem ibat ouans.) Hinc est indignatio, q̄ in ea ciuitate Iouem imi tabatur: in qua specialiter Iupiter colitur. ¶ Densa inter nūbila tel um Cōtorfit.) Ostendit fulminis causam & originē. ¶ Fumea lu mina.) i. terrena. Nam ethereus ignis caret fumo: solo enim splen dore viget. ¶ Necnō & Tityon.) Tityus secūdū alios filius Terræ fuit, secundum alios à Terra nutritus. Vnde elegit sermonem quo vtrūq; significaret. Nā alumnū dixit. Hic amauit Latonā: p̄pter quod Apollinis cōfixus est fagittis. Et dānatus hac lege apud infe ros, vt eius iecur vultur exedat. Quāquam Home. vicissim dicit duos vultures sibi in eius poenā succedere. Sane in vsū est vultur: licet Cicero vulturius dixerit, quod quidē pōt esse & deriuatiū. Ennius, Vulturis in capō miserū mandebat homonē. Declinat autem hic Tityos, huius Tity: sicut Delos Deli. ¶ Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.) Quantū ad publicam faciem, ma gitudinem ostēdit corporis: sed illud significat: quia de amatore loquitur, libidinem late patere, vt ait supra, Nec procul hinc par/ tem

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes, Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo: Hic & Aloidas geminos, immania vidi Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis. Vidi & crudeleis dantem Salmonea poenas, Dum flammæ Iouis, & sonitus imitatur Olympi: Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans Per Gratum populos, mediæq; per Elidis vrben Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honorem, Demens, qui nymbos, & non inimitabile fulmen Ære, & cornipedum cursu simularat equorum. At pater omnipotens densa inter nūbila telum Contorsit, non ille faces, nec fumea tedis Lumina, p̄cipitemq; immani turbine adegit. Necnon & Tityon terrę omniparentis alumnum Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco Immortale iecur tondens, foecundaq; poenis Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis. Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;? Quos super atra filex iamiam lapsura, cadenti Imminet ad similes, lucent genialibus altis Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu: furiarum maxima iuxta Accubat, & manibus prohibet contingere mensas, Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.

tem fusi monstrantur in oēm Lugētēs capi. Sane de his om nibus rebus mire rationē Lu cretius: & confirmat in nostra vita esse omnia quæ fingūtur de inferis. Dicit, n. Tityō amo rem esse, hoc est libidinē: quæ fm Physicos & Medicos in iecore est: sicut risus in splene, iracundia in felle. Vnde etiam exesum à vulture dicit in poe nā renasci: etenim libidinē nō satis fit resemel pacē, sed re/ crudescit semper. Vnde ait Ho ratiū, Incontinentis aut Ti tyj iecur. Ipse etiā Lucretius dicit per eos, super quos iam/ iam casurus iminet lapis, sup/ stitiosos significari: qui inani ter semper verentur: & de dijs & cœlo & locis superioribus male opinantur. Nam religio si sunt, qui per reuerentiam ti ment. Per eos aut qui faxum voluit, ambitum vult & re/ pulsam significari: quia semel repulsi, petiores ambire non desinūt. Per rotam autē osten dit negotiatores: qui semper tēpestibus turbinibusq; va luuntur. ¶ Foecundaq; poenis.) Foecunda in poenam. ¶ Rima/ tur.) Pasitur: vt. Rimatur pra ta Caystri. ¶ Fibris.) Fibrae sunt eminentiæ iecoris. ¶ Quid memore lapithas?) Hi populi Thessaliæ fuerunt, quibus im perabat Ixiō amicissimus (vt diximus supra) Ioui, Phlegyæ filius: qui post nubis coitum siclæ in formam Iunonis, cum se de eius stupro iactaret, ab irato Io/ ue ad inferos trusus est, & illic religatus ad rotam circumfusam serpentibus, ¶ Pirithoum.) Et hic vnus de Lapithis fuit, qui descē dit cum Theseo ad rapiendam Proserpinam. ¶ Ad similes.) Ad va cat: & à maioribus ad ornatum adhibebatur. Horatius, Qua po pulus adfit, à certis limitibus vicina refugit Iurgia. ¶ Lucent ge/ nialibus altis.) Aliud est: Tantalus rex Corinthiorum amicus nu minibus fuit, qui cum frequēter eos susciperet, & quodam tēpo re defuissent epulæ, filium suum Pelopem occidit, & dijs epulan dum apposuit. Tunc abstinentibus cunctis, Ceres humerum eius exedit, & cum eum di per Mercurium reuocare ad superos vel lent, eburneus ei est humerus restitutus sicut supra: Humeroq; Pelops insignis eburno. Ideo aut sola Ceres dicitur comesse, quia ipsa est terra, quæ corpus resoluit. Per Mercurium autem ob hoc fingitur esse reuocatus: quod ipse est deus prudentiæ, per quam Philosophi

Philosophi reprehēderūt *παλιγγενεσία* vel *μετ' ἐμ' ἄχουσι*. Tantalus autē hac lege apud inferos dicitur esse damnatus: vt in Eridano inferorum stans nec vndis præsentibus, nec vicinis eius pomarijs perfruatur. Per hæc autē, auaritia significatur: ut etiam Horatius, Quid rides? mutato noīe de te Fabula narratur. ¶ Genialibus.) Veluti genialibus. Nam geniales proprie sunt, qui steruntur puellis nubentibus: dicti à generandis liberis. ¶ Aurea fulcra.) Quibus fulcimur, id est sustinemur. ¶ Regifico luxu.) Regali ambitu. ¶ Furiarum maxima.) Id est fames. vt, Vobis furiarū ego maxima pando. Vnde famem prænunciat, vt hanc esse furiarum maximam doceat. ¶ Et manibus.) Illorum. Inō suis. ¶ Facem atq; tollens.) Inijciens ignem auaritiæ, vt abstineant.

## DONATVS.

¶ Hic genus an. t. & c.) Parum fuit dixisse tam prolixam fuisse altitudinem tartari. in imo inquit fundo eius pendebant titanes ponit, qui pro scelere suis isti fulmine in illū locū iuste meritoq; coniecti sunt. ¶ Hic & aloidas geminos.) Geminos ait, quos vnus ediderat partus, aut simpliciter intelligamus, duo: sicut alio loco poeta ipse ait. ecce aut gemini à tenedo tranquilla per alta, Horresco referēs immēsis orbibus angues. Illic. n. duo significati sunt, non vno partu effusi. quantæ isti aloidæ proceritatis fuerint ostēdit. ¶ Qui. m. r. c. Aggressi.) Quid non auderet temeritas, cui se rebo corporis altitudo suffragium: tangebant manibus cœlum, ex eo arbitrati sunt excluso Ioue, posse sibi eius imperium cedere. tanto autem maiore fulminis violentia pressi sunt, quāto illos inimica sui corporis forma cœlo proximos fecerat. ecce, propter quam causam descriptus est tartarus duplicem in præceps habuissē mensuram, vel quare in imum fundū eius coniecti sunt, ne aloidis emergendi exinde per altitudinē corporum præberetur occasio, vt tantum his ad superos spatium remaneret, quod superare nō possent. quum pronunciamus, superisq; Ioue detrudere regnis, Iouis nomen debemus extollere. est. n. & in hominibus magnæ significatio potestatis, vt hoc loco Iouem superate se posse temere arbitrati sunt, eum. s. qui cœli teneret imperium, qui deos, qui sydera atq; homines pleno gubernaret imperio, & cætera, quæ intelligi possunt, ipsius tamen fulmine strati sunt, quem audēdo contempserant. ¶ Vidi & crudeles.) Hoc adhuc clausum est, non apparet, aut delinquentis causa, aut species euidenter expressa simpliciter. subiungitur tamen vtraq; significatio. tunc enim cuiuslibet pœnæ iusta videbitur processisse sententia, si admitti quoq; qualitas supplicio congrua demonstraret. ¶ Dum. s. i. & s. i. m. o.) Ipse quoq; in eo crimine sacrilegus fuit, in quo aloidæ, qui Iouem regno conati sunt trudere. imitatus enim fuerat Salmoneus, quod de cœli partibus homines terret, vt ipse potius, q̄ Iupiter timetur, vt fieret euidenter sceleris causa, adiecit quomodo tonitrus & fulminis facta sit imitatio. ¶ Quatuor. h. in. e.) Imitabatur, inquit, Iouem. & se illi per dementia nitebatur æquare, pro fulmine præferens facem, & æris sonitu ac strepitu equorum currentium sacra tonitrua simulans. ¶ At pater omnipotens.) Iupiter nō facis aut fumantes tedas, quas Salmoneus portabat, sed diuina in ipsum coniecit incendia, & adiecit præcipitem. ostendit eum in tartari altitudinem missum. ¶ Necnon & tytion.) Monoptoton declinatur dicendo tytion. tytionem diceret si per casum variari potuisset. erat cernere illum tytion, cuius informe corpus nouem iugerum spatium occupabat. huic enim pro scelerebus admittis vultur immanis appositus fuerat grandis & æuis natura, & inexplebili ventre, rostrum habens obuncum, aptum, scilicet ad inferendum mala, & consumendis visceribus competenter armatum, cui ne deessent membra, quæ semper improbus peteret, carnis immortalitas non deerat. non quod reparatio viscerum domino profutura suppeteret, sed faciens detrimenta, quæ vultur intulerat, ne pœna conquiesceret corporis deficiente substantia. ¶ Quid memorem lapithas, ixiōna, pirithoum q;? Quos sui. a. sua. la. ca. Imminet ad similes: Genus est transitus per omissionem, quod iccirco ponitur, ne continuatio narrationis horrescat. Ergo ait quid memorem lapithas, supra quos pendens saxum ruinam promittit, nec tamen cadit, vt perpetuo metu subiecta nexorum mens iugiter crucietur. ¶ Regifico luxu.) Et torus regifico luxu fuerat paratus, & propositio epularum, non quia his vti meruerant, sed vt ab his prohibiti cruciatibus maximis afficerentur. ¶ Furiarum maxima iuxta Accubat.) Deniq; his apposita fuerat maxima furiarum, quæ eos non tantum prohiberet ab epulis: sed ipsas quoq; mensas nō fineret vel manibus tangere, exurgens etiam voce magna perindeq; terribili atq; intonanti: vt vetaret acriter ne quid tangerent, & confirmaret vocis opere prohibitionem ipsam.

## ASCENSIVS.

¶ Hic genus, & c.) Docet, qui apud tartara damnati pœnas dent: eorumq; primos censent, qui temerario ausu, deos expellere conati sunt: vt filij terræ, Titanas viderelic, qui ob ingentē corporis molem, ex terra sumptam, filij terræ dicti sunt. Eosdem etiam Home. in profundo tartari esse dicit. Lactantius lib. j. dicit, eos filios Titanis, qui erat frater Saturni, ex terra genitos. Diodorus autē, ex Titea genitos, vult: & inde Titanes dictos. Seruius vero, ex terra irata: & ita vocatos, quia *τίσις*, ira dicitur. sunt autem superbi, per eos intelligēdi. At Cicero, Nihil aliud (inquit) est, gigantes pugnare cū superis, q̄ naturę repugnare. & reuera quod philosophus docet, Nihil naturalius, q̄ vt inferiora pareat superioribus. Secundo loco, ob similem crimen ponit Aloidas: quos Homerus in. xi. Odyssæ, ab Vlyssē visos, dicit Oethum, & Ephialtē, qui Neptuni filij. Ab Home. putantur, ex Aloeī vxore: sed à patre putatio denominati. Fuerunt autē (teste Homero) summe magnitudinis: nam quum adhuc essent imberbes, habebant pedes latū nouem cubitis, & totidem palmis: longitudinem vero vnde ceterarum vlnarum: crecebant autem quotidie nouem digitis, qui autē detrudere Iouem cœlo, iaculati sunt Apollinis telis, non Dianæ, vt Seruius vult. Addit Homerus, quod etiam pepulissent Iouem, si cōtinuo sic eos crescere permisisset. Nec dicentur gemini. i. pares, licet id fere in gemellis accidat: sed gemelli. Fuerunt. n. vnus pariter, ex Iphi media, Aloeī vxore: à Neptuno compressa, genui. Et producitur secunda: quæ Græce scribitur, *ἀλωεισ*. Tertio, dicit, Salmonea, seu Salmoneum: quē Diodorus in. v. dicit, filij *Ἄβω*, & *Ἄεολ*, Deucalionis, qui regnauit apud Elidem, ciuitatē *Ἀρχαδί*, in Peloponneso: vbi in ludis Olympiacis, sibi diuū poterat, honores. Tityos autem, fuit filius terræ: vt dicit Strabo lib. ix. qui in insula Eubœa natus ab Apolline interfectus est: quia tyrannus fuit: & concubitus Latonæ matris Apollinis, appetit. Occultauit autem sese in spelunca Elaria, vt inquit Strabo. Et sunt qui velint, Elariam, fuisse matris eius nomē: & ita, alij, à terra genitum: alij, nutritum, volunt: fumentes occasionem, qualem Virgilius, dicens de aboriginibus, quod esset gens duro robore nata. Per hunc, luxuriam plurimi intelligunt: vnde Horatius, In continentis Tityj. & ita declinatur, hic Tityos, aut Tityus, huius Tityj. Donatus tamen sentit, quasi sit, hic Tityon, in declinabile nomen. dicemus ergo hunc Tityon, sicut Menelaon. & bene dicitur, iecur eius abrodi: quia cogit amare iecur: vnde idem Horatius, Nulla ancilla tuum iecur viceret. sed prælongum esset cuncta persequi, ad quod Homerus dicit, Tantalum postum in flumine Erydano, intrā poma & dulcis aquas. Euripides vero dicit, quod Tantalus pœna est saxum leniter pendens, cuius casum timet. vnde in. ij. Tusculanarum, dicit Cicero, quod poetæ fecerunt imitari re saxum Tantalos, significates auarum semper timere. Hora. Merum sequutus, dicit sermone. j. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina, & c. & significat auarū semper egere: quia quirit, & indentis, miser abstinet, & timet vti. Donati verba sunt, ¶ Tityon.) Monoptoton declinatur: nam Tityonem diceret, si per casum variari potuisset. ¶ Quid memorem Lapithas.) Genus est transitus per omissionem: & ponitur, ne continuatio na rationis barrescat. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Genus antiquum, id est progenies antiqua terræ: appositorie: pubes Titanis, aut Titano progenita, aut ab vltione, quæ *τίσις* dicitur, denominata, id est filij terræ, scilicet gigantes: voluntur hic, id est in tartaro: deiecti, id est postq̄ deiecti erant: fulmine, scilicet Iouis, in bello gigante: voluntur (inquit) in imo fundo: quæ & primi, & scelestissimi, apud inferos sunt. Nec multum abluat fabula à casu Luciferi, & complicitum: nec historia ab his qui turrim Babylonicam construxerunt moliti sunt. Ego vidi (inquit Sibiyla) & id est etiam: hic Aloidas, id est Aloeī filios putatiuos, Oethum, & Ephialtem: geminos, id est vno partu editos: appositorie: immania corpora, qui aggressi sunt rescindere manibus. sicut, magnum cœlum: quapropter dicit Donatus, tartarum bis tantum in præceps patere: quia si cœli aggressi sunt, nisi profundior sit tartarus, q̄ cœlum altū, possent facile sese eximere: & aggressi sunt detrudere Iouem, regnis superis, id est cœlestibus. Ego vidi, & i. etiam: Salmonea, id est filium *Ἄβω*, regis Arcadiæ: dantem pœnas crudelis, id est crudelitatis suæ: vt sit genitui singularis: aut crudeleis. i. scyas, & vehemens: & sine clementia illatas, vt à crudelibus solent: & crudelibus debentur, sicut, Crudelis aras, lib. j. dixit ad quas crudele facinus commissum erat, dum imitatur (quasi adhuc imitatur: quia sicut boni, eadem habent exercitia post mortem, & in vita: sic & mali: sed boni, ad voluptatem: mali, ad dolorem: à qua Ethnici cōstituta sententia non multum abhorret: qui dicunt etiam, immundos spiritus

ius propterea damnatos, quod deo similem esse volenti, consentiebant adhuc conari vt adorētur: vñ & ille, si prociōdes adora- ris me.) flammās Iouis, & sonitus olympi. i. tonitrua, quæ Iupiter demittit ab olympo, hoc est dum in ea affectiōe manet apud inferos: aut dum imitatur. i. dum pœnas dat, pro eo quod imita- tus es, flammās, & c. nisi sit ordo: hic dum imitatur flammās Iouis, & sonitus olympi, inuectus quatuor equis: tot enim (authore Plau- to) vitatur Iupiter: & quassans. i. concutiēs frequēter lampada lo- co fulminis: ibat ouans. i. exultans, ouanti similis: per populos. i. coetus: Graium, pro Graiorum: & per urbē Elidis. i. regionis, aut ciuitatis Arcadiæ: mediæ. i. per mediū eius urbis: & poscebat sibi honores diuum. i. religionem, & metum, ob fulgura, & tonitrua, dicitans se Iouē esse. ibat (dicit) existēs demēs, q̄ simularat. i. sin- xerat, & imitatus erat: nymbos. i. nubis ventofas: & fulmen non imitabile. i. quod imitari nō licet: grei. i. ponte greo: & cursu equo- rum cornipedum. i. habentiū comeos pedes, hoc est duos, & fer- reos. At. i. sed: pater omnipotens. i. Iupiter: contorsit telum. i. ful- men suum, inter densa nubila: hoc est quum adhuc esset inter nu- bila, contorsit, quasi ex arcu dimittendo deorsum, ille. Omnipo- tens pater Iupiter, nō adegit. i. in Salmonea, sicut Salmoneus, in eos quos terrere, aut prosternere voluit: faces. i. pro fulgure: non lumina fumea. i. fumosa, aut habentia fumum admixtum: tedis, id est propterea, quod fierent ex tedis: sed, sup. adegit eum præcipi- tem. i. præcipitanter cadentem: turbine. i. circunvolutione: imma- ni. i. terribili, & vehemēte. Nec non. i. & etiam: erat cernere. i. illic videre dabatur: Tityon alumnum terræ omniparentis. i. quem terra, omnium parens, nutrierat: aut, vt parens: aut, vt nutrit tan- tum: cui, scilicet Tityo: corpus porrigitur. i. porro regitur. i. exten- ditur per notem iugera: tota. i. integra: & cui vultur immanis, tendens rostro adunco, id est incuruo: iecur immortale. i. incon- sumptibile: & viscera foecunda poenis, id est ad pœnas: quia rena- scuntur fibræ, vt iterum absumantur. quod nostri dicunt, dam- natos semper mori, & tamen mori non posse: & rimatur. i. per ri- mas. i. fissuras: aperit epulis. i. ad habendas epulas: aut epulando: & habitat sub pectore alto. i. profundo, vbi est curarum locus: ga- curæ non ipsa in morte relinquunt: nec vlla requies datur fibris, id est extremitatibus iecoris, renatis: quia, vt primum renatæ sunt absumuntur à vulture. Quid, id est ad quid: memorem Lapithas? quasi dicat, frustra: quia notum est ob gulositatem, & præcipue ebrietatem, damnatos esse: & ita post superbiam & luxuriā, dam- nat ebrietatem: & quid memore Ixiona, q̄ & luxuriosus, & am- bitiosus fuit: & quid memorem Pirithoum, qui Proserpinam ra- pere adortus est: aut, sup. quid memorem, supra quos atra flix imminet lapsura, id est quasi lapsura, iamiam de momento in mo- mentum: hoc est, ad similes. i. multum similes cadenti: & sunt su- perstitiosi. Aut, sup. quid dicam de illo, videlicet Tantalo: cui sul- cra. i. sustentacula tabularum, seu mensarum, supra quas comedi- tur: non tauri, super quem cubatur: aurea, id est aut aurata, aut ex solido auro facta: lucent altis toris, scilicet discubitoris: geniali- bus, id est in quibus genio indulgere soleant, id est læte conuiuere & id potius, q̄ vt intelligamus de toris, in quibus opera datur li- beris generandis. & epulæ paratæ luxu. i. superfluo, aut magni- fico

ornatu: regifico, aut à rege factio, aut regem faciēte, quum nō sedam, nisi regem, supp. splendent, aut lucent: ante ora. i. Tantali: sed maxima furiarum, aut Celeno, quæ dixerat in. iij. Vobis furia- rum ego maxima pando. Et bene vna Harpyiarum dicitur illic esse: quia earum videtur proprium infestare mensas. aut si Cele- no nondum defuncta intelligitur, intelligetur alia eius similis, sa- mem inducens: quia reuera non est mortalibus maior rabies, q̄ quæ ex fame nascitur: furiarum ergo maxima, quæ. i. famem p- creat: accubat iuxta: & prohibet contingere mensas. i. fercula an- teposita manibus. i. Tantali: & exurgit. i. quoties tentare conatur: attollens. i. erigens facem, quam illi incutere minatur: aut iniiciēs ignem auaritiæ: vt dicit Seruius: atq; intonat. i. horrore facit ora: vt. i. deterreat ab epulis.

## PIERIVS.

(Titania pubes.) In Roma. cod. proles, legitur. Sed non displi- cet, pubes: quia Hesiodus ait, eos centesimū adhuc annum agen- tis in sinu matris lactentis decubuisse: quæq; etiam, si non respi- cias ad Hesiodum, pubes, pro qualibet iuuenum manu, non in- decenter positum esse dixeris. ¶ Diuumq; sibi poscebat honorē.) In anti. omnibus quos habuerim, honorem, vnitatis numero le- gitur, vt de vna tantum fulminandi, scilicet prærogatiua intelli- gatur: sane vero, honores, numero multitudinis, pro titulis & di- gnitatibus poni, videas ab authoribus, honores habitū, honores decreti. ¶ Et cornipedū cursu simularat equorum.) In codicibus plerisq; vetustis, cornipedum pulsū, legitur. & simularat, vt etiam in Mediceo est, eleganti eloquutionis forma: quam lectio- nem e multis exemplaribus inique sublatam animaduerti, e. literæ vesti- gio membranæ adhuc pertinaciter adherescente. ¶ Non ille faces, non fumea.) In antiquis exemplaribus, nec fumea. ¶ Terræ om- nipotentis alumnum.) Vetera omnino exemplaria pleraq; om- niparentis, cum Porcio legunt: quanquam in aliquot ex abra- sis literarum apicibus, omnipotentis, scriptum animaduerti. In Mediceo, compendiose scriptum est, omnipotentis. Sed aliena manu correctum, omni parentis. Sane vero Arustianus Messus, nisi codex mendosus est, omnipotentis, videtur agnouisse: vt cumq; vero, nequaquam mihi displicet, omni parētis, vulgata le- ctio. ¶ Rostroq; immanis vultur obunco.) In Roma. & aliquot alijs codicibus antiquis, vultur abunco, legitur. In Mediceo, ad- unco, habetur. ¶ Iecur tundens.) In antiquis sere omnibus exem- plaribus quæ tractarim, tundens, habetur, pro decerpens, & leui- ter abrodens. sunt tamen quibus, tundens: vt in Mediceo est: ma- gis placeat, nempe quia eiusmodi est gestus auiū pascentiū, vel, vt cum eo conueniat, quod dictum est, immortale iecur, adeo vt nō abrodi, sed tundi, tantum à vulture videretur. ¶ Silex iamiam la- psura, cadentiq; Imminet ad similes.) In codicibus plerisq; vete- ribus, q̄, particula, post participium, cadenti: vel minime notata est, vel sublata, in aliquot aliena manu adscripta est & lapsura, p- characteristichon sui thematis: de quo alibi. ¶ Epulæq; ante ora paratæ.) In Ro. cod. legere est, patere: quasi ad simulata esset ea edulij spēs, quam pater ex filio Dis condierat. sed omnino, para- tæ, magis eruditibus auribus satisfact. ¶ Atq; intonat ore.) Nōnulli cod. increpat, legunt: sed multo maioris horribilitatis est, into- nat, dicere.

## SERVIVS.

(Quibus iuvisi fratres.) Hæc quidem constat dicta esse ge- neraliter. Possunt tamen & ad speciem trahi: vt Aegyptum & Danaum, Atreum & Thy- ste, Etheoclem & Polynicem significare videatur. Bene au- tem dicendo Inuisi, per id qd leue est, etiam maiora comple- xus est. ¶ Pulsatus ve parens.) Item quod leuius est dixit, partidij comparatione. Pos- sumus autem Oedipum acci- pere Laij extinctorem. ¶ Aut fraus innexa clienti.) Ex lege duodecim tabularum venit, in quibus scriptum est, Patro- nus, si clienti fraudem fecerit, facer esto. Si enim clientes q̄si colentes sunt, Patroni quasi patres: tantundem est dien- tem, quantum filium fallere. Et hoc

Hic quibus inuisi fratres, dum vita manebat,  
Pulsatus ve parens, & fraus innexa clienti:  
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,  
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est:  
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma sequuti  
Impia, nec veriti dominorum fallere dextas:  
Inclusi pœnam expectant: nec quere doceri,  
Quam pœnā: aut quæ forma viros, fortunāve merfit.  
Saxum ingens voluunt alij, radijsq; rotarum  
Districti pendent: sedet, æternumq; sedebit  
Infelix Theseus: Phlegiasq; miserimus omneis  
Admonet, & magna testatur voce per vmbas.  
[Discite iustitiam moniti, & nō tenere diuos. PHLE.  
[Vendidit hic auro patriam, dominūq; potentē POE.  
Imposuit, fixit leges pretio, atq; refixit.  
Hic thalamum inuasit natæ, veritosq; hymeneos:  
Ausū omnes immane nefas, ausūq; potiti.

Et hoc posse fieri ex Horatij di- ctis intelligimus: qui cum lo- queretur de auaris potētibus ait de vicino cliente, Pellitur paternos in sinu ferens deos. Urbano tamen hoc displicet: & dicit rarū esse hoc, magisq; contrarium, cum magis pa- tronos decipiant frequenter clientes. Vult autem intelligi puaricatores, q̄ patroni sunt clientum, quos nūc susceptos vocamus. ¶ Nec partē posuere suis.) Bñ addidit suis. i. cogna- tis, affinibus. Hęc enim fuerat apud maiores donandi ratio: nō p̄fusa passim. Nam hoc est velle inaniter perdere. Vñ Ci- cero ait in libris legū, Stipem prohibeo. nā auget superstitio- nē & exhaurit domos. Dignis igitur largiēdum est. Vñ Hora- tius, Cur eget indignus quisq; te diuite?

te diulte: id est indignus pau-  
 pertate. ¶ Ob a ulterium cæ-  
 si.) Si occisi, Ægyptum signifi-  
 cat Thyestæ filium: & si re ve-  
 ra cæsi, Sallustium, quem Mi-  
 lo deprehensum sub serui habitu verberavit in adulterio suæ vx-  
 oris filiæ Syllæ. ¶ Quiq; arma, Secuti impia, nec veriti dominorū  
 fallere dextras.) Hoc loco videtur blandiri Augusto; quia contra  
 Cæsarem patrem eius, multi quibus ignouit, arma susceperunt.  
 Est namq; eius dictum Dare quidem se veniam Pompeianis: sed  
 ab ipsis quandoq; esse periturum. Vt arma impia, ciuilia dixerit  
 bella: quæ mouerunt Pompeiani contra acceptæ veniæ fidem;  
 sed non procedit. Nam si arma impia dixit bellum ciuile; tangit  
 & Augustum & Cæsarem: qui & ipsi bella ciuilia tractarunt. Itē  
 si culpatur eos qui contra fidē datæ veniæ dimicarunt, tangit Au-  
 gustum. Nam transferunt ad eum ab Antonio duo millia equi-  
 tum: per quos est victoriam consecutus. Horatius, Adhuc fre-  
 metes verterunt bis mille equos Galli canentes Cæsarem. Fecit  
 p̄terea iniuriam Augusto vel Cæsari, si eos dominos dixit: quod  
 apud maiores inuidiosum fuit. Nam patres patriæ dicebantur,  
 non domini. Iuuenalis, Roma patrē patriæ Ciceronem libera di-  
 xit. Melius ergo est vt bellum à Sexto Pompeio Pompei filio in  
 Siculo freto gestum accipiamus. Nam occiso patre Siciliam te-  
 nuit: & collectis inde seruitijs vastauit sex annis vltro citroq; Sici-  
 liam: postea victus est ab Augusto & Agrippa. Horatius, Minus  
 vrbī vincia quæ detraxerit seruis amicus perdidit. Et hoc fen-  
 su tam arma impia q̄ dominorum cōgruit cōmemoratio. ¶ Pœ-  
 nam expectant.) Quod grauius est. Nam in expectatiōe & præ-  
 sens metus est & dolor futurus. In ipsa aut̄ pœna, solus est dolor.  
 ¶ Forma viros.) Regula. Singulis enī sceleribus statuta sunt sup-  
 plicia ex more Romano, quem sequitur. ¶ Saxum ingēs voluunt  
 alij.) Sisyphum dicit, qui deorum consilia hominibus publica-  
 uit. ¶ Radijsq; rotarum.) Ixionē dicit, vt alibi ostēdit, atq; Ixi-  
 onē vtro rota constitit orbis. Licet supra dixerit, Quos super atra  
 flex. Nam de his fabulis variæ sunt in ipsis authoribus opiniōes.  
 ¶ Æternūq; sedebit infelix Theus.) Cōtra opiniōem nam ser-  
 tur ab Hercule esse liberatus: quo tēpore eum ita abstraxit, vt il-  
 lic corporis eius relinqueret partē. Frequenter. n. variant fabulas  
 poetæ. Hippolytum Virgilius liberatum ab inferis dicit. Hora-  
 tius contra, Neq; n. Diana pudicum liberat Hippolytum. ¶ Phle-  
 gyasq; miserimus omnes admonet.) Si Phlegyas est noiatiuus  
 singularis, hoc dicit, Phlegyas omnes admonet apud inferos pœ-  
 nas ferētes. Si autem Phlegyas accusatiuus pluralis est, Thesum  
 omnes Phlegyas admonentem debemus accipere. Hi namq; secun-  
 dum Euphorionem populū insulani fuerunt satis in deos impij &  
 sacrilegi. Vnde iratus Neptunus percussit tridente eam partē in-  
 sulæ, quam Phlegy tenebant: & omnes obruit. Phlegyas autem  
 Ixionis pater habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiauit:  
 vnde suscepit Æsculapium. Quod pater dolens, incendit Apo-  
 linis templum: & eius sagittis est ad Inferos trusus. Statius, Phle-  
 gyam subter caua saxa iacentem Æterno premit accubitu. ¶ Disci-  
 te iustitiam.) Vel nūc in pœnis locati. ¶ Vendidit hic auro patriā.)  
 Etiam hæc licet generaliter dicantur, habēt tamē specialitatem.  
 Nam Læthæus Olynthum Philippo vēdidit: Curio Cæsari vi-  
 gintiseptē millibus sestertijs Romam De quo Lucanus, Gallorū  
 captus spolijs & Cæsaris auro. ¶ Fixit leges pretio, atq; refixit.)  
 Possumus Antonium accipere secundum Ciceronem in Philip-  
 picis. Fixit aut̄ ideo, quia incise in æreis tabulis affigebantur pa-  
 rietibus. ¶ Hic thalamum inuasit nata.) Thyestes: vnde Ægyptus  
 natus est; item Ciniras. nam quod Donatus dicit, nefas est credi  
 dictum esse de Tullio. ¶ Vetitosq; hymenæos.) legibus. Nam  
 dicendo Vetitos, ostendit fuisse vt est apud Persas hodie. Vnde  
 Donatus male ait, natura & legibus vetitos. ¶ Ausi omnes imma-  
 ne nefas, auroq; potiti.) Illic sunt & qui fecerunt & qui conati  
 sunt. Dicit autem secundum Romanum ritum in quo non tantū  
 exitus punitur, sed etiam voluntas. ¶ Non mihi si lingue centum  
 sint, oraq; centum.) Ferrea vox. Lucretij versus sublatis de Home-  
 ro: sed Ærea vox dixit. ¶ Scelerum comprehendere formas. Vt, Aut  
 quæ forma viros fortunæ merfit.

DONATVS.

¶ Hic quibus. in. f.) Illi fuerunt, q̄ odio habuere fratres suos, &  
 patres egerunt manu, vel q̄ pauperibus consauerunt fraudem.  
 ¶ Aut qui diuitijs. f. r.) Illic est illi, qui nasci diuitias nullam suis  
 partem facere voluerunt. quorum multitudo fuerat maxima.  
 ¶ Quiq; ob ad. cæ.) Et qui ob illicitos concubitus alieni coniugij  
 maculati sunt. ¶ Quiq; ar. se. i. m.) Vt sunt, qui necessitudine con-  
 iuncti

Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,  
 Ferrea vox: omnes scelerum comprehendere formas,  
 Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

iuncti sunt sanguinis aut affi-  
 nitatis inimicitias vsque ad  
 sanguinem ducunt. ¶ Nec vici-  
 ti do. fal. d.) Illi quoque, qui  
 decaperunt dominos suos:

possunt etiam intelligi, qui imperatores prodiderunt. ¶ Includi  
 pœ. ex.) Hoc de omnibus dictum est, quos supra complexus est,  
 quot inclusi expectant pœnas, expectat autem incertum, per  
 ius est, quam pati. ¶ Ne. q. do. Qu. p. ¶ Quid enim referet sibylla,  
 quod nondum in illorum criminum reos fuerat definitum? ne  
 quærat, inquit, doceri, quæ pœna isti afficiantur, quum sola sit in-  
 terim, quod eam expectant: & nec tempus quo pœna ipsa ven-  
 tura sit, norint, nec sciunt, quæ illa sit, quod dixit, his quibus in-  
 uisi fratres, dum vita manebat. omnibus potest aptari, quos di-  
 uerforum criminum reos supra enumerauit. omnes enim dum  
 vita manebat, prædicta crimina admiserant. ¶ Saxum ingens  
 voluunt alij.) Scilicet sine fine voluendi. ¶ Radijsq; ro. Distincti  
 pen.) Et hic intelligitur, alij saxum volebant: alij pendebant ro-  
 tarum radijs distincti. ¶ Infelix theus.) Theus sic damnatus,  
 ¶ Phlegyasq; miser. om. Ad.) Phlegyas prepositus omnibus fuit  
 ipsis miseris rebus vniuersis insultans voce magna. ¶ Discite in-  
 stitiam. mo.) Post admonitionem enim peccare crimen est ma-  
 ximum, nec habent defensionem imprudentiæ, qui hoc face-  
 rent: non timere autem diuos sacrilegium est. ¶ Vendidit hic au-  
 ro patriam.) Execrabile criminis genus hostibus patriam vende-  
 re. patriam, inquit, primum altricem suam: quæ proprio sinu na-  
 scentem vagientemq; suscepit, quam supra matris affectum ama-  
 re & colere debuisset, quam præclari ciues liberis ac posteris suis  
 optant cupiuntq; esse supersitem. Ecce addit causam, quæ im-  
 pulsus multiforme scelus admisit, propter auaritiā solam ex-  
 crandam, inquit, id est auri cupiditatem: decepit eam, pro qua  
 occumbere gloria fuerat, & per victoriam fidam mentis obli-  
 uatiōe durare, & hanc hostibus in exitium eius perniciemq; que-  
 rentibus non dubitaret offerre. definiamus quid sit patriam ven-  
 dere, decipere ipsam primo, quam vt dictum est, supersitem re-  
 linquere est gloriosum, decipere insontes, cuius diuersas quoque  
 ætates in diuerso sexu constitutas locupletes ex præda hostes ef-  
 ficerent, adde causam, sola auaritia est, & sumendi auri cupiditas  
 execranda, sexuaturus hæc, quibus perdidit omnia, quæ caris-  
 sma habere debuerat. ¶ Dominūq; po. Imposuit.) Et seruitio po-  
 tenti domini suos omnes addixit: iunctus quippe seruitium se-  
 quitur. ¶ Fixit. l. p. atq; r.) Corruptione interueniente præmiorū  
 alias cōscribi leges effecit, & alias remoueri, quales eē potuerūt,  
 quas ferebat inimicis. ¶ Hic. th. i. n. v. q. h.) Hic, inq; cōtra iura pu-  
 blica legēq; nature filij concubitus inuasit. quod libidinis genus  
 iste prætermisit, qm nefarios natæ complexus improbitus nū-  
 iam spalis narratio producta per multos faceret maiore prosperā  
 tibus moram. confugit ad generalitatē dicēs. ¶ Ausi. o. i. n.) Oēs,  
 inq; isti nefariorum scelerum rei sunt, & q̄q̄ aggressi sunt perse-  
 cerunt. quum dicit omnes, & illos tetigit: quos designatis crimi-  
 nibus deposuit. omnia hæc pœnarum & criminum genera Virgi-  
 lius non inaniter posuit: neq; enim id curauit, vt ostenderet se ca-  
 rare actus infernos: sed vt suppliciorū metu ad bonos mores sin-  
 gulosq; conuerteret, & apertius docti rectius viuerent certi dete-  
 ritus puniri post mortē, quæ sciendo vindicarent hoīes, aut præ-  
 termiserint ignorādo. mire tñ addidit. ¶ Nō mihi si lingue cetū.)  
 Generalitas. n. necessario adiecta est, ne poeta videretur oīa delicta  
 p̄fisse, quæ apud inferos gerebantur. quoniam fuit impossibile la-  
 titudine tantam plene completi, vel ne contēptui haberētur pœ-  
 nę prepositę ex quotidiana meditatione. amplius. n. supplicia in-  
 certa metuuntur, certe etiam si sola fuerant, quæ dicta sunt. Ac-  
 cessit humanis actibus, quod prodesset ex poetæ mendacio. plus  
 enim fecit timere, & minus peccare metuētē. cōq; res redit, vt  
 viuatur rectius cum infinita.

ASCENSIVS.

¶ Hic quibus, &c.) Tangit quartum peccati mortalis genus, iuni-  
 diam. l. repetens iterum auaros, & taxans impios, infidos, adulte-  
 ros, superstitiosos: & qui patriam, aut genus suum, inuestauerunt  
 vt suo loco dicam Donati autē verba sunt. ¶ Leges pretio fixit.)  
 Omnia hæc scelera posuit Maro, vt viuētes ad bonos mores, me-  
 tu pœnæ reduceret. ¶ Nō mihi.) Necessario generalitas iniecta est  
 ne cuncta descripsisse videretur: quoniam fuit impossibile lati-  
 tudine tantam plene completi: vel ne contēptui haberētur pœnæ  
 propositæ ex quotidiana meditatione. Plusq; etiam metus inieci-  
 tur, quā infinita formido est. Hæc ille. ¶ Ordo aut̄ est. Hic, sup-  
 inclusi: expectant pœnas. i. quibus fratres inuisi, supp̄erant, dum

vita manebat: vt Atreus, & Thyestes: Danaus, & Aegyptus: Romulus, & Remus: & multi alij. quia fratrum concordia rara est. (De Romulo tamen non esset congruum exprimeri, quia eum laudaturus est Anchises, dicturusque eum iam tunc ad coelos destituri: sed vt dicam, id Sibyllae dicere licet, quae verum sine furo profert.) & quibus parens est pulcherrimus, quod minus est, quam si occisus sit: & tamen aeterno supplicio dignus censetur: & a quibus est fraus innexa clienti, familiari, & domestico se colenti: hoc est, aut qui clienti, aut qui per clientem fraudem fecit: aut qui incubuere soli diuitijs repertis: nec posuere partem suis. sine cessarijs: quae. i. quorum, est maxima turba: & qui caesi sunt ob adulterium: vt Fabius, & Sallu. & qui sequuti sunt, arma impia: vt contra patrem patriae, sicut cum Sexto Pompeio: nec veriti, supple sunt: fallere dextras. is fidem dominorum (vt qui cum Sexto Pompeio pugnauerunt, id est enim vt dicit Hora. in Odis, Detrahit vincula seruis, vt iniiceret patriae. aut generaliter intelligemus de seruis, qui dominos suos decaperint: sicut prius de patronis, qui clientibus suis imposuerint. Hi (inquam) omnes includi, expectant poenas, quod grauissimum est tormentum: vnde Seneca, Grauius est quam mori, semper mortem expectare.) Ne quere, pro ne queras: doceri quam poenam, supple expectent: aut, quae forma. i. species malorum: aut, quae fortuna meritis viros. i. eos, qui ad discretionem peruenierint, quasi dicat, longum esse omnia recenserem: quia alij, volunt ingens saxum (de quibus Beoaldum statim audiemus. sunt autem superstitiosi.) & supple alij: districte. i. diuersis partibus astricte: pendent radijs. i. lignis, inter canthum, seu circunferentiam, & axem: ab axe in morem radioj procedenti: Thefeus infelix, sedet, & sedebit aeternum. sapud inferos. Na licet Pirithoum liberauit: tamen postmodum defunctus apud inferos, aeterno supplicio additus est. (Aulus Gellius tamen (vt diximus) ibi, Portusque requirit Velinos. dicit hunc locum corrigendum Thefeum, eo quod ab inferis rediisse supra innuit, quam diceret, Quid Thefeus magnus? quid memor? Alcidem: sed (vt dixi) licet viuus, de rediisse mortuus: tamen illic manere potest: & ita non est repugnantia in dictis poetae, quae concordari non possit. Est autem duplex sensus sequentis particulae. Nam Phlegias, potest esse nominatiuus singularis, & accusatiuus pluralis. Fuit enim Phlegias, rex Theffaliae: pater (vt nonnulli dicunt) Ixionis, & Chorondis: ex qua Apollo Aesculapij genuit: vnde iratus Phlegias, Delphicum templum Apollinis incendit: quapropter damnatus dicitur. Ite Phlegias, sunt populi Theffaliae impij: de quibus Ouid. li. xj. Memorem meminit. Si ergo nominatiuus est: constructio est. Et Phlegias, rex ille Theffaliae, impius miserimus: quia grauissimo supplicio affectus: & tamen vt cunctis miseratione dignus, quia vlcis voluit iniuriam maternam. admonet omnes. s. mortales: & testatur magna voce per vmbra dicens. Sed vos moniti. s. exemplo meo distate iustitiam: & non tenere, pro contemnere, diuos: aut si est accusatiuus casus pluralis, ordo est: & ipse Thefeus miserimus, admonet omnes Phlegias. i. Theffalos: & testatur vt prius: hic. i. quodam ex damnatis: vt Curio tribunus plebis, vendidit. s. Caesari, patriam. s. suam: hoc est Romam, auro: vt attestatur in Thebaide Statius. melius tamen generaliter dictum putetur, ne Augustum laedat. & qui vendidit, imposuit. s. patriae, dominum potest, hoc est tyrannum intrusit: fixit. s. hic, aut alius, leges pretio: & refixit. i. iterum abstulit: adludit ad morem Romanum: quia solebant leges inciditabulis aereis: & figi in pariete. Et videtur Antonium taxare, qui (vt attestatur in Philippicis Cicero) quasdam nouas leges tulit: & quasdam a Caesare latas, abstulit. Et si dominum potentem, Caesarem, quis intelligi velit, possit excusari: quia haec dicuntur ex persona Sibyllae. huius est verum dicere. Nam aliter de Caesare, & Augusto, poeta,

sto, poeta, & aliter, Anchises loquutus est. hic. i. alius: vt Thiestes, & Cynaras, pater myrrhae, inuasit thalamum natae. i. filiae suae: & Hymeneos. i. coitus, aut concubitus vetitos: quia per incestum, omnes. s. illic existentes, ausi, supple sunt, nefas immane, & potius fuit auro: ergo & volutate, & opere, peccauerunt. Ego (inquit Sibylla) non possem comprehendere omnes formas. i. species scelerum: nec possem percurrere. i. etiam celeriter pertractare omnia nomina poenarum: si. i. tametsi: centum linguae, & centum orasunt mihi, & vox ferrea. i. vt Homerus dicit, infrangibilis. Lucretius autem dicit, aerea vox, &c. quae etiam pro forti, ponitur. Excusatur ergo, & non omnia scelera, nec omnes poenas nominat, quum id fieri non posset, propter multitudinem. Beroald. dicit sic. Nemo inficiatur Sisyphum apud inferos hac poena torqueri, vt saxum perpetuum voluat. Iuxta illud Ouidij, Sisyphus est illic, saxum voluensque, petensque, & Ixionem a rota versari: vt idem, Voluitur Ixion sese sequiturque, fugitque, atqui curioso interpreti conueniebat diligentissime pensitare: an fabula Ixionis ad sensum Virgiliani carminis esset accommodanda: mihi enim haud quaquam quadrare videtur: nam quum poeta paulo supra verfarit: vt idem, Voluitur Ixion sese in tartara cruciari: quid opus fuerat idem iterum referre? Ego autem cum Macrobio sentire malim, qui in somnium Scipionis: scribit poetam, intelligere illos radijs rotarum pendere districte: qui nihil consilio praevidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes: seque & actus suos, omnes fortunae permittentes, casibus, & fortuitis rotantur: illos autem saxum ingens, voluere dicit, esse intelligendos, qui inefficacibus, & laboriosis conatibus, vitam conterunt: nam philosophi quidam ferunt, qui inferos alii esse negauerunt, quos nostra corpora: & omnia quae de inferis, antiquitas fabulata est, in nobismetipsis reperiri: quapropter expositionem quoque Macrobij, vt pote optimam, memorabimus, quam referri super illo versiculo, Lucet genalibus altis aurea fulcra toris. vbi Seruius, de Tantalus dicit esse intelligendum, & eius fabulam notissimam enarrat. Macrobius vero dicit, ad oes auaros hoc esse referendum, qui epulis ante ora positis excruciantur fame, & inedia tabescunt: quos magis, magisque, acquirere desiderium, cogat praesentem copiam non videre, qui in adhaerentia in opes, egestatis mala in vbertate patiuntur: necientes parta respicere, dum egent habendis. Praeterea non videtur esse omittendum illud, Quos super atra silex, iam iam lapsura cadenti imminet ad similes, quem versum enarrasse peritissime Macrobius, asserit eos esse intelligendos, qui arduas potestates, & inausam ambitionem tyrannidem, quoniam semper viuunt in timore: & sibi videntur exitum, quod merentur excipere: quod Dionysij exemplo declaratur, qui Aule ficulae, inclementissimus incubator, Damocli, familiari suo, solam beatam existimanti vitam tyrannicam, volens ostendere quae misera esset, & quae plena impendentium semper periculorum: gladium de filo tenui pendente, mucrone demisso, iussit illius ceruicibus inter epulas imminere: & quod Damocles, regias & tyrannicas copias praesentis mortis periculo asperraretur. talis est (inquit) Dionysius vita, quam beatam putabas: sic nobis semper mortem imminente videmus: haec historia praeter Macrobiū ab Eusebio, & Cicerone memoratur. ista autem omnia, quoniam eruditiois refertissima sunt, ac subtilitatis referenda esse censui: vt quae expositione Seruii contentus non fuerit, aliquid audiat disciplinae remotioris: quae non minus delectare solet, quam prodesse.

## PIERIVS.

(Dominorum fallere dextras.) In antiquis aliquot exempla dextram, vnitatis numero. Sed melius, dextras: quum dominorum, itidem multitudinis numero positum sit. Percurrere nomina possem.) In antiq. pene omnibus, possum, non inuenisse.

## SERVIVS.

(Perfice munus.) Hoc est ramum redde. Nam supra ait, Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus insituit. Cyclopum educta caminis. Hoc est magna, Ita enim cuiuslibet rei magnitudinem significat: adeo vt Statius Augustorum muros ab ipsis dicit esse perfecos. Fornice.) Arca. Cicero, Vidit ad ipsum fomicem Fabianum. Raptim percurrunt. Occupat Aeneas aditum.)

Hec vbi dicta dedit Phoebe longæua sacerdos.

Sed iam age carpe viam, & susceptum perfice munus SIBYL.

Acceleremus (ait). Cycloperum educta caminis

Moenia conspicio, atque aduerso fornice portas,

Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.

Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum, POE.

Corripiunt spatium medium, foribusque propinquant.

Occupat Aeneas aditum, corpusque recenti

Spargit aqua, ramumque aduerso in limine figit.

His demum exactis, perfecto munere diuæ,

Deuenerunt locos lætos, & amœna vireta

tum.) Ingressitur, vt supra diximus. Recentis.) Semp flueti. Dixit hoc propter paludem Stygiam. Spargit aqua.) Id est purgat se. Nam inquinatus fuerat aspectu Tartari: & spargit, quae se inferis purgat. Amœna vireta.) Virentia: & est satis vsurpatum. Amœna autem quae solum amorem prestant: Vel, vt supra diximus, quasi amonia, hoc est sine fructu, vt Varro & Carminius docent. Alludit autem ad insulas fortunatas. Nam sequenti hoc indicat versus: Largior

¶ Largior hic campos ether & lumine vestit  
nostro largior: sed q̄ est in cete  
ra inferorum parte. Aut re ve  
ra Largior, si Lunarem intelli  
gis circulum. Nam vt supra di  
ximus, campi Elysi aut apud  
inferos sunt, aut in insulis for  
tunatis, aut in Lunari circulo.  
Lucanus, Illic postq̄ se lumi  
ne vero induit. ¶ Soleq̄ (sui.)  
Sibi congruum: vt, Fessosq̄  
sopor suus occupat artus. ¶ Pa  
læstris.) Luctationibus. Græ  
ce dixit. ¶ Contendunt ludo.  
Non odio. ¶ Choreas.) Re cor  
ripit propter metrum. Alibi  
ait secundum naturam: vt, Ju  
stat indulgere choreis. Ergo  
aut Systolen fecit, aut Antite  
sin e, pro e, ponens. Nam Græ  
cum est nomē. ¶ Necnō Threi  
cius longa cū veste sacerdos.)

Orpheus Calliopes musæ, & Oeagri fluminis filius fuit, qui pri  
mus Orgia instituit: primus etiam deprehendit harmoniam, id  
est circulorum mundanorum sonū, quos nouem esse nouimus:  
ē quibus summus quem *ἑπτάφων* dicunt, sono caret. Item vtri  
mus qui terrenus est. Reliqui septem sunt: quorum sonum depre  
hendit Orpheus: vnde utiq̄ septem fingitur chordis. ¶ Longā aut  
vestem.) aut cytharæ di habitum dicit, aut longam barbam. Nā  
ē cōtrario imberbes, inuestes vocamus. ¶ Sacerdos autē, quia &  
Theologus fuit, & Orgia primus instituit. Ipse etiā homines de  
feris & duris composuit. Vnde dicitur arbores & saxa mouisse: vt  
Deus. ¶ Obloquitur numeris.) Dicendo Obloquitur, chordarum  
expressit laudem, quas dicit verbis locutas. Obloqui enim nō est  
nisi contra loquentem loqui. ¶ Numeris. ¶ Rhythmi sonis: vt, Nui  
meros memini, si verba tenerem. ¶ Septem discrimina.) Quia  
omnes chordæ dissimiliter sonant. ¶ Iam pectine pulsatur ebur  
no.) Nunc: Hoc autem pecten declinat, vt lien, carmen. ¶ Hic  
genus antiquum.) Quod non omnes viros fortes in Elysiō visos  
esse commemorat, hæc ratio est: quia isti diuinos meruerant ho  
nores: quod Tydeo vel his quos supra memorauit, non contigit.  
Nam ideo antiquum addidit: quasi & illis Elysi non contingeret  
campi, si eis annorum non derogasset vetustas. ¶ Nati meliori  
bus annis.) Plerumq̄ enim virtus decoloratur temporis infelici  
tate. Cicero, Vt illa laus, temporum non hominum fuisse videat  
tur. ¶ Ilusq̄; assaracusq̄.) Troiani reges fuerunt. ¶ Troiæ Darda  
nus author.) Hunc in septimo inter deos dicit relatum: vt, Et nu  
merum diuorum altaribus auget. Sed vt supra diximus, Home  
rum sequitur qui inducit simulachrum Herculis apud inferos vi  
sum. ¶ Defixæ hastæ.) Subaudis inanes. Itē, equos inanes. ¶ Quæ  
gratia currum.) Detrahit vnum u, licentia, qua Latinitas Græcos  
secuta genitiuo plurali syllabam aut addit, aut detrahit: hoc loco  
detrahit, sicut Arma virum. Cōtra addidit, Alitum pecudumq̄  
genus: pro alitum, sicut Græci *μυσαίων ἐλκωνιάδων*. ¶ Niten  
tes Pingues: ab eo quod sequitur id quod præcedit intelligis. Per  
omnia autem quæ dicturus est intelligendum hoc, Quæ gratia  
fuit viuus, eadem sequitur tellure repostos.

DONATVS.

¶ Sed iam age, car, v. & su, per.) Sequere, inquit, viam, vt susce  
ptum munus possis implere. ¶ Acceleremus ait.) Ordinatur sen  
sus sic, hæc vbi dicta dedit phœbi longæua sacerdos, acceleremus  
ait, age carpe viam, & suscepiam perfice munus. ¶ Cyclopum  
educa. Moe. c.) Vbi, inquit, apparent camini Cyclopum, & eorū  
habituca, illic doni munus iubetur exponere. fornitem dixit  
cameram in arcum ductam. ¶ Dixerat, &c.) Hæc cū sibylla dixis  
set, direxerunt iter, vt spatium transmitterent, quod inter ipsos &  
locum destinatus fuit, sed vbi ad ipsas fores ventū est. ¶ Corpusq̄  
re. Spargit, a. r. q̄. a. in. l. f.) Lustrauit se Aneas, & sic ramum fixit.  
¶ His. d. e.) Omnibus, s. exactis, quæ dicta sunt, & cōpleto officio,  
quod debebat. ¶ Deuenere locos lætos.) Vt dixit, quid mali sit,  
male viuere, atq̄ vt noxios & noxiorū poenas exposuit, ita vult  
ostendere, quid post vitā profuit, recte vixisse: nec à personis, vel à  
beatorū felicitate: sed primum regionū bona persequitur, dehinc  
qui ex ipsis locis capiant cōmodū, & quales bonis ipsis perfruan  
tur. ¶ Largior, h. c. g.) Nihil illic deest corū quæ superi habent, sol

Fortunatorum nemorum, sedisq̄; beatas.  
Largior hic campos æther & lumine vestit  
Purpureo, solemq̄; suum, sua sydera norunt.  
Pars in gramineis exercent membra palæstris,  
Contendunt ludo, & fulua luctantur harena:  
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.  
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos,  
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:  
Iamq̄; eadem digitis, iam pectine pulsatur eburno,  
Hic genus antiquum Teucris, pulcherrima proles,  
Magnanimi heroes nati melioribus annis,  
Ilusq̄; Assaracusq̄; & Troiæ Dardanus author.  
Arma procul, currusq̄; virum miratur inaneis.  
Stant terræ defixæ hastæ, passimq̄; soluti  
Per campos pascuntur equi, quæ gratia currum,  
Armorūq̄; fuit viuus, quæ cura nitentis  
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

tamen efficit, & palæstra imaginē quandā veri certaminis fingit,  
ac negd eorum voluptatibus desit, Orpheus longa, id est (submi  
sa veste compositus mulcet omnia varijs cordarum vocibus, q̄  
has aut impellit digitis, aut plectro contingit, & multis exēplis,  
& hoc loco Virgilius probat citharæ artem inter honestas & præ  
cipuas numerari virtutes, est. n. musica ars sane liberalis. ¶ Hic, g.  
a. t.) Antiquos hoc loco veteres, potius q̄; magnos debemus ad  
pere, quod. n. laudis cā dicendū fuerat, dixit, pulcherrima proles,  
deniq̄; vt ostenderet se de antiquioribus loq̄, addidit. ¶ Magna  
nimi. h. n.) Vt hoc genere probaret alijs illos seculis fuisse prog  
nitos, quum hoc dicitur, monstratur illos non solum generis bo  
na habuisse, verumetiam seculorum, quibus nasci meruerant.  
¶ Ilusq̄; assaracusq̄;) Ecce vbi melius aperuit, quia de pri  
orum memoria loquebatur, quum eos nominat, quos Aneas  
ipse non nouerat, recte veteres Troianos dixit natos annis me  
lioribus, quoniam posterioris æui & perdidierant cum patris  
imperium, & multi perierant casibus diuersis, & reliqui gra  
uissimis incommodis tenebantur. ¶ Arma pro. c. q̄. virum. &c.)  
Mirabantur Sibylla & Aneas habere mortuos, quod superi in  
columes habent. ¶ Quæ cura nitentis. Pascere equos, ea. se. tellure  
po.) Nitentes equos habere, est semper id agere, vt iugiter ni  
teant, & nunquam videantur esse neglecti. Talis sensus est in Bu  
colicis, Formosi pecoris custos, formosior ipse. Custos est enim  
pulchritudinis pecorum, cui est cura, vt semper formosa sit,  
quæ cura nitentes equos pascere, & gratia armorum, aut cur  
rum fuit viuus, eadem mortuos sequitur, id est cura & gratia præ  
cedens, quippe diligentiam gratia parit. Hoc igitur mortuis stu  
dium fuit, quod viuus.

ASCENSIVS.

¶ Hæc vbi, &c.) Docet quomodo oblato munere: & eo in for  
bus fixo ad Elysiōs deuenirent campos. Vnde Donatus sic. ¶ For  
nice.) Ea enī est camera: in arcū ducta. ¶ Deuenere locos lætos.)  
Vt moerū penarum: malos deterruit: ita spe felicitatis: ad virtu  
tes hortatur. Priō ergo, regionum bona profertur. Deinde, quæ  
ex ijs locis capiant commoda: & q̄ sunt hi, qui huiuscemodi bea  
nis perfruantur. ¶ Largior.) Hic ostendit nihil deesse ex ijs quæ  
sunt apud superos: adeo, vt fortunati, & beati: appellari meruer  
int. ¶ Pars in gramineis.) ostendit: quantū animi serenitate in vo  
luptatibus honestis viuant. ¶ Necnon Threicius.) Ostendit citha  
ram, inter honestas enumerari artes. Est enim musica. Hæc illo.  
¶ Ordo autem est. Vbi, id est postquam: longæua sacerdos Phœ  
bi. f. Sibylla; dedit hæc dicta, id est hæc loquuta est: ipsa ait, sed car  
pe iam viam, & perfice munus, id est officium suscepium. Seruus  
tamen, de ramo, pro munere reddendo, intelligit: forte, q̄; legi  
tur Hæc vbi nos, &c. sed vtroq̄; modo accipi pot: vt sit munus,  
id est officium suscepium. reddendo ramum: aut eundo ad pa  
trem: hoc est, acceleremus, id est properemus ad patrem tuum.  
Ego conspicio moenia educa caminis, id est fornacibus Cyclo  
pum, q̄ sunt ministri Vulcani: & intelligit, aut magna moenia, aut  
potius ferrea: sicut dictum est, Stat ferrea turris ad auras, atq̄  
conspicio portas, sup̄ in fornice, id est arcu, seu circūferētia. (Fer  
nix enim, proprie est circūferentia: & testudo arcualis: qualis est  
in arcubus pontium; & in iōcturis fenestrarū; aut columinarum.  
Et qua



Et quia in formicibus theatri, erant olim lupanaria: ideo formicæ: pro lupanari: & fornicari: pro moechari, accipiuntur) aduerso. i. no bis ex aduerso stante: hoc est, vnde regiam Plutonis: vbi præcæpta. i. traditiones maiorum: aut institutiones deorum, iubent nos deponere, hæc dona. i. aureum ramum. Dixerat. i. Sibylla: & ipsi gressi. i. gradientes pariter per opaca. i. opacitates viarum: corripuit spatium medium: & propinquat foribus. i. ad fores: Æneas occupat aditum. i. ingreditur viriliter: ne præueniatur: & spargit corpus: aqua recenti. i. semper fluenti: & figit ramum in limine aduerso. his. i. iam dictis: peractis demum: & munere diuæ, scilicet Proserpine: perfectis. i. perfectis, reddendi rami ceremonijs: ipsi deuenere, idest peruenere: ad locos lætos: & ad, supple vireta. i. viretium: vt arborum: & herbarum: natiua loca: & amœna. i. nemorum fortunatorum. i. in quibus sunt fortunati, seu beati: & ad sedes beatas. i. in quibus resident beati: vnde Ditis: seu Plutonis: dicitur regia. Largior ether. i. splendor coelestis: vestit. i. circumfulget hic campos, lumine purpureo. i. rutilo: & sidera sua. i. propria: & conuenientia: norunt. i. agnoscunt hic: & cum eo consentiunt hic suum solē: quasi alium solem: & alia sidera is locus habeat. Pars. i. ipsi, partim exercitum mœbra. i. sua: in palæstris. i. iustationibus: graminis. i. in gramine: & locis herbosis: & contendunt ludo. i. læto: & honesto: & iustantur, supple in arena fulua. i. sului coloris: hoc est, alij tenentur studio militari: in quo in vita affecti sunt: pars plaudunt. i. plaudendo pedibus faciunt: & exercent choreas: & dicunt carmina. i. choreis apta. Nec non. i. insuper: vates Threicius. i. Thraicius: i. Orpheus optimus musicus, & cithara, quam optime sciens: cum longa veste. i. habes longam vestem: aut apparens cum longa veste. i. habitu citharœdi: obloquitur numeris, idest musica proportionem, quam contra punctum dicunt. carminibus aliorum disparum concentum: quem vulgo, discantum, vocant, efficiendo: facit septē discrimina vocum. i. septē cordarum, quibus octauā addit Simonides: nonam postremo, Timotheus: & pulsat iam. i. aliquando eadem. i. discrimina: digitis. i. suis: & iam. i. aliquando pedine eburno. i. eboreo: seu ex ebore facto: hic, supple sunt: genus antiquū. i. nobile Teucris. i. à Teucro deductum: proles. i. progenies pulcherrima: appositorie: magnanimi heroes, nati melioribus annis: quibus. i. maior benignitas syderum: inflexerat. i. Ilus Assaracus, & Dardanus: auctor Troiæ: quod additur: ne putetur etiam esse genus Teucris: & supple Æneas cum Sibylla, mirantur procul. i. quum adhuc procul essent: arma virum: pro virorum, sup. inania: & currus inaneis. i. umbras: & simulachra armorum, non vera arma: nec veros currus hastæ. i. inanes: stant defixæ terra. i. in terra: & equi soluti. i. liberi: & vagantes (qui etiam inanes fuerunt: & ob hoc: solum illic apparentes, vt viri de republica benemeriti: consimili studio illic oblectarentur, quo in vita oblectati erant.) pascuntur, idest pascuntium similes, errant passim per campos:

## SERVIVS.

Paana canentes.) Proprie Apollinis laudes, quod nunc congruit propter lauri nemus: abusuue omnium deorum. Sic Orgia proprie Liberi: abusuue omnium deorum sacra. Pro odoratum.) Pro odorū: vt diximus supra. Vñ superne plurimus Eridani per syluam voluitur amnis. Eridanum Aratus in coelo esse dixit, haud longe à ceto. Hic & in terris est, q in Italia, idest in Venetia Padus vocatur: quem alij etiam ad Inferos volunt tendere. alij nasci apud iferos, & exire in terras. Ideo aut ista finguntur, q de Apennini parte oritur, quæ sepe stat inferū mare, & tēdit vsq ad superū. Ergo hic sensus est. Canebat in locis. vñ superne, idest ad superos plurimus Eridani amnis per syluam voluitur. Namq verisimile est: quoniam legimus de Aristæo, Omnia sub magna labentia flumina terra Spectabat diuersa locis. Et congrue. nam omnis humor ex terræ nascitur uenis. Alij Eridanum pro quocunq accipiunt, & dicunt v. r. i. x. v. dictum. Nam legimus fluuioꝝ rex Eridanus. & amat poetæ, pro appellatione, ponere magnæ rei proprietatem: vt alij

campos: addit cam (vt dixi) quia eadem gratia, currum, pro curruum (multi tamen cum Prisciano, currum, legunt: dicentes hypermetru esse non vitiosum: qd absumitur syllaba abundans per vocalē sequentē.) quæ fuit viuus. i. dum ipsi viuerent: & eadē curat quæ fuerat viuus pascere: pro pascendi: equos nitentes. i. bene curatos: & pinguis: vnde Flaccus de se, Me pingue & nitidū bñ curata cute vifēs, Quum ridere voles Epicuri de grege porcum. eadem, dico, gratia. i. oblectatio: & cura sequitur repositos. i. repositos, & constitutos: tellure. i. sub terra: hoc est, apud inferos: quæ res, quantum ad affectionem: non multum à nostris danatur. dicit enim, voluntatē extremam permanere: & ideo, æternas merito dare poenas: qui æternam habent in peccando voluntatem. sed ad sequentia pergamus.

## PIERIVS.

Acceleremus (ait) Cyclopus educa caminis.) Preteribo qd in aliquot antiquis exemplaribus, Hac celeremus, legitur: quasi viam alteram, qua progrediendum esset, indicarit Sibylla. Illud non fuit dissimulandum, qd varie legitur, educta. Nam codices aliquot, obducta, hoc est circumducta, habent. Aliquot absq; præpositione compositione, ducta, tantum, vt alibi, Pars ducere muros. & apud Liuium, Murum duxit. Sunt tamē quibus, educta, satisfaciatur magis, vt pote numerosius, & quod, caminis, de loco positū sit. Aduerso in fornice portas.) Vulgata aliquot exemplaria, in fornice. Sed codices oēs antiqui quotquot habui, aduerso fornice, absq; ea præpositione interiecta legunt. Hæc vbi nos præcæpta iubent deponere dona.) Antiqui nonnulli codices, Hic vbi, legunt: sed, Hæc dona, magis omnino placet. Et amœna vireta.) In antiquis exemplaribus, vireta, per st: & à viridi actu, virectū dictionem esse grammatici tradunt. Largior hic campus aether, & lumine vestit Purpureo.) In codicibus aliquot antiquis legere est, Largior hic campus. Inde altero mēbro, aether & lumine vestit Purpureo. In quibusdā alijs, Largior hic aer capos: quod veriti sunt ponere, aethera, apud inferos: quum tamen, & solē suū, & sua sidera norint. Sed vulgata lectio, quæ est, Largior hic campos ether, magis placet. Currusq; virum mirantur inaneis.) In antiquis sane omnibus codicibus, Longobardico excepto, mirantur, est singulari numero: vt de Ænea tantū id dicatur. Quid enī Sibylla miraretur, quæ sibi alias innotuerant. Stant terræ defixæ hastæ.) Antiqui pleriq; codices, Stant terræ defixæ, legūt, ablatiuo casu. Vtrunq; enim dicitur eleganter. Per campos pascuntur equi.) In antiquis aliquot exemplaribus, campum legitur, vniuersi tatis numero. Sed non displicet, campos, pluraliter, ad amplitudinem indicandam. Quæ gratia currum, Armorumq; fuit.) Sunt antiqui codices, Mediceus, & alij, in quibus, currū, integra dictione scriptum habeatur. Prisciano placet synopam fieri, neq; tñ negatuu duplex, scribi posse, vt fiat synalepha cum subsequente versu.

Conspicit ecce alios dextra, leuaq; per herbam  
Vescentes, lætumq; choro Paana canentes,  
Inter odoratum lauri nemus, vnde superne  
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.  
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.  
Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat:  
Quiq; pij vates, & Phœbo digna loquuti,  
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes,  
Quiq; sui memores alios fecere merendo:  
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta:  
Quos circumfusos sic est adfata Sibylla,  
Muscæum ante omnes: medium nam plurima turba  
Hunc habet, atq; humeris extantem, suscipit altis.  
Dicite felices animæ, tuq; optime vates SIBYLLA  
Quæ regio Anchisen, quis habet locus illius ergo  
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amneis.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.) Manus, idest multitudo eorum q ob patriam passi sunt vulnera, & est figurate dictum. Sane animaduertendum quod ait Horatius in arte poetica, Et simul & iucunda & idonea dicere uitæ. Nullam enim maiores nostri artem esse uoluerunt, quæ non aliquod reipublicæ commodaret. Vnde Virgilius hoc per transitum facit. Nam dicens do puniri

bi, Poculaq; inuentis Acheloia miscuit uis. Melius tamen est si distinguamus, vnde superne plurimus, vnde ad superos plurimus, idest magnus amnis voluitur per syluam Eridani, idest populos. Fabula namq hæc est, Eridanus Solis filius fuit: hic à patre imperatrum curram agitare nō potuit. & cum eius errore mundus arderet, fulminatus, in Italiæ fluuium cecidit: & tūc à luce ardoris sui, Phaethō appellatus est, & pristinum nomen fluuiio dedit. Vnde mista hæc duo nomina iter Solis filium & fluuium inuenimus. Postea eius sorores stendo in populos versæ sunt: vt i decimo, Populeas iter frōdes vmbraq; sororū. Et hoc Virgilius nā alij in alias arbores dicit.

do puniri patriæ venditores, contra præmia defensoribus solui: nihil aliud nisi fugienda vitia & sceleranda docet esse virtutes. (Sacerdotes casti, dum vita manebat.) Quasi quis castus posset esse post mortem, sed aliud dicit, id est qui fuerunt casti dum in communiõne vitæ verarentur. Nã hi qui sacra maxima accipiebãt, tenuerunt ciabãt omnibus rebus: nec vlla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiã quibusdã emaculabantur: vnde iam coire nec poterãt. Dicit ergo eos sacerdotes q casti fuerũt, etiã ante sacra suscepãt. (Pij vates.) Vaticanantes. (Phœbo digna locuti.) Veridici, q talia loquebãtur, qualia decebãt Apollinẽ. Multi. n. mentiebãtur: vt in Luciano Phœbas, ad quã Appius Claudius, Et nobis dabis improba pœnas, Et superis quos fingis, ait. (Inuentas aut qui vitã excoluere per artes.) Qui erudierũt & ornauerunt vitã per inuenta artificia. Significat aut Philosphos. (Quiq; sui memores alios fecere merendo.) Et qui aliquos sui memores fecere præstãdo: vt ne, Nunq; regina negabo Promeritã. i. prestãtisse. Terentiũs, Ego carine neutiquã officium liberi esse hominis puto, cum is nihil promereat, postulare id gratiã apponi sibi. (Omnibus his niuea cingitur tempora vitã.) Per quod eos ostendit meruisse diuinõs honores: vt diximus supra. (Musgum ante oes.) Theologus fuit iste post Orpheum: & sunt varig de hoc opinionones. Nam eum aliq Lunã filiũ, Aliq Orphei volunt, cuius eum constat fuisse discipulũ. Nã ad ipsum primũ carmen scripsit: quod appellatur Cratera. (Humeris extantẽ suspicẽ altis.) Quasi Philosphum, ac si diceret Platonem. Alludit enim poeta. Nam Plato ab humorum dictus est latitudine. Athleta enim fuit: qui post omniũ victoriam se philosophiã dedit. (Tuq; optime vates.) Quia theologus fuit, Et sciendũ hoc loco Sibyllam iam à numine derelictã. Vnde & interrogat: quod alias non faceret. (Quã regio Anchisen, quis habet locus?) Bene & generalitatẽ requirit & spẽm, quo possit facilius inueniri. Nã locus in regione est. (Illius ergo.) Propter illũ. Ergo aut coniunctio fuit, sed per accẽtus mutationẽ in aduerbiũ transit: & est sola particula quã habet in fine circumflexũ. (Multi male putant nomẽ esse indeclinabile: & dicunt positũ esse pro cã. (Causa aut, nomen est quod ponitur pro ratione) qui casus declinatione caret. (Magnos amnes.) Aut magna fluenta: aut quia nosem sunt, quã odiosum fuerat cõmemorare per singula.

DONATVS.

Conspicit ecce alios, &c.) Scilicet conuiuium celebrantes, & præter epularum lætitiã, hilaritatem suã festiuis etiã canibus protestantes. (Inter. o. l. n.) Omnia in vnum læta conueniant, honestorum personã, coetusq; iustorum, apparatus affluens, lætitiã, cantus: locus herbis hilaris, & iocũdus odoribus lauri, nemorosus, atq; vndarum perennium copia semper apricus. (Hic manus ob. p. p. v. p.) In maxima enim sunt gloria, qui pro patria pugnant obierunt, vt e contrario sunt in maximo crimine proditores. (Quiq; sa. c. d. v. ma.) Qui colentes deos puritati splendidiã castitatq; operam congruã præbuerunt. (Quiq; pij vates.) Qui instructi literis poetã phœbo carmina dignissima protulerunt. (Inuentas aut qui. v. e. p. ar.) Qui diuerso reperitũ artium genere vitam suã cultiorẽ facere maluerunt. (Quiq; f. me. a. f. m.) Qui humanã conditionis memores alios beneficiõ largitionibus promeruerũt. (Omnibus his, &c.) Omnibus, quos enumerauit, albã vittã pendebant de capite, omnia igitur cõmoda, iustitiã honestatisq; cultores in illis locis habẽt, & fruuntur, omnibus lætis, loco, syderibus, luce, pratris, nemoribus, cibis, delictisq; & dijs artium diuersarum. prope vt illi non exempti vitã, sed ad aliud viuendi genus transisse videantur. (Quos circumfusos.) Ipius enim fuerat præferenda persona, quem vitpote potiore circumdederant omnes. hos, inquit, allocuta est Sibylla: sed musæum primo, dehinc cæteros. intelligebatur quippe, quis fuisse ex omnibus potior. (Atq; humeris. e. f. al.) Inter medios, enim apparere non potest, nisi qui eminentior fuerit humeris, ita tamen altior cæteris fuit: vt eius humeri apparerent, cũ esset multitudine circumdatus coetu. hunc ergo & cæteros alloqui coepit Sibylla. (Dicite felices animã.) Felices, inquit, vitpote, q post depositam vitam talibus locis & delictis vterentur, ad oes autẽ ecurrit interrogatio confusa, ad musæum vero separata propter honorificentiam. indicate, inquit, vel maxime tu vates optime, quã regio habet Anchisen, quis locus? In regionis enim diffusa latitudine quã inueniri quenquã difficile fuit, addidit, quis habet locus, & vtrumq; coniungit, quia sicut in latitudine regionis locum inuenire difficile est, ita arduum sine designatione regionis locum necessarium reperire, ergo dicenda regio fuit, cuius pars necessaria querebatur, quia veropotuit dicere sibyllã, quare eum queritis: primo ipsã dixit. (Illius ergo Venimus.)

Propter ipsum, inquit, venimus. & propter ipsum transmittendi heribi laborem suscepimus.

ASCENSIVS.

Conspicit ecce alios, &c.) Docet, quantum tertum artifices, atque studiosos, in campis Elysijs inuenerint: vt ad consimilia studia mortalium animos inuiter. bonus enim poeta, non tam delirare (quod tamen plurimum facit) q; prodesse prætendit. Primum autem locum dat, ob patriam pugnãdo vulnera passis: sic enim nihil vtilius reipub. q; vt pro eius salute, quiuis sit paratus mori: eamq; esse præcipuam Romanorum gloriam, quibus dulce, ac decorum est, pro patria mori. Simile esset in nobis, si primum locum, martyribus consignaremus. Secundum, dat virginitibus, s. sacerdotibus, ac si dicat confessoribus. Tertium, prophetis veridicis. Quartum, bonarum artium inuentoribus, & operarijs. Quintum, qui de alijs benemeriti sunt. hoc est (quia q; proxime adludit) qui opera misericordiã adimpleuerunt, atq; consilio Christi paruenerunt, dicentis, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna habitacula. Nihil enim aliud videtur illud, Quisq; sui memores alios fecere merendo. vnde contra, inter damnatos collocantur: aut, Qui diuitijs soli incubuere reperitis, Nec partẽ posuere iuicq; maxima turba est. Sed cogor breuitati cõsultare: non quia pigeat prophana factis confirmare: sed, quã ne in immensum creseat opus, si quã dictã velim, dixerõ. Donatus autem dicit sic. (Omnibus his.) Omnia commoda consequuntur, honestatis cultores locum: sydera, lucem, prata, nemora, cibos, delicias, studia artium, vt non priuati vita, sed ad aliud viuendi genus transisse videantur felices, vitpote quã post depositam vitam, talia loca, ac delicias sint assequutã. Hæc ille. (Ordo est. Ecce, quasi dicat, & abrupto, & præter opinionem: Seneas conspicit alios veteĩs. i. discumbentes per herbã, sup. à dextra, & læua. i. vtrinq; & canentes. i. carmine laudantes: Pæana. i. Apollinem: lætum. s. propter vitulationem. i. lætum clamorem (vt in. iij. Saturnalium docet Macro. Strabo autem lib. ix. dicit, quod Apollo, hominem nomine Pythonem, ac cognomine draconem sagittis debellauit: atq; inter adhortandum, hic Pæan clamitauit: vnde consuetudinem traditam vult, vt qui consequuturi sunt, arcem sic Pæanis celebrationem clamitent: sed rem fabulosam censet, quã tamen potestatis est.) Canentes ergo Pæana, id est Apollinem lætum: hoc est laudes Apollinis per vitulationem: choro. i. in choro, & canu læto. (Declinatur autem hic Pæan, huius Pæanos, huius Pæani, hunc Pæana. Reperitur etiam, Pæana, numero plurali pro libro. De laudibus Apollinis canentes) inquit, inter nemus lauri. Laurorum: odoratum. i. odoriferum: vnde. i. de quo nemore: plurimus annis, id est fluctus Eridani, voluitur per syluam, superne, id est ad superos. Est ergo hic, superne, aduerbium, non de loco, sed ad locum. (Est autem Eridanus, inter sydera collocatus, iuxta cetum, seu balenam, vt dicit Higinus. Verum, fluuius est præcipuus in Italia, alio nomine, Padus, dictus. Eridanus autem ab Eridano, Solis filio, in eum præcipitatur, agnominatus: qui quidam Solis filius, vulgo Phaethon, dicitur ab ardore. Quum ergo (vt in secundo Meta. tradit Oui. imprudenter Erii currum regeret, incenso coelo præceps, in Padum ruit. Is autem fluuius, se re ab Occidente, in mare superum, quod Adrianum dicitur, in fluit. vnde finxit Homerus, ab inferis, ad superos ascendere. Vult autem physice significare, omnium fluuiorum origines, esse subterraneas: aut saltem, intertaneas: vt in. iij. Georgi. Ser. Iatius clarauit. Sed Eridani, præcipue meminit: aut propter Eridanũ in eo submersum: aut, propter naturã fluminis, qui præter aliorum morẽ, in Orientẽ fuit: vnde, ad superos, ab inferis fluere, recte dicitur) hic, sup. sunt: manus. i. exercitus: seu multi viri, passi (Est autẽ synthesis. i. constructio congrua, in re, nõ in voce, manus passificut, Pars manibus validi turres & moenia scandunt). i. qui perpassi sunt vulnera: pugnando ob patriam. i. pro salute patriã, superiores aut, vt Deiphobus, Parthenopeus, & similes, ob suã voluntatem, aut cõmoditatem, passi vidẽtur. Quisq; i. quilibet: aut, & hi, qui sup. fuerunt, sacerdotes casti, dũ vita manebat: quod additur recte, quia apud inferos, vbi nõ sunt vera corpora, nõ est vera castitas: nec ea quã est meritoria, est sicut dum vita manet: quã tunc casti esse possunt: & quisq; i. quilibet: vates pij. s. deorum cultores: & loquuti digna Phœbo. i. vera, & quã Phœbus inspirasse censeatur. At sup. hi, qui excoluere, i. ornauerũt, vitã. s. suã: per artẽs. s. bonas: inuentas. s. a se: & qui merẽdo. i. beneficia conferẽdo fecere alios memores sui. i. grato in se aĩo: hoc est, quicq; de alijs benemeriti sunt: tempora. i. capitũ partes, illi cinguntur omnibus his, vitã niuea. i. sertis candidissimis, ob mũdiciã, & nitore vitã.

Quos circumfusos. quum se circumfunderent, nouitatis gratia. Nam nouum erat illic, uia corpora conspiceret. Sibylla affata est sic & ante omnes. in primis, Musæum, vatem illum antiquissimum Thracem, & discipulum (vt quidam volunt) Orphei: vnde ob id filius eius putatur. sed Laertius dicit, eum Olpidis filium fuisse, & primum apud Athenienses philosophatum: qui fabulam Heras, & Leandri, versibus descripsit: obijtq; Phalaris, vbi eius ostenditur epitaphium. Ideo dicit, adloquuta est Musæum: ante oēs: nam turba. f. vatum, & sacerdotum plurima, habet hunc mediū, vt principem: atq; suspicit hunc, extantem altis humeris, sicut & Plato dictus est, qui prius Aristoteles dicebatur. Adloquuta est quidem sic: O animæ felices. i. beatæ, quæ iam estis in requie, dicit: & tu optime vates. f. Musæe: dic, sup. quæ regio, & quis locus habet Anchisen? Nos venimus ergo. i. causa, & gratia illius: & tra nauimus ergo illius, magnos ameis Erebi. i. inferni. Venimus, est hic præterito tēporis: & ita habet accentum in prima, quæ sola longa est. quum in secundā, quæ illic longa est, cadat in præsentī. Beroal. aut reprehendit Seruiū, reprehendētem, qui accipi dicunt Ergo, pro cā, sic: Quinetiā reprehēdo Seruiū, reprehēdētē illos, qui dicunt hanc particulā ergo, aliquando poni pro causā: quum illi

## SERVIVS.

Nulli certa domus. Id est habitatio, quam animæ tādū certam habent, q̄diu in corporibus sunt: post quorū abso lutionem vagantur pro vitæ merito in circulis. f. Lucis habitamus opacis. Varia dicit, quæ pro vitæ varietate cōtin gūt. In his aut locis Heroum animæ coluntur. f. Regentia riuis. Virētia: riuorum, scilicet causā. f. Iugum. Ita enim diuiduntur montes, in radices, latera, iuga, vertices pro lo corū qualitate. f. Dehinc summa cacumina linqunt. Non linqunt. hoc enim dicit Æneas & Sibylla, Perducti ad sum mū, in plana descendunt.

Penitus conualle virenti. Valde virenti: vt, Penitusq; sonantis Acellis scopulos. f. Inclusas animas. Nō re vera inclusas: sed mul titudine separatas, quo facilius agnoscerentur. f. Lustrabat studio recolens. Circūibat studiose retractans. Inclusas aut, aut segre gatas: aut fm ritum antiquum. Multitudinē. n. si numerare non poterant, eam in locū certum includebant per partes, & ex vnius numero quanta esset videbant. Quod Xerxes de suo fecit exerci tu. f. Charosq; nepotes. Posterōs: sic per nurus foeminas dicit. f. Fataq; fortunasq; virum; moresq; manusq;. Felicitas enim aut fatalis est, aut fortuita, aut ex virtute descendit. f. Alacris. Ipse alacris. Et sciendum antiquos & alacris & alacer, & acris & acer tā de masculino quā de foemino genere dixisse. Nunc masculino vt runcq; damus de foemino alacer & acer nunquam dicimus: licet Ennius dixerit, Æstatē Autūnus: post acer hyems fit. Nam inde est alacer.

## DONATVS.

Atq; huic responsū. Ad illam inquisitionem hoc pertinet, qua dictum est. Quæ regio Anchisen habet? f. Lucis, inquit habi opa. Riparūq; toros. Et hoc ad responsū pertinet quæ sitē re gionis, potes, inquit, partē nosse quam colimus. hæc est enim in qua nos vides. Locum non certum aut proprium hic habere cui quam concessum est, indiuisum est hoc spatium, omnibusq; com mune, perindeq; incertum est, vbi quis possit inueniri, dum quæ ritur. f. Sed vos si fert ita corde volūtas, &c. Sed si vos videndi eum cupiditas tenet, atq; in eo persistitis, iugū, quod videtis, hoc est collē superate factō ascensu, & facili ad eum itinere me auxiliante venietis. Beneuola instructio. omnis enim qui pleno stu dio aliquid præstat, debet id ipsum leuare remedio. huius igitur, in quo fuit maxima pars beneficij, qua dixit ego vobiscum veniam, vt de summo inspectione habita, possitis implere, quod vul tis. f. Dixit, & ante tulit gressum. Præcessit ignaris, vt illis facilita tē itineris demonstraret. f. Cāposq; ni. Desuper. o. Monstrauit il lis subiectā camporum nitentium latitudinē. f. Dehinc summa ca cumina linqunt. Hoc est deserto colle descēderūt ad plana quō descripsit, sic debuit esse, & quū peruenissent in collis cacumē,

ostendere

illi bene loquuti sint & Latine: qui hoc dixerunt, Seruius autem non recte: qui hoc inficiatur: nam (vt author est. Festus) ergo, in terdum significat gratiam: quum, scilicet gratia, intelligitur pro causa, in qua significatione accipitur apud Luuium, scribētē Apol linare ludos, victoriæ, non penitentia ergo, fuisse cōstitutos. i. causa, & M. Cato in re rustica, ita scriptū reliquit: Tibi ius est Por co piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergo. Et alibi, Harunce rerum ergo fundi terræ, agriq; mei lustrādi. Et alibi, Mars pater precor, quæso vt fies, volens propitius mihi domo, familiarēq; meæ, cuius rei ergo agrum, terram fundūq; meum Salitaurili gia circūuagi iussi. In his omnibus plane locis, ergo accipitur pro causa. Præterea extat exēplum epistolæ antiquissimæ, à cō sulibus Romanis, ad Pyrrhum Epirēsem scriptæ. vbi hæc verba leguntur: sed communis exēpli, & fidei, ergo visum est: vti te sal uum velimus, vbi sine controuersia, ergo, significat cām. & apud Virgi. velint, nolint grammatici, ergo intelligitur pro causa, in eo versū, Illius ergo venimus.

## PIERIVS.

Sui memores alios fecere. Nō placet quod in exemp. pleriq; veteribus, aliquos, legitur. Plus enim est, alios, dicere.

ostendere iter. sed hoc non tan tum vitium non est: sed est lau dāda breuitas. nullus. n. descē dit, nisi qui primo intelliga tur acēdēsse. campos nitentes dixit, vt meritū Anchise mon straret. ne in locis sordidis pos situs videretur. f. Inclusas ani mas. Nō ad iniuriā dixit, in clusas, sed ad meliorē spē sepa ratas à ceteris, & penitus viti di in valle discretas. hoc ipsum pōt apparere. qñ adiectū est. f. Superūq; ad. i. Non. n. di mitterentur ad vitā, si ob rea tum aliquē teneretur inclusi, f. Lustrabat. fr. Lustrabat, ad oculos pertinet. recolens, ad animi intentionē. Libētē, in quit, oculis ac mēte considera

bat Anchises suorū numerum, qui propter spem feliciorē Ro manæ reipū. in lucē fuerant cum omni prosperitate venturi. nu merum pro multitudine posuit. non. n. reuera numero poterant recenseri, aut id fuerat consideranti necessariū. f. Carosq;. n. Gra dus oēs tetigit futurę posteritatis. quia Æneæ & Alcani tempora secuturi viderentur. f. Fataq;. f. q;. v. m. q;. m. q;. Propositio est ista, quam inferioribus explanaturus est, demonstrans qui sint po steri, vel quales futuri, vel quali fato, quibusq; moribus & fortu na. ecce laus Anchise. locis quippe optimis & præclaris inuentus est agens etiam post mortem res altas, & gloriose considerās vo ta generis sui. laudatur, & Æneæ fatum cui prouenit occasio, vt etiam ipse spem suæ posteritatis. viuis aspiceret. f. Per gra. vidit Ænean. Prior inducitur Anchises vidisse, vt hoc fecerit expecta tis intentio, vel quia cum plurimis fuit, vel quia Æneas neciebat quō oculos tenderet. vel quia memorū amoenitate tegebatur. vbi igitur vidit Æneam contra venientem. f. Alacres pal. u. q;. t. Ee ce patris pietas plena, ante ad amplexus filij preparauit manus, q; fuerit potestas retinendi. veniebat. n. adhuc Æneas, non tamen peruenerat. Expressus ergo pietatis affectus, expressus desideran tis ardor impatiens, quū aduentui filij manibus procul occurrit, & voce fecisset, nihilominus & pedibus, si ætas nō obfisteret, & cupientem corporis vitium non teneret.

## ASCENSIVS.

Atq; huic responsū, &c. In responsione Musei vatis, docet beatas animas esse liberas. posseq; quoquo velint, diuertī. quū di ctum sit, q̄ sonitū animas nouies Styx interfusa, coeret, & quū oīs mortalitas libertatis, sit appetens, carcerisq; fugitans. inuitat quoslibet Poeta optimus, ad virtutē colendam, qua ad illam bea titudinē pertingant. Recitat præterea, in qua re occupatum in uenerat Anchisen: in recēdēda. f. progenie (ua. nā voluerit priscū philosophi, animas simul consistare: sed non simul in corpora mit ti. Recensere aut, est cum quadā cēsura recognoscere: & inspicere: quā rem vulgo appellāt, monstram facere, seu monstracionē, vt qñ stipendiarij corā duce, aut magistro suo comparēt. Fecit ergo Anchises, tanquā generis sui princeps, omnes animas de se ori Virgi. BBb turas,

tuas, in vnum locum continere, atq; inclusas recensebat. sicut de Xerxe dicitur, quod partem exercitus in Græciam traducendo, dinumeravit: secludendo in angulum vnum (vt quidam volunt) decem millium capacem, quem sæpe repleuit. atq; ita dimensus est, potius quàm dinumeraverit exercitum suum. Plinius libro quarto dicit, quod in Thracia est locus Doriscus, centum viginti millium hominum capax: ita Xerxes ibi dinumeraverat exercitum. Si ergo in hunc modum, inclusas dicamus animas, ad tempus, scilicet duntaxat vt dinumerentur: non est contrarium illi, Nulli certa domus. Dicere etiã possumus, inclusas in circulo vno sed in eo vagari posse: Verum quia id amantibus, & bellatoribus quoq; permixtum est: vt intra circulum suum vagentur, dicerem potissimum has animas quas recensebat inclusas: quia nondum in corpora descenderant: & ita non erant tanti meriti, sed futuræ quati; de quibus dictum est, Nulli certa domus. Donatus dicit ad hunc locum sic, ¶ Lustrabat. Oculis. Recolens animi intentione. ¶ Fata, fortunas, mores, manus. Propositio est eorum, quæ deinde profequitur. Hæc ille. ¶ Ordo est. Atq; heros, id est vates, herosca virtute præditus. ¶ Musæus: reddebat ita. i. in sequente modum, huic. s. Sibyllæ: responsum paucis, videlicet verbis. Nulli, i. non vlli: certa domus. s. quam solam habitare debeamus, non est vlli, sap. nostrum: quia nos habitamus lucis. i. in syluis, quæ non caduntur: opacis. i. condensis: & incolimus. i. frequetamus, dum volumus: quia toros riparum. i. quæ sunt in ripis: quas tamẽ nõ transgrediuntur: nõ, quod nõ possent, sed, quia nolunt: & prata virentia riuus. i. propter irrigationem. ex riuus: sed si volutas: aut hoc luptas fert: vos ita corde superate. i. ascendite. hoc iugum. i. hanc partem motis, circa vertice eius: & ego sistã. i. constituã vos: iam tramite. i. via qua transmeetis, aut transmittamini: facili, s. transitu. Dixit. s. Musæus: & ante tulit gressum. i. præire cœpit. & ostendit desuper. i. altiore circulo: campos nitentes. i. resplendentes: & linguunt dehinc. i. deinde: summã cacumina. s. montis. Cuius partes ita

Ordo

ita definiunt, vt sit radix iuxta planiciem. Latus, paulo altius. Iugum, via qua in cacumen itur. Cacumẽ, iuxta verticem. Vertices vtrinq; relicte altissimæ partes. Relinquit autem Æneas, & Sibylla: quia Musæus, iam eos dereliquerat, vt qui circulum suum non transgrediebatur. Nam Anchises, altioris meriti, in altiore ponitur loco. At. i. sed: pater Anchises lustrabat. i. recensebat, & inspiciebat in valle: penitus. i. omnino, aut valde virenti, animas inclusas. s. ad id officij: aut quia nondum meruerant, ad quod prædelli natæ erant gaudium: ituras ad lumen superum. i. nostrum, qui respectu eius loci superi sumus. Lustrabat (dicit) recolens studio. i. studiose, supple eas: & recensebat forte. s. tunc, quum Æneas aduenerit: quia illud non semper faciebat: sed tunc duntaxat, vnde fortuitum erat, non qd recenseret, sed qd tunc numerum suorum. i. a se oriturorum, hoc est posterorum suorum: qd, pro, id est nepotes, charos, id est præcipue dilectos. & fata, & fortunas, & mores, & manus. i. aut multitudinẽ, aut fortitudinẽ: virum, pro virotum: quo factio, significatur bonos lætari his bonis, quorum semina læcerant viui, etiam antequam producantur ad ortus. Isq; i. & is. s. Anchises: vbi. i. statim postq; aut quando vidit Æneam, tendente aduersum. i. ex aduerso: per gramina: tetedit. i. extulit: existens alacris. i. lætus: vtraq; palmas. i. ambas manus. Olim declinabatur, hic & hæc alacris, & h. c. alacre: vnde Terentius, Quin tu es alacris. Nunc autem, hic alacer, hæc alacris, & hoc alacre. volunt aut, ab acer deduci: sed acer, primam producit: quum alacer, secundã illi correspondentem corripiat.

PIERIVS.

¶ Et prata recentia riuus. In Roma. co. syluis: pro riuus, legitur. Sed enim, riuus in causa sunt, cur prata sint recentia. ¶ Si fert ita corde volutas. In cod. aliquot antiquis, voluptas, habetur. Errore, vt puto, quia alibi simili indiligentia, voluptat, pro volutat, scriptum aduertit. ¶ Et facili iam tramite sistã. In cod. aliquot antiquis, facili vos tramite, legitur. Sed, iam, in antiquioribus habetur.

SERVIVS.

¶ Genis. Palpebris. Ennius de dormiente, Imprimiq; genæ genã. ¶ Excidit ore. Quasi seni: quod circa Anchisen reseruat, vt, Tantumq; nefas patrio excidit ore. ¶ Venisti tandem. Hoc ad affectum pertinet desiderantis. Alias oritur quæstio quod dicit, sic equidem ducebam animo. ¶ Expectata. Probata: vt. Et rebus spectata iuuentus. Hoc autem dicit, Tua pietas mihi semper probata, nunc etiam. ¶ Iter durum vicit. Scilicet inferorũ. ¶ Et notas audire reddere voces. Familiariter loqui. ¶ Rebarq; futurum. Arbitrabar, ratiocinabar esse venturum. Per quod intelligimus fataliter Æneam ad inferos descendisse. Nõ enim nisi fatalia deprehenduntur. ¶ Nec me mea cura fefellit. Nec decepit me dulcissimus filius. Nam vocatius est Mea cura, id est tu: & dictum est sicut Veneris iustissima cura. ¶ Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum. Patrie eius ingemit casibus. ¶ Libyæ tibi regna nocerent. Aut quia de Junone ait Venus: Haud tãto cessabit cadine rerum. Aut quod est melius, illud dicit, Timui nedum apud regna Carthaginis voluptatibus vacabas, imperium fatale derelinqueres. ¶ Tristis imago. Seuera, terribilis, vt supra. Et turbida terret imago. ¶ Sepius occurrès. κατὰ τὸ σιωπῶντες sæpius ei dictum intelligimus: aut certe Egit me tua imago ad hæc tendere limina, quam sepe videri cõsueui. ¶ Stant sale Tyrrheno classes. Affectionis est filij et ea indicare de quibus non interrogatur. ¶ Largo fletu. Nato ex gau-

Effusaq; genis lachrymæ, & vox excidit ore.  
 Venisti tandem, tuaq; expectata parenti ANCHISES  
 Vicit iter durum picas, datur ora tueri  
 Nate tua & notas audire, & reddere voces?  
 Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum,  
 Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.  
 Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum  
 Accipio, quantis iactatum nate periclis?  
 Quam metui, nequid Libyæ tibi regna nocerent.  
 Ille aut. ¶ Tua me genitor, tua tristis imago POETA  
 Sæpius occurrès, hæc limina tẽdere adegit. ÆNEAS  
 Stant sale Tyrrheno classes: da iungere dextram,  
 Da genitor, teq; amplexu ne subtrahẽ nostro.  
 ¶ Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat: POETA  
 Ter conatus ibi collo dare brachia circum,  
 Ter frustra comprehensa manus effugit imago  
 Par leuibus ventis, volueriq; simillima somno.  
 Interea videt Æneas in valle reducta  
 Seclusum nemus, & virgulta sonantia syluis,  
 Lethæumq; domos placidas qui prænatat, amnem,  
 Hunc circum innumeræ gentes, populiq; volabant.  
 Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena  
 Floribus insidunt varijs, & candida circum  
 Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.  
 Horrescit visu subito, causasq; requirit  
 Inscius Æneas, quæ sint ea flumina porro,  
 Qui ue viri tanto completerint agmine ripas.

dio. ¶ Ter frustra. Sepius. finit pro infinito. ¶ Interea videt Æneas. Hirnos est hoc loco. i. vnus sensus protentus per multos versus: in quo tractat de Platonis dogmate, qd in Phædone positum est. ¶ τὸ ἄνω, de quo in Georgijs strictim, hic latius loquitur. De qua re et Varro in primo diuinarũ plenissime tractauit. Hoc autem continet, Æneas dum per inferos pergeret, respexit suum uium quẽdã loci remotioris: ad quẽ innumera multitudo tẽdebat animarũ. Interrogauit patrem qd esset fluius, vnde qua rone ad eũ pergerent animæ. Pater ait, Lethæus est: pergunt aut vt potantes obliuionẽ patiuntur, & incipiunt in corpore uelle remeare. Stupescit Æneas interrogat, Dic patet, aĩ quẽ per præteritã vitã tot supplicia pertulerunt, potest habere votũ reuertedi in corpora? Non est verisimile liberatas de corporis carcere ad eius nexũ reuerti. Suscepta nar ratione hoc Anchises exequitur, primo debere fieri vt redeant, deinde posse, deinde uelle. quonia obscura sunt, alijs diuisiõibus innotescunt. Quid est debere? Cũ ista animalia a deo originem ducunt: quæ quãuis scicernimus, reuertuntur sine dubio vnde cuncta procreantur. Deinde posse sic probat, quia immortales sunt animæ, & sunt quæ possunt reuerti. Tertium est vtrum uelint, quod dicit fieri per Lethæum fluiũ. Et hoc est quod dictum est. Sed incidetes gones faciunt obscuritatem. ¶ Virgulta sonantia syluæ. Quæ est iuxta prærupta fluminis. ¶ Domos placidas. Campos Elysijs. ¶ Prænatat. Præterfuit, & contrarie dictũ est. Nam

Ordo



Num non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est qui ait, Fluctusq; natâtes. Sane de hoc fluuio queritur à prudentioribus, vtrum de illis nouem sit qui ambiunt inferos, an præter nouem, & datur intelligi, quod ab illis nouem qui ambiunt inferos separatus est. Nanq; volunt eum esse imaginem senectutis, nam animæ nostræ vigent & alacres sunt & plenæ memoria à pueritia vsq; ad virentem senectam: postea in nimia senectute omnis memoria labitur, qua lapsa mors interuenit, & animæ in aliud corpus reuertuntur. Vnde fingunt poetæ animas Lethæo hausto in corpus redire. Ergo Lethæus est obliuio, morti semper vicina. ¶ Gentes populiq;. ¶ Innumerarum gētium & populorum animæ. ¶ Floribus insidunt.) Insido illi rei, vt, insidat quantus miseræ deus. Insisto autem illam rem, vt, Nulli fas casto sceleratum insistere limen. ¶ Circum lilia funduntur.) Floris speciem pro genere posuit. ¶ Flumina porro.) Longe remota, & est Græcum aduerbium. Bene autem Æneam longe à Lethæo facit: quia adhuc iuuenis est. ¶ Agmine ripas.) Cursu, impetu: per quod ostendit cito iri ad senectam: quia tota celeritate vsus labitur vitæ.

DONATVS.

¶ Venisti tandem.) Venisti tandem, secundum animum dictu est, cui

cui tardum venire potuit, etiam si illud, quod gestum est celeriter videretur effectum. pot in & sic & si tarde, tamē quia venisti, non incusatur tarditas tua. ¶ Tuq; e. p. Vi. i. d. p.) Ecce tarditate quā interuenisse desiderās putabat, ipse excusat. Possunt, inquit, conijcere, quæ causa te fecerit tardum iter durū viuis, & adeundi difficultas, atq; ad hæc loca tēdēdi. sed p te fili cōpertū est pietatē verā oībus eē difficultatibus fortiorē. ¶ Datur. o. t. N. t.) Quam, inquit, felix sum, cui licuit mortuo filium apud inferos incolumem cernere, affari, atq; audire gloriosum, & amplecti dulcissimū. ¶ Sic equidem ducebam animo, & c.) Non inopinatus aduentas. certus enim de instituto tuo fui, & speravi fore, quod officio plenæ pietatis implesti. Dinumerare autem est tempora æstimare, quando quid possit impleri, nec me mea cura fessellit, quia iuxta æstimationem meam venisti, gratulor non fuisse in illo falsas cogitationes meas: expectata pietas est, aut probata documentis, aut sperata temporibus multis. ¶ Quas ego te terras, & c.) Quas ego, duo pronomina, vnum pertinet ad diuersitatem, & quantitatem, qualitatemq; terrarum quas obierat Æneas, vt perueniret ad fauces, quæ dabant ad inferna descensum. Aliud quia dixit ego, hoc est cogitans pater, ego cui essent omnia pro tua salute suspecta. addidit te pronomen, hoc est, quem non conuenerat tantis laboribus. Virgi. Bbb ij ribus

vibus affligi, te filium bonum, piūm, religiosum: vt illud dixisse videatur, mihi iucūdisimum est, quia venisti. sed quia id magno tuo labore ac periculis factum est. vehementer affligor. & quanta per æquora vēstium accipio. in quibus & labor fuit immēsus, eui dens etiam periculum, apertumq; discrimen? Quā metui.) Hoc est, quantū timui? Ne. q. l. r. n.) Hoc non inaniter timuit. potuit enim illic Æneas extingui, vbi Iuno præcipue colebatur atrox ni mium & pertinax, inimicitia accedente & sæua hominum natura. de qua dictū est. Genus insuperabile bello. & quod genus hoc hominum? quæ hunc tam barbara morē permittit patriæ? Ille autē, tua me genitor, &c.) Piissimi filij & reuerētis officia executum se in responsione prosequitur. Quid, inquit, velis facere, pater? nisi, vt præceptis tuis duris licet obsequeretur: fecite iubente sæpius, & labores oēs tui causa contempsi. ¶ Stant (ale. ty. c.) Quid iustus hac causā si timebatur mare: in quo naufragium fecerat? ac iterum classis sub incerto periculi diutius esse nō debuit? hoc erat dicere, propter eundem te naues meas in tyrrheno mari dimisi, in quibus omnis constituta est ad Italiam præueniēdi spes. quod ait tyrrheno mari, hoc intelligi potest in portu, nō in loco naues meas dimisi: sæuū est tyrrhenū mare, nouit iam nostra naufragia: cauendū est, ne quid iterū moliat, cuius perfidiam senserunt. ¶ Da iungere dextram, &c.) Didicerat. n. in Creusæ cā mortuorū esse fallaces amplexus. ¶ Sic. m. la. f. so. r.) Vel q̄ talē per dixerat patrē, vel q̄ eum fuerat maturo reditu deserturns. ¶ Ter conatus ibi collo, &c.) Factū est, quod Æneas, ne contingeret, timuit. nā quū audis in patris iret amplexus, & colla eius officio/sis brachijs cingere niteretur, frustra factū est. quod. n. fuerat inane, teneri nō potuit. deniq; fugit imago, nō sic dixit, quasi voluntate filij vota deferebat: sed subtrahatur manibus non Anchisæ studio, sed naturæ deficiente substantia, ac si quis velit tenere ventos, aut auras manu concludere. ¶ Interea videt Æneas.) Magna circū lethæū fluuium nemoraq; eius, & multarū gentium, inquit, agmina volitabant. ¶ Ac velut in pratibus, vbi apes, &c.) Apibus sitas animas comparauit, quæ in valle secreta infinitæ circū virgulta sylvarum volitabant, & fluminis ripas. ideo quia eadem apes iuste & caste floribus suam concipiunt prolem, floribus mel la concipiunt, & fauos honesto labore distendunt. perinde q̄ & illæ animæ pro merito suo condendo Romano imperio parabantur, & completuræ fuerant vrbē, & creaturæ romanam sobolē, apum cæcibus nascuntur æquatq; ¶ Horrescit. v. f.) Hoc est cū stupore miratur. ¶ Ca. q. re. In Æneas.) Merito requirebat causas, quia incūsus fuerat. nullus enim quærit nosse, quod nouit. ¶ Quæ sint ea. f. p.) Hæc Æneas cupiebat nosse, quæ essent illa flumina, vel quorum virotum animæ in vnum essent congregatæ. per interrogantis respondentisq; personā eo poetæ ducitur carmen, vt Æneas lætus ab inferis dimittatur, & felicitas eius appareat, cui soli contigit, anteq̄ nasceretur, nosse posteros suos. Interrogatio igitur eius continet propositionē, qua cupiebat audire, quis vel qualis ille sit fluuius, quiue sint illi, qui ad eundē collecti streperent: vel cur eo congregati confluerent.

ASCENSIVS.

¶ Effusæq; genis lachrymæ, &c.) Recitat pientissimi patris, amississimam ad filium adloquutionem: q̄ autem dicit, lachrymæ effusæ id præ gaudio intelligendum est: sed annotandum, q̄ vno beato, imo post apothecin lachrymas dat: verum dicemus eas, inanes intelligi, vt equos, & currus, de quibus supra: & id solum significare, quia idem affectus maneat defunctis, qui fuerat viuis: hoc tamē habemus lachrymas præ gaudio, aut ex pietate pfusas, nihil imperfectionis in homine significare, si etiam tali viro in Elysijs dantur: vnde quod excludit à viro bono, & sapiente, in carmine De viro bono: & ab agricola, cōmiserationē dicēs, Nec miseratus egentem est: non intelligemus misericordiā damnare, sed aut paupertatem, quā nihil habeat mali: non cedere miseratione dignam aut malam affectionem secludere à viris perfectis: qualis est cōmiseratio de rebus, quas forti animo perferre debeamus. Recitat præterea optimi filij benignam responsionem, plura continens, q̄ pater interrogauerat: nam de nauibus, quas se in mari Tyrrheno dereliquisse ait: nihil percunctatus fuerat Anchises. Ea autē carmina quæ de complexu frustrato dicuntur. (Conatus enim est rerum, quæ non fortiuntur effectum.) ex Odyssææ Home. xj. lib. de verbo ad verbum sumpta sunt. Significant autē simulachrum duntaxat Anchisæ illic fuisse: hoc est: corpus inane. nam verum corpus in Sicilia conditum erat: anima, lachrymas non habet. Simulachrum autem, quia corporis simulat: saltem operatiōes, & potentias eas simulare potest: sed altioris est hæc quæstio negotij à theologis nostris: & p̄cipue diuo Augustino, in De ciuitate dei,

anxie discussa: quærit enim, si ignis materialis sit apud inferos, quomodo animas incorporeas vrat? atq; in id fere cōcedit: quod dicitur, q̄, Non funditus omnes Corporeæ excedunt pestes. hoc est, q̄ animæ secum trahūt corporis passionēs & affectionēs, quæ illic puniuntur. Sed de his argutores, argutius disputent. Nos: q̄a Donatus hic deficit, Ordinem ponamus, quī talis est: q̄, pro lachrymæ effusæ sunt: genis. i. palpebris Anchisæ: & vox. i. oratio sequens: excidit. i. elapsa est, vt seni: ore. f. Anchisæ. O nate, venisti (non interrogantis, aut dubitantis: sed præ gaudio admirantis, interrogandi forma est.) tandem. i. post longam expectationem meam: q̄, pro & tua pietas expectata. i. probata, & cognita, semper parenti. f. mihi (præcipue tamen, dum eum humeris suis extulerat incendio Troiano) vicit iter durum. i. difficile: non propter descensum, sed propter regressum: aut etiā propter descensum: q̄ licet dictum sit, Facilis descensus Auerni. id intelligitur de defunctis, quia postea vocatur regna inuia viuis: datur. i. datur ne. hoc est, conceditur ne mihi, tueri tua ora: & audire, & reddere voces notas? Equidē ego ducebam animo. i. augurabam, aut opinabar, seu cogitabā sic te facturum: & pro. i. rebar futurum. f. vt me viuas, dinumerans tempora. i. disquirens quanto tempore opus est ad hanc profectiōem: nec mea cura. i. sollicitudo, quam de eare habui, sefellit me. Seruius vult, vocandi casum esse, mea cura. sed id (iudicio meo) dici non potest: quum. n. omnis vocatiuus sit secundæ personæ, nō diceret, sefellit: sed sefellisti. Si tamē velimus de Ænea dictum: in tertia persona dicamus: nec mea cura. i. sollicitudo mea dulcissima, sefellit me: hoc est, tu non sefellisti me. Nam licet ad personam, quasi de persona loqui: vt in euangelio. Et vnde mihi hoc, vt mater domini mei veniat ad me? vbi non dicit, venisti ad me: q̄a in tertia persona loquitur. Per quas terras (et admiratiue: ac si dicat, dij boni per quas terras) .i. regiones, & per quas. i. quantum magna. q. d. per maxima æquora, ego accipio te. reclusum? & ò nate, quantis periculis, pro periculis: accipio te iactant q. d. et maximis. q̄. i. quantū, hoc est ò quantū. q. d. maxie metu, ne regna Libyæ nocerēt tibi, qd. i. aliquid, sciuerat. n. per reuelationē: aut q̄a deus effectus Ænam ad Libyam appulsum: & illic à Didone teneri: à qua et ne regnum Italiae obliuiscatur, conatus est eū auellere crebris admonitionibus: vt attestatur Æneas, dicēs in. iij. Me patris Anchisæ quoties humētibus vmbri Nox operit terras quoties astra ignea surgunt, Admonet in somnis, & turbida terret imago. Autē, pro sed. ille. f. Æneas, quæ adloquutus est, sup. respondit, ò genitor tua: tua imago tristis. i. terribilis, aut mœsta, propter timorē quē habuisti, ne quid Libyæ mihi regna nocerēt, occurrēs. f. in somnis sæpius: quia (vt iam dixi) Quoties humentibus vmbri Nox operit terras. (In. v. etiam apparuit dicitur: quo circa magis congrue illic dixisset, q̄ hic, quæ nunc dicitur: quia frustra diceret se verum, ne quid Libyæ tibi regna nocerent: quū postea in Sicilia, ipsum adloquutus sit: verum exortatur, quia in. v. venerat vt caduceator, Iouis imperijs missus: quo circa, nihil præter q̄ quod iussus erat, tunc explicare potuit. sed lolummodo admonere, vt ad inferos ad se descēdat, plura audimus) adegit. i. impulit, aut egit, tendere ad hæc limina. f. regni beatiorum: quū Anchises sit in optimo circulo. Classes. f. nostræ: sunt sale. i. in mari: Tyrrheno. i. à Tyrrheno denominato: est autē inueniunt ad Italiam. Da. i. concede: iungere dextram, supp. nostras: da (inquit) ò genitor: & ne subtrahere te, sup. mihi: amplexu nostro. i. dum te amplecti conor: aut amplexu, pro amplexu nostro: p̄ter quod significat patrē, quoties eum amplecti voluit se elongare, quum sciret se amplecti non posse, quia verū corpus nō haberet. Æneas memorās. i. loquēs sic, rigabat simul ora, largo stecti. f. mul large flebat. Conatus, supp. est Æneas: ibi. i. in eo tēpore: aut quū id diceret: ter circūdare brachia collo: aut dare collo brachia circū. i. in circuitu: & imago cōprensā frustra, q̄a retineri non potuit, effugit ter: manus. f. Æneæ comprēditus, exiit par ventris leuibus, & simillima, somno volucris. i. cito auolati. Æneas videt interea. f. dum talia moliretur: in valle reducta. i. longe positæ: mus seclusum. f. à frequētia eorū, qui Elysiū colebāt, & virgulta fonātia syluis: & amnem Lethæum. i. obliuionis, qui prænat domos placidas. i. sedes beatas: sed peractō tpe, dijs ita volentibus, quēdā animæ ex eo bibunt obliuionē: & incipiūt in corpora velle reuerti. Gētes innumeræ, & populi, sup. innumeri: volabant circū hunc. f. amnem: ac omnis campus strepit murmure. f. animarum cūcunolantium: veluti. i. quæ admodū: omnis cāpus strepit, in pratibus vbi apes insidunt. i. sedē capiunt fructū se floribus variorum colorū: æstate serena. i. dum tēpus estiuum, aut vernū, est serenū: & dum funduntur circū candida lilia, Æneas incūsus. i. talium rerū: horrescit subito visu. i. visione subito oblata: & regni causas,

causas, & supp. requirit, quæ sint ea flumina: porro, i. procul apparentia: ve, pro vel: qui viri compleverint agmine. i. ipetu tanto: ripas. i. Lethæi fluminis. Ideo autem Æneas fingitur longe esse à Lethæo flumine: quia adhuc iuuenis est: memoria autem deficit in senio. Agmen, proprie est multitudo dum agitur: aut impetus ipse: vt, Leni fuit agmine Tybris. Quod autem dicit Æneam vidisse amnem Lethæum, intelligendum est in sensu diuino. hoc est vidit amnem, q. est Lethæus: nesciuit tamen esse Lethæum: vnde id dictum est ex persona poetæ.

## PIERIVS.

¶ Quas ego te terras. Romanus codex, & aliquot alij vetusti, Quas ego per terras, legunt. Mihi prior lectio facit satis, quæ est si, per legas: te pronomen desideraretur. ¶ Hæc limina tedere ad, egit. In cod. aliquot peruetustis legere est, adire coegit. Sed omnino lectio hæc ex aliqua paraphrasi desumpta est, pedestris enim & exilis est. Illud vero, tendere adegit, longe sublimior phrasîs & elegantior.

## SERVIVS.

¶ Animæ, quibus altera fato Corpora debentur. Sciendum non omnes animas ad corpora reuerti. Aliquæ enim propter vitæ merita non redeunt: alique redeunt propter malam vitam: alique propter fati necessitatē. ¶ Lethæi ad fluminis vndâ. Si aia æterna est: & sum misis pars: qua rone in corpore non totum videt, nec est tantæ prudentiæ tantæque vinctivitatîs, vt oia possit agnosce re: quæ cum coeperit in corpus descendere, potat stultitiam &

obliuionē. Vnde non potest implere vim numinis sui post naturæ suæ obliuionē. Obliuiscitur autē secundum poetas preteritorum: sicut Philosophos futuri. Vnde medium tenuit dicendo Obliuia. Docent autem Philosophi, aia ad ima descendens quod per singulos circulos perdat. Vnde etiam Mathematici fingunt, quod singulorum numinū potestibus corpus & anima nostra connexa sunt: ea ratione quia cum descendunt animæ, trahunt secum torporem Saturni, Martis iracundiam, libidinem Veneris, Mercurij lucri cupiditatem, Iouis regni desiderium: quæ res faciunt perturbationem animabus, ne possint vti vigore suo & viribus proprijs. ¶ Securos latices. Qui securos faciunt: vt morbos pallidos dicimus, quod pallidos faciunt. ¶ Tam pridem. Ex quo ait, Tum genus omne tuum, & quæ dentur moenia, disces. ¶ O pater. Nota breuitas. Nam dicendo Pater, qui loquatur, ostendit. ¶ Ad coelum hinc ire putandum est. Miscet philosophiæ fragmenta poetica: & ostendit tam quod est vulgare, quam quod continet veritas & ratio naturalis. Nam secundum poetas hoc dicit, credendum est animas ab inferis reuerti posse ad corpora, vt coelum superos intelligamus, id est nostram vitam. Secundum Philosophos vero hoc dicit, credendum est animas corporis contagione pollutas in coelum reuerti. ¶ Sublimeis animas. Non omnes, sed sublimium. ¶ Ad tarda reuerti Corpora. Animæ comparatione, quæ velocius nihil est. Vno enim momento potest vniuersa discurrere. Quæ lucis miseris tam dira cupido: Vt id desiderant, propter quod sentiunt poenas dedisse, scilicet vitam. ¶ Suspensum. Sollicitum, incertum: vt, Multo suspensum numine ducit. ¶ Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit. Hysteron proteron. Post hanc enim versum sequi debuit, Dicam equidem: nec te suspensum nate tenebo.

## DONATVS.

¶ Tum pater Anchises. Quæ cito summam, duobusque questis occurrit, dixit. n. q. sit fluuius, & quam ob causam animæ conuertissent. Iste, inquit, animæ sunt primis excepte corporibus eius facti, vt secundæ luci, & altero corpori debeant reddi: hæc ad lethæum fluuium, quæ cernis veniunt. eius. n. natura talis est, vt quisquis ex eo potauerit, quidquid apud superos gestorum suorum memorie mandauerit, perdat. quia causa illæ conueniunt. vt dum se vnam simpliciter haurire arbitrantur, obliuionē superioris temporis bibant: nulli. n. iocundum est, ad lucem iterum venire post mortem, si malorum, quæ in vita perferant, recordatione teneantur. Hic fluuius facit, vt omnia primorum incommodorum memoria non vitæ dicitur: sed ad superos redeundi odio, sed amore dicitur. ¶ Has equidem. n. t. atq. o. co.) Maior enim oculorum, quæ aurium fides est, multo

& elegantior. ¶ Simul ora rigabat. In antiq. plerisque, rigabant, plurali numero est. Sed de Ænea tantum hoc dictum voluit mul ti, quod absurdum dicunt, dare lachrymas Anchise, in beatorum iam numerum adscito. Sed fecit hoc poeta, ad affectum mutua pietatis exprimendum. ¶ Seclusum nemus. In Roma. codice, Reclusum, legitur: sed enim Virgilius, huius dictionis primam libentius corripere solet. ¶ Virgulta sonantia syluis. Seruius, syluæ, legit: & Romanus illi codex ad stipulatur. Reliqui etiam variant. Aduertendum autem syluæ, apud Seruium accipi, genitiuo casu. In Mediceo syluis, habetur. ¶ Qui ve viri tanto compleverint agmine ripas. In vetustis quibusdam exemplaribus legere est, Quid ve: hoc est: quorsum, quam de causa: sed non ita placet. In aliquot alijs, Quis viri, habetur: quod rectius mihi succedere videtur, quæ flumina, quis viri. Est &, compleverint, finitio modo, in bona codicum antiquorum parte. In aliquot, vt in Mediceo, compleverint, per e, nusquam vero, compleverint, per i, legi.

¶ Tū pater Anchises. ¶ Aie, quibus altera fato Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndâ. Securos latices, & longa obliuia potant. Has equidem memorare tibi, atque ostendere coram, Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum: Quo magis Italia tandem lætere reperta. O pater, an ne aliquas ad coelum hinc ire putandū est Sublimeis animas iterumque ad tarda reuerti Corpora: quæ lucis miseris tam dira cupido? ¶ Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo. ¶ Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.

multo melior si audita videatur. ¶ Quo magis. I. m. l. x. r.) Quæ autem iste sunt animæ, Quodque facturæ, debes nosse, tunc. n. gratulaberis melius Italiam reperisse, quam quæris, cuius gaudij etiam ipse particeps ero. ¶ O pater, an ne. a. ad. c. h. i. p.) Conueniens facti istius dubitatio, qui innumera mala durasque persequis est, & in his fuerat, & sperabat adhuc usque peiora, credimus, inquit, velle quæquam non tamen ad lucem, sed ad vitæ tedia reuocari. quæ tanta nascitur cupiditas misere-

ris: vt velint esse iterum, quod semel euasisse debuerant gratulari. miseris ostendit non solum illos esse fortuna in qualibet parte. sed etiam illos, qui non intelligunt, quod suis commodis profit. de terrima petunt, & fugienda perquirunt. ¶ Dicam equidem.) Quæ desiderant cupis audire, dicam nate. ne te sub incertis tractatibus diutius teneam. ¶ Suscipit Anchises.) Aggreditur Anchises relationem, & ordine suo singula prosequi coepit, occasione future relationis altior tractatus inducitur, vt ostendat poeta, ex quibus constat hominum genus, vel animalium cæterorum, & vnde mouentur in gaudium, vnde vertantur in metum, vnde diuersis cupiditatibus teneantur, vnde affligantur doloribus, vnde aia nutrimenta suscipiant, sed prius erat dicendum, quæ ista sint, & quemadmodum constant, ex quibus vniuersa nascuntur, & valent.

## ASCENSIVS.

¶ Tunc pater Anchises: Animæ quibus altera fato Corpora debentur Lethæi, &c.) Ex arcana philosophia respondere inducitur Anchises, animas quorundam apud inferos existentium, debere, & posse & velle redire in corpora. Debere: quia rerum vicissitudo est, & quum finitæ, & simul conditæ, secundum Platonicos (nam hæc omnia, secundum fidem nostram, erronea sunt) sint animæ: corpora autem quotidie generentur: necesse est, vt eadē anima in diuersa migret corpora. Quin etiam Plato censuit etiam, in beluina corpora nonnullorum animas transferri, vt ebriosorum in corpus suis: iracundi, in corpus leonis, &c. Posse autem, quia immortales sunt. Velle vero, quia Lethæum flumen potantes, obliuiones malorum quæ in hac vita habuerant, imbibunt: dicunt tamen nonnullas perpetuam felicitatē meruisse, sed paucas: vnde est, Et pauci læta arua tenemus. veruntamen secundum hæc principia, oportet dicere, paucas eam felicitatē merituras: quia si omnes mereantur, quæ nunc sunt animæ, defineret hominum procreatio: quam tamē perpetuam censent. Et si dicant, non omnes posse mereri, deterrent multos à virtutum cultu: vnde dicere debent, singulas quidem, aut gratia, aut merito posse ad perpetuam peruenire felicitatē: paucas tamen peruenituras. dicit autem Plato, animas ab æterno creatas (quod tamen Augustinus noster reprobat, dicens, Animas creando infundi, & infundendo creari.) & dum à cœlesti sede, per circulos delabuntur atque trahere varias affectiones: vt Macrobius docet, in De somnio Scipionis: à Saturno rationem, & intelligentiam: ab Ioue, praxim, seu partem actiuam: à Marte, irascibilem, tam virtutis, quam vitiorum causam: à Sole, sentiendi, & opinandi vim, tam vt aliqua sciamus, quam vt fallamur: à Venere, desiderium, indifferens ad bonum & malum: à Mercurio, interpretationem per sermonem: à Virgi.

BBB in Luna,

Aiarum creatio quo fiat

Luna, vim generatiuam, & nutritiuam. Ser. aliam affectione ex planetis trahi affirmat, vt in eo videre licet. Plato aut vult, aias ante q̄s per circulos descenderint, omnium peritas: & eandē scientiam postea eruditione acquirere, dicitans nostrum addiscere nō esse, nisi quoddam reminisci. Sed quum hæc reprobata sint, non est in eis immorandum, nisi quatenus ad explanationem poetæ faciunt. Donatus aut dicit sic. ¶ Tunc pater.) Interrogat Æneas: quis fluuius: & quare animæ, illum petant. Ad vtrunq̄ breuiter respondet, esse animas, quæ in alia corpora reuerti volunt: & fluuium esse Lethæum. ¶ Quo magis Italia.) Ex hoc ostēdit se magna dicturum. ¶ O pater, an ne.) Non poterat nō mirari, quod ad tanta incōmoda vitæ redire velint. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Anchises pater, ait, sup. tunc: Animæ, quibus altera. i. secunda corpora: debentur fato. i. necessitate quadam, aut deorum voluntate (qua non omnibus debentur: perfectis enim heroibus, & dijs genitis, perpetua est apud Elysijs sedes: sicut contra, pessimis deorum violatoribus, æternum est apud tartara supplicium: Vnde de Theſeo dictū est. Sedet æternumq̄, sedebit Infelix Theſeus.) potant ad vnam Lethæi fluminis, latice securos, idest secludentes à curis, aut facientes securos: & longa obliuia. i. malorum, & poenarum, quæ & quas semel perpeſsi sunt, dum essent in hac vita. Equidem. i. ego quidem: cupio memorare. i. enarrare: & recensere tibi: atq̄ ostendere tibi, coram, scilicet oculis tuis: has, scilicet animas, in corpora migraturas: & cupio iam pridem, idest à plusculo tempore: enumerare hanc prolem meorū, idest à meis deſcenſurorū: n. eo, supple quo, idest ideo: vt, Leterē magis mecum, Italia reperta. (Potest tamen construi, non secundum prius dicta: sed (vt Seruius inquit) secundum historicam fidem. Quo lætere magis Italia reperta mecum. quia etiam Anchises in Italiam venisse dicitur: sed huic loco, & multis þus habitis, quadrat prior constructio quam sequimur: artis tamen est interdum sic loqui, vt in plureis sententias trahi possumus. (Æneas, supple ait: O pater: an ne putandum est aliquas animas, sublimes. i. in sublimitas, aut egregias: ire hinc, idest ex his tam beatis locis: ad cœlū. i.

ad conspectum cœli, aut aerem, in quo degimus: & reuerti iterū ad corpora tarda, idest eas tardantia, & hebetantia: quæ cupido. i. cupiditas, lucis, scilicet cœlestis: quum illic etiam lux sit: aut lucis i. vitæ, est, sup. eis, tam dira, idest execrabilis, & quasi deorum ira inducta: Respōdet Anchises: Equidem, idest ego certe dicam: nec d. nate, tenebo te suspensum, scilicet animo, hoc est dubium, & ambiguum. Anchises (suspicit. i. sursum, vel seorsum inspicit: vt faciūt, qui noua inuenire volunt: sicut contra, Despiciunt terram, qui reuerti volunt. atq̄ pandit singula. i. singulas res, ad propositam quæſtionem pertinentes: ordine. i. per ordinem: incipiens. sc. à primordijs, & primis causis.

PIERIVS.

¶ Quo magis Italia tandem lætere reperta.) In codi. aliquot antiquis, lætare, imperatiuo modo: deq̄ re præſenti, ad solidiorem gaudiū causam. In omnibus deinde pro, tandem, vno exemplo, mecum, scriptū est. In Romano totus versus ita mutatus, Quo magis Italiā mecum lætare repertam. Iam enim in Italiā descenderat Æneas, eamq̄ repertā esse plurimū gaudebat. Sed eo magis gaudendum ait Anchises, quod non tantum erroribus finis sit impositus, quodq̄ sedes fato debitæ iam apprehensæ. Sed quod præter hæc tot illustres viri sint ex suo genere propagandi: totq̄ & tantæ sanguini suo accessiones præparatæ: quocirca, lætare, ait, nunc magis, ac magis. ¶ Iterumq̄ ad tarda reuerti Corpora.) In codicibus aliquot antiquis, in tarda, legere est. Vtrunque placet. ¶ Que lucis miseris tam dira cupido?) In codicibus aliquot sane q̄ vetustis, cupido est: vna plus dictione legitur: sed absq̄ ea suauius. ¶ Suspicit Anchises.) In probatoribus codicibus antiquis, Suscipit, habetur: quod significat, respondet. Et in euangelica lectione, multa eo modo reponenda: animaduertas, recte quidem prius traducta: sed imperitia sæculi post modum corrupta. Huic vero lectioni Prisciani etiam subscribit, autoritas dicentis illi, ὑπολαβών, pro respondeo: ὁ δὲ ὑπολαβών ἐφθ. Nos suscipiens, inquit. Hinc Virgilius, Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit, pro, respondit ad interrogationem Æneæ.

Ordo.

SERVIUS.

¶ Principio cœlum ac terras, camposq̄ liqueteis.) Interrogatus Anchises quare animæ velint reuerti ad corpora, quasi aliud dicit, tamen illuc recurrit: quod Græce τὸ πρῶτον dicit, idest omne quod est. Quatuor sunt elementa: terra, aer, aqua, ether: & Deus. Præter hæc nihil est aliud: & hoc, mundum non possumus dicere. Nam mundus non est totum. Ergo Deus est quidem spiritus diuinus, qui per quatuor infusus elementa gignit vniuersā. Igitur si de elementis & Deo nascuntur omnia, vnam originē habent: & par est natura omnium. Sed videamus quid in nobis est: Deo: & quid à quatuor elementis. Quantum datur intelligi, ab elementis habemus corpus: à Deo animam: quod ideo probatur, quia quod est in corpore, terra, humor, anhelitus, calor (quæ omnia vidētur, sicut etiam elementa) animus inuisibilis est: sicut etiam Deus, vñ originem ducit. Illa p̄terea irrationabilia sunt sicut corpus, contra Deus habet consilium, sic etiā animus. Deinde elementa mutari videmus, quorū perire, mutari est, sicut etiā corpus: q̄ inde originē ducit. contra, Deum non perire manifestum est: ergo nec animus perit, qui inde originem ducit. nā pars semper sequitur genus. Huc igitur tetendit primam intentionem suam, vt animos immortales diceret. Sed occurrit illud, Si imortales

¶ Principio cœlū, ac terras, cāposq̄ liqueteis, ANCH. Lucentemq̄ globum lunæ, Titaniaq̄: astra Spiritus intus alit, totamq̄ infusa per artus Mens agit molem, & magno se corpore miscet: Inde hominū, pecudumq̄ genus, vitæq̄ volantum: Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus. Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant, Terreniq̄ hebetant artus, moribundaq̄ membra: Hinc metuunt, cupiuntq̄; dolent, gaudentq̄; nec auras Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco, Quin & supremo quum lumine vita reliquit, Non tamen omne malū miseris, nec funditus omnes Corporeæ excedunt pestes, penitusq̄; necesse est Multa diu concreta modis inolescere miris. Ergo exercent poenitis, veterumq̄; malorum Supplicia expendunt: aliæ panduntur inaneis Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni. Quisq̄ suos patimur maneis: exinde per amplum Mittimur Elysiū, & pauci læta arua tenemus: Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem, purumq̄; reliquit Æthereum sensum, atq̄ aurai simplicis ignem. Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos, Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno, Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant, Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

tales sunt, & vnum habēt principium: qua ratione non omnia animalia sentiunt. simili ter: Et dicit non esse in animis dissimilitudinē, sed in corporibus, quæ prout fuerint vel viuacia, vel torpentia, ita & animos faciunt: quod potest etiam in vno eodemq̄ corpore probari. In sano enim corpore alia est viuacitas mētis, in agro pigrior, in fanis inuadida & ratione carēs, vt in phreneticis cernimus, adeo cū ad corpus venerit, nō natura sua vtiq̄, sed ex eius qualitate mutatur. Inde Afros verſipelles, Græcos leues, Gallos pigrioris videmus ingenij: quod natura climatum facit, sicut Ptolemæus deprehendit, qui dicit translatum ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare. De toto n. non potest: quia in principio accepit sortē corporis sui. Ergo anima p̄ qualitate est corporis. Et qua ratione res melior, est in potestate deterioris: Atq̄ diuinus animus debuit corpus habere in potestate, non mortale corpus naturam animi corrūpere. Sed hoc ideo fit, quia plus est quod continet, q̄ quod continetur: vt si leonem includas in caueam, impeditus vim suam non perdit: sed exercere non potest. ita animus non transit in vitam corporis: sed ex cūlō coniunctione impeditus nec exercet vim suam. Occurrit illud, Omne quod corrumpitur, æternum nō est. si animus insanit, irascitur, deſyderat, timet: caret æternitate,

tales



ate, cui sunt ista contraria. Nam passio aeternitatem soluit. quod ideo falsum esse dicimus: quia animus nihil per se patitur, sed laborat ex corporis coniunctione. Et aliud est per suam naturam corrumpi: aliud per contrarium rei alterius. Videmus enim tale aliquid ut in lucerna, quæ per se clara est: & locum in quo est sine dubio illuminat: sed si qua re tecta fuerit & inclusa, non perdit splendorem proprium qui in ea est (remoto namque impedimento apparet) nec tamen quia impeditus est eius vigor, ideo etiam corruptus. Ita ergo & animus quandiu est in corpore, patitur eius contagionem. simulatque depoluerit corpus, recipit tuum vigorem, & natura utitur propria. Si ergo recipit naturam suam, quare poenas apud inferos patitur? Ideo quia res quæ simul diu tuit, non potest deposita ipsa re statim in suum nitorem reuerti. vt si speciem candidam missam in lutum polluas, & eam statim auferas, non iccirco sordibus caret, sed ab solutionem requirit, vt in pristinum nitorem possit redire. Sic anima ex eo quod datur corpori, inquinata, etiam si corpus deponat, necesse habet purgari. Si ergo purgantur & recipiunt naturam suam, cur vobis reuertitur? Quia possunt (inquit) obliuisci. Est etiam illud ambiguum, Aut vt præteritarum obliuiscantur poenarum: aut certe vt ignarae futuri habeant redeundi desiderium in corpora, quod sine passione non fit. Nam animus in quo est passio, meretur reuerti. ¶ Coelum.) Pro aere, & æthere posuit: vt, iam coelum tetramque. ¶ Caposque liquentes.) Id est maria. ¶ Lucentemque globum lunæ.) Ideo vsus est participio, vt ostendat eam illi lumen non habere. Nam lucēs, est quod aliunde illuminatur. Lucibile, quod per se lucet, vt patulum & patens. Patulum est quod semper patet: Patēs quod & aperitur & clauditur, vt oculus: Globū autē, ideo quia dicitur luna σφαῖρα δὲ ἐστὶν. ¶ Titaniaque astræ.) Aut stellas dicit: aut Solē quē supra vnum fuisse de Titanibus diximus. ¶ Spiritus.) Diuinus. f. & vnū est siue mentē dicat: siue animum, siue spūm. ¶ Intus alit.) Vegetat, & in eternitate custodit: quia mistus est, & nulla pars est elementi sine Deo. ¶ Per artus.) Per elementa: quæ mēbra sunt mundi. Corporalia namque sunt quæ possunt videri. ¶ Mens agit molem.) Magnitudine mundi mens agit: & si, vt Cicero dicit in Tusculanis, æternū est quicquid in æterno motu est, sine dubio etiā animus æternus est. Semper. n. in motu est, adeo vt ne nobis quidē quietibus conquiescat. ¶ Magno se corpore miscet.) Aut Antiptosis est pro corpore: vt, Hæret pede pes, densusque viro vir. quod potius credendum est. Aut certe sibi eos locutus est, qui dicitur corporem esse: & eum ita diffiniunt πρὸς ὁσπδν. i. ignem sensualem. quod si verū est, corpus est: nec per Antiptosim dixit, sed per diffinitionem magno corpore. i. non cōmuni. ¶ Inde hominum, pecudumque genus.) De quatuor elementis & Deo. ¶ Et coelestis origo seminibus, quantum non noxia corpora tardant.) Quod supra diximus, in natum, inquit, in omnibus viget pars diuinitatis, in quatuor finit corporum qualitas. ¶ Terrenique hebetant artus.) In quantum non hebetant artus. ¶ Moribundaque mēbra.) Moriētī similia, hoc est semper morientia. Nunquam in eodē statu sunt, sed aut minuuntur, aut crescunt. Ergo animus idē est: sed vt viribus suis non potest propter corporis coniunctionē. ¶ Hic metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.) Ex corporis coniunctione, & hebetudine. Varro & oēs Philosophi dicunt quatuor esse passiones: duas à bonis, duas à malis opinionatis rebus. Nam dolere & timere, duæ opinionis malæ sunt: vna præsentis, alia futuri. Item gaudere & cupere, opiniones bonæ sunt: vna præsentis, altera futuri. Hæc ergo nascuntur ex ipsa coniunctione. Nam neque animi sunt, neque corporis propria. Pereunt enim facta segregatione. ¶ Neque auras respiciunt. Nam quia coherent corpori, obliuiscuntur naturæ suæ, quæ auras vocauit. ¶ Clausæ tenebris, & carcere cæco.) Diffinitiones sunt corporis. ¶ Quin & supremo cū lumine vita reliquit.) Quia vt diximus, occurrit debere eas statim post corpus depositū redire in suum vigorem: & dicit non posse. Quæ. n. diu coniuncta sunt, inuicē se tenent, & trahunt reliquias sordium antiquarum. ¶ Non tamen omne malū.) Cedit quidē, sed non omne. Nam remanet: quod vt purgetur, necesse est. Inde est quod dicit, Eadē sequitur tellure repositos. Bene autē. ¶ Miseris.) quæ etiā post corpus habet corporis sordes. Vnde est, Nec funditus omnes Corporeæ excidunt pestes. ¶ Diu cōcreta.) Cōiuncta & conglutinata. ¶ Inolescere.) Crescere: vt, Vdoque docent inolescere libro. ¶ Ergo exercetur poenis.) Quia depositio corpore sordes super sunt. Poenas autem minime perferunt animæ: sed illius coniunctionis reliquiae quæ sunt inter animā & corpus. Nam licet ista duo per se poenas perferre non possint: homo tamen perferat: qui de his duobus est factus. ¶ Supplicia expendunt.) Ideo agunt supplicia, non vt animas puniant, sed vt eas peccatis exuant pristinis. ¶ Alia paduntur inanes

Suspensæ ad ventos. Loquitur quidem poetice de purgatione animarum: tangit tamen quod & Philosophi dicunt. nam triplex est omnis purgatio. Aut enim in terra purgantur, quæ nimis oppressæ sordibus fuerint, deditæ scilicet corporalibus blandimentis. i. transeunt in corpora terrena: & hæc igni dicuntur purgari. Ignis enim ex terra est quo exuruntur omnia. nam coelestis nihil purit. Aut in aqua, id est transeunt in corpora marina, si paulo melius vixerint. Aut certe in aere, transeundo scilicet in aëria corpora, si satis bene vixerint: quod in Statio legimus, vbi de augurijs tractat. vnde etiam in sacris omnibus tres sunt iste purgationes. Nam aut tecta purgantur & sulphure, aut aqua abluuntur, aut aere ventilantur, quod erat in sacris Liberi. Hoc est enim quod dicit in secundo Georgi. Tibique oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Nam genus erat purgationis: & in ipsis purgationibus bonum meritum secutus est ordinem, vt ante aëriam, inde aquæ, post ignis diceret purgationem. ¶ Quisque suos patimur manes.) Supplicia quæ sunt apud manes: vt si quis dicat iudicium patimur, & significet ea quæ in iudicio continentur. Est & aliud verius. Nam cum nascimur, duos Genios fortimur. Vnus est qui hortatur ad bonam alter qui deprauat ad mala. quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam, aut cōdemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Ergo Manes dicit: quos cum vita fortimur. ¶ Exinde.) Vna pars orationis est, & in tertia à fine accentum habet: licet penultima longa sit. Quod ideo factum est vt ostenderetur vna pars esse orationis, ne præpositio iungeretur aduerbio, quod vitiosum esse non dubium est. ¶ Pauci læta arua tenemus.) Non omnes. Qui enim minus purgantur, statim redeunt ad corpora. ¶ Donec longa dies perfecto temporis orbe. Quia etiam post purgationem opus est tempore, vt perseueret in purgatione: & sic redeat. Et quaeritur vt, cum animæ per Apotheosin (de quibus ait, Pauci læta arua tenemus) possint mereri perpetuam purgationem, quod non potest fieri. Merentur enim temporis multi, non perpetui tatis: & quæ male vixerunt: statim redeunt: quæ melius, tardius quæ optime: diutissimo tempore sunt cum numinibus. Paucæ tamen sunt quæ & ipsæ exigente ratione, licet tarde, coguntur reuerti. ¶ Perfecto temporis orbe.) Finito legitimo tempore. ¶ Concretam.) Affixā & inherētē. ¶ Ætheriū sensum.) Sydes πρὸς ὁσπδν. Ignem sensualem. i. Deum, per quod quid sit anima, ostendit. ¶ Aut ratione simplici ignem. Non vrentis. Simplicis autem, nostri compariunt: qui constat de ligno & aere. Ille enim per se plenus est, & æternus, quia simplex. Omnia enim σύνθετα, id est composita, exitum sortiuntur. Vnde & atomos, perpetuas dicunt, quia simplices sunt, nec respiciunt sectionem. ¶ Has omnes.) Ac si diceret etiam has omnes. Nam supra non omnes dixit: sed animæ quibus altera fato Corpora debentur. Rotam voluere per annos.) Exegerunt statutum tempus per annorum volubilitatem. Est autem sermo Ennii. ¶ Deus euocat.) Non dicit quis, sicut supra, Diis quibus imperium est animarū. Sed alii Mercurium volunt propter hoc, Animas ille euocat Orco Pallētis, alias sub Tartara tristitia mittit. Et est ratio. nam vōs dicitur, id est sensus. quo Philosophiam, quæ hæc indicat, intelligimus: quia ipse etiam inuenit literas. ¶ Agmine magno.) Impetu. & dictum est imperatiue. Non enim blanditijs inductæ redeunt: sed necessitate quadam coguntur vt potantes velint reuerti. ¶ Immemores.) Vel præteritorum, vel futurorum.

## DONATVS.

¶ Principio coelum.) Quatuor quidē elementa esse asserunt cœli, terræ, maris, & inferorū: sed quia apud inferos fuit, qui loquebatur, & agebatur de ratione superiorū, iccirco triū tractatū profequitur, cœli, terræ, & maris. addidit duo alia. sed quæ in parte sunt cœli, solē. f. & lunam. his enim stare dicitur, quicquid ad cœlum pertinet, & quicquid terra continet, quicquid mare complectitur, nutriri ipū quodā abstruso & recōdito, & latenter gubernari, eundemque spiritū per omnia esse diffusum, & permixtum omnibus. ¶ Inde hominū, &c.) Inde, inquit, viuunt volandia, inde terrestria, inde etiā quicquid monstrorum maris vnda cōtegitur. ¶ Ignis est ollis vigor, &c.) Ex duorum elementorum substantia hominem memorat esse compositum, vt spiritus ē partibus cœli sumi videatur, corpus ex terra. quod de cœlo sumitur esse perpetuū. corpus autē interire, quod ex terra concipitur. spūm mundū esse, corpus vero contagionibus plenum. sed vbi in vnum cōfortiū venerint vt corpus spiritusque iungantur, spūm malis corporibus maculari. ¶ Hinc metuunt, &c.) Vique adeo corpus inimicum est ei, quem infra se habet, vt cæco carceri comparatur. denique polluitur ex eo, quod pollutum ad supplicium mittitur, tanquam ad poenam Virgi. BBB iij nam

nam & carceres rei: & quia perire non pot, purgatur poenis, donec reddatur talis, qualis inter initia corpori fuerat attributus. ¶ Quin & supremo. Tanta labe est corporis, itaq; spiritum polluit, vt cū exitū membrīs ire ad inferos coeperit, peltes oēs secū portet. ideoq; non redit ad cœlum, quia cœlestē meritum perdidit hospitij sui contagione pollutus. Necessē est enim penitus inhære vitia, quæ viuendo cōtraxit, & concreta non facile purgari: concretum dicitur, quod ex minutis multis in vnam redditur massam, perinde multa mala & longo tempore collecta, quoniā in vnum & maximum coeunt, abluī, vel in suum statum reuocari non possunt, nisi hæc vis maior expiauerit. ¶ Ergo, exercentur poenæ. Incipit dicere, quæ poenæ, quæ sint ipsa supplicia. ¶ Aliq; pan duntur inanes suspensæ ad vêtos. Nihil interest, ventos inanes, an animas dixerit, quia vtrūq; vel alterum rectum esse potest, & sic vel semel positum, bis accipiamus. vt inanes animæ, inanes ad ventos suspensæ penderent. ¶ Alijs sub gurgite, v. Dixit poenarum genera, quibus animæ mundantur. ¶ Quisq; suos patimur manes. Continue complexus est, vnumquemq; tales sentire poenas, qualis ad inferos venerit, si bonus bonus, si malus malus. ¶ Exinde, hoc est, post examinationē vitæ. ¶ Per amplū Mithimur. Cōparationē fecit miro genere, mittimur, inq; per amplū Elysiū pauci, quasi illorū numerum breue spatiū ferre non possent, non superflua latitudo paucis fuerat deputata, sed tributa pro meritis, quid n. inter fontes & innoxios distaret? si cunctos æquali specie locorum angustiaē continerent? Docuit poeta non paucis videri paratam latitudinem, sed pluribus, si tamen ita viuunt, vt eo venire mereantur. quod, quia non fit, quia bene viuendi studium non omnium, sed paucorum est, latitudinem & diffusa spacia pauci incolunt. Laudatur hoc genere Anchises, & eius laus p. ficit etiam filio, quia in talibus locis patrem inuenire cōmeruit, vt hoc genere pro tali parente laborauisse nec ipsū Æneam poeniteret. ¶ Donec longa dies. Tantum inficit animam corporis tabes, vt hanc vis maior, & prolixum tempus vix possit abluere. si vt talis fiat ablutione, qualis fuit anteq; in corpus pueniret. ¶ Has oēs vbi. m. r. vbi, inquit, omnes istas animas exercitationē rotæ per annos mille voluerit, deducit deus ad lethæum fluiuium, cuius talis est vis, vt quisquis ex eo biberit, memoriam superioris tēporis perdat, nec quid fecerit, nec quid passus sit, teneat: perindeq; immemor redditus incipiat velle remeare ad superos, & mala corporis iterum pati.

ASCENSIVS.

¶ Principio cœlū, &c. Incipiēs igitur Anchises enarrare, sic pcedit. Quia deus, q magna mundi anima, seu magnus animus (sm quosdā philosophos) omnibus rebus, infusus est in omnibus animantibus, vt vniuersalis anima, omnisq; anima cœlestē habet originē: quia (sm Stoicos) etiam deus, est de natura ignis: vnde eum corporeū putabat, vt attestat Eusebius in pparatione euangelica: & diuus Augustinus, viij. de ciuitate dei: ideo oīa quæ viuunt, à deo reguntur. Deus aut vult, vt iuxta merita, post exitū à corpore, animæ recipiant aliæ gaudium æternū, aliæ supplicij æternū, aliæ purgationē ad tempus duraturam, sm exigentiam facinoris: & deinde, gaudiū meritis respondens, quo recepto, quia non meruerunt æternam beatitudinē, inducit in eas, obliuionem bonorū, quæ pauloante possederant in Elysijs & malorum, quæ sustinuerant in hoc mundo: & ita motæ quasi à spiritu magno, cupiunt in corpora non redire: quia nesciunt se illic fuisse: sed ire: vñ quod supra dictum est, Iterumq; ad tarda reuertit Corpora. dictum est ex persona Æneæ, qui nouerat animas eas aliq; in vita fuisse. Nam putauit nullas illic esse, quæ non aliq; vixerint in hoc mundo cum corporibus suis, in quæ cœlitus demissæ fuerant. Et quia obliuionē imbibūt, licet sepe in corporibus fuerint, id tamē ignorant, imemoresq; sunt, plurima autē horum, ex Orphea, & Platone efficta sunt: qui quia ex prophetarū libris, & Ægyptiaca disciplina, didicerant animas imortales aliquādo in corpore redituras: putabant in eadem corpora, post putrefactionem, & consumptionē, redire non posse: vnde, in alia redire dicebant: vt asserit diuus Augustinus. Verum quum hæc fere erronea sint, licet q ad purgationem pertinent, non penitus reprobentur: ideo altiore indagatione super sedēs, ad ordinem redeo: præmissis his Donati verbis. ¶ Quisq; suos patimur maneis. Nā si bonus, ad inferos venit, bonos patitur maneis: si malus, malos. ¶ Exinde. Post examinationem, ¶ Amplum. Vt ostendat, non illis paucis paratam esse latitudinē, sed pluribus: modo ita viuāt, vt illic venire mereatur: sed quia pauci merentur: pauci diffusam latitudinē merentur. ¶ Lōga dies. Longo tempore, est opus vt fiat talis purgatio qualis anteq; in corpus pueniret. Hæc ille, ¶ Ordo igit est Prin-

cipio. i. vt à primordijs incipiā. Spiritus. i. animus magnus. Cœlū alit cœlum. i. aerem, & ignem: vt Ser. interpretatur: ac terras, & campos liquentes. i. æquora aquarum: & globum lunæ lucētē. i. lumine à sole recepto: & astra Titania. i. quæcūq; ab Hyperione Titane descripta sunt: & quorum cursus ab eo demonstrati sunt: quapropter, earum pater dicitur: vnde & Claudianus, ex Hyperione de semine nata, dicit: intelligit autem totum vniuersum: & mens. i. diuina: infusa per artus. i. singula membra, aut singulas particulas: agitatur. i. mouetur, & impellit: totam molem. i. machinā immensam totius vniuersi. (Cicero autē in Tusculanis, probat animam esse immortalē: eo qd se & alia mouens, in perpetuo sit motu.) Et miscet se per præsentia, non per confusionem: magno corpore. i. vniuersi. Inde. i. ex hac infusioe spiritus illius diuini generis hominū, & pecudum, & vitæ volantū. i. volucrum: & monstra quæ potus. i. mare quodlibet. fert sub æquore. marmoreo. i. marmorei coloris, hoc est omnia animantia, sup. orta sunt, & viuunt: quæ vigor igneus, & origo cœlestis, est ollis. i. omnibus illis, seminibus. i. animis: quæ sunt semina vitæ, sicut Stoici censent, deum esse de natura ignis, quæ Sene. lib. viij. epi. sic censet esse in mūdo, vt animus noster in nostro est corpore: intātū, sup. est illis cœlestis natura, quantum corpora noxia. i. nocua: non tardat. i. deprimunt, & ostulant virtutem cœlestem: quia licet eiusdem nature sit omnib. anima tamen in vno corpore, nobilior, & perspicacior q; in alio videtur, propter corporis diuersam dispositionē: sicut eadē candela magis resplendet in vna lucerna, q; in alia: & quātū artus terreni, & membra moribūda. i. assidue ad mortē tendētia, non hebetant. i. semina illa, hoc est animas: hinc. i. ex his moribus, moribundis, & terrenis: ipsæ animæ, metuūt, cupiunt, dolent, & gaudent. i. varijs afficiūtur passiōib. nec ipsæ clausæ tenebris. i. corporis: & carcere cœco. i. eas excæcāt: dispiciūt. i. disquirūt: auras i. puritatem suam. (Alij legūt, nec respiciūt. i. attendūt. Nonnulli, suscipiūt.) Atq; ita generatur in corpore animarum diuersitas: q; etiam permanet post separationē in ipsis animis, seu animab. quæ res facit: vt nonnullæ cupiāt in corpora reuertit: vnde addit, Quin & i. quietiam: quum. i. quando: vita reliquit, sup. corpus: lumine supremo. i. in vltimo vitæ: tamen, non omne malum. i. culpæ, hoc est vitium: sine quo, nullum Stoici censent malum: nec omnes pestes. i. infectiones corpore, quas in corpore ad se traxerit: excēdit. i. exiuntur, excedētibus, ipsis animis: funditus. i. à fundo, & radicitus: miseris. i. animis, aut animab. & necesse est, peritus. i. omnino: stāte. i. iudicio diuino: quod vult, nullū malum esse impunitum: multa. i. mala: cōcreta. i. cōtracta cum corpore: inolescere. i. aboleri: miris. i. mirabilib. modis. i. purgandi: quia nihil mirabilius, q; incorporum à corpore pati. & ideo dicimus, nos quoq; aias secū trahere affectiōes, & passiōes corporis. Ergo, quia i. purgatas oportet: ipsæ exercētur. i. afficiūtur poenis (sm Platonem) nō æternis, sed purgatorijs, ad tempus duraturis: vt recitat Aug. vlti. lib. de ciuitate dei, sed notum est, mortali peccato damnatas, æterni supplicio affligendas: & expēdit. i. persoluūt, supplicia veterum malorum. bene, veterum, quasi inueteratorū, per malam cōsuetudinē, quæ videlicet nō facile exiuntur. Alia. i. animæ: pandūtur suspēse ad inaneis: scelus infectum elutitur. i. aufertur alijs, per ablutionem: sub gurgite vasto. i. mari: quæ etiam aqua benedicta (vt in iij. officiorū, recitat Ambrosius) venialia purgātur: & diluio, mūdos purgatus est. habet ergo vim purgatiuam, quantum deus vult aquæ. Quietiam dicuntur animæ apparuisse sanctis viris, quæ se in glacie torqueri asserbant: aut scelus infectum exurituri igni, quod & Pauli sentētia approbat: & tota fere manus Christianorū: quorū sunt, qui velint, purgatoriū esse in sphaera ignis. Nos patimur maneis. i. inferos. i. genios, nobis datos: quisq; sup. patif. suos. i. sibi debitos. vñ Apuleius, De deo Socratis, dicit, q statim vt nati sumus, nobis binos genios, seu angelos attribuit: quorum, alter ad bonū, alter ad malū cohortatur, sed Plato, post mortem, dicit examen fieri: afferētibus, vtriusq; quæ eorum cohortatu effecimus. Sensus etiam potest esse, nos patimur maneis. i. purgamur apud maneis, hoc est inferos q; suos. i. sm quod meruit, aut plus, aut minus: deinde. i. post purgati sumus, mittimur per Elysiū. i. campum, amplum, id est capacem: & pauci tenemus arua læta. i. beata: donec longa dies. i. tempus diutinum: orbe. i. reuolutioe: temporis. i. purgatiōi debiti: perfectio. i. peractio: exemit. i. dempsit, & expulit: labem concretā. i. ex cōiunctioe corpori, cuius sensualitatis obtemperans, anima polluitur: & reliquit sensum æthereum. i. quæ de cœlo sumpta perat animū. Nā, vt dicit Tuuenalis, Sēsūm à cœlesti demissum traximus arce. purum. i. immaculātū, qualem eum corpus suscipiat: atq; ignem aurai. i. auræ, hoc est anime: simplicis. i. puræ, & incontaminatæ,

Ordo

incontaminatę affectionibus corporũm. (Antique autem dixit, aurai: nam quidem Græci, æ habent, vti nos æ: licet e, proferant: veteres sæpe ai, diuifis ſyllabis, ponebāt pro æ. (hoc eſt pauçiffimi, ſine purgatione præuia, tranſimus ad læta arua: quia nõ niſi perfectiffimi, & heroica virtute, dũ viuere præditi: ſed poſt purgationem, multæ tranſmigrant in lætas ſedes, manſurę illic non perpetuo, ſed pro modulo meritõrum: aut) ſecũdũ ſententiã Platonis, quã recitat Laetan. in. vij. cõtra Gentileis) ſpatio mille annõũ. Iuxta quod etiam in Apoc. xx. dicitur, angelus ligaffe ſerpentẽ antiquũ (qui eſt diabolus: & Satanas) per mille annos. ſed vtrobiq; accipitur tempus finitum pro infinito: ficũt & hic, quũ

quũ dicit, Deus euocat magno agmine ad fluuiũ Lethæũ. has omneſ: ſanimas purgatas; vbi. i. poſtq; voluere. i. voluerũt, rotam. ſtẽporis, per mille annos. i. poſtq; in Elyſijs peregerũt ſpatium mille annõũ, quõ delitijs ſatiati pro meritis fuerunt: deus vocat eos ad fluuiũ obliuionis, ſcilicet. i. ſcire licet, cur id faciat, vt. ſ. ſimiores & bonorũ, quę iam hẽbant: & malõz, quę habuerãt in vita, reuiſant. i. reuidere eant, rursũ cõuexa ſupera. i. cõuexitatẽ cõleſtẽ: & vt incipiant velle reuerti in corpora. Beroaldus dans rõnem, cur ſydera, dicant Titania, dicit contra Ser. ſic Diororus li. vj. apertiffime nos edocuit, quare aſtra, Titania noient. Scribit enim, Hyperionẽ, ynum ex Titanibus, primũ aſtorũ, lu-

nacq;



neq; & solis cursum, ac naturā demonstrasse: & ob hoc, stellarū  
pore nte existimatu. Merito itaq; a Virgilio, astral. stellarū oēs, nō  
solū sol, Titania dicuntur: quali perpetuo epitheto, propter Ti-  
tanem Hyperionem: qui syderum pater fuisse creditur.

PIERIVS.

¶ Ac terras.) In Ro. co. terram, vnitatis numero scriptū est, Albi  
tamē eadē pene sententia dictū, Deū ire per omnes. Terrasq; tra-  
stusq; maris, coelūq; profundū. ¶ Nec auras Respiciūt.) In anti-  
quis

SERVIVS.

¶ Dixerat Anchises.) Antedi-  
cta de reuerfione animarū pro-  
batio huc tetendit, vt celebret  
Romanos, & præcipue Augu-  
stū. Nanq; qui bene confide-  
rant, inueniunt omnē Roma-  
nam historiam ab Æneæ ad-  
uentu, vsq; ad sua tempora sū-  
matim celebrasse Virgilium.  
Quod ideo latet: quia consu-  
sus ē ordo. Nam quersio Ilij,  
& Æneæ errores, aduentus,  
bellumq; manifesta sunt: Al-  
banos reges, Romanos etiam  
cōsules, Brutus Catonem, Cæ-  
sarem, Augustū, & multa ad  
historiam Romanam pertine-  
tia hic indicat locus. Cætera  
quæ hic intermissa sunt, in  
σπιδοποιμια cōmemorat.  
Vñ etiam in antiq; iuenimus  
opus hoc appellatum esse nō  
Æneidem, sed gesta populi Ro-  
mani. Quod ideo mutatuū est,  
quia nomē nō aperte, sed à to-  
to debet dari. ¶ Turbāq; sonā-  
tem.) Aut que tunc pp festina-  
tionem sonabat, aut turbæ p-  
petuū est epitheton. ¶ Longo  
ordine.) Nō quo nati sunt: sed  
quo apud Inferos stabāt. Nō  
enim eo, quo regnarunt, dictū  
rus est ordine. ¶ Aduersos le-  
gere.) Considerare relegere. ¶ Dardaniam prolem.) Albanos re-  
ges, qui tredecim fuerunt de Æneæ & Lauiniæ genere. Vnde ait,  
Itala de gente. (Illustres.) Hoc nomen notitiæ fuit, non meriti.  
Vnde etiam in meretricibus iuenitur. Nam & nobiles & illustres  
vocatorum. ¶ In nomen ituras.) In gentem: vt Statius, Nomen  
Echionium, matrisq; genus Perideæ. ¶ Ille (vides) pura iuuenis  
qui nititur hasta.) Æneas, vt Cato dicit, simul ac venit ad Italiā,  
Lauiniam accepit vxorem: propter quod Turnus iratus, tam in  
Latinum quam in Æneam, bella suscepit, à Mezētio impetratis  
auxilijs. Quod & ipse ondit dicens, Se satis ambobus Teucrisq;  
venire Latinisq;. Sed vt supra diximus, primo bello perijt Lati-  
nus. Secundo pariter Turnus & Æneas. Postea, Mezentium inte-  
remit Ascanius, & Laurolauinium tenuit, cuius Lauinia timens  
insidias, grauidā confugit ad syluas: & latuit in casa pastoris. Ty-  
ri. Ad quod alludens ait, Tyrusq; pater, cui regia parent Armen-  
ta. Et illic enixa est Syluium. Sed cum Ascanius flagraret inuidia,  
euocauit nouercam, & ei concessit Laurolauinium: sibi vero Al-  
bam constituit, qui qñ sine liberis perijt, Syluius, qui & ipse Asea-  
nius dictus est, suum reliquit imperiū. Vnde apud Liuium est er-  
ror q Ascanius Albā cōdidit. Postea Albani oēs reges, dicti Syl-  
uij sunt ab huius noīe: sicut hodieq; Romani impatores, Augusti  
vocātur: Ægypti, Ptolemæi: Persæ, Artaxidæ: Latini, Murrani:  
vt, Murrani hic ataus: & a uorū antiqua sonantē Noīa, per re-  
gēsq; actū genus oē Latinum. ¶ Pura iuuenis qui nititur hasta.)  
Id est sine ferro. Nā hoc fuit præmiū apud maiores eius, qui tunc  
primū vicisset in plio: sicut ait Varro in libris de gēte populi Ro-  
mani. ¶ Syluius, albanū nomē.) Quia omnes Syluij dicti sunt.  
¶ Tua posthuma ples.) Posthumus est post humationē parentis  
creatus. Per hoc aut Æneā cito ostendit esse peritū: & statim in-  
fert cōsolationē dicens. ¶ Quē tibi lōgæuo.) Id est Deo. Æuum  
enim pprie æternitatis est: q non nisi in deos venit. Ennius, Ro-  
mulus in cœlo cū dñs genitalibus guū degit. Male autē vindica-  
uit vsus: per quē dixit, Lōgguōsq; senes. ¶ Vnde.) A quo: vt, Ge-

quis oibus cod. quos viderim, eodē exemplo legitur, neq; auras  
Respiciunt. Alicubi etiam, Respiciunt, habetur. ¶ Atq; aurai.) An-  
tiqua exēpla. que legi, auræ, quidem legunt: versusq; absq; col-  
lisione scandendum offerunt, Sed enim ab eruditis omnibus au-  
rai, trisyllabum receptum video. Et vnū hunc inter eos qua-  
tuor locos, quibus ea diuersi Virgilius sit vsus, enumerat Vale-  
rius Probus. ¶ Supera vt conuexa.) In codicibus aliquot antiq;  
supera in cōuexa, est. quod non ita placet.

¶ Dixerat Anchises: natumq; vnāq; Sibyllam POETA.  
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem,  
Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine possit  
Aduersos legere, & venientum discere vultus.  
¶ Nūc age, Dardaniam prole quæ deinde sequatur ANC.  
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,  
Illustres animas, nostrumq; in nomen ituras:  
Expedit dictis, & te tua fata docebo.  
Ille (vides) pura iuuenis qui nititur hasta  
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras  
Æthereas Italo commistus sanguine surget  
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles.  
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux  
Educet syluis regem, regumq; parentem,  
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.  
Proximus ille Procas, Troianæ gloria gentis,  
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,  
Syluius Æneas, pariter pietate vel armis  
Egredius, si vnquam regendam acciperit Albam:  
Qui iuuenes quantas ostentant aspice vireis,  
Atq; vmbata gerunt ciuili tempora quercu.  
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemq; Fidenam,  
Hi Collatinas imponent montibus arces,  
Pometios, Castrumq; Inui, Bolamq; Coramq;  
Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.

nus vnde Latinus. Nā posteri  
eius fuerunt: qui postea apud  
Albanam regnauerunt ciuita-  
tem. ¶ Proxim⁹ ille Procas.)  
Standi ordine, non nascendi.  
Nā sextus est rex Albanorum.  
Itē, Numitor tertiusdecimus  
fuit. ¶ Si vnq; regnandā acce-  
perit Albā.) Æneas. f. Syluius,  
Et hic ostēdit oēs Albanos re-  
ges, Syluios dictos. Recepit  
autē a tutore, q eius inuasit i-  
perium: qd ei vix anno qnqua-  
gesimo tertio restituit. Et rem  
plenā historia per transitū te-  
tigit. ¶ Ciuili tēpora quercu.)  
Ciuica debuit dicere: sed mis-  
tauit. At ecōtra Horatius, Mo-  
tum ex Metello consule ciui-  
cū, pro ciuilem. Quercæ autē  
coronā accipiebant, q in bello  
ciuē liberāffēt: ideo qa antē cū  
vix i hac arbore hoīb⁹ fuit, q  
glandibus vescabantur. Aliæ  
enim erant murales: aliæ ago-  
nales. i. Lemnificatæ. Muralis  
dabatur ei, qui prior murum  
ascendisset. ¶ Hi tibi Nometū,  
& Gabios.) Hæc ciuitates sunt  
priscorum Latinorum ab Al-  
banis regibus cōstitutæ: quæq;  
Collatiā Tarquinius cōstituit  
se dicatur: qui vt erat supbus,  
eam ex collata pecunia consti-

tuit. Vnde & Collatiā dicta est. Potest tamen fieri vt ab Albanis  
fundata sit, aucta à Tarquinio, sicut supra de Tarento diximus,  
quod Taras fecit, auxit Phalantus. Romam etiam Romulus fecit  
se dī, quā antē Euander cōdidit: vt, Tunc p̄ Euandrum Romanæ  
cōditor arcis. ¶ Vrbēq; fidenā.) Fidenæ dicuntur. vt Thebæ. sed  
dixit vt Iuuenalis, atq; vetus Thebæ centū iacet obruta portis.  
Nā varietati studet. Vnde et ait Pometios, cū dicatur numero sin-  
gulari Pometia. ¶ Castrūq; Inui.) Vna est in Italia ciuitas: Ca-  
strum nouū dicit. De hac autē ait Castrum Inui. i. Panos qui illic  
colitur. Inus autē Latine appellatur, Græce πῆν. Item ἐπιλάττω  
Græce, Latine incubus. Idē Faunus, Item fatuus Fatuelus. Dicitur  
autem Inus ab ineundo passim cum oibus animalibus. Vnde &  
Incubus dicitur. Castrum autem ciuitas est. Nam castra numero  
plurali dicimus: licet legerimus in Plauto, Castrum pœnarum;  
quod etiam dim̄putio ostendit. Nam castellum dicimus. ¶ Nunc  
sunt sine nomine terræ.) Atqui in Catalogo hinc est dicturus ali-  
quas ciuitates: sed ex persona sua præoccupat.

DONATVS.

¶ Dixerat anchises.) Quum hæc dixisset anchises, natum ac sibyl-  
lam ad plurimorum conuētum duxit: atq; vt possit nescitibus  
singulos demonstrare, & nomina singulorum dicere, tumulum  
cepit oportuit enim eum, vt instructiorem filium redderet, cum  
ētos ex ordine numerare. ¶ Nunc age, dar. pro.) Proposuit, que  
sit dicturus. nunc, inqt, dictis expeditam, vel qui admixti ex italo  
sanguine nepotes tui regnaturi sint. vel quæ admodum eos virtu-  
tis gloria secutura sit. dicam etiam fata tua, vt quod nulli ante te  
contigit, tu multo ante condifcas. hoc loco quantum ad virgilij  
& cæsaris tempora pertinet. non futura, sed transacta numeran-  
tur: & subtiliter ostenditur, quæ troianorum progenies ex ipso  
ænea & italo sanguine iudicatur extitisse, & vsq; ad cæsarem cu-  
currisse. hic specialiter dicuntur, quos generaliter in primo libro  
tetigit iuppiter, non eorum personas, sed tempora regnandi si-  
gnificas. ¶ Ille (vides &c.) Vides, inqt, illum iuuenē. q hasta nitit  
pura.

pura, hoc est ferro vacua, nuntia scilicet non belli, sed pacis: tam proximus, vt in lucem veniat. Exposuit ipsum futurum esse primum ex aenea & launia. & proximum dicit, nō qui cito venturus esset in lucem: sed proximum ex omnibus, qui illic videbantur. hic ait nascitur ex italo sanguine, & tuo hoc ipsum aperit, vt ostendat quomodo, & quando, & quo nomine esset emeriturus. Syluius, inquit, dicitur: quoniam hoc nomē albanis familiarius est. habent. n. regiones, vel ciuitates nomina, quæ præter cætera familiarius frequentantur. nascitur enim ex launia, quam constat italiam fuisse. sed nascetur posthumus, adeoq; serus, vt ex te iam longæuo conceptus oriatur. noluit illum pronuntiare moriturus: sed dicendo habebis filium posthumum, hoc ipsum significauit. posthumos scimus dici, qui nati sunt post patris discessum: neq; adeo inde filij animum læsit: quia quū dicit longæuo tibi, & serum. ostendit eum fore longæuam prouenturum: dehinc ipse syluij spē pollicetur. erit, inquit, rex & pater regum: hoc est regnabit ipse, & generabit reges. ¶ Proximus. i. p.) Hoc est qui iuxta syluium conspicitur. ¶ Troianæ. g. gen.) Flos scilicet troianorum. ¶ Et capys, & nu.) Omnes isti eadem laude continentur, qua procas: hoc amplius enas syluius. ¶ Pariter pietate vel armis Egregius.) Vt te in oibus similem reddat robore, scilicet virtutis, & pietatis studio. optimo verbo vsus est, reddat, vt nō secundus æneas nasci, sed ipse, q fuit redditus luci esse videatur. ¶ Si vnquam regnandā accepit albam. Si aliqui regēdam albā sumpserit, quam debemus accipere, ne anchises certis dubia miscere videat. ¶ Qui iuuenes.) Isti, inquit, iuuenes. ac ne enas inter plurimos nesceret, qui sibi ostenderent, signum dedit ipse monstrator. quo illi a cæteris discernebantur. aut igitur isti iuuenes, quorū temporā coronis conteguntur raptis ex ciuili queru. Ciuilem dixit festam, pacificā, vt est laurus, oliua. Quantas ostentant aspice vires qualia ostendunt suę virtutis indicta, vel quantas condituri sunt ciuitates. atq; vt hoc ipsum plane assertioe firmaret, dixit, & omnia singularum. ¶ Hęc tum. n. e.) Quanta gloria conditorū, quā ipsa terrarum felicitas, vt quæ sine aliqua gloria iacebant incognita, inciperent vrbium fatis ornari?

## ASCENSIVS.

¶ Dixerat Anchises.) Postquam Anchises docuit animas, debere & posse, & velle in corpore redire: docet quæ redituræ sint i corpora ab Ænea, pro generanda: & ita inuenta occasione, describit principes Albanos, & Romanos, ad Augustū vsq;: quia eatenus describit, quatenus poeta nouit: sed tñ honestam inuenit rōnem, cur non progressus sit: vt dicemus illic, Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis. Ex eo aut quod genus Augusti hic cōmēdat, facile cōuincitur non instituisse Augusti vitam aliter q; hic & in dypoo describere. Donatus dicit sic. ¶ Nunc age.) Proponit se dicendum prolem Troianam: & nepotes inde ex Italo sanguine cōmixtos, & fata sua ergo exequitur specialiter, quos generaliter in primo lib. tetigit. ¶ Pura.) Sine ferro: quod sit signum pacis, & non belli. ¶ Ciuili tēpora.) Ciuilem dixit, festā pacificam: vt ē laurus, & oliua. Hęc ille. ¶ Ordo est. Anchises dixerat. f. quę premiffa sunt: & trahit in medios cōuentus. i. in medium eorū qui cōueniant, hoc est in cōuenticula aīap in corpora transfuraturū, & in turbam sonantem. i. quæ cum sonitu conuenerant natū. i. filium suū, Æneam: & Sibyllam vna. i. pariter: & capit. i. ascendit tumulum. i. colliculū: vnde. i. de quo possit legere ordine longo. i. ex ordine longo, deligere, & inspicere oēs. f. qui cōueniant: aduersos. i. ex hoc aduerso fitos: & discere. f. ex inspectioe: vultus venientū. i. dum per ordinē venient, transfurari: & sup. dixit: Age. i. agedum, nate expediam: nūc dictis. i. eloquat, & paucis enarrem: prolem Dardaniam. i. ex Dardano per nos orituram: & quę gloria sequatur, deinde. i. posthac: & qui nepotes. i. posterī, maneant. i. certe futuri sint: de gente Itala, id est ex cōmixtione gentis Itale: aut ab his quos in Italia procreabunt Dardanidæ: & aīas illustreis. i. claritas futuras: & ituras in nrm nomen. i. cognationem & pgeniem. (Nomen aut, varie accipitur: aliqui pro gente, vt apud Iuliuū, Nomen Senenise: pro eo quod est, Senensis gens: Iudæis, inuisum est nomen Christianum. i. ipsa gens Christiana. Aliquando pro cognatione:

## SERVIVS.

¶ Quin & auo comitem sese Mauortius addet Romulus.) Amulius, & Numitor fratres fuerunt, sed Numitor regno Amulius pepulit: & Iliam eius filiam, sacerdotem Vestę fecit. De hac & Marte, nati sunt Romulus

Quin & auo comitem sese Mauortius addet Romulus, Assaraci, quem sanguinis Iliam mater Educet, viden, vt geminæ stent vertice cristæ: Et pater ipse suo superum iam signat honores: En huius nate auspicijs illa inclyta Roma

tione: vt hic. Aliquando pro debitoribus, vt hic multa habet nomina: & debet plura. id est debita: sed vnum significat nomē. f. rei denominationem: sed quia gens, & progenies, sepe vno vocabulo generali appellantur, videtur & gentem, & progeniem significare: & quia debitorum nomina inicitur, & obligatur: accipi videtur pro ipsi debitoribus.) & ego docebo te tua fata. i. quę tibi fata promittūt. Ille vides. Græca loquutio. Nam latine diceret, Illum vides, pura iuuenē qui, &c. verū cōstruetur sic. Ille iuuenis, qui nititur. i. innititur, & fulcitur: hasta pura. i. sine ferro: vides. i. vides ne eum: tenet p̄xima loca lucis. i. vitæ. i. primus nasciturus est de te: & surget primus ad auras æthereas. i. coelestes, ac superas cōmixtus sanguine Italo. i. generatus ex cōmixtione sanguinis Troiani cū Italo: quia ex te, & Launia, Latini regis filia, nascetur: existens Syluius, nomē Albanum. i. quod nomē, Albanis regibus permanfurum est. nam oēs Syliū dicentur sicut Romani, adhuc Cæsares, & Augusti: appositorie, proles tua posthumam. i. post humationem, & sepulturam tuā oritura. Quę. f. filiū: cōiux. f. tua, Launia. f. noie: educet. i. edet tibi: lōg quo. i. longi qui. Aut quia deus futurus es, vt sentit Ser. aut quia progenies tua diu victura, & tu in ea: qvt dicit Solomon, Mortuus est p̄r, & quasi non est mortuus, simile enim suū reliquit. educet (dicit) syluis. i. e syluis, in quas fugiet (quod tamen recenter recitet: quia iuxta præceptū rhetoricum, nihil dicemus, quod contra intentū nostrum faciat: quū ergo Æneam de progenie legitificat intendat, male dixerit, diffusionem filij cum nouerca) regem. i. in regem Albanū, quod tamen Ascanius condet, & parentem regum: quia. xij. fuerunt Albani reges: vnde genus nostrum dominabitur, sup. in Alba lōga. i. ciuitate illa Italiæ, quam Ascanius conditurus est, quę Alba dicitur: ab alba sue illic inuenta, & longa a situ. Ille proximus. i. qui proximus apparet: non tamen proximus in mūdum est ascensurus: est, sup. Procas, pater. f. Numitoris, & Amulij: gloria gentis Troianę. i. a quo orietur gens Romana, quæ erit gloria Troianę gentis: quia, vt dicit Ouidius, Iliam cum clauso de Numitore sati. vt autem vidimus in primo. Ex Iliā genuit Mars, Remum, & Romulum, vrbis Romanę conditores. Vel ordo est. vnde dominabitur nostrum genus in longa Alba: ille qui proximus est, videlicet Procas, gloria gētis Troianę: & Capys, q sextus erit regū Albanorū: & Numitor, qui vltimus regnabit, & tertiusdecimus erit. & Æneas Syluius, qui existēs egregius, pariter pietate: vel, pro &: aut etiam armis: reddet. i. referet, & representabit te noie: & quia egregius pietate, & armis, etiā virtute, & factis, egregius (dicit) futurus: si acceperit. f. a tutore: vnquam. i. quouis tempore vitę suę: quia vix. l. j. etatis suę anno accepit. Albam regendam. i. Albanum regnum. Aspice qui. i. quales, sup. sūt hi iuuenes & quantas vires ostentant. i. ad ostētionem monstrāt. At. i. fed: hi qui gerunt tēpora. f. capitū: vmbrata. i. vmbris cooperta: quer cu ciuili. i. ciuica: hoc est, vnde fit corona ciuica, quæ datur ei, qui conciuem conseruauerit in bello: hi (dico) imponent tibi. i. in gloriam tuam. Nomentum, & Gabios, & vrbem Fidenam, & arceis Collatinas. i. vrbeis illas, in Italia, in prisco Latinorum regno imponent (dicit) mōribus: & pometios, & Castrum Inuii. i. Panos: quod Castrum nouum, dicitur: & Bolam, & Corā, vrbeis illas, ab Albanis regibus condendas. hæc. f. dicta: erūt tum. i. tunc quando hi regnabunt: nomina. f. vrbium, & terrarum: quæ nunc sunt terræ sine nomine, quia incultæ, & inhabitatæ: saltem sine oppidis, a quibus denominantur.

## P T E R I V S.

¶ Lōgo ordine possit.) In antiqs pleriq; codicibus, posset, habetur: & longo ordine, secus a Seruio No. Marcellus interpretatur ingenti multitudine. ¶ Italo cōmixtus sanguine surget.) Sūt codices, admodum antiqui, in quibus legere est, Italo mixtus de sanguine. vulgata tñ lectio plures fautores hēt. ¶ Et q te noie reddet.) In Ro. cod. reddat, legitur, optatiuo modo non inuenisse. ¶ Atqui vmbrata gerunt ciuili tēpora quercu.) Antiqui omnes codices quotquot legi, Atq; vmbrata, per cōiunctionem copulatiuam: nō per, At. & relatiuum, qui, scriptum habēt. ¶ Pomerios.) In antiqs omnibus codicibus, quos habuerim, Pometios. per t, non per r, legitur.

mus & Romulus: q cum adoleuissent, occiso Amulio, auis Numitorē in regnū reuocauerunt: & cum eo vno anno regnauerunt. Postea propter angustias imperij Romam captis augurijs condiderunt. Ergo auo se addet comitem: aut auito

auito se iūget imperio, aut certe secundum Ennium, referetur inter deos cum Ænea. Dicit namque Iliam fuisse filiam Æneæ. quod si est, Æneas auus est Romuli. Vnde etiā addidit. (Assaraci.) Nam hoc epithetō non sine causa est introductū: quod est proprium Æneæ. Nā

Assaracus pater est Cappyos, Capis Anchisæ, & Anchises Æneæ. (Vidē.) Den naturaliter longa est. breuē, tñ eam posuit secutus Ennium: & adeo eius est imitata natura, vt iam vbiq; breuis inueniatur. (Geminæ stant vertice cristæ.) Omnino in oibus hoc egit Romulus, vt cū fratre regnare videretur, ne se reum paricidij iudicaret. Vnde omnia duplicia habuit quasi cū fratre communia. Etenim ad captanda auguria montē Palatinū Romulus tenuit: Auentinū Remus, qui prior sex vultures vidit: postea Romulus duodecim. Et cum ille tempore, ille numero de cōdenda vrbe certaret, orta cōtentione de vrbis nomine inter exercitū, a Romuli militibus Remus occisus est. Fabulosum enī est, quod a fratre propter muros dicitur interēptus. (Et pater ipse suoperum iam signat honore? Merito virtutis Mars Romulum deū esse significat. Superum enim accusatiuus est singularis ab eo qđ est superis superi. (Illa.) Quam tibi sæpe fata promiserunt. (In clyta.) Græcum est. Nam κλυτὸν gloriosum dicunt. (Imperium terris.) Inquātum tenditur terra. (Animos æquabit olympo.) Magnanimitate æquabitur cœlo. De hoc autem loco & Probus, & Trogus quærant. (Septemq; vna sibi muro circumdabit arces.) Bene vrbem Romā dicit septem inclusisse montes, & medium tenuit. Nam grandis est inde dubitatio: & alij dicunt breues septem colliculos a Romulo inclusos, qui tamē alijs nomini bus appellabantur. Alij volunt hos ipsos, qui nunc sunt a Romulo inclusos, id est Palatinum, Quirinalem, Auentinū, Cæliū, Viminalē, Æsquilinum, & Ianicularē. Alij vero volunt hos quidem fuisse, alijs tñ nominibus appellatos: quæ mutata sunt postea, vt de omnibus rebus legimus fieri, vt de multis locis, & de fluminibus legimus: vt sæpius, Et nomen posuit Saturnia tellus. (Prole virum.) Virorum fortium. (Qualis Berecynthia mater.) Phrygia. Nam Berecynthos, castellum est Phrygię iuxta Sagarium fluium: vbi mater deum colitur. Per hanc autem comparationem nihil aliud ostendit, nisi Romanos duces inter deos referendos. (Turrta.) Quia ipsa est terra, quę vrbes sustinet.

## DONATVS.

(Quin & auo. c.) Addet se auo comitē romulus, hoc est ioui. vt per longam progeniem tantum posset romulus, vt merito fatorem ferretur in cœlum. (Assaraci. q. l. Iliam. Educet.) Ecce etiā matrem eius, quę esset futura, monstrauit. (Vidē vt geminæ.) Dat etiam istius signa, vt inter alios positus euidenter appareat. Vide, inquit, quomodo duas habeat cristas in capite, & quomodo eum iam pater superū, id est iuppiter honore suo & maiestate perfundat. En huius nate. a.) Fautor vrbis romę, quę temporibus cesaris iam florebat. Poeta mira dixit ad laudem. ceterum anchises apud inferos romā nō habuit, quā æneę demonstraret. potuit tñ, alioz minorz nomen dicere, & spem pñitiare felicitatis eius. vt fecit, dicēdo. (Septēq; vna sibi muro. c.) Omni genere laudata est, positioe loci, potētia, virtute, & foelicitate sobolis (sug tales habitura aios, qles hēt mater deum, quū p vrbes phrygias ferf, Ascensus.

## SERVIVS.

(Huc geminas nunc flecte acies.) Totum visum tuum huc dirige, & huc specialiter intueri. (Hic Cæsar, & omnis Iuli Progenies.) Vt, Iulius a magno demissum nomen Iulo. (Cæli ventura sub axem.) Nam cum Augustus patri Cæsari ludos funebres exhiberet: stella per diem apparuit, qua persuasio ne Augusti Cæsaris esse populus credidit. Hinc est, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. (Sub axem.) ergo, id est ad diuinos honores. (Hic vir, hic est.) C litera pro duplici,

Imperium terris, animos æquabit olympo:  
Septemq; vna sibi muro circumdabit arces,  
Felix prole virum: qualis Berecynthia mater  
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbeis,  
Læta deum partu, centum complexa nepotes,  
Omneis cœlicolas, omneis supra alta, tenentes.

## ACENSIVS.

(Quin & auo. &c.) Post Albanos reges, recitat Romæ & deinde, consules precipuos peruertentur ad dictatores, ac imperatores perpetuos, Cæsarem, & Augustum: atq; ita per transitum, Romanam prelibat historiam. Nihil in his verbis

memoria dignum apud Dona, dicunt inueniri. (Ordo igitur est, Ordo. Quin, id est quinetiam. Romulus Mauortius. i. Martius, a Mauorte: hoc est per epenthēsim, a Marte genitus; addet sese comitem auo. i. Numitori, qui causa Amulium expellet, & auum in regnum restituet: quem. f. Romulum, Iliam, sanguinis Assaraci, de sanguine illius regis Troiano: m. f. Romuli: educet. i. edet in lucē, ac pariet. Signanter dicit Mauortius, & sanguinis Assaraci, quia certum fuit: qđ esset de sanguine Ilię, quæ de sanguine Assaraci fuit. dubium autem an de sanguine Martis: nam & Linius dubitari dicit. Ideo qđ non dicit, eum sanguinis Martis: sed Mauortium, vt censeripotuit, quia bellicosus erat. vidē. i. vides ne, vt cristæ. i. supereminentię galearum, in morem cristarum: stent vertice. i. in summitate galeæ: geminæ. i. duę, & æquales: eo enī qđ Remum a se interfectum, adhuc secum regnare simulabat, insignibus fere geminis utebatur, & vidē. i. vides ne, vt pater ipse scilicet. Mars: iam signet. i. significet: superum, id est cœlestem, & ad superos transferendum: honore suo. i. proprio, & debito superis. En, o nate, illa. f. notissima, quam tibi fata sæpe promiserunt. Roma inclyta. i. clara, & gloriosa: æquabit auspicijs. i. dextris incōceptis, & præsidij huius. f. viri: terris imperium. i. tantum habebit imperium, quantæ erunt terræ. vnde in. j. de Iulio Cæsare, Imperium Oceano famā qui terminet astris. & æquabit animos olympo. i. magnanimitate æquabitur cœlo: vt Ser. interpretatur. aut quia factis, cœlum equare non possit: animo id est voluntate æquabit, hoc est æquiparabit: aut animos. i. virtutes animorum, æquabit cœlorita, vt cœlum mereantur Romani principes. Aut forte id dicit, quod de Augusto dicitur: qđ se pro Apolline gessit: vnde & ei, diuini decreti sunt honores: vnde in Buc. O Meliboe, deus nobis hæc otia fecit. Et quia Roma, deos continebat, meruit cœlum dici: sed propter animos, non propter corpora, quæ mortalia erant. & ideo dictum est in Tityro, vrbem quam dicit Romam, Meliboe putauit, &c. videatur illic, qđ, pro &: ipsa, aut quæ vna (nam vtroq; modo stare potest, & scriptum reperiri). i. quum nisi vna sit scilicet Roma: circumdabit sibi id est ad deus, & munimen, ac præsidium suum: muro. scilicet vno: septem arces. i. colles: quos Seruius nominat: existens felix prole. i. foeditate: virum. i. virorū fortium, qualis mater Berecynthia, id est Phrygia, hoc est Cybeles, mater deum inuehitur curru, existens turrita. i. turribus, pro corona, insignita: vt Seruius docet: per vrbeis Phrygias. i. Troianas, existens læta partu deum. i. deorū: hoc est, quia tot deos peperit complexa. f. id est complexētes centenas potes. i. posteros a se ortos: omneis cœlicolas: & omneis. i. cunctos, tenentes supra alta. i. cœlestia regna. Quod autem centum dicit: numerus finitus est, pro infinito.

## PIERIVS.

(Vidē, vt geminæ stent) In antiquis, stant, finitio modo est, Ita, signat: in inferiore versu; quod male quædam exemplaria, signet, scribunt.

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem,  
Romanosq; tuos, hic Cæsar, & omnis Iuli  
Progenies, magnum cœli ventura sub axem.  
Hic vir, hic est, tibi, quem promitti sæpius audis,  
Augustus Cæsar, diuum genus, aurea condet  
Sæcula, qui rursus Latio, regnata per arua  
Saturno quondam: super & Garamanthas, & Indos.  
Proferet imperium. iacet extra sydera tellus,  
Extra anni solisq; vias, vbi cœlifer Atlas  
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum,  
Huius in aduentu, iam nunc & Caspia regna  
Responsis horrent diuum, & Mæotica tellus,  
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.

plici, non nisi in monosyllabis habetur: vt, Hoc erat alma parens. per eorum scilicet privilegium. Vnde falsum est qđ Terentianus dicit eam pro metri ratione, vel duplicem haberi vel simplicem. Nam si hoc esset, etiam in dissyllabis, pro duabus haberi deberat, qđ nusquam inuenimus. Literæ enim naturam feruari, & i polysyllabis conuenit. (Diuum genus.) Cæsaris: qui factus est deus. Dicit autem non solum iure adoptionis, sed etiā consanguinitatis. Nam Actiæ fuit filius, quę erat soror Cæsaris. Hic aut, Augustus Cæsaris. f. Sæcula:

¶ Secula: q̄ rursus Latio.) Sub Saturno dicit aurea secula fuisse in orbe terrarum, sub Augusto tantum in Italia. ¶ Garamanthas.) Populi inter Libyam & Africam iuxta *κακασμένον*. ¶ Indos.) Populi orientis extremi. ¶ Tacet extra sidera telus.) Nulla terra est quæ non subiaceat sideribus. Vñ perite

addidit. ¶ Extra annis solisq; vias:) vt ostenderet duodecim signa, in quibus est circulus Solis. Significat autem Mauros, Æthiopiam, vbi est Atlas: de qua ait Lucanus, Æthiopumq; solum: quod non præmeretur abvlla Signiferi regione poli, nisi poplite lapsa vltima curuati præderet vngula tauri. ¶ Torquet.) Sustinet. ¶ Africum.) Vicinum: vt diximus supra. ¶ Tam nunc & Caspia regna.) Fines Assyriorum, in quibus sunt *πύλαι* Caspiæ. Quod autem dicitur *vep* est. Nam & Suetonius ait in vita Cæsaris responsa esse data per totum orbem nasci intus imperatorem. ¶ Mæotica telus.) Scythica, cuius palus est Mæotis. ¶ Turbantur.) Septem gemini) autem, septem fluuij. ¶ Fixerit Aeripedem ceruam.) Pro aeripedem. vicat autem Cerinitim ceruam dictam a loco. Fixerit, autem statuerit, dilassauerit. ¶ Erymanthi Placarit nemora.) Mons Arcadiæ vbi aper ferocissimus fuit. ¶ Lernam tremefecerit arcu.) Pro Hydra paludem ipsam posuit: & intelligamus an eam sagittis fuisse confixam: post exactam & adustam. ¶ Nyfæ de vertice.) Mons est Indiæ de quo loquitur. Cæterum est & Nyfa ciuitas, in qua Liber colitur. Vñ Nyfæus dictus est. ¶ Et dubitamus.) Pro dubitas. miscuit personam suam. Est autem sensus, Cum tibi sit tanta preparata posteritas, dubitas virtutem factis extendere, id est gloriam? ¶ Aut metus.) Est aliquis timor, qui te a regnis Italiæ reuocet:

## DONATVS.

¶ Huc geminas. n. f. a.) Quando ad Cæsarem venit, & eius nomen voluit præferre, & confirmare, quæ a troianis originem ducat. addidit hortationem. Res, inquit, magna est, quam tibi monstraturus sum. proinde plenam aciem tuorum luminum ad ea conuertere. hæc est gens tua, hi sunt romani, & illi vniuersa progenies, in qua est, & Cæsar. Laudantis studio primo Cæsarem specialiter posuit. dehinc generaliter cæteros. Magnum. cœ. ventura sub a.) Sub axe coeli sunt omnes, qui fruuntur luce: sed hic dictum est, non tantum ituros in lucem, verumetiam merito virtutis vsq; ad ipsum coeli axem esse venturos. ¶ Hic vir, &c.) Hic est, inquit, vir, cuius inter maxima spe tuæ ornamenta promittit deus, ipse est Augustus Cæsar. Incipit dicere, quid sit, quod ait vir. non enim sexum eius significare voluit, sed facta, denique sequit. ¶ Diuigenus. a. c. s. e.) Vir hic est, qui ad similitudinem saturni regnabit, qui aurea tempora habuit, regnavitq; per Italiam: dum saturni commemoratioem facit, quem vult inter maiores cæsaris numerari, illud videtur astruere, vt regnandi foelicitas generi eius attributa videatur. ordinatur sensus sic. hic est augustus Cæsar diuinum genus, qui rursus condet aurea secula a saturno regnata: dicit etiam Cæsarem gesturum maiora & plura q̄ saturnus, non enim adeo laudis impleisset officium, si tantum quæ saturnus gesserat, facturum Cæsarem dicoret, quod alius videat impleuisse. q̄ in sola regnavit Italia: faciet, inquit, Cæsar, quod saturnus: & eo amplius domabit gentes, & terram, quæ iacet extra sidera & extra anni vias & solis, vult esse vltimas aliqd poeta, quod sol nesciat, & mundum excludat. Vbi est, inquit, atlas baiulus cæli, & axis eius, qui astris fulgentibus splendet. illiusq; imperium cæsaris triumphisq; peruenient: ecce melior Cæsar, q̄ saturnus. qui hanc excedere virtutis, & felicitatis merito asserit posse, & vltra solis vias triumphos suos gloriaq; producere. ¶ Huius in aduentu.) Quum ille, inquit, venire ad has coeperit partes. omnia, quæ sunt sub oriente sole turbabuntur. regna scilicet caspia, mæotica, & nylus. ¶ Nec vero a.) Post saturni comparationem, inducitur & secundum da. Hercules, inquit, cuius multa præferuntur exempla virtutum, non tantum valuit terrarum circuire regiones. ¶ Fixerit aeripedem. c. l.) Quantus ille, qui certum animal totius velocitatis superauerit cursu, aut infestatis nece regionem: in qua fuerat, liberauerit. aut sagittis terruerit Lernam. huic subiugit & gesta liberi patris. ¶ Nec qui pa.) Duorum exempla p̄posuit, qui plurima loca superarunt, herculem, & bacchum, quorum alter ceruam, vt dictum est velocitate, aprum erymanthum arcu gorgonam vicat: alter indos obtinuit, transiendit & nylam montem, & triumphans curru mites grydes iunxit. hic exemplis vsus magnis & memorandis melio

rem

Nec vero Alcides tantum telluris obiuit,  
Fixerit aeripedem ceruam licet, aut Erymanthi  
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.  
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,  
Liber, agens cælo Nysæ de vertice tigres.  
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?  
Aut metus Aufonia prohibet consistere terras?

rem cæsarem facit, qui herculis accessus & liberi transfrevaluit, & tenere. Hanc dicendi artem executus est in comœdia Terentius assentatoris officium in eo stare significans, vt in comparatione sit ille potior, quæ laudatur. ait. n. thrafo miles. Magnas vero gratias thais mihi: ille si diceret magnas, qui iter

rogabatur, non promerebatur patronum, cui placere cupiebat: sed ait ingentes, vt extimatione audientis assentatione superaret. Ita ergo & hic laudauit alios poeta, vt in aliena laudatione potior Cæsare faceret. ¶ Et dubitamus ad.) Et dubitat virtus posse punire ad Italiam: quæ virtus ipsa non desit, & adiuuent fata. Genus fuit hortamentum, quo impellebat filium, ne frangeretur tarditate perueniendi.

## ASCENSIVS.

¶ Huc geminas, &c. Augustum demonstraturus cohortatur, vt geminas oculorum acies in eum flectat: tanquam illum vnicum & singulare totius generis decus significare velit: quo nil ortum maius, nil tale alias oriturum censeat. Ex eo autem, quod eum monstrat ante eos, qui ante eum nascituri erant patet, quod non quo ordine in mundum venturi erant, illic comparantur. De hac autem re nihil allatum est Donati: nisi quod ait. ¶ Vir.) Hic ad similitudinem saturni regnabit: ex quo illud videtur astruere, quod felicitas regnandi generi eius, attributa videat. Addit. ¶ Super & Garamanthas, & Indos.) Faciet id quod Saturnus in Italia: atque insuper placabit ipsum orbem. ¶ Anni, solisq; vias.) Annum, pro nocte: solem, pro luce, posuit. Vult ergo aliquid vltius etiam poeta, quod sol nesciat, & mundum excludat. Ergo melius Cæsar, qui ad tantum spatium imperium proferet, quam Saturnus, qui in sola regnavit Italia. ¶ Nec vero Alcides.) Nunc comparat illum Herculi: deinde Libero patri, qui ambo plurima loca superauerunt. Laudat ergo alios, vt potior Cæsarem faciat. Sic assentator ille Terentianus gnato, quum dictum esset, Magnas vero gratias thais mihi respondit, ingentes: vt estimationem, audentius assentatione superaret. nam, si magnas, respondisset: non promerebatur patrocinium. ¶ Et dubitamus.) Fuit ornamenti quo impelleret filium, ne frangeretur, tarditate veniendi. Hec ille. ¶ Ordo est. Fle

ste (inquit Anchises ad Æneam) nunc geminas acies idest acumen oculorum tuorum: huc idest ad hanc partem, quam tibi demonstraturus sum: aspice hanc. q̄. d. præcipuum gentem: & Romanos tuos, idest a te descenduros: & tibi promissos: hic idest in hoc cœtu: est, sup. Cæsar. s. Iulius: & omnis progenies Iulij. Iulij, ab Iulo descensura: ventura sub magnum axem coeli. i. ad diuinos honores: quod propter Cæsarem præcipue dicitur, cuius sydus in coelo visum est. Hic vir (inquit) scilicet Augustus Cæsar, genus diuum. i. diuorum, est, quem tu audis promitti sæpius tibi: quod sup. cœdet (nisi verior lectio sit. Sæcula qui. vt fit, qui condet rursus aurea secula Latio. i. est in Italia, per arua regnata quondam Saturno. si vero legitur, quæ, ordo est. vt incepimus) rursus Latio, aurea secula: quæ, supple. sunt regnata quondam Saturno. i. a Saturno: per arua idest agros, quum Augustus id nobilius faciat, quia per oppida: & qui, sup. proferet. i. extendet imperium, super Garamanthas, populos illos inter Libyam & Africam. iuxta torridam zonam: & Indos. i. Orientales populos. Tellus idest quædam regio: iacet extra sidera. i. cursum zodiacum: extra vias anni. i. signorum, quibus annus deprehenditur: & solis. i. p. quas sol decurrit: vbi. i. in qua tellure, seu terra, Atlas, mons ille Mauritaniam: coelifer. i. coelum ferens, secundum fabulas, & apparentiam rusticorum (dictus est autem mons, a rege, qui in eo philosophatus est, & astrologie præcipue incubuit) torquet humero (quasi ipse alius humerum extollere vellet) axem aptum, idest coniunctum: stellis ardentibus. i. ardentem resplendentibus: quæ, sup. tellus, & regna Caspia, quæ sunt ad fines Assyriorum horrida, nunc in aduentum huius responsis diuum (sunt qui legunt, Huius in aduentum: sed quia nondum est, aduentus, sed futurus, puto legendum, Huius in aduentum: vt fit, ad aduentum huius.) & tellus Mæotica. i. Scythica, vbi est Mæotis lacus: & ostia Nili, septem gemini. i. in septem ostia diuisi: trepida. s. præ rerum magnitudine, & nouitate: aut quia Cæsar, & Augustus, Ægyptum subacturi sunt: turbat, sup. se: aut turbat perturbant. Nec vero. i. & certe non. & certe Alcides. i. Hercules: non obiuit terram telluris. i. terre, quam tum. s. Augustus: (quia) vt dicit Suetonius (nulla est fere proincia, excepta Sardinia, & Africa, vbi Augustus non fuerit.) licet sit

scit

herit. i. cōfixerit sagittis: ceruam aeri pedem. i. habentem aereos pedes. i. veloces. sic Diome. legit: aut licet placarit. f. occidendo aprū ferocissimum: nemora Erymanthi. illius montis syluofis, in Arcadia: & licet tremefecerit. i. tremere fecerit arcu, Lernam. f. paludē, ad quam hydram occidit: nec Liber. i. Bacchus: qui visor. i. voti compos: f. cōstitit iuga. f. montium: habenis pampineis, ex frōdibus vitium factis: agens tygres. i. animalia illa sane ferocia: agēs, sup. eas, de vertice Nise. i. ill. us montis, aut ciuitatis, in India celebra tissimē. Et. i. nihilominus: quāquā tanta sunt responfa: nos dubitamus adhuc extendere. i. ampliare virtutem factis. Alijs sic videtur exponēdum. Et. f. quum tantum sit Augusti meritum, nos dubitamus extendere adhuc: virtutem factis. i. bonis operibus. i. dubitamus, an quisq; possit ad tantam virtutem pertingere, & progredi, aut priori modo, nos dubitamus adhuc extendere virtutē, Augusti factis. i. maioribus facinoribus: sed melius cum Seruio, q̄s cum alijs, dicitur sic. Et quum sit tanta posteritas, dubitas extendere virtutem. i. gloriam factis. q. d. id merito non facias. Aut prohibet metus adhuc consistere terra Ausonia. q. d. quum tanta sint deorum promissa: & tanta illic progenies habenda: dubitandum non esse. Sunt tamen qui dicant, ideo Anchisen non progredi, narrando: quia dubitet, an quisquam posset progredi fortiter agendo: quasi in Augusto sit status. Beroaldus dicit sic: Scribit Diodorus Bacchum, cognominatum esse Dionysium, ab eo qd̄ educatus sit a nymphis, apud Nysam, Arabiē vrbe: vnde a Ioue. Nysaq; Dion. nūcupatus est. Nysa etiam, nō tam mons est, q̄s ciuitas Indiae celebratissima carminibus poetarum: quam (vt auctor est Stra.) Bacchus condidit, cuius etiam meminit Plin. in. vj. de qua copiosius, & elegantius, q̄s ceteri, scribit Curtius, referens quē admodum Alexan. cum exercitu Nysam obsedit: & Nyse Ale xan. se dedidit, a Libero patre cōditos, se esse memorantes. Sita est ciuitas Nysa, sub radicibus mōtis: quem Meron, incolae appellat: & quum μηρόσ Grece, semur significet: ideo Græci mentien di traxere licentiam, Iouis foemine, Liberū patrem esse cœlatum & de hoc monte intellexisse, Maronem non ambigimus, quādo iquit: Nyse de vertice tygres. Præterea alia est Nysa, non in monte Parnaso: vt autumat Ser. sed in Helicone: vt auctor ē Strabo: de qua re (vt opinor) sensit Luca. quū scriberet, Bacchumq; auertere Nysa. Quinetiam in enarratione historiarū, quas poeta in. vj. tangit, parum fides est Ser. & perperam allegat dicta historicorū: & potissimum. T. Li. nanq; de Torquato sic scripsit. Ser. Torquatus filium (vt dicit Liui.) fustuario necauit. Manifestissimum hoc esse mēdaciū, & turpissimum erratum, nemo, vel mediocriter eruditus inficiatur: qui vel. viij. lib. Liui. ab origine vrbs, inspexerit, in quo apertissime offendit Torquatū imperatorem licitori, vt filium securi percuteret: cuius verba ideo subscribere superfedij: quia & multa sunt, & quilibet, qui id nosse velit: illic facillime poterit iuenire. ex hoc, & id genus multis, in eam (vt supra dixi) sententiam, pedibus transeo: vt existimem Seruium, nō tales edidisse cōmētarios: sed quoquomodo fuisse corruptos, adulteratosq; quis enim nō videt a Virgilio dictum esse, Sæuumq; securi Alpi ce Torquatū: videlicet, quia securi in filium, iusserat pater animaduerti: non autem fustuario, vt Ser. opinatur. Idem in expositione illius Maronianiversus, Aut geminos duo fulmina belli,

SERVIVS.

Quis procul ille aut. Nunc redit ad Romanos reges. qui septem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Marcius, Tarquinius Priscus, Seruius Tullus, Tarquinius superbus. Mira autem vitur phantasia: vt quasi ostendat se non agnoscere eū q̄ de gēte Romana nō fuerat. Romulo. n. mortuo cū anno se natus regnasset p̄ decurias: tædiofum visum est, & questus est rex. Sed cum in vrbe nullus idoneus esset inuentus, or ta est bona Pōpiliij fama, quōd esset apud Cures ciuitatē Sabinoꝝ. Rogatus itaq; p̄ legatos accepit imperiū, qui ferociam populi a bellis ad sacra contulit. Vnde etiam Numa dictus est

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ  
Sacra ferens: nosco crines, incanaq; menta  
Regis Romani, primus qui legibus vrbe  
Fundauit, Curibus paruis, & paupere terra  
Missus in imperium magnum, cui deinde subibit,  
Oria qui rumpet patriæ, residesq; mouebit  
Tullus in arma viros, & iam defueta triumphis  
Agmina: quem iuxta sequitur iactantior Ancus,  
Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.  
Vis & Tarquinius reges, animamq; superbam  
Vltoris Bruti, fassesq; videre receptos  
Consulis imperium hic primus, sæuasq; secures  
Accipiet, natosq; pater, noua bella mouentes  
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit  
Infelix: ut cunq; ferent ea fata minores,  
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

li, Scipidasq; cladem Libyæ. mihi nequaquam satisfaci, dum quandam morosam nimis distinctionem adhibere contendit: vt geminos Scipidas, intelligamus illos duos Scipiones fratres: qui in Hispania perierunt, Pœnorum insidijs circumuenti: & cladem Libyæ accipiamus pro duobus Aphricanis. ego vero existimo poetam, illo toto versiculo intellexisse de duobus duntaxat Aphricanis: qui proculdubio fuerūt, duo fulmina bellorum: qui ambo cladem Libyæ, & Carthagini attulerunt: in quo æmulatus videtur esse Lucretium, qui sic scriptum reliquit: Scipides belli fulmen Carthaginis horror. sequatur tamen vnusquisque eam sententiam, quæ ipsi verior, ac probabilior esse videbit: quā nobis satis sit docuisse, quid ipsi sentiremus: suum vnusquisq; iudicium est, & sua sententia.

P T E R I V S .

Augustus Cæsar diuum genus. In Romano codice in Mediceo, & plerisque alijs, legere est, diui genus: id quod in nominatum etiam inscriptionibus inuenias, vt in nummo pulcherrimo, a cuius altera parte C. Cæsaris caput habetur, titulus est. Diuos Iulius. ab altera vero parte, Augusti Octauiani caput: cum inscriptione. Augustus diui F. ad quem titulum crediderim hoc loco Virgilium adlusisse. Præterea vero lapidum inscriptiones, quæ sunt & in Capitolio: & alibi: in quibus diui F. scriptum obseruauit. Sane etiam in Porcio codi. diui genus, prius fuit. In eo vero, quem Ianus Vitalis præstantissimus ingenij: neque vulgatæ eruditionis iuuenis mihi tradidit, dubio procul, diui genus, legitur. Fatio regnata per arua. In Romano codice legere est nō inepte forsitā, regnata per annos: vt sit, sæcula regnata: non, anna regnata. vulgata tamen lectio adhuc in pretio est. Huius in aduentu. In Romano codice & quibusdam alijs, legere est. Huius in aduentum. quam lectiōnem spero eruditissimis auribus placitura. F Et Mæotica tellus. Alibi, Mæotia, abiq; c. litora, passim in antiquis codicibus scribi adnotauimus: ita hoc loco habetur. F Fixerat aeri pedem ceruam licet. In Romano codice & quibusdam alijs. Fixerit aeri pedem, legitur: & exacta specie, Fixerat, hic positum, Carissus agnoscit. Ita enim ipse præteritum plusquamperfectum appellat, quæ quidem figura Græcica est, & elegantissima. Neque tamen ierim inficias vbi aeri pedem, episylnaphen eē notat, Fixerit, scriptum esse. Sed quum superius tempus, & modus sit expressus, errore alterum hoc Librarij omnino transcriptum esse credēdum est. F Aut Erymanthi Placarit nemora. In Mediceo, & plerisque alijs veteribus exemplaribus, Placarit, habetur. Si, Placarit: ad monstri feritatem referri, debet. Si, Placarit: ad loci quietem, qui hoste veluti sublato quiescere cepisset. F Aut Lernam tremefecerit arcu. Veluti superius, fixerat, in codicibus aliquot antiquis legebatur: ita in istis etiam, tremefecerat, habetur: eadem specie, modoq; F Virtutem extendere factis. Oria. In Romano codice hemistichius ita legitur, virtutem extendere vires. Plerique vero alij, qui priorem lectiōnem offerunt, abrahi sunt: nam & apex supra vltimam vocalem, in virtute: & dictio tota, factis aliena manu & atramento notata inspicuntur. Sed quanuis plurimum ita veteres codices legant, non tamen peruincunt, vt ea vulgata lectio, virtutem extendere factis, displicere possit.

est ἀπὸ τῶν νόμων, ab inuentione & constitutione legis. Nam proprium nomen Pompilius habuit. Hic etiam Cælius fuit a prima ætate: ad quod alludens ait, Incanaq; menta. Item ppter sacerdotium, Ramis insignis oliuæ. F Oria q̄ rumpet patriæ. De hoc Liuius, Ferocior Romulus fuit, quā Numæ similis. F Rebus des. Ociosos, nimium sedentes. F Defueta triumphis. F A cōsuetudine triūphandi dissuascencia. F Iactantior ancus. Amans populi fauorem. hic Orestiam fecit. Ancus, aut dictus ἀπὸ τοῦ ἀγκύρα, id est à cubito, quem incuruū habuisse dicitur. F Auris. Fauoribus. Vnde & aurarij dicuntur fautores. F Vis & Tarquinius reges, animamq;



māg; superbam.) Vnus enim de Tarquinis fuit Superbus. (Vltoris Bruti, facēq; videre receptos.) Ius videt et vltoris

Quin Decios, Drusosq; procul, saeuumq; securi  
Aspice Torquatū, & referentem signa Camillum.

¶ Quin decios, drusosq;.) De cū & drusi nobiles fuerunt, & reipu. plurimum profuerunt. Saeuumq; securi, aspice torqua

tum, & referentem signa camillum. Torquatū ideo saeuus, quia filium suum dicitur occidisse ob iniustam causam. Camillus autem liberasse asseritur signa, quę romani perdididerant.

**A S C E N S I V S.**

¶ Quis procul, &c.) Viso Numa Pompilio, qui neq; Romanus, neq; de genere Troianorum erat, fingit Anchises se eum primo aspectu nō agnoscere: sed ex corporis honesta facie, adduci in cognitionem eius, vt sciat Romanorum regum eē vnum; quorum quidem regum, qui septem fuerunt, proseguendo, mentionem facit, ad cōsules transiturus. Donatus aut hoc loco dicit sic. ¶ Quis procul ille.) Multa dat signa, vt cognoscatur in multitudine. Magna autem laus, vt per modicas vires, ad magnum tendat imperium. ¶ Iactantior.) Iactat se, qui quis plurimum sibi arrogat. ¶ Popularibus auris.) Hi sunt fautores populi, quos non quærunt sapiētes. ¶ Saeuasq; secures.) Infelix, quāuis ob cōmodum publicum te laudent, tamen infelix eris propter natos cæcos. ¶ Natosq; pater.) Pueri nam quisq; quum nascitur, puer est. Tāquam autem optimus, pater recte consulit posteris, eosq; sapiēter admonet. Hęc ille. ¶ Ordo est, vt Anchises secum loquatur, inspicium de Numam Pompiliū. Autem, pro sed: quis, sup: esse potest: ille procul. i. qui procul apparet: existens insignis rapis oliuę: quia pacis amator erat, summus, & ferens sacra. quia etiā summe erat religiosus. respondet: ego nosco crines, & menta incana idest multum canescentia: Romani regis idest q̄ prę se ferunt faciem, & habitum Romani regis. i. Numę, qui fundauit. i. stabiliiuit: primam. i. pręcipuā, & principem in terris, urbem legibus. i. religiosis, missus, sup: de Curibus paruis. i. ciuitate illa parua Sabinorum. (Declinatur autem, hęc Cures, harum Curtiū, &c. Et terra pauper: i. respectu Romani imperij, missus (dicit) in imperium magnum. i. Romanum: cui. f. regi Numę: subibit. i. succedet: deinde Tullus. i. Hostilius, qui rumpet otia patrię. i. quę in patria inueniet, a Numa constituta: & mouebit. i. excitabit: viros resides. i. otio deditos, & quasi ignauos, in arma: & mouebit in arma: agrina idest milites agminatim incedere solitos, desuetos. i. desuetos, iam. i. a tempore, quo Numa regnare cœperat triūphis: quia ad eos nō peruenitur sine pugna: iuxta quem sequitur Ancus. i. Martius, tertius Romanorum rex: iactantior. i. arrogantior: & gaudens quoq; idest etiam: iam nunci. priusquam in corpore venerit: auris popularibus. i. assentionibus, & applausibus ac fauoribus populi. Per hoc aut quod dicit, Nūc quoq; iam, &c. innuit illud Propertianū, Naturę sequit femina quisq; suę, quasi etiam non priuq; nasceret ad hoc inclinatus fuerit eius animus. Vis videre, & i. ē: Targnios. i. Prileū, & Superbum reges. i. Romanos: & animam superbam. i. nobile, & supereminentem: Bruti vltoris. i. superbiz Targniorum, & violatoris Lucretię: & vis videre fasces, quos. i. lictores, ferebant ante cōsules Romanos, qui fasces erant virgarum: in quibus securis inclusa erat, quibus significabant se habere ius in corpore, & sanguinem flagellandi, & occidendi: receptos. i. de Ethruicis, a Romanis principibus. Hic. i. Brutus accipiet primus imperiū consulis. i. consulare: & accipiet primus secures saeuas. i. quibus in filios suos seque vltus est: & ipse pater vocabit natos. i. filios: mouentes noua bella. i. intestina, & contra patrem: ad poenam. i. punitiōem, pro pulchra libertate, vt. i. seruet pulchram libertatē, quam tyranni, quibus filij eius confenserūt, inuadere tentabant: vocabit (dicit) existens infelix. i. male fortunatus: vtq; i. qualitercūq; minores. i. posterij eius: ferent. i. accipient: & patientur ea fata. i. facta, satis volentibus perpetrata: hoc est, siue laudabūt, siue vituperabūt, quā futuri sint, q̄ vnum principem malint, q̄ plures sustinere. Pręterea cū multis. Videatur in decorum esse patri, etiam pro libertate, tantam sequiri in liberis suos exercere: sed amor patrię, & immensa cupidio laudum vincet. i. rumores populi. Quin. i. q̄netiam: aspice Decios. i. p̄rem, & filium, pro republica deuotos: & Drusos. i. Luuium Drusum: & Drusum, Tyberij imperatoris fratrem: de quibus Suetonius in vita Tyberij meminit: procul. i. de longe, quasi inferioris sint meriti, q̄ Augustus, aut procul stantes: & aspice Torquatū. i. Manlium: saeuum securi, qua. i. in filium animaduertit, dicens se male filio carere, q̄ patriam disciplina militari: & Camillum referentem signa. i. insignia armorum, quę vexilla vocantur, quę retulit a Gallis ablata (vt Seruius recitat) dicunt pręterea Camillum triumphasse de Veijs. opulentissima Etruscorum urbe, & accusatum postea exilium subisse, indeq; reuocatum patriā liberasse.

## DONATVS.

¶ Quis procul. i.) Quis procul est: dat etiā ipsius signum. ¶ Ramis, inquit, insignis. o. f. f.) Ille, qui non longe est, & oliuę frondibus coronatus est: (Nosco crines.) Multa signa eius ostendit, vt in multitudine media positus potuisset agnoscī. oliuę, inquit, eamum gestat. & sacra cano capiti barba consumilis. dicit debinc, quę esset temporibus sui regni facturus. fundabit legibus priam, nec magna aut locuplete substantia hominum aut familiaris rei. quanta laus modico terrarum subsidio, ac per modicas vires in magnum imperiū p̄gerecui. succedit Tullus perditurus glorias patrię, quas ex diuturnitate pacis. fuerat consecutus, moturus eos in bellum, quos mutauerat quies, otiumq; corruerat, dum eius agmina, quę desissent triumphare. triumphare enim nō potest qui officium pugnandi non posuit. ¶ Quem iuxta.) Iactat se quisquis plurimum sibi arrogat. ¶ Popularibus auris.) Popularibus autē sunt fautores populi, quos non quærunt sapientes. ¶ Vis & Tarquinos. r.) Superbię vitium tarquinio applicatur secundū veterum fabulas, non Bruto. ¶ Fascesq; v.) Definuit, quid sint fasces. hi sunt, inquit, per quos apparet imperiū consulis. ¶ Hic prius est, quando filios suos qui noui sceleris bella molitari sūt, ¶ Vtq; ferent ea fata. m.) Apostropham quasi ad presentem fecit, qui traclabunt, inquit, factum tuum, licet eos vincat commo dum publicum, tñ infelicem te reperiet, q̄ tam saeuus in tuos liberos extitisti, vt eorū nec saluti nec sanguini pepercisse videaris.

¶ Quin

puer.

Euētus.

quod

quod tamen Suetonius in vita Tyberij, dicit: non per Camillum sed per quandam de genere Claudiorum, & progenie ipsius Tyberij effectum. In enarratione autem omnium istorum, mira vti tur arte Poeta. Nam Numam (vt dixi) fingit se non cognoscere primo aspectu, eo qd externus esset. Ancum autem Martium, quia filius mercatoris ex filia Numæ erat, iactantia damnat. Seruii Tu lii quia filius seruæ erat, non meminit. Quia vero Tarquiniorum, & Bruti, tristis est fortuna, quærit an eos quoq; videre velit: qua si dicat parum delectaturus.

PIERIVS.

Regis Romani. Multa quidē vetera exemplaria, mutato nu mero, tritimerim faciunt, Romani regis. Sed vulgata lectio, spondeo suspenso, multo plus omnino videt habere grauitatis. Primus qui legibus vrbum Fundauit. In plerisq; codi. antiq; primā, legitur: hoc est, adhuc recentē. Nam ante Numā, Romu lus leges tulit. In Mediceo, primum est, & addita paraphrasis in principio. Cui deinde subibit Otia qui rumpet. In aliquot ve teribus exēpla, quot, scriptū. Cuiusmodi lectione plerisq; mis fas facio, quā tā paucos videā, qui rerū huiusmodi eruditione de lectent. Et iam defueta triumphis Agmina. Totum hoc in Ro, co. longe diuersa lectione habet, quā scriptum sit, Et magnū dein de triumphū agmina, qd quo pacto quadrare possit, non itelligo: quū neq; ordo structurę vllus, neq; inia congrua discernat. qua re me ad vulgatā refero lectionē. Vis & Tarquinos reges. In codi,

SERVIVS.

Fulgere. Ab eo qd est ful go fulgis. Et dum nocte pre muntur. Bene allusit. Nam con cordiā in humilitate tenuerūt: cū nobilitate vero in bella ve nerunt. Aggeribus focer Al pinis. A munimētis Alpium. Hæc enim Italiæ muro; exhi bent vicē. Socer vero quia Pō peius habuit Iuliam filiā Cæ saris, quæ in partu perit. Vnde etiā isti inter se facile dimicare potuerunt. Arce Monæci. De Liguria vbi est portus Mo næci Herculis, Dictus autem δεινός, vel quod pulsus oī bus illic solus habitauit: vt qd in eius tēplo nūq; aliquis deo rum simul colitur: sicut in Io uis, Minerva, & Iuno: in Ven eris, Cupido. Aduersis instru ctus Eois. Orientis enim auxi lijs est vsus. Assuescite bella. Mire dictū. Ab ipsis enim qua si cōsuetudinem fecit populus Romanus bellorū ciuiliū. Ser pties enim gesta sunt a Cæsare contra pompeium in Thessa lia. Item cōtra eius filium magnum in Hispania. Item contra Tu bam & Catonē in Africa. Mortuo Cæsare ab Augusto cōtra Cas sium & Brutum in Philippis ciuitate Thessaliæ. Contra Lucium Antonium in Perusia Tusciæ ciuitate. Contra Sextum Pompeiū in Sicilia: Antonium & Cleopatram in Epiro. Tuq; prior. Tu parce Cæsari dicit, quē clementē circa Pompeianos legimus: cui vult tunc hoc esse mandatum. Ille triumphata Capitolia ad al ta Corintho. Magnum significat. Ipsumq; Æaciden. Necel se est vt Ille subaudiāmus. Pyrrhum enim quem Æaciden dicit, Curius & Fabricius vicerunt ferentem Tarentini auxilium. Hic postea fugit in Græciam, & illic est occisus in templo. Argos ve ro & Mycenæ alij vicerunt. Vltus auos. Aut hic distinguēdū: vt sit, Troiæ Mineruæ, pro Troiana: p̄deriuatio. Aut certe auos Troiæ: non quos Troia habuit auos: sed qui de Troia fuerunt, id est auos Trojanorum, Magne Cato. Censorinum dicit, qui scripsit historias: multa etiam bella confecit. Nam Vti censum præente Augusto, contra quem pater eius & dimicauit, & Anticantones scripsit, laudare non poterat. Suprà autem Mineruæ templa temerata per stuprum Cassandræ dicit. Coss se relinquat. Cossus tribunus militaris fuit. Hic Lartern Tolu nium a loco dictum, occidit, & opima spolia reuocauit. Erit au tem nominatiuus hic Lar, huius Lartem. Quis Gracchi genus? Gracchos

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis. Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur. Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ Attigerint, quantas acies, stragemq; ciebunt, Aggeribus focer Alpini, atq; arce Monæci Descendens, gener aduersis instructus Eois? Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella, Neu patriæ validas in viscera vertite vireis: Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis olympo; Proiice tela manu sanguis meus. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum cæsis insignis Achiuis. Eruet ille Argos, Agamēnoniasq; Mycenæ, Ipsumq; Æaciden, genus armipotenti Achilli, Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ relinquat? Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Libyæ: paruoq; potentem Fabricium? vel te sulco Serrane ferentem? Quo fessum rapitis Fabii: tu maximus ille es Vnus, qui nobis cunctando restituis rem,

Fabij fessum ad vestram trahitis narrationem? Aut certe fessum, tristem: vt, Ter fessus valle resedit. scilicet ppter eorum mortem. Nam trecenti sex fuerunt de vna familia: qui coniurati cum ser uis & clientibus suis contra Veientes dimicauerunt, & infidijs apud Cremeram fluium interempti sunt. Vnus tantum superstit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanserat. Hic postea cum Annibalis impetum ferre non pos set, mora eum elusit, & ad Campaniam traxit. Vbi delicijs, eius virtus obtorpuit. Ille est de quo ait Ennius, Vnus qui nobis cum stando restituit rem. Sciens enim Virgilius quasi pro exemplo hunc versum posuit.

DONATVS.

tur reliquæ eius, vbiq; gneæ nutritis nomen excelleret. Vbi qui ipsius vberibus nutritus esset, fuerat cū posteris regnaturus, per indeq; esset æterna vtriusq; memoria, scilicet illius semper p se, & per posteros imperantis, & illius perpetua sepulchri consecratione celeberrima gneia nutritrix qualem vel vbi memoriam consequi debuit. Cuius erat totum, quidquid per æneam romanis rebus prosperè videretur feliciterq; collatum. (Æternam moriens.) A contrario laudis argumentum, tunc enim creuit eius nomē & fama, quando interuentu mortis potuit aboleri. quod factū ad gneæ laudem proculdubio reuocatur, qui curauit ne post altricis sue vltimum fatum totū sibi mortis eius exitus vindicaret. vnde factum est, vt contrarium naturæ, quæ fines hoium morte concludit, nominis saltem procuraretur æternitas. (Et nunc seruat ho.) Dixit nunc, dixit etiam his tēporibus, qñ hæc scribebantur, sed quod ait: Et nunc, hoc quoq; ad eius meritum accedit, vt integrum transiret ad posteros, quod gneæ temporibus viuētis contēplatione seruatum erat. Honor tuus etiam nunc seruat sedem, hoc est desertur illi loco contēplatione honoris tui. & sic custoditur eius integritas, vt semper maneat. & firma nois æternitate perduret. (Officij nomen.) Mira ratio, vt cum viuientium nomen vix inter homines valeat eminere, huius ossa per celeberrimam nominis perpetuis temporibus ac seculis præferantur. hæsperia in magna, tanta extitit condentis reuerentia, tantus sepulchri honor, vt in magna italie latitudine vnus oium cōsensus gratissime teneret. si qua est ea gloria, fecit Æneas, quod ad religiosa officia pertinuit, sed quū nihil mortui sentiant, & omnis gloria etiam si vlla est apud hoies, caduca fit, & habeat finem, quid pro fuit id fecisse nisi vt satis fieret animo, qui religioso nutritis suæ tenebatur affectu: (At pius exequijs.) Exequiarum ordinem arctum in aliorum funeribus poeta monstrauit. quūq; iam esset ex hoc ipso legentibus cognitus, hunc prætermisit, hoc loco eadē tamen facta intelligi debent, & quæ exequiarum solēnitatis sepulchri aggressionem perficitur, dixit vtrūq; completum. (Postquam alta qui.) Post curam caietæ depositam, opportunitas nauigandi matura & cōmoda subinde successerat. nam & mare ex alto hoc est tumido & inflato, placidum fuit, vsq; adeo nō inde mersum, sed in superiore suspensum debemus accipere: & ipse poeta eodē loco dixit, quierant alta æquora: quæ si erant, constat fuisse humilitia, & auræ noctis non deerant. metus omnis sic absuit, vt etiam illustris lunæ suffragium gratum potiusq; horrendū faceret pelagus. Alio loco & inhorruit vnda tenebris. hic vero, qatā nauigantis seleitias fuit, vt luna faceret splendidum, quod formidolosum esse potuit, securitas demonstratur suo more successura. Proxima circæe rati. (Imprudens æneas utpote qui loca nesciret, ferebatur neptuni suffragio. & circa loca, quæ nescius incurrere potuisset, radebatur cursu prosperissimo. & quid illic cum socijs perpeti potuisset, dicit. Describitur, quæ illic consuetudo circæa teneretur. & quæ inde audirentur: aperta descriptione narratur. (Diues inaccessos.) In his, inquit, locis lucos habuit circæe solis filia, semper vigilans, & ad insidias semper intenta, voce decipiens transientes, & odorato lumine temporibus noctis, quem non delectaret sonus vocis in cantilenam deductæ, & odor cedri ardentis, & sperata cantantis hilaritas. incidebat, inquit, cedri materiem persolidam, quæ naturali fomento tanq; oleo madida in cendia ipsa nutrebat. ad hoc lumen lanam curabat, & telam: vt peruigilare posset. ne fraudem vllam oblate occasione amitteret. nauigantes interea opportunum hospitium rati non iuuabantur auxilio cōmanentis, sed dolo capiebantur & fraude. (Hinc exaudiri gemitus.) Audiebantur inde gemitus leonum irascēntium, ferarūq; aliarū indignatio significabatur: non quas natura protulerat: sed quas ex hominibus pessimæ fecerant artes. Ita ergo oēs exagitabat, & sæua cōmotio tenebat. leões, vrsi, atq; apri sæuebant captiuitatis iniuria cōmoti. & lupi ex capari diris vlulatibus personabant. postremo oēs nō fiducia naturalis irgebat: sed factionis violentia. hoc n. dea sæua cū deam nō cōueniret selectari mala, potentibus herbis induerat circæe in vultus ac terga ferarum natura pessima & arte scientiæ deterioris instructa, ex hominibus feras effecerat cōmutans & sonū vocis, & corporū formas. (Quæ ne monstra pñ.) Ne conuersi in monstra bestiarum mutarentur pñ troiani. ecce dixit formas, perindeq; cām, qua ab his malis liberari maluerunt. pñ fuerunt, inquit, nec debuerunt illis æquari, qui pro nefarijs actibus eiusmodi supplicia perserebant, hos teigit, quos supra mutatos dixit: de quibus diomedes etiam locutus est in vndecimo libro sic. nunc etiam horribili visu portenta sequuntur. & socij amissi petierunt æthera primi. Fluminibusq; vagantur aues, heu dira meorum supplicia, & scopu

los lachrimosis vocibus implent. Quanta ergo troianorum felicitas fuit, vt quia auræ impulsu leuiore nauigabant, repentinis vortorum statibus neptuno iuuante per loca aduersa opportune transissent?

## ASCENSIVS.

**T**V quoq; littoribus nostris.) Vt librorum sit cōpendentia, atq; ita vnum opus censetur, Arma virūq; canens: noluit a plena periodo, qualis est ibi, Nunc age qui reges Erato, &c. inchoare: sed a particula condepēdētia indice: dicens, Tu quoq; q. d. non solū Misenus, & Palinurus: sed tu quoq; i. ēt tu. Describit ergo primo loco, quō sepulta Caieta, nutritrix Æneæ, quæ loco nomē dedit, quod & hodie manet: preteruēcti Circeæ insulas, deuenerunt in portus fatalis terræ. Per trāsitum autem, describit fabulam quam Homē. ad longum profequitur: quō. s. Vlyssis focij, a Circe, Solis filia, in feras transmutati sint. Dona. autem dicit hoc loco sic. (Tu quoque.) Viderat apud inferos qñ necessarium esset defunctis sepulchrum. Ergo, vt pius nutritrix illud instituit. Meruerat enim ipsa: quia tam piū religiosum Romani imperij principem prudentem, fortēq; virū nutritrix. Tu quoque. repete inde, & optime coniunge. At pius Æneas, ingenti mole sepulchrum imponit. suaq; arma viro, remūq; tubāq; Dein de remotis hīs q̄ de inferis narrantur sequere, Tu quoq; littoribus nostris, &c. Tu quoq; q̄ admirandæ memoriæ videris, supremo officio coniungi meruisti. (Nostris.) Italis. ergo ibi est sepulchra: vbi ipse cum suis esset regnaturus. Honoratur ergo a loco. (Æternam moriens.) Argumentū a contrario: nam creuit fama, quum deberet morte minui. (Nunc.) Etiam his tēporibus quō hæc scribuntur. (Signa est ea gloria.) Sciebat nihil sentire mortuos, sed vt satisfacere religioni. (Vrit odorata.) Vigilans & voce, & odorato lumine, ad se incautos attrahere nitebatur. (Cedri.) Cedrus tanquam oleo madens incendia, semper insidijs, & voce nutrit. (Que ne monstra pñ.) Propterea debuerunt liberari ab hīs monstris, quoniam pñ erant, neque sceleratis erant comparandi. Hęc ille. (Ordo autem est. O Caieta, nutritrix Æneia. i. ipsius Æneæ: Ordo tu quoque. i. etiam tu: non solū Misenus: moriens. i. dum moriebaris & sepeliebaris illi dediti: littoribus nostris. i. Italicis: ga Italus est, qui loquitur: famam æternam: & tuus honor seruat nunc sedem. i. sepulchrum tuum: quod tuū nomen inscriptū habet: & nomen. s. tuum: signat ossa. s. tua: in Hesperia magna. i. Italia: si ea gloria est qua. i. aliqua. (bene dubitat: quia multi censent eam gloriam nihil ad defunctos pertinere: vnde Diogenes interrogatus, vbi vellet sepeliri: iussit, corpus in pratum offerri. & quū nec percunctarentur, an vellet ipsum feris, & auiibus exponi: iussit, baculum apponi: vt si possit, sese defendat: & quū dicerent, nullum in eo sensum: quid ergo ad ipsum (inquit) siue deuoretur, siue putrescat: vt autem Cicero censet, de nostris, non de nostra sollicitum sepultura.) At Æneas pius. i. in omnēs, tam deos, q̄ mortales: tam viuos, q̄ defunctos: exequijs. i. officijs funebribus: solutis rite. i. iuxta ritum: & aggere tumuli. i. sepulchri: cōposito. i. accumulato: postq; æquora alta, id est profunda: quierunt. i. tranquilla facta sunt: tendit iter velis. i. nauigat tensis velis: & reliquit portum. s. Caietæ. Aurę aspirant in noctem. i. dum tempus vergit in noctem: incipiunt aurę spirare: nec luna candida negat id est tegit, cursum. s. suum, hoc est clare lucebat: portus splendet sub lumine tremulo. i. scintillante: quod tamen de luna quidā negant. Littora proxima terræ Circeæ. i. quam Circe habitabat: raduntur. i. leniter tanguntur, a nauibus Æneæ: hoc est ptransit Circeam terram: vbi. i. in qua terra: filia Solis. s. Circe: diues resonat id est resonare facit: cantu assiduo, lucos inaccessos. i. inaccessibiles, ad quos nemo accedere deberet: & vrit testis superbis. i. magnifice extructis. i. magnifico domicilio. (Sunt qui legāt, lectus. i. thalamis, aut triclinijs superbis, in quibus sedebat Circe: sed mirnus recipiunt.) in lumina nocturna. i. loco olei, quod tunc in Italia in vsu non erat: cedrum. i. arborem illam, succi, & resinæ plenam: odoratam. i. odoriferam: percurrēs per cline arguto. i. subtili, aut stridulo: telas tenues. i. subreiles: & extenuatas: gemitus & irę leonum. reculantur. i. refutantur, vincas: & rudentum, sub, id est in nocte fera. i. tarda: exaudiri, supp. ceperant, aut exaudiebantur: hinc, id est ab his lucis Circeæ terrę: & sues, id est porci: fetigeri, id est magnas fetas gerentes: atq; vrsi sequere, i. sæuebant, aut sequere ceperunt, in præsepibus, & formæ magnos luporum vlulare. i. vlulabant: aut vlulare ceperunt. Quos, i. leones, sues, vrsos, & lupos, dea sæua. s. Circe, induerat herbis potētibus: per herbas potentes, in vultus: ac terga ferarum, ex facie hominum, id est humana, hoc est transformauerat eos in formas beluinas. Quæ monstra, ne Troes pñ paterentur talia delati. i. postq; delati essent

ti essent in portus: neu. i. neue, hoc est vel ne, ipsi Troes pij, subirent. i. subintrarent: littora dira. i. que à dira habitantur venefica. Neptunus. i. deus aquarū, vnde fere venti nascuntur, quapropter etiam, ventorū dicitur habere p̄sidiū: implevit vela ventis fecundis. i. prosperis, à tergo stantibus: atq; dedit sugam, id est facultatem effugiendi: & vexit, scilicet Troas: præter, id est pertransiit: do: vada feruida. i. periculosa nauigantibus, hoc est præter freta. De Circe, & cedro, hæc sunt per Land. collecta. Diodo. Sic. sic ait: Soli duos fuisse filios, Æthen, & Perseum, & Æten, Colchorum: Perseum vero, Tauricæ regionis regem extitisse, vtrunque crudelitate insignem. Perseum aut, Hecaten filiam habuisse, quæ paternam crudelitatem superauit: nam quum venatione delectaretur, homines pro feris, arcu vulnerabat: & venenis pestiferis operam dans, id inuenit quod, ἀνοϊτον nominat: in hospitibus autem venena experiebatur. Demum quum patrem veneno extinxisset, regnum occupauit: & templum Dianæ, cui hospites immolarentur, condidit. Cōcubuit inde cum Æthe patruo: & ex eo concepit Circeam, & Medeam, filias, filiumq; Ægialeam, Circe, & arte materna, & sua industria, omnes mortales in venenis comparandis superauit: adeoq; omnium herbarum vim conspicata est, vt nihil inueniendum, p̄steris reliquerit, adinuenit & Pharmacū quod ad conciliandam beniuolentia valerit. Nupsit Scythæ Sar-matarum regi, eoq; venenis sublato regnum occupauit: ex quo tandem ob crudelitatem pulsa, inde ad Oceanum, secundum aliquos, prouecta, in insula deserta, sibi comitibusq; sugæ sedes posuit. Alij dicūt, in Italia deuectam promontorium: quod inde Circeum dicunt, tenuisse. hæc Diodo. Quid vero poetæ de Circe in Italia constituta referant, alibi expressum est. Home. aut scribit eam olim insulam fuisse, quam Circe habitabat, in loco edito, cū errabat: & vrsi, & leones, quos illa veneficij cibo & potu immixtis, ex hominibus feras fecerat: tamen in homines non scieiebant, sed veluti canes blandiebantur: illa socios Vlyssis, in cœna vertit in porcos, præter Eurylocum: qui fraudem in ædificio esse suspicatus, non intrauit: intus tenebat Circe tales telas, q̄les deæ textunt: & suauissimæ canebat. Cedrū: hæc arbor, non ea est, quam vulgo, cedrū, appellamus. Illam enim dicimus, citrum: cuius prima maxima sunt: sed lōge alia duo eius genera: vt Plin. placet, Lycia, & Phœnicia. differunt folio. nam quæ durū, acutum, & spinosum habet, oxycedros vocatur. Ramosa, & nodis infesta, altera odore præstat. Fructum ferūt, myrti magnitudine, dulcem sapore. Item maioris cedri, duo genera: quæ floret, fructum non fert: fructifera, non floret: & in ea, antecedentē fructū occupat nouus. Semen eius, cupressio simile, quidam cedrelatē vocant. Ex hac resina laudatissima, materæ ipsi æternitas: itaq; simulachra deorū ex ipsa faciunt. Cedrinus erat Apollo Romæ: è Seleucia aduenit. hæc Plinius. Dioscorides autem ait, Cedrus, arbor est, vnde fit pyx cedrina: quædā est parua, ac spinosa, fructu iuniperino similibus. Alia, maior, fructus eius cypressio similis: sed minor, & cedrijdes vocat. In materia, maximas æternas putant, hebenum, cypressum, & cedrum, in templo Dianæ Ephesig: quod tota Asia adueniente, quadringentis annis peractum est: tectum est ex cedrinis tabulis. Habes de cedro. Quod autem inducat Circeam, cedrū veteres ab Homero esse. Ille enim in Odyssea libro. v. de Calypso, vbi Mercurius à Ioue missus, nūcius est: πύρ μὲν ἐπὶ ἐσχαροῦ φιν μέγα καίετο τηλόσε δ' ὀδμῆν: κέδρου τ' ἐκκαταποιοῦ οὐοντ' ἀδὰ πῆσον ὀδ' ἄδ' ἐπὶ δ' αὐομέναν. Succo ergo cedri, illis temporibus ad nocturna lumina utebantur. Ait enim Plinius, Cedri succo quomodo feret, diximus. Magni autem est ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret. Recte autē meminit de succo, Cedri non dum oleo in Italia nascente. Refert enim Fenestella, regnate Tarquino, nōdum neq; in Italia, neq; in Hispania, neq; postremo in Africa, oleum fuisse, neque illud præterito. Nam apud eundem Plinium inuenies, Iliacis temporibus nullum adhuc vnguentum fuisse. Sed nec etiā thure supplicabat: cedri tantū, & citri, suorum fructuum in sacris, fumo conuolutū, nidorem verius, q̄, odorem, nouerant. Cantu autem ad se homines adlicere Circe: allectosq; in varias feras cōuertere qd aliud habet: nisi quod q̄ voluptuosæ vitæ deducuntur, hominē exuunt. Amittunt enim rationem: quæ sola, homines sumus: & ruunt in varias animi perturbationes, q̄ cum

## SERVIVS.

In roseis fulgebat lutea bigis. Lutea est crocei coloris, vt, Croceo mutabit vellera luteo. Vñ multi iungūt In roseis, id est nō, rubicūdis, ne sit con-trarium.

Jamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto  
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,  
Quum venti posuere, omnisq; repente resedit  
Flatus, & in lento luçantur marmore tonsæ.

cum rationis priuatione perueniant: brutorū, potius q̄, hominū dicendæ sunt. Vlysses autē non trāsmutatus à Circe: quia sapiens, non modo nō vincitur à voluptate, verū causa est, quod loci sui iam mutati, in pristinam formā redeant. nam & dum recte agit, exemplo malis est: quo redeat ad meliorem vitam: & sua doctrina alijs, vt recte viuant, persuadere potest.

## PIERIVS.

Tu quoq; littoribus nostris. Quod, litus, vbiq; simplici t, scripsim, id me mouit, quod in antiquioribus co. ita scriptum inueni. Et vetera quædā monumenta, nomen id vnico t, notatū ostendunt, vt illud apud ædem D. Laurētij in Lucina, LITORE PHO/CAICO PELAGIVI EXANIMATAS. Non enim abraduntur, aut transcribuntur marmora veluti codices. Præterea vti per vnū t, scribatur, deponere videtur analogia: siue à lido, lidis, forte descendat: quippe quod assidue fluctibus illidatur, siue (vt multi volunt) à lino. Nam litus, est ex M. Tullij arbitri sententia, quouiscq; maximus fluctus à mari prouenit. Ti. Donatus aliquanto simplicius, vbi aqua maris finitur, ita & finis terræ, quæ litore iungit, ideoq; alibi dixit Virgi. Nauis siccolitore subductas, quia est, Et vñ litus à. Sed hoc etiam animaduertendū tres cōtinuos versus vocabulū idem repetere. Tum se ad Caietæ recto fert, litore, portum. Anchora de prora iacitur, stat litore puppes, Tu quoq; littoribus nostris Æneia nutrix. Quod si quis tertium hoc nihil facere ad superiora dixerit: quia sit alterius libri principium, videat vnum esse corpus totam Æneida, duodecim veluti mēbris compactum: neq; ita vt in Georgicis heterogenū, quod ibi ostendunt proœmia distinctas materias, argumentaq; dissimilia diuidentia. Agrorum quippe cultū, arborum naturam, armentorū curam, apum studium. At Æneis vno tantū comprehenditur argumento, De rebus ab Ænea gestis: libriq; ipsi ita inuicem colligati sunt, vt verborū etiam structura vniuscuiusq; finem cum alterius principio connectat. Hinc omnes cōticere, quamprimū audiere Didonē poscere ab Ænea, vt ab origine priā ederet insidias Danaum, casusq; suorum. Et postq; iam non spes opis vlla dabatur, Resq; Asiæ, Priamiq; gens, superbūq; Iliū, & omnis Troia conciderat. Diuersa exilia, & desertas quæreret terras, Dis auspiciibus coactus è Æneas. Qui ad finē vsq; iij. libri, Fata renarrabat diuū cursusq; docebat. At regina gratū iadudū faucia cura Vulnus alit venis. Cui dum Iris Iunonis iussu dextra Crinē secat, omnis & vna dilapsus calor, Atq; in ventos vita recedit, Interea medium Æneas iam classe tenebat Certus iter. Qui Palinuro mox in mare excusso, quum amisso fuitatē errare magistro nauē sensisset, animū conculsus amici casu, Sic fatur lachrymans, O nimium cœlo & pelago consise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis turrena. Ab Auernis inde, quū se ad Caietæ portum recto litore trahisset, arrepta tellure, dū interim stant litore puppes. Nutrix eius Caieta æternam moriens, littoribus nostris famam dedit. Atque ita libri reliqui inuicē cōnectuntur. vt Portūq; relinquit. Nō placet, reliquit tempore præterito: vt codices pleriq; veteres habent. Nam & tendit: & aspirant, præsentia sunt. Assiduo resonat cantu. In Roma. cod. Adsiduo, per d, scriptum est. Eos vero reprehendit Caper, qui assiduus, proferre malebant: quod eadem lire ra, e. in sedeo, primitiuo reperitur, dici enim, adsideo, notat. vñ adsiduus, Contra cuius sententiam, Fla. Sospiter, adsiduus, ait. quidam per d, scribant, quasi sit à sedendo figuratū, sed errat. Nā quū à Seruio Tullio populus in quinq; classeis diuisus eet, vt tributum, put quisq; possideret, inferret, ditiores, qui asses dabāt, assidui dicti sunt. Et quū soli negocijs publicis frequentes aderāt, eos qui frequenter adsunt, assiduos, ab assibus dixerunt. Hinc ait Gellius, Assidui in duodecim tabulis, & pro locuplete, & facile minus faciente, dictum ab assibus. i. ære dando, quum id tempora reipub. postularent: aut à numeris pro familiari copia faciēdi assiduitate. Et alibi, assiduum, quasi per antitheton opponit prolectario. Ex quibus manifestius constat, quid sibi velit M. Tullius, quū in topicis, argumētum ex vi verbi sic assumi posse docet. Quum lex Ælia Sanctia, assiduo, assiduū vindicē esse iubeat, locuplete iubet locupleti. Locuples enim assiduus, ait Ælius, appellatus est, ab asse dādo. In vultus, ac terga ferarum. Veteres quidam codices, In vultus & terga, legunt. Sed, ac, magis placet, quæ maioris vnit.

trarium. Tamen fm Home-rum dictum est, qui interdum ῥοδὸ δ' ἀντὺ λου. i. rosei coloris digitos habentem interdum κρόκο πεπλον. dicit Aurorā. i. crocei coloris veste circumdata.

ÆNEIDOS.

tam. Cum veti posuere.) Cū ortu diei quiescere. Posuere enim, quiescere est: sicut cōtra Ferre, flare dicimus. vt. Fieret vento mora nequa serēti, id est flanti. Omnisq; repente refedit flatus. Omnis, id est & qui ripæ est, & qui pelagi, qui altanus vocatur. Tonæ. Remi dicti à decutiendis fluctibus: sicut tonfores à tondendis & decutiendis capillis. Lucum prospicit.) In quo erat fluminis nomen. Diximus enim nūq; sine religione esse lucum à Virgilio positum. Hunc inter. Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias. Est autem crebra Frontonis elocutio. Vmbroso, syluis circumdato. Multa flauus arena. Epitheton proprium. Et sciendum exitum Tyberini fluminis naturalem non esse, nisi circa Ostiam, vbi prima Æneas castra construit. Nam aliter non procedit quod ait, Murorum in parte sinistra Opposuerunt aciem: nam dextra cingitur amni. Postea. n. in Laurolauinio castra fecit ingentia, quorum vestigia adhuc videntur. Assuetæ ripis volucres. Bono compendio vsus est. Æthera mulcebant cantu. Lenibant. Corporalia enim sunt elementa, vt diximus supra. Non enim mulcet, nisi quod corporale est. Super enim ait, totamq; infusa per artus.

DONATVS.

Iamq; rubescebat.) Auspicia describuntur, quibus ad Italiam veniens Æneas exceptus est. Apparebat iam, inquit, post noctis decursa spatia nouæ lucis exortus, cœlum remotis nubibus purum, & aurora fulgens præcedebat splendidi solis egressum. Quum venti posuere. Quasi scirent iam se non esse necessarios officio: discesserant veti, mare ipsum sic repentina placiditas strauerat, vt spatium quo supererat, remissione molesta luctaminis posset excludi. Atque hic Æneas. Facilis esse potuit luci apparentis inspectio ex tranquillo pelagi sereno, & sole surgente. Hic inter fluuios. Descriptio luci & fluminis. inter frondosas, inquit, arbores ferebatur vorticibus rapidis, amœno fluuio Tyberinus, & licet illum rapta velocitas volueret, apparebat tamen in cœlo magna prospectus gratia, quod non cœnum sed harenas splendidas trahebat in mare. Variæ. c. q. f. q. Hilaritas auium popularium lætitiā significabat, sic autem lætus fuit Æneæ aduentantis ingressus, vt obsequi viderentur elementa, & aues quoque ipsæ gratulari viderentur. Mira celeritate quatuor partes descripsit, quippe circum significat dextram & læuam à tergo, & ante, item duas, infra, & supra, nam infra ostendit, quod ait fluminis alueo, supra, æthera mulcebant cantu, luoq; volabant. Flectere iter socijs. Cur enim illo tempore non lætaretur, qui factione Iunonis inimicę constantia & virtute superasset? Cur non lætaretur visis tot augurijs ac signis futura prosperitatis suæ? Cur non lætaretur periculum maris omni cura deposita?

ASCENSIVS.

Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto, &c.) Docet quomodo prospera nauigatione, Tyberina intrauit ostia, succedentes per syluam amœnam, & auium concentum. De qua re dicit Donatus sic. Iamq; rubescebat. Bonis auspicijs recepti sunt scilicet pura luce, & pura aurora, & lenitate veti. Hilaritas autem auium, popularum lætitiā significabat, est ergo ita ingressus, vt elementa obsequi, & aues venienti illi gratulari viderentur. Variæ circum, supraq;. Sex descripsit partibus. Nam circum, significat

SERVIVS.

Nunc age. Hic est sequentis operis initium. Antedicta enim ex superioribus pendet. Sane Erato, pro Calliope posuit. Quæ tempora reum. Quia vt diximus supra secundum Lucretium, tempora nisi ex rebus colligantur, per se nulla sunt. Latio antiquo. Quia duo sunt, vetus & nouus sicut & in iure lectum est. Exordia pugnae. Cerui interitum. Actos. Aut collectos, aut re vera compulso: quod est verisimile, propter illud, Longa

Atq; hic Æneas ingentem ex æquore lucum Prospicit, hunc inter fluuio Tyberinus amœno Vorticibus rapidis, & multa flauus arena In mare prorumpit: varie circumq; supraq; Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo, Æthera mulcebant cantu, luoq; volabant. Flectere iter socijs, terraq; aduertere proras Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.

gnificat dexteram & læuam: à tergo, & ante. Item duas, infra, & supra. Infra ostendit, quū dicit, Et fluminis alueo. Supra, quum dicit, Æthera mulcebant cantu. Et lætus fluuio succedit. Propter tot felicia auguria. Hæc ille. Ordo est. Iamq; id est & iam: mare rubescebat radijs, scilicet solaribus, per aurā diffusis, an-

te ortum solis: & aurora lutea, id est lutei coloris, qui est subrubus: intermixto, scilicet croceo; fulgebat ab alto æthere, in bigis roseis, id est rosei coloris: quia aut non nisi dimidium lucis afferunt, luna, & aurora, dicuntur bigis inuehi: sol autem, quadrigis: quum, id est postquam: venti posuere, supple se, id est sedati sunt: & omnis flatus refedit repente: & tonæ, scilicet palmulę hoc est, remi: luctando, scilicet fulcanda: in marmore, id est mari, marmoris rei coloris: aut, in faciem marmoris strato. vnde addit, læto, id est quiete resluente: non turbato, nec commoto, seu agitato. Atque Æneas prospicit. i. porro videt. hic, id est in hoc loco, aut hoc tempore: aut potius utroq; ex æquore, id est æquato mari: lucum, i. syluam, quæ non ceditur: ingentem, i. valde magnam. Tyberinus id est ipse Tyberis: flauus, id est flauo coloris: vnde prius ab albedine aquarum, Albula, dictus erat: prorupit, i. vi exit in mare. Inferum: inter hunc, scilicet lucum, qui utrinq; erat fluuio, i. proflexu: amœno, i. tranquillo (quæ lætus eius est: vnde in. ii. Leni fluit agmine Tybris. nam multum cōmoditatis afferunt fluuij, lente fluentes, quum reductione nauium facile præbeant.) sed tamē flauus, vorticibus rapidis: quia in quibusdam præcipitijs habet vortices. gyros, & vertigines aquarum rapidas: & harena multa, quā, si condant vortices. Volucres varię: aut, quia oēs varię sunt in coloribus: vnde abhi, Pictęq; volucres, aut, quia variarum specierū, q. s. concentū ex varietate, dulciorem reddunt, assuetæ ripis, & alueo fluminis, mulcebant æthera cantu. suo, circum, i. per circuitum, hoc est ante, retro, & utrinq;: & supra, i. à parte superiori: quia in ramis insidentes, altiores erant: & volabant luo, i. per lucum. Et, sup. Æneas imperat socijs, flectere iter: quod in mari flectitur, quæ flectendo naues, facimus iter quia volumus: & aduertere terræ, i. ad terræ: proras, i. anteriores partes nauium: & ipse lætus, quod si grū erat boni ominis. nā ubiq; in Italiam profecturi, læti inducuntur socij: vt, Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, Et, Italiam læti socij clamore salutant. nunc aut Æneas inducitur lætus, quū in Italiā peruenerat, quo significatur, quod suis proficit: & stulto intelligens quid intersit: succedit ergo lætus fluuio opaco, i. vmbroso, syluis decumbentibus oblecto.

PTERIVS.

Vorticibus rapidis.) In Ro. cod. in Medi. & in plerisq; alijs sane q; vetustis passim, Vorticibus, per e, scriptū obserues. tamen si Capet (vt alibi diximus) differētiam interitici. Sed enim Arustianus Messus non alia ratione, Vortex, pro Vertex, scribi solitū tradit: q; vulnus, pro vulnus. atq; ita quoquo scribatur modo, idem significare. Quid vero contra Plin. quid Sosipater tradant, in primo dictum eo versus, Torquet agens circum, & rapidus vorat equore vortex. Addam illud ex Quintiliano, vt Arustianum recte sensisse videamus: quod vortices, & vorus, primo Scipio Africanus, in e, literam secundam, vertisse dicitur. Flectere iter socijs, terraq; aduertere proras Imperat.) In codicibus aliquot antiquis, socios, accusatiuo casu legitur, quod minime displicet.

Longa placidas in pace regebat. Totamq; sub arma coactam.) Colleeam: vt, Tityre coge pecus. Totam autem Hyperbolicos dixit. Nunc Fauno, & Nympha genitum laurente Marica Accipimus. Quidā deus est Fatuelus: huius vxor est Fatua. Idē Faunus, & eadē Fauna. Dicti autē sunt Faunus & Fauna à vaticinando, id est fando. Vnde & Fatuos dicimus incōsiderate loquentes. Ergo Faunę & Fatug nomen quasi asperū fugit poetæ: & Maricam dixit vxorem fuisse

Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem. Quum primum Ausonijs exercitus appulit oris: Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnae, Tu vatem, tu diua mone, dicam horrida bella, Tyrrenamq; manum, totamq; sub arma coactam Hesperiam, maior rerum mihi nascitur ordo: Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & vrbeis Iam senior longa placidas in pace regebat: Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica Accipimus. Fauno Picus pater, isq; parentem

fuisse Fauni. Est autem Mari-  
ca dea littoris Minturnensium  
iuxta Lirim fluuiū. Horatius,  
Et innantem Maricæ littori-  
bus tenuisse Lirim. Quod si  
vouerimus accipere vxorem  
Fauni Maricā, non procedit.  
Dij enim Topici, id est locales,  
ad alias regiones nunq̄ trāseūt.  
Sed p̄r dictum esse per poetā  
cam licentiam, Laurete Mari-  
ca: cum sit Minturnensis. Di-  
cūt alij per Maricā, Venerem  
intelligi debere: cuius fuit sa-

Te Saturne refer, tu sanguinis vltimus author,  
Filius huic fato diuum, prolesq; virilis  
Nulla fuit, primaq; oriens erepta iuuenta est;  
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,  
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis;  
Multi illam magno è Latio, totaq; petebant  
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omneis  
Turnus auis, atausq; potens, quem regia coniux  
Adiungi generum miro properabat amore:  
Sed varijs portenta deum terroribus obstant.

acie cōstituta pugnatur, ma-  
gna virtute opus est. cominus  
enim geritur bellū. Quāta igitur  
extitit Troianoz virtus in  
paucis: qui instructas acies ho-  
stium & cōgregatæ multitudi-  
nis molem ferte primitus, &  
dehinc euincere valuerūt. Ecce  
& hic pluralitate vsus acies di-  
xit, vt ostēderet et hoc non se-  
mel, sed sepi⁹ factū. (Aelosq;  
animis. i. l. r.) Quū non dicit,  
quos. nec definit quātos, mul-  
tos plures possumus aestimare

pro volūtate laudantis. (A. c. a. i. l. r.) In sua non in Troianoz  
funera. quum. n. animis ferocitate exagitationis in alienum exitum  
ruerent. sic ipsi Troianis è diuerso certantibus ceciderunt. (Tyr-  
rhenamq; manum.) (Icirco hic manum cū gē: is nomine posuit,  
quod in bellicis hinc subiectis hanc asserunt esse cæteris omni-  
bus fortiorem. (Totamq; sub arma.) Generalis ista conclusio  
quantum Italorum metum significat extitisse? qui cum scirent  
paucos esse Troianos, non numerum sed virorum fortitudi-  
nem timuerunt? (Maior rerum mihi nascitur ordo. Maius opus  
moueo.) Comparationis ratio ex carmine superiori descendit.  
in hoc enim librorum ordine actus superioris temporis facilius  
inuenitur. plus est quippe quæsitum virtute, quā fuit illud  
quod casibus & vi maiore constabat amissum. Totam vero Ita-  
liam coaluisse ad bellum iccirco asserit: vt ostendat nullum Ita-  
lorum virum sine furore mansisse bellandi. His in propositione  
cum Æneæ fauore collatis, redit ad ordinē dispositionis suæ, vt  
rerum textum & ordinem pandat. Admistrurus alia, vt nihil ex-  
positis transeat. (Rex arua latinus.) Regebat quidem latinus  
Italiam non virtute vtpote iam senex sed longæ pacis succurren-  
te suffragio. perindeq; qui stare non posset, si aliquid aduerſi fuis-  
set exortum. status igitur regni qualis esse potuerat, cui præſide-  
bat inualidus per ætatem? (Hunc fauno & nympha ge.) Persua-  
serunt sibi nonnulli ac prope omnes quod inter latini maiores  
Saturnus fuerat primus, & ab ipso per picum & faunum latini  
origo proflexerat. vltimum, non nouissimum sed primum, vo-  
luntq; hoc velut exemplo vltimum virum dicere, quem putave-  
rint aliquando laudandum, cum non ita sit. nam si quando pluri-  
mum edicendus est numerus, erit primus, à quo fuerit coeptum,  
& vere nouissimus, qui posterior fuerit nominatus. ecce vt hoc  
loco si à Saturno incoeperit enumeratio vltimus inuenietur lati-  
nus. non enim hic primus quasi excellens, aut vltimus quasi hu-  
milis & abiectus. sed primus & nouissimus in ratione numerorū  
intelligendū est. Ille quippe vt dictum est erit primus, à quo nu-  
merus coepit. ille vero vltimus, ad quem numerorū ipsorum  
venit facta conclusio. Huic loco addamus exemplum eius, qui  
scalarum gradus numerare voluerit. ascendens enim primum fa-  
ciet, à quo incipit, & nouissimum, qui sit manifesta ratione supe-  
rior: aut si descendens velit numerum recensere: faciet ipsum gra-  
dum primum, à quo descensum fuerit auspiciatus, & nouissimū,  
qui ascendenti primus occurreret. vltimum ergo sentiemus Sa-  
turnum vere nouissimum. Virgilius enim cum latini originē to-  
tam enumerare coepisset, nouissimum fecit qui nascendi posteris  
originē dedit. & reuera ille est vltimus, ante quem, & post quem  
nullus est, talis vltimi exemplum Cicero, & crebro in secūdo re-  
thoricorum dedit: omnium, inquit, qui fuerunt ab vltimo princī-  
pio, huius enim nouissimum fixerat gradum. sed sequentia osten-  
dunt ad latinum contextum narrationis esse reuocatum. (Filius  
huic. f. d.) Vt enim ante latinum gradus oēs excussit: post ipsum  
quoz qd esset, debuit enumerare fato, inquit, diuū, hoc est deo-  
rum sententia sobolem illi virilis sexus constat esse denegatā: nō  
quidem, q̄ nasci nequiverit, nā prouenerat nascēdo, sed morten-  
do consumpta est. & quod maximus dolor is esse constabat, tunc  
incepta est, quum iam spes eius in ipsis exordijs iuuēte coepisset  
enitescere. (Sola domū, & tantas.) Deficiente virili sexus sobole  
senis, hoc est, qui iam aliā sperare non posset, sola fuerat filia, ad  
quam regni potestas propter infirmitatē foemineam transire nō  
posset. (Multi illam magno e la.) Hanc, propterea q̄ esset vnica,  
& senis filia, spesq; esset regno futuro sibi vxorem dari multi no-  
biles ex omni Italia postulauerant. Maiorem quippe procorum  
numerum, vt dictum est, fecerat spes maturæ iam atq; vnica vir-  
ginis regni cupiditas euenturi, & latitudo agrorum. (Petit ante  
alios.) An oēs, inq; nō petisse, ante oēs, intelligēdus est. Turnus  
sed ante

## DONATVS.

(Nunc age. q. r. erato.) Magno consilio & exquisitis inuentioni-  
bus Æneæ laudes accumulāt. facti. n. noui aduētus eius initium,  
nouum exordium carminis: vt errorū & laborum eius alia pars  
videatur esse, alia gestorum in Italia. Inuocat igitur mūsam poe-  
tariū more: quæ inuocatio vehementer necessaria continet, cum  
ipſius laudari viri felicitate, & fortitudine. debuit quippe posteri-  
us nosse, quāle Italię tempu. vel quē statum rex Troianorū inue-  
nerit. qui reges eam, vel sub quo euentu fortunę tenuerint. vt cū  
eam demonstrauerit, in extremo per id temporis fuisse venturos  
ipſos cū aduenā exercitu tangat, & inde emergat prædicatio eius,  
cuius virtute simul & facto multo altior & felicior facta est, sub  
imagine autē inuocationis propositionum tenuit formam. vt in  
ipſo carminis capite lector instructus ediceret, quod omnis ordo  
fuisse habiturus. Sunt ergo qui reges, quæ tēpora, qui status, quę  
exordia extiterint pugnæ. sic tamen inuocat dicens. (Nunc age.)  
Vt hortari potius q̄ iubere videretur. non enim præceptiuis ver-  
bis vt potuit iuxta eam, cuius ob expediēda necessaria querebat  
auxilium. Quum vero aduenā dixit Troianorum exercitū, in-  
tellectum nobis latissimum dedit. pertinet hoc quoq; ad eorum  
laudem. vt virtute & prosperitate sua peregrini in alienis locis in-  
genti fulcos familiari substantia superauerint. simulq; etiā illud  
excussit. quod apud illius gestum est. qui enim Italiam optimam  
substantia & viris armisq; instructam paruo exercitu & reliquijs  
Danaum obtinere potuerunt: possent etiam patriam suam con-  
grue defendere: nisi essent factiōe Iunonis ab effectu opulatio-  
nis exclusi. (Tu vatem. t. d. m.) Vates volunt poetas dici, ideo quia  
mularum sacerdotium profiterentur. etenim vt sunt vates qui deo-  
rum responsa ad homines perferunt. ita & istos vates dici conue-  
nit, q̄ vt dij per suos, ita per poetas muse loqui perhibentur. (Di-  
cam horrida bella.) Aliā partē prepositiois adiunxit. Et ipsam foe-  
tam semibibus laudis. tanto. n. victoris Æneæ cumulabatur glo-  
ria, quāto cōstitutionē tot regum, tot gentiū & totius Italię con-  
gradientibus ex parte Troianorum paucis consisterit superatā in-  
terea verba ipsa in positione cōstituta repetamus, vt intendamus  
oīa cū suis poderibus posita. (Dicā, inquit, horrida bella.) Leuia  
quippe esse non potuerunt, quę cum opulētis regibus gesta sunt.  
nec vnum bellū, sed plura nec leuia sed horrida. (Dicā acies.) Quā  
acie

ÆNEIDOS.

sed ante omnes pulcherrimus eo accedebat, quod Venere quoque pre-  
stabat & maioribus regibus, ut regis filie multiformi ratione con-  
grueret. (Quæ regia. c.) Quum ille splendore generis, & corporis  
pulchritudine, petitores ceteros anteiret: latini vxor, perindeque  
virginis mater talè generum miro amore filie sue cupiebat adiu-  
gi. (Sed varijs portenta deum terroribus obstant.) Voluntati &  
studio matris, ne quod cupiebat impleret, obstant dii portentis  
evidentibus, nunciantes, quid magis esset pro puellæ commodis  
curandum. omnis iste tractatus, atque originis latini descriptio, &  
regni status magnus, continuatio quoque totius Italiæ & vnicè la-  
tini filia petitorum nobilium turba, laudibus Æneæ necluntur. ne  
ignobile, ne imparè ducturus esse videretur vxorè, vel eam spre-  
uisse vicinos, vel eius. Laudatur etiã, quod tantas opes esset supera-  
urus. in quo ipso mirifice poetæ ingenium valuit, ne in coniunctio-  
ne regalis virginis ipse Æneas ratione sanguinis videretur inferior.  
iccirco & à latino vsque ad Saturnum generis origo dicta est: ut Æneas  
idè latino videretur affinis. A Saturno. n. faunus, à fauno picus, à  
pico latinus, à latino launia. itè ex alio generis cursu. à Saturno  
Iupiter, ab ipso Venus, Æneas à Venere sanguinis originè traxit:  
ut ostenderetur par sanguinis meritù, & Æneas inueniretur po-  
tior robore virtutis & exercitatione bellandi.

ASCENSIVS.

(Nunc age, &c.) Inceptorus, quasi nouum opus aggressurus, vi-  
delicet arma, postquam virum perferisset, eiusque in Italiam aduentum:  
nouam facit inuocationem, quæ ex Homero sere translulit: eaque at-  
tentos facit auditores; pondus rei significas tantum, ut sine numi-  
nis auxilio ferre nequeat. Reges enim, primo Italiæ, ad ea vsque  
tempora meminisse, prædificile visum est: quum bene gerendi,  
quam bene scribendi, aut dicendi, studiosiores diu fuerint Itali.  
De hac re dicit Donatus sic. (Nunc age.) Exquisitis inuentionibus,  
accumulat Æneæ laudes. Facit enim aduentus, nouum exordium,  
ut alia pars videatur esse errorum: alia gestorum in Italia. Sub ima-  
gine inuocationis propositionem fecit: ut lectorè ipsius ordinis,  
quem habiturus esset, doctum reddat. (Aduena.) Magna laus,  
quod peregrini sua virtute in alienis locis, ingenti sultos substantia  
superauerint. Ergo potuissent & Troiã defendere: nisi Tunonem  
aduersariã habuissent. (Tu vatem.) Vates, dicuntur poetæ: quia  
Musarum sacerdotium profitentur: & ut sunt vates, qui deorum  
responsa ad hos perferunt: & isti vates erunt, per quos ita Mu-  
se loqui perhibeantur, ut dii per suos sacerdotes. (Toni coacta.)  
Alia propositionis pars, & plena sceminibus laudum Æneæ. Quo-  
niam tantã coniurationem regum parua manu superauit. (Hor-  
ri, bella.) Nam & plura & horrenda. (Vltimus author.) Quia pri-  
mus fuit Latinus: à quo factum est initium narrandi. Ergo iste vlti-  
mus: ut in scalis, si descendas, primus est summus, vltimus est  
imus. Si ascendas, contra fiet. Sic Cicero in Rhetorica, inquit, ab  
vltimo principio huius præceptionis: hinc de Latino ipsum dice-  
re, sequentia indicant, quanuis posset credi de Saturno. (Primaque  
oriens.) Non nascendo, sed moriendo, extincta sunt. & quod ma-  
gis dolendum, in ea ætate extincta est, vnde spes coeperat. (Mul-  
ti.) Et quia vnica esset, & quia senis filia, ex quo regnum pro dote  
veniret. (Ante om.) scilicet pulcherrimus, non autè ante omnes  
petit. Omnia autem supradicta, in laudem sunt Æneæ, ne ignobi-  
lem, aut sibi imparè, ducere videatur, quoniã illam vicini spre-  
uissent. (Vterque à Saturno est: ab illo enim, Iupiter: à Ioue, Venus,  
à Venere, Æneas: sic à Saturno, Picus: à Pico, Faunus: à Fauno,  
Latinus: à Latino, hæc. Ergo par sanguis. sed virtus in Ænea ma-  
ior. Hec ille. (Ordo est. O Erato (quæ Musa est: & (fm Ser.) pro  
Calliope ponitur: quia, ut dicit Poeta De inuentis Musarum, Car-  
mina Calliope libris heroica mandat, aut pro ea, quæ dicitur Clio:  
quia Clio, gesta canens, transactis tempora reddidit. inuenit enim  
historiam, quam nunc contexere vult. Erato autem inuenit psal-  
terium: vnde de ea dicit, Pleetra gerens Erato, saltat pede carmi-  
ne vultu. Dicitur autem Erato ab amore, secundum quoddam  
quia ἔρωσ, ἔρωτος, amor dicitur: & præest rebus amatoris.

Satis

SERVIVS.

(Laurus erat.) Latinus post  
mortè fratris Lauini, cum La-  
tiniū amplificaret: ab inuen-  
ta lauro, Laurolauiniū id ap-  
pellauit. (In penetralibus.)  
Penetræ est omnis interior  
pars domus: licet sit intectæ.  
Vnde laurum in penetralibus  
fuisse nõ est mirum. (Metu.)  
Religione:

Laurus erat tecti medio in peneralibus altis  
Sacra comam, multosque metu seruata per annos,  
Quam pater inuentam primas quum conderet arceis,  
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,  
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.  
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)  
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,

Religione: quæ nascitur per  
morè. (Primas cum conderet  
arces.) Primas circa laurum scilicet.  
Nam iam ciuitas fuerat.  
(Trans æthera.) Ætherem per  
aere posuit. (Obsedere apicem.)  
Verbum oppugnationis  
est obsedere, quo usus est fu-  
gnate propter bellum futurum.  
(Per mutua.) Inuicem: & est  
absolutum.

Satis est autem, vnã Musarum inuocasse pro omnibus: quia  
vna inuocata, cæteræ quoque inuocatae intelliguntur. Quocirca  
mutauit alibi numerum, dicens, Vos ò Calliope, precor aspirate  
canenti. ò Erato, igitur, id est Musa, age, adhortandi aduerbiū  
expediã, id est expedite recitabo, qui reges, supple fuerint La-  
tio antiquo, quod est inter Tyrrhenum, & Circeum, ab ostio Ty-  
berino, Campaniam versus: & quæ tempora. i. quales dispositio-  
nes rerum: aut quia tempora sine rebus non discernuntur: adiun-  
xit rerum. vnde Lucre. Tempus enim per se nihil est, sed rebus ab  
ipsis consequitur, sup. fuerint Latio antiquo. aut potius ordo est:  
quæ tempora rerum fuerint Latio antiquo, & quis status rerum  
fuerit Latio antiquo, supp. tunc: quum. i. quando: exercitus adue-  
na. i. externus: appulit primum oris Aufonij. i. Italicis, ad partem  
eam, quæ dicitur Aufonia, classem. scilicet hanc, de qua loquitur: eius. i.  
de quo proponens ait, Arma, virumque cano, Troiæ qui primus ab  
oris, Italiam fato profugus: Lauinaque venit Littora. Expediam,  
(inquit) & pro. i. reuocabo. scilicet ab obliuione, ad memoriam, exor-  
dia primæ pugnae. i. quæ exordia fuerint pugnae. Tu (inquit) di-  
ua. i. quæ dea es: mone. i. inspirando: vatem. i. poetam (loquitur  
autem de se) quoddam vaticinij genus molientè. Nam obliuio in  
memoriam reuocare, tam diuini videtur animi, quam futura prædi-  
cere. mone ergo vatem, & ego dicam, bella horrida, quæ subsequen-  
ta sunt: & ego dicam acies. i. exercitus in acie instructos: & reges  
actos animis. i. animofitate, in funera. i. mortè suam: quia (reue-  
ra) & Latinus, & Turnus, & Æneas, interisse dicuntur: & dicam,  
manu Tyrrhenã. i. copias Tyrrheni populi: & totam Hesperia. i.  
magnam, hoc est Italiam: coactam. i. compulsam, & congregatam,  
sub. i. ad, arma. Maior ordo rerum. scilicet gerendarum, non sententiarum,  
aut verborum, nascitur. i. oritur: & ordiendus est mihi: & ego  
moueo. i. molior, & aggredior optus maius. scilicet quæ præcedens. Inci-  
pit ergo narrare, quasi distante Musa, dicens, Rex Latinus. (Eno-  
mine: iam senior. i. prouectioris ætatis, agebat arua, & vrbes pla-  
cidas, agros, & oppida pacifica, in lōga pace, sed per intercidetia,  
interdum bella interrupta: aut postquam bella gesserat Latinus, sub-  
sequuta erat lōga pax. Nos accipimus. i. adhuc quotidie audimus  
& intelligimus: hunc Regem Latinum: genitum Fauno, scilicet  
deo agresti: & Marica nympha Laurente. i. eius provincie, vbi  
Laurentum erat, & Laurentes populi. Picus erat pater Fauno: &  
is. scilicet Picus: refert, id est recitat, aut repræsentat: ut sit maior eius  
laus: te, ò Saturne, parentem, scilicet suum: tu es vltimus, id est re-  
motissimus à fine: hoc est, primus author sanguinis. i. generis La-  
tini, & etiam Æneæ. Nam Anchises à Dardano filio Iouis, ortus  
est: & Venus, filia fuit Iouis, qui filius fuit Saturni. Filius, & pro-  
les virilis, nulla fuit huic fato. i. voluntate & pordinatione diuum. i.  
diuorum: quia constituerant dii, ut per filiam Æneæ regnum obti-  
neret, & genus suum Italicum sanguini cõmiseret: nulla autè fuit  
quando Æneas aduenit: quod pro quia: ipsa proles virilis, quæ fue-  
rat erepta, est moriens prima iuuenta. i. in flore iuuentæ: sed, sup.  
filia. scilicet Lauinia: sola. i. sine fratre: seruabat. i. conseruabat, aut possi-  
debat, domum. scilicet regiam, & tantas, quia regales sedes: exiit: iam  
matura viro. i. maritali copulata: & nubilis annis, iam plenis. scilicet  
matrimonium. Multi. scilicet præpotentes viri, è magno Latio, & tota  
Aufonia: petebant illam. scilicet vnica filiam matrimonio: & Turnus  
pulcherrimus ante omnes alios: petit, sup. eam: nõ dices, ut sen-  
tit Dona. petit ante omnes alios, quia multi ante eum petierant:  
sed pulcherrimus ante omnes alios, petit eam, existens potes auis  
& atavis. i. maioribus suis: quem coniux regia. i. vxor regis Latini,  
Amata nomine: properabat. i. festinabat: miro amore. i. desyre-  
rio, adiungi. scilicet sibi, ac regi generum, hoc est constituere maritum  
filia: sed portenta. i. prodigia, & monstra: deum. i. deorum: obstant.  
matrimonio, & conatibus Amate. varijs terroribus. i. terribilibus  
signis: quæ consequenter recitat.

PIERIVS.

(Quis Latio antiquo fuerit status.) In quibusdam antiquis co-  
dicibus, fuerat, legitur, exacta specie. Sed, fuerit, magis placet.

absolutum. Melifus qui de api-  
bus scripsit, ait, Duobus pedi-  
bus se tenent: & duobus alis se  
sustinēt. ¶ Vates. ¶ Diuinus. Per  
quam autem artem, nō dixit,  
nec nomen eius: sed datur in-  
telligi coniecturis eum quibus  
dam futura dixisse. ¶ Partes  
petere agmen eadem. ¶ Intel-  
ligimus ab inferiori mari apes  
venisse: vnde & Troiani. Par-  
tes autem eadem summita-  
tes rerum petere dicit: sicut  
apes, apicem lauri: per quam  
aduenerunt victoria nuncia-  
tur. ¶ Castis. ¶ Pijis. Et sciēdum  
Latinum sacrificasse iuxta astra  
et Lauinia. ¶ Nefas. ¶ Absolu-  
ta parenthesis est: & est Hy-  
pallage. ¶ Comprehendere cri-  
nibus ignem. ¶ Cum ignis crines comprehendat. ¶ Fumida. ¶ In  
fumo est causa lachrymarum. ¶ Vulcanum spargere. ¶ Incendium  
belli significat. His enim duobus hoc ab augurio distat. Ascensum  
fumo, & aspersione flammaram.

## DONATVS.

¶ Laurus erat. te. m.) Quo Turni & Lauiniæ coniunctionē deo-  
rum portenta distulerint, cepit exponi. Arbor, inquit, lauri fuit  
in penetralibus medijs. dicit causam quō emerisset, vel cur in pe-  
netralibus fuisse seruatā. ait, sacrā habuit comam, & per multos  
annos custoditā. vitio. n. se protulerat, quō arces primas latinus  
erigeret. perindeq; non inanis fuit coniecturę suspensio, q̄ arbor lau-  
ri in ipsis penetralibus nullo procurate proueniens aliquid boni  
porteret. deniq; primū ex eius appellatiōe laurētes dixit colo-  
nos hoc est cōmanentes, atq; vt haberet competentē reuerentiā.  
hanc conditor phœbo sacrauerat: quo factum est, vt adulta vene-  
ratiōe creuisset, & tempore. ¶ Huius apes summū. ¶ Exorto repē  
te apum signo, q̄ sine magna admiratiōe videri nō potuit, suspi-  
cio maior exorta est. quod ipsum ex occulto aliqua futura portē-  
debat. ¶ Continuo vates, &c.) Continuo vates, inquit, cui manife-  
sta hæc erant, quid portenderent dixit. Non dixit virū cernimus,  
quasi presentem: sed quid cernimus externum virum aduentare,  
significat. & vt firmaret hanc ipsam coniecturā. addidit ex ea par-  
te agmen cum ipso venturum. quia apes venerant, & summę ar-  
cis dominium retēturum. Ecce de persona pronūciavit. & ex qua  
parte cum agmine ventura esset ostendit, atq; obtenturā in Italia  
summā rerum. ¶ Præterea castis, &c.) Licet superiora, quę emer-  
serant, mirāda omnibus viderētur, hoc tñ vehementer oēs cōmo-  
debat. quō aduenterent ardere Lauinię virginis caput, atq; ita in-  
cendium per diuersa iactare, vt vicina omnia potuisset accende-  
re: sed vero horrendum ac visu mirabile ferri. illi scilicet, qui cum  
vate aderant, quod spargerentur flammę, nec quidquā consume-  
rentur incendio, mirabantur. ¶ Nanq; .i. fil.) Vates dicebant, sentien-  
tibus cunctis, magnā ex causa belli venturā populis esse perniciē.  
ipsam vero meliorem fore fama & fatis. Ecce & hoc ad Æneæ  
pertinet laudem. quoniam ipse futurus erat Italiae populis rex,  
ipse Lauiniæ honoris collaturus augmenta. pluralis inductus est  
numerus, & ipse sine definitione summę, vt in plurimorum sen-  
tentia maior esset veritatis auctoritas. i. enim in tractatibus fir-  
mum, quod probauerint multi.

## ASCENSIVS.

¶ Laurus erat, &c.) Recitat (vt dixi) quibus portētis impediēba-  
tur Amata ab inceptis suis. Vnde dicit Dona. sic. ¶ Laurus.) Po-  
nit portenta, quibus connubium Turni prohibebatur. ¶ Virum.)  
Non dixit, cernimus virum, veluti presentem: sed cernimus vi-  
rum externum aduentare. Hæc ille. ¶ Ordo est. Laurus. i. arbor,  
sic dicta erat in medio tecti, inter tecta regię domus, in altis pe-  
netralibus:

## SERVIVS.

¶ Fauni.) Faunus ἀνδρῶν τῆσ  
φωνῆ: dicitur q̄ voce, nō signis  
cōstet futura. ¶ Lucosq;.) In  
lucis. ¶ Sub albunea.) In Albu-  
nea futura. ¶ Alta.) Quia est  
in Tyburinis altissimis mon-  
tibus. Et Albunea dicta est ab  
aquę qualitate, quæ in illo  
fonte

At rex sollicitus monstris, oracula Fauni  
Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta  
Consultat Albunea, nemorum quę maxima sacro  
Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca mephitim.  
Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus  
In dubijs responsa petunt: huc dona sacerdos

netralibus: sicut in claustris  
nunc videmus, sæpe exiēs sa-  
cra, comā. i. habens comā, hoc  
est frondem sacram: & serua-  
ta. i. obseruata: metu. i. religio-  
ne, per multos annos: quam. s.  
laurum, ipse Latinus, pater. s.  
Lauiniæ: inuentam. i. quia in-  
uenerat, quum conderet pri-  
mas arces. s. regię, circa laurū  
illam ferebatur. i. dicebatur sa-  
craffe Phœbo. i. Apollini: cui  
laurus consecratur: quia in eā  
versa, fingitur Daphne amica  
eius: aut, quia semper virescit:  
aut, quia, vt de præparatione  
euangel. sentit Eusebius, Phœ-  
bus etiam, sol est: qui vim res-  
sistendi calori, lauro infundit:  
vsque adeo, vt Plini. dicat, ful-

POE.

mine non tangi, qui ea munitus sit. In gratiā quoq; Augusti hæc  
recitat, qui se pro Apolline gessit: & Apollini ædē dicauit: & fere-  
batur posuisse. i. instituisse ab ea: colonis. i. habitatoribus eius lo-  
ci: nomen, scilicet Lauretis. i. vt dicerentur Laurētes: (Est ergo  
Laurētis, hic accusatiui casus, pluralis numeri: sicut, Æneadasq;  
meo nomen de nomine fingo.) ab ea. s. Lauro Apes vestę. i. q̄ ves-  
tę erant, & aduolauerant: trans æthera liquidum. i. summū aerē:  
vt de longe venisse significantur, sup. quū ingenti stridore: obsede-  
re densæ. i. existētes condensæ, & in vnū collectæ: summum api-  
cem. i. cacumē, huius. s. lauri dictę: mirabile dictu. i. quę res est mi-  
rabilis dictu: & pedibus. s. earū: nexis. i. complicatis: per mutua. i.  
per mutuas intricatiōes: & complicationes examen subitū. i. col-  
lectio apum, in morē vus condependentiū subito apparens, pe-  
pendit, sup. de ramo frondēte. Vates. i. diuinus, & alitum peritus,  
vt augur, vel auspex: inquit continuo. i. statim viso illo portento:  
nos cernimus virum. i. generū, aut maritiū externū aduentare: &  
agmē. s. virorum, petere easdē partes ex iisdē partibus. i. ex eodē  
mari infero, ex quo apes aduenerāt, aduenire: & dominari. i. do-  
minari. Propter certitudinem aut, de re futura loquitur, quasi de  
præsenti, supple in summa arce: sicut, videlicet apes, summū api-  
cem obsederant. Præterea. i. præter dictum portentum: dum. s. La-  
tinus: adolet. i. incendit: altaria tædis castis. i. pijis, & impollutis:  
& dum Lauinia virgo, astat iuxta genitorem: ipsa, sup. visa est: ne-  
fas. i. quod nefas videtur: & bellum portendere cruentum: com-  
prehendere ignem longis crinibus, quæ res claritate eius ad quā  
peruentura erat, indicabat: atq; visa est cremari omnem ornatū. i.  
habere omnem ornatum crematum: flamma crepitante. i. multū  
sonante, dum auidē cremat: &, sup. visa est, accensa comas rega-  
leis. i. habere comas regaleis: hoc est, regaliter ornatas, accensas:  
& accensa coronā insignē gemmis. i. habere coronā insignē gem-  
mis accensam: tum. i. deinde, sup. visa est, inuolui lumine fuluo. i.  
rutilo, existens fumida: quæ res tristitiam portendebat: quia fu-  
mus, lachrymas excitat: & visa est spargere Vulcanum. i. ignē to-  
tis tectis: quod signum erat belli, ob eam gerendi: vero, pro sedē:  
id ferri. i. ferebatur, horrendum, ac mirabile visu. Nam. s. vates: ca-  
nebat ipsam fore. i. futuram esse: illustrem. i. clarā, & nobilem,  
fama, & fatis: sed portendere. i. præmonstrare populo, magnum  
bellum: quod etiam subsequutum dicit Poeta.

## PIERIVS.

¶ Et partes petere agmen eadem.) In Roma. codi. & quibusdā  
alijs, legere est, partis petere agmine: vt ex comitatu potentem  
eum subindicit. ¶ Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo.) In  
antiquis aliquot codicibus, Vt iuxta genitorem astat, legitur:  
quod non displicet, quia structura est ita colligata magis, Ado-  
let dum altaria flammis, Vt iuxta genitorem astat Lauinia vir-  
go, Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem.

fonte est. Vnde etiam nonnulli  
ipsam Leucotheam volunt.  
Sciendum sane vnum nomen  
eē fontis & syluæ. ¶ Sacro fon-  
te.) Nullus enim fons non fa-  
cer. ¶ Mephitim.) Mephitim p-  
prie est terrę putor, qui de ags  
nascit sulphuratis: & est in ne-  
moribus grauior ex densitate  
sylvuarum.



sylvarum. Alij Mephitin deū  
 volunt Leucothææ connexū:  
 sicut est Veneri Adonis, Dia-  
 næ Virbius. Alij Mephitin Tu-  
 nonem volunt: quam aerē eē  
 constat. Nouimus autem pu-  
 torem non nisi ex corruptio-  
 ne aeris nasci: sicut et bonum  
 odorem de aere incorrupto:  
 vt sit Mephitis dea odoris gra-  
 uissimi. i. graue olentis. ¶ Hinc  
 Italę gentes. Commendatio  
 oraculi. ¶ Oenotria Tellus. ¶  
 proprie Sabinorum tractus.  
 ¶ Incubuit. Incubare dicun-  
 tur proprie hi qui dormiūt ad  
 accipiēda responsa. Vnde est,  
 Ille incubat Ioui. i. dormit in  
 Capitolio, vt responsa possit  
 accipere. ¶ Sub nocte silenti.  
 Per noctem silentem. ¶ Varias audit voces. ¶  
 Simulachra. ¶ Fruitur. ¶ Pas-  
 citur: quod de rebus tantum bonis di-  
 citur. ¶ Acherōta affatur Auernis. ¶  
 Potestates quæ sunt in Ache-  
 rōte, ad quem per Auernum venit. Hoc autē  
 ideo, quia Faunus in infernis dicitur deus:  
 & congrue. nam nihil est terra inferius, in  
 qua

Quum tulit, & caesarum ouium sub nocte silenti  
 Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit:  
 Multa modis simulachra videt volitantia miris,  
 Et varias audit voces: fruiturq; deorum  
 Colloquio, atq; imis Acheronta affatur Auernis.  
 Hic & tum pater ipse petens responsa Latinus  
 Centum lanigeras mactabat rite bidentes:  
 Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat  
 Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est,  
 ¶ Ne pete connubijs natam sociare latinis  
 O mea progenies, thalamis neu crede paratis,  
 Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum  
 Nomen in astra serant, quorumq; à stirpe nepotes:  
 Omnia sub pedibus, qua sol vtrunq; recurrens  
 Aspicit Oceanum, vertiq; regi; videbunt.

qua habitat. Hinc est, quod  
 eum Horatius inducit nocen-  
 tem dicens, Leuis incedas, ab-  
 easq; paruis equus alumnis,  
 ¶ Pater ipse. ¶ Aut honoris est,  
 aut re. vera pater Lauiniae.  
 ¶ Centum. ¶ Aut pro qualita-  
 te fortunæ: vnde & Rite di-  
 xit. Aut finitum pro infinito  
 posuit. ¶ Tergo. ¶ Pro tergori-  
 bus, id est corijs. ¶ Thalamis  
 neu crede paratis. ¶ Propter  
 Turnum. ¶ Venient. ¶ Melius  
 veniunt, vt iam eos venire si-  
 gnificent. ¶ Generi. ¶ Plurali  
 vsus est pro singulari. ¶ A stir-  
 pe. ¶ Stirpe cum de genere di-  
 citur, tantum foemininū est:  
 cū de arbore, & masculini ge-  
 neris & foeminini inuenitur:

FAV.

vt, Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum. Cōtra Horatius,  
 Hæ stirpesq; ruptas, & pecudes, & domos. ¶ Sub pedibus. ¶ Sub  
 imperio suo ac potestate.

DONATVS.

¶ At rex sollicitus. ¶ At rex, inquit, non dixit virginis pater publi-  
 ci status



ci status quam filiae potior fuerat causa. licet ipsius quoque contineretur cura, cuius caput repente flammauerat. non enim tunc de suscipiēdo tantum genero agitabatur, sed metus fuerat ex eo, quod vates pronunciaisset magnam portendi populorum strage: ipsam tamen futuram potiorē non igitur vatis responso contentus etiam fauni autoritate certior voluit reddi. faunus quippe, quod fatidicus esset, & pater, videbatur posse instruere certius filium duplici cura suspensum. qui cum iuxta ceteros in respondendo facilis fuit, benigniorem se in suorum causa praebiturum dubitari non poterat. Adijt, inquit, rex patrios lucos, hoc est, in quibus ille colebatur, & dabat responsa postulantibus. hi luci fuerunt sub alta sylua, quae dicebatur albunea. illic fuerat fons lucinum in quibus sacer: sed qui exhalaret mephitim saeuam, id est odorem grauissimum. ¶ Hinc Italae gentes. Non tellus petebat responsa, sed qui in ea commorabantur. in dubijs dixit, in quibus incerti esse viderentur. ¶ Huc dona sacerdos. Morem dixit illius loci, dum dixit responsa poscuntur. venit sacerdos ad lucum, offert dona, pecudes caedit, & earum stratis pellibus incubuit: ibi dormiens futura somniat, & ventura cognoscit. tantumque alto premitur somno, vt ad instar defuncti hominis iacens cum ipsis inferis & cum ipso Acheronte sibi arbitraretur esse colloquium. Auditur enim deos, & fabulas cum numinibus habiturus, humanum sensum debet dormiendo nescire. ¶ Hic & tum pater. Hic, & tum, inquit, hoc est, hoc loco atque ipso tempore, quot monstra exiterant in causa filiae. Pater ipse petens responsa latinus, ipse pater perrexit ad petenda vel accipienda responsa, non misit alterum, nec adhibuit aliquem sacris, in tanta causa tantum diligentiae adhibuit, vt curaret vniuersa pro se, nulli habens fidem plenam exhibens officium patris & regis. Centum la nigeras maclauit rite bidentes. multitudine animalium plenae venerationis & in negotio tali se exhibens largum. atque harum effusus tergo, stratisque iacebat velleribus, Ecce quo peruenerat dignitas regis propter expeditionis effectum, post plumam, post velles ostro atque auro fulgentes, plebeio more iacuit in pellibus graui quoque earum odore contentus. ¶ Subita ex alto vox reddita luco est. Peractis solennibus subijto ei ex alto luco talis reddita est vox, hoc est nulla mora interposita in interiore lucum parte talis vox extitit, quae suspensum instrueret consulentem. ¶ Ne pete con. na. Sicut opportunus natam iungas fili quae ris audire. fuge nuptias, quas eius latinus exposcit, nec transducatur sententiam tuam parata matrimonij coniunctio. ¶ Externi veniet generi. Quasi talis aut peregrinis pluribus daturus esset filiam suam, ita plurali vsus est numero: non ita esse illud intelligendum est. responsa sine ambiguitate esse non posse. noli, inquit, ci uer sperare, ex quibus vnum deligas filiae, sed peregrinos expecta, in quorum numero est ille, cui debet recte tua sociari filia. ¶ Qui sanguine nostrum. Ecce quantis laudibus extollitur Aeneas vt ipse condatur, quod cumulens posteris sui, quod vsque ad caelum leuent, & dilatent imperando per omnia, qua solis radij siderumque tenduntur.

## ASCENSIVS.

¶ At rex. Docet etiam oraculis Fauni admonitum Latinum, vt generum externum sibi assicet: docetque quae eius oracula exposculauerat: & quae ea fuerint. De quibus dicit Dona. sic. ¶ At rex. Non dixit virginis pater. Nam publicus status est filiae potior fuit. ¶ Hinc

## SERVIUS.

¶ Monitusque. Alibi monita dixit. Vt, Carmentis Nymphae monita, & deus author Apolo. ¶ Non ipse suo premit ore Latinus. Quo a se repelleret generos. ¶ Sed circum late volitans. Tmesis est circumuoluitans. ¶ Adorea liba. Ador proprie est genus farris. Liba autem, sunt placenta de farre ex melle & oleo sacris apta. ¶ Subijciunt. Supponunt in epularum locum. ¶ Ille. Qui per Harpyiam vaticinatus est vt, Quae Phoebus pater omnipotens. ¶ Et cereale solum. solum dicitur omne quod aliquid sustinet. Vnde de mari supra dicitur, Subtrahiturque solum. Sic nunc

¶ Haec responsa patris Fauni, monitusque silenti Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus, Sed circum late volitans iam fama per vrbeis Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes Gramineo ripae religauit ab aggere classem. Aeneas, primi que duces, & pulcher Iulus Corpora sub ramis deponunt arboris altae, Instituuntque dapes, & adorea liba per herbas Subijciunt epulis (sic Iupiter ipse monebat) Et cereale solum pomis agrestibus augent. Consumptis hic forte alijs, vt vertere morsus Exiguam in Cererem poenuria adegit edendis: Et violare manu, malisque audacibus orbem Fatalis crusti: patulis nec parcere quadris: ¶ Heu etiam mensas consumimus, ¶ Inquit Iulus.

¶ Hinc Italae gentes. Ergo omnes in dubijs: ergo maioris meriti oraculum. ¶ Huc dona. Punit morem petendi oraculi. ¶ Ipse pater. Ergo non misit alterum: sed ipse perrexit: vt patris, & regis, diligens adhiberet officium: & pro mollibus plumis, & ornatu regio, non recusauit pallium stratum. ¶ Vox subito. Propter meritum petentis. Haec ille. ¶ Ordo est. At. i. sed. rex. f. Latinus: sollicitus. i. sollicitatus, monitis. i. portentis diuum adit oracula. i. loca vbi dabantur responsa: Fauni genitoris. i. patris sui: fatidici, id est fata dicentis: & annunciantis: & consulit lucos. i. consilium petit ab ijs qui praerant lucis: sub albunea alta. i. sylua illa, in editiore parte montium Tyburtinorum sita: quae. f. Albunea sylua, exitus maxima nemorum. i. inter nemora: sonat sacro fonte. i. habet fontem sacrum eiusdem nominis cum sonitu defluentem: & quae opaca. i. condensa, & tecta umbris: exhalat. i. expirat: & emittit mephitim. i. odorem terrae saeuam. i. grauem: gentes Italae, & omnis tellus. i. omnis gens: Oenotria. i. ab Oenotro denominata: ferunt. i. auferunt hinc. i. ab hac sylua, & fonte: responsa. i. oracula diuina dubijs. f. casibus. Sacerdos. f. eorum, qui responsa petunt, & nunc ipse Latinus: contulit huc. i. ad hanc syluam. dona. i. oblationes, & sacrificia & incubuit. scilicet captanda oracula: sub nocte silenti. i. tpe nocturno: quo fit conticinium pellibus. i. velleribus: ouium caesarum. i. maclatarum ad sacrificia: stratis. i. prostratis, aut instratis, in morem strati: & petiuit somnos. f. congruos: ad suscipiendas visiones, & ad captanda oracula: & sup. videt, multa simulachra: volitantia miris modis: & audit varias voces: & fruitur colloquio deorum, presertim Fauni patris: atque Affatur Acheronta. i. potestates, quae sunt apud Acherontem: Auernis imis. i. ab Auernis: aut, per Auerna quae sunt ima. Et ipse pater Latinus, quasi dicat, in propria persona, non per sacerdotem missum petens: tum. i. tunc: responsa maclabat rite. i. iuxta morem: hic. i. hoc loco dicto, centum bidentes lanigeras. i. centum oues: atque iacebat effusus. i. sustentatus tergo: & pro. i. velleribus stratis, harum. f. centum ouium. & sup. vox, reddita est subito ex luco alto. i. altorum arborum: quia non caedebatur. O mea progenies, ergo Fauni vox erat: ne pete. i. ne quaeras, aut petas, sociare. i. coniungere: natam. i. filiam tuam Latinia: con nubijs latinis. i. alicuius viri è Latio: neu. i. neu: crede. i. committe, filiam: aut, ne crede. i. confide: thalamis paratis. f. Turni, cui desponsata est: quia generi externi veniunt, qui serant nostrum nomen in astra sanguine. i. propagatione sua: quod propter Romulum, & Iulium Caesarē dicitur: & a quorum stirpe, nepotes. i. minores, vt Augustus: videbunt omnia regi, & verti sub pedibus sub dirione & potestate sua, sup. ab ea parte, qua sola recurrens aspicit vtriusque Oceanum. f. Orientalem, & Occidentalem.

## PIERIVS.

¶ Huc dona sa. Co. Scribendi modus, quod in codicibus aliquot antiqs, Quom tulit, legebatur, per q, & o, effectit: vt alij postmodum vnica distinctio scribere coeperint. Sed enim in antiquioribus cod. duae sunt partes, Cui tulit: siue malis, quum, siue quom, scribere. ¶ Atque harum effusus tergo. Tametsi non probe lectio est atque earum, ex codicibus nonnullis antiquis, quae uerba scribere stare posset. Fuit tamen adnotandum, quia non vno tantum loco reperitur erat. ¶ Externi veniunt generi. In antiquioribus omnibus exemplaribus quotquot habui, venient, legere est futuro tpe quanquam veniunt, instanti tempore, magis efficax videtur: & magis interpreti Seruio satisfacit: nisi quis dicat, oracula de futuris esse debere.

## POE.

nunc panicias mensas. i. epularum sustentaculum, solum vocauit. ¶ Forte alijs. Abudat Fortē. ¶ Fatalis crusti. Ad negotium respexit Aeneas, cui hic erat finis laborum. Crustum autem & crusta neutraliter dicimus de his quae comedi possunt. Horatius, vt pueris olim dant crustula blandi Doctores. Iuuenalis, Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Foeminino autem genere fragmenta dicimus, quae comesse non possumus: vt, Concreuerunt subitae currenti in sumine crustae. ¶ Quadris. Aut mensis, & est Antonomasia. Na supra orbem dixit. Aut quod dris, fragmentis accipimus: vt Iuuenalis,

## IVLVVS

## POE.

ÆNEIDOS.

Iuuenalis, vt bona summa putes aliena viuere quadra. Ad ludens. Aut vacat Ad: & ludentē significat. Aut certe Ad ludens, ad responsi fidē verba componens. Laborū finem. Scilicet maritimorū. Nam in terra multa passurus est: vt ait Sibylla. Sed terrę grauiora manēt. Primum loquentis ab ore eripuit pater. Hoc est, Adhuc loquente Ascanio intellexit famem quā fata prędixerāt. Numine pressit. Oraculi fide ab Heleno & Anchisā p̄dicti. Pressit aut vocem Ascanij: quo posset ipse numina deprecari.

DONATVS.

Hęc respōsa. p. f. Quid silētio noctis latinus audisset, nec ipse tacere potuit. & per oia loca atq; vniuersas vrbes ausonias circūtuleral fama. Cur tantū licuit, vt hęc mox vbiq; vulgasset? sed quod dixit, nō separatum esse debet, vt iuxta dixisse videatur, circū quod ratione poetica diuisum est, colligi debet, & iungi. Non enī possumus dicere, q̄ circum iusta sit, quum poeta dixerit, late volitans iam per vrbes ausonias tulerat: vnde circum & tulerat iungendum est, vt faceret, circūtuleral. Cū. la. Quū hęc agerēt, iam Troiani nauium vincula cōmēdauerāt ripe. Æneas, p̄m̄iq; duces. Accubuerūt, inq̄, Æneas & Iulus, tacuit dignitates ipsorum, sed, quum dicit primos illis ad epulas duces adiūctos, ostēdunt patrem & filium ceteris fuisse potiores. Parauerūt igitur sese: vt sub altę arboris ramis caperēt cibum, hūc ex adorea habuerunt, quem ad vicem panis ederēt. hęc enim illis necessitatem imposerat Iupiter, qui illis futuram famem per arpyiam nūciauerat, & quia panis deerat, q̄ sufficeret vniuersis, agrestibus pomis media ingerebantur. Consumptis. h. f. a. Hoc est, quæ loci quæritas & necessitas dederat. Vt vertere morsus. Tanta, fuit penuria, vt quod mandentibus exciderat, legerent & appeterent morsibus, quum esset tanta breuitas, vt dētibus teneri nō posset. Et violare manu. Iulus vbi vidit Troianorum famā illo vsq; perductam, vt hanc sacrolegio extinguere laboraret, in genuū puer, & ex alto dolorem trahens, ait, gemēda fortuna nostra est, q̄ nos ad egestatem tantum pios religiososq; perduxit: vt quod venerari soliti sumus irreuerenter cogamur assumere. Nec plura alludēs. Non perfecit quod dicebat Ascanius, sed ne res necessario dicta verteretur in iocum: vocem eius primam altius intellexit pater, ac tenuit atq; in memoriā reuocans prędictam famem, dictū miratus est illius etatis, & quod secum aduerterat, puerū cognouisset quare sic deinde rupit in vocem.

ASCENSIVS.

Hęc respōsa, &c. Docet diuulgata fuisse ea respōsa Fauni per oēm regionem illam, eo tempore, quo Æneas cum suis appulsus est ad littus Ausoniū, vbi se reficiētes, penuria panis coacti sunt, mēsas. i. orbis ex pane factos absumere: quod illis erat indicium fatalis terrę. Nā & Celeno, id p̄nūciauerat: & Anchises, id quoq; in arcanis Æneæ significauerat. De qua re, nihil dignū vifum est quod citetur ex Donato, ijs qui ante nos eius dicta censuerunt. Ordo igitur est. Ipse Latinus, q̄ res suas celare potuit, nō pręmit suo ore, id est non celauit hęc responsa Fauni patris. sicut, aut deiq; pro & monitus, sup. hos, datos nocte silenti. Equum nulus adesset, arbiter: sed fama volitans, late circūtuleral (sic enim Seruius coniungi vult) per vrbes Ausonias: iam quum. i. quando pubes (quia fenes in Sicilia fere māserāt) Laomedōtia. i. Troiana, a Laomedōte denominata: religauit. i. firmius, & arctius, iterum id faciendo ligauit: ab aggere gramineo, ripæ classē. s. suam, Æneas, & p̄mi duces. salū, & Iulus pulcher: deponūt corpora. i. recubant

SERVIVS.

Fatis mihi debita tellus. Bona Periphrasis est, ne fatalis diceret: quod est medium: & in precibus nihil ambigū esse debet. O fidi Troię saluete penates. Æneæ. s. non Troiæ: quam nequiere seruare. Hic domus. Aut familia: vt Da propriam Tymbrææ domum. Aut ordo est, Hic est patria, hic domus. Ante. n. patria est, si domus. Accisus. Vn. diq; consumptis: & hoc est apud nos Ac, quod apud Græcos ασι. Hinc est, Ansancti valles,

Continuo, salue fati mihi debita tellus: Vosq; (ait) o fidi Troiæ saluete penates: Hic domus, hęc patria est, genitor mihi talia nanq; (Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit, Quum te nate fames ignota ad littora vectum Accisus coget dapibus consumere mēsas, Tum sperare domos defessus: ibiq; memento Prima locare manu, moliriq; aggere tecta. Hęc erat illa fames, hęc nos suprema manebat Ex tiji positura modum. Quare agite, & primo lacti cum lumine solis Quæ loca, qui ue habeant hoies, vbi mœnia gentis,

recubant sub ramis altæ arboris: & instituunt dapēs. i. fercula: & subiiciūt epulis liba adorea. i. ex eo genere farris, facta per herbas: quia tabulis carere

bant: & orbibus, seu mēsas, quæ ab incidendo, incisoria quidam vocant: alij, quia inferiore parte panis, quæ orbicularis est, sunt orbis: alij, a figuris quadras: alij, a metiendo mēsas. Iupiter ipse (qui. s. inspirabat iam occulte. nam eius quod Harpyia prędixerat in. iij. immemores videntur: sed multa sunt occulta, deorum voluntate, per ignorantes quid agant) volebat sic. l. ab eis fieri: & augent solum ceterale. i. mēsam, seu quadram, sustentantem cibum ex Cetera, hoc est pane, factam pomis agrestibus: vt, id est postq; penuria edendi. i. inedia, & defectus edulij: ad egij. i. im. pulit: hic. i. hoc tempore, & loco: alijs. s. edulij: consumptis, id est comestis, sorte ad egij (dico) vertere morsus, in cererem exigij. s. in quadras: & violare manu. s. frangendo: & malis. i. maxillis, aut mandibulis, audacibus: orbem, id est frustum panis, in orbem, vt super ipsum obsoniū ponatur: incisi crustij, id est partis duntioris, & exterioris ipsius panis fatalis, id est a fati vt ita absumatur p̄p̄tuis: nec parere quadris, id est frustis in formam quadratam, incisis patulis, i. apertis, & in latum incisis: Iulus inquit, heu, quæ dolentis vox est (Alij tamen legunt, heu: & dicunt monosyllaba non absumi a vocalibus sequētib;: quod & verum est) nos consumimus etiam mēsas: quia (vt dixi) non habebant tabulas: sed loco earum, fecerant orbis, aut quadras ex pane, quos, aut quas super herbas ponebant, quasi dicat, non solum cibos, sed & mēsas consumimus: nec, sup. erat, ad ludens plura. sed oraculi conformitatem. i. non plura dicebat quæ oraculo responderent: sed ea vox audita (quia dixerat Celeno. Sed non ante datam cingentis mœnibus vrbe, Quā vos dira fames, nos ite q; iniuria cœca Ambesat subigat malis absumere mēsas) quia ergo audierant quod Celeno minata erat: ea vox audita, tulit. i. attulit, prima finem laborum. i. spem de sine laboris: aut, quia propter spem tantam, cætera laboriosa nō erāt: ac pater. s. Æneas: eripuit. eam vocem primam: ab ore. s. Ascanij loquentis: ac pressit. eam vocem. i. suppressit, vt posset ipse precari: stupefactus numine. i. oraculi fide, & miraculo: aut pressit eam. i. continuo subsequutus est eam sequentibus verbis.

PIERIVS.

Hęc respōsa. Sunt cod. anti. in gbus, Hęc pręcepta, scriptū est. Illud. n. p̄cipiendo dictū fuerat, Ne pete connubijs natam sedure Latinis, mouendo vero externi venient generi. & quæ sequuntur. Sed enim Latinus superius responsa petierat. & huiusmodi oracula eleganter, & v̄sitate responsa nuncupatur. Per herbas. In antiquis pleriq; cod. per herbam, v̄n̄itatis numero legitur, & ita in veteribus Prisc. cod. scriptū est, eo citato versu. Sed, herbas, legere magis nunc placet eruditus viris. Sic Iupiter ipse monebat. Prisci. agnoscit, Iupiter ille: quæ quidē lectio prius erat in codice Medi. Ait vero P. is. ille, demonstratiuum est. Terē. in Eunu. Viden' tu illum Thais: relatiuum, Virgi. in. vij. Sic Iupiter ille monebat, apud Ser. ipse, scriptum est. Sed nihil prohibet: quin, ille, illic etiam esse poterit. & ita legi, ille, qui per harpyiam vaticinatus est. Et vertere morsus. In pleriq; veteribus cod. morsum, sing. nu. scriptum est. Sed parui hoc momenti. Consumimus. In Medi. codice, & aliquot alijs antiquis, consumpsimus, pręterito tempore scriptum est. In por. heu etiam mēsas consumpsimus legif. Ac stupefactus. In cod. aliquot antiq; & stipefactus, habetur: vt, obstupuit, & similia. Sed nos vsum sequamur.

POE.

valles, vndiq; sc̄ti. Hęc erat illa fames. Ac si diceret, Hoc fuerat timendum periculum: qd̄ pericula determinat. Phibeant. Habitēt. Hoc enim sit quantatium est ab eo quod est habeo. Vbi mœnia gentis. Laurolauiniū significat. Nōc pateras libate Ioui. Ab eo quod continet, id quod continetur. Anchisen genitorem. Bene Iouem & Anchisen: quia causa oraculi fuerunt. Reponite mēsas. Aut timore verborum Ascanij interrupta reponate: aut Reponite, hęc

R  
F  
Ordo.  
R  
m

ter ponite, id est crebro bibite. **Tempora ramo** Implicat. **Diebus festis** ita epulabantur, id est coronati, **Geniumq; loci** Apollinem vult intelligi. In tutela enim eius tota fuerat regio: vt, **Quæ pater inueniam primas cum conderet arces**, Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus. Aliter iniquum est, si cum oēs inuocet, **Apollo** linem prætermittat: præsertim cum **Helenus** dixerit, **Aderitq; vocatus Apollo**. **Primamq; deorū**. Quia ipsa est m̄ deorum. **Nymphasq;**, & adhuc ignota præcatur **Flumina**. **Bo-num ordinem** sequitur. Sic alibi, **Nymphæ Laurètes**, **Nymphæ genus amnibus vnde est**. **Noctem, noctisq; orientia signa**. Quæ noctem sequitur: vt **Nymphas flumina**. **Inuocat enim sibi cōiuncta**. **Phrygiamq; ex ordine matrē**. Aut cōiugue, quia **Idæum** dixerat **Iouem**: aut certe rite. i. more

**Vestigemus: & à portu diuersa petamus**, **Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate Anchisen genitorem, & vina reponite mensis**. **Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo**, **Implicat: & Geniumq; loci, primamq; deorum Tellurem, nymphasq; & adhuc ignota præcatur Flumina: tum noctem, noctisq; orientia signa**. **Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrē Inuocat, & duplices Cœloq; Ereboq; parentes**. **Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto Intonuit, radijsq; ardentem lucis, & auro, Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem**. **Deditur hic subito Troiana per agmina rumor, Aduenisse diem, quo debita mœnia condant**. **Certatim instaurant epulas, atq; omine magno Crateras læti statuunt, & vina coronant**. **Postera cum prima lustrabat lampade terras Orta dies: urbem, & fines, & littora gentis Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici, Hunc Tybrim fluuium, hic fortes habitare Latinos**.

ÆNE.

xit tempora sua ramo frondenti, mox vt hæc dixit: hoc aut lætitia fecerat, aut honorū diuinorū solēnitās. **Et geniūq; loci**. Quū multi inuigeret socijs, ipse ab obsequijs deorum vacuus esse non potuit. obsecutus est quippe genio loci, secundum terræ, ad quam venerat nouus. dehinc nymphis propter aquam, vt commoda peregrinis esse potuisset. flumina quoq; licet adhuc ignota, deprecabatur. ipsa fuit causa fluminum, ipsa nympharum. **Tum**. Hoc est deinde, noctem noctisq; orientia signa. quoniam die consumpto ipsa iam fuerant ventura, vt cœlo terraq; propitia haberet, quæ homines venerantur. **Iouem** quoq; patrem deorum, qui in ida monte colebatur, & matrem deum vocat ex ordine. **semel positū ex ordine**, non semel, sed sæpius debemus accipere. vt fit, cingit lauro tempora

ex ordine, hoc est non confuse, sed singulatim enumerauit oēs, & omnibus obsecutus est, addens duplices parentes suos, hoc est duos. **Venerem cœlo Anchisen ab inferis**. **Hic pater omnium**. **Clarum**, aperto fauore auxilia sua significantem, accipiendum est. **Radijsq; ar.** Vtique adeo hilaris signo Iouis fauor apparuit: vt nubes non fusca nec terrea, sed aureo colore apparuisset, quo signum compertum est, mox **Æneæ** preces auditas: ter autem intonuit, ne si semel factum fuisset, casus putaretur, sed quum ter intonuisset apertis signis monstraretur prosperitas, factum est ergo sæpius, & contra morem nature mundo, nubibus, cœlo, vna tantum nubes visa est. & radijs ardens lucis, & auro, splendor rutilans, atq; ita, vt in ipsa quoq; esset prosperitatis signum. Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem, ipsam nubem sic Iupiter demonstrat plaudens manu, vt appeteret eum excepisse vota, & gratulatum, quod Troiani ad Italiam venissent. **Deditur hic subito**. Rumor repente exoriens ad aures omnium magna gratulatione peruenit, asserēs venisse tempus & diem, quo dari operam condendis debitis ædificijs posset. **Certatim instaurant epulas**. Hoc est contiuuium reuocant. **Atq; omine magno**. Nouis rebus prospera omnia facientes. **Postera. c. p.** Cum vero posterior dies solis radijs claruisset, successit eorum complendorū cura, quæ superiore luce **Æneæ** inuestiganda mandauerat: diuisis igitur celeritatis causa officijs, quæ perquirerent, consulto partiti sunt alij urbem, fines alij, nonnulli comanentes & littora requirentes, tunc renunciauerūt, stagna numici illic esse, & tybrim fluuiū, & terras regionis illius forte Latinos incolere.

## DONATVS.

**Continuo salue**. Quum hæc dicit, & nunc salutat fatalem terram, quam olim videre cupiebat. ostendit se certum non habuisse, quum fluuium fuisset ingressus. continuo ergo ait, salue terra fato rum mihi voluntate decreta. saluete dii penates, qui mihi fidē vera pronunciano seruastis. **Hic domus**. Hæc dicta plena gratulatione proferebantur, & ea magis causa, vt superiores redderet suos, quod laborandi iam ac nauigandi necessitas fuisset. quod, vt magis probaret, verum esse, addidit paternæ sententiæ firmitatē, dicens. **Genitor mihi talia**. Modo mihi, inquit, veniunt in mentem dicta patris mei, quæ mihi ex factorum Arcanīs intimauit. dixit enim. **Quum tenate famas**. Quum ad ignota, inquit, peruenis loca, & extremam famem fueris passus, & eam, quæ te cogat etiam sacras mensas inuadere: illic spera perpetuam requiē, illic firmissimam sedem. mox deniq; aggredere fundamentorum coepta & institutionē domorum felicibus auspicijs suscipe. **Hæc erat illa famas**. Magna confirmatio animorū illorum. i. quos iste turbauerat casus. **Fames ista**, inquit, optāda potius fuerat, quam metuenda. venit. n. cum malorū omnium fine & paræ necessitatibus horrore & aduersis solitis terminum dedit. Hoc sic positū est, vt signum potius videatur esse, quam poena. quis non optaret in eadē talē, quæ præterita mala propelleret, & securitatē plenam sponderet in posterū? **Quare agite**. **Securi de perpetua requiē**, mox vt sol crastinus fulserit hæc agamus. exploremus prius, quæ loca sunt, hoc est qualia. quæ habent hoies, humani. san ferri, propter nouitatis incerta, vel ubi sint ipsorum hominū mœnia, quo possimus à portu desistere. **Nunc pateras**. Interea anteq; diei alterius actus aduentet, hoc vinū fundamus pateris Ioui, vel honorificas preces patri meo, duobus. i. authoribus signi. per quod securi sumus effecti. nam & qui iussit, & per quem iussa ipsa perla ta sunt, in honore maximo primi esse debent: & vinum mensis reponite, vt potarent in ipsa lætitia, & essent solo interim vino ipso contenti. quoniam panis defuerat. **Sic deinde effatus**. **Cin-**

xit  
xii

## ASCENSIVS.

**Continuo, &c.** Recitat quō eam vocē prefferit **Æneæ**, & quo sermone prosequutus sit: vtq; peractis sacrificijs epulas instaurabat Troiani intelligētes se iam intrasse terram, satis sibi debitam, & sæpe promissam. Licet autem non legatur Anchises, dixisse id signum fatalis terræ; tamen satis est quod nunc dicit ipsum dixisse: quia potuit multa dicere, quæ Poeta non posuit. **Libētus autē** comprobabat fidē Anchisæ, quæ **Celenus Harpyiæ**. licet & ipsa id prædixerat: quia monstris, & diris, furijsq; fidem adhibere non licet: quod & saluator noster docuit, nolens à demonijs testificari: sed & Ethnici eam prudentiam habuerunt. **Oritur tamen dubietas magna**, quomodo dicat nūc Anchisen famem prænuiciasse, quum in. ij. dixerit, **Sola nouum dictūq; nefas harpyia Celeno**. **Prodigium canit, & tristis denunciat iras, Obscenamq; famem**. si enim sola **Harpyia** denunciauerit famem, quid est, quod nunc de **Anchisæ** cominiscitur, præsertim quum paupolus dicitur. Sed potuit etiam moribundus id prædixisse **Æneæ**: verum non ad eas angustias confugiendum est: sed ad eam generalitatem, qua dictum est in fine vj. **Exin bella viro memorat, &c.** Et quo quæq; modo fugiatq; feratq; laborem. **Inter cæteros enim labores potuit & famis huius meminisse**. **Donatus** hinc ablatu est. **Ordo** igitur est. **Æneæ**, supple ait continuo, o tellus: debita mihi factis, id est ex factorum promissione, & concessione: salue, id est sis

Virgi.

Dd salua;

salua: & vos, ò fidi penates, idest dii domestici Troiæ: saluete. Dominus, scilicet stabilis, & firma patria. i. regio, pro patria nobis colenda: est hic, scilicet quo nunc appulsi sumus. Nam ego repeto. i. memoria reuoluo nunc: quod, sup. Anchises genitor. i. meus: reliquit mihi, scilicet moriens, aut post mortem, apud inferos, hæc arcani. i. secreta fatorum, dicens, sup. ò nate: quum. i. quando: famas coget te vectum, ad ignota littora cõsumere mensas. i. super quas cibum pones: & hoc dapibus. i. obsonijs: accisus. i. circũcisus, & corrosus: ita, vt nihil reliquum sit: memento tum. i. tunc: defessus sperare domos: & locare ibi manu. i. tua: & moliri. i. munire: cum molimine aggere. i. mœnibus: prima tecta. i. prima castra, aut primam urbem: hæc erat illa famas, scilicet quam pater prædixerat: hæc manebat nos suprema. i. vltima positura: modum. i. finem: exitijs. i. erumnis & calamitatibus, ad exitiũ trahentibus. Sunt qui legat, hæc nos superare manebat: sed nõ stat cõtextus. Quare. i. qua de causa, agite: adhortandi vox: & nos læti vestigemus, idest exploremus: cum primo lumine solis. i. vt primum sol crastinus ortus fuerit: quæ loca, supp. hæc sint: ve, pro vel: qui hoies habeant. i. habitent, sup. & vbi, sup. sint mœnia gentis. i. huius populi: & petamus diuersa. i. loca: à portu. i. ab hoc loco. Libate. i. offerre degulstantes nunc Ioui. i. fatorum auctori: pateras, idest vincta è pateris: & vocate, idest inuocate precibus genitorem Anchisen: qui. i. nobis, talia significauit: & reponite, idest iterum ponite: & multipliciter superponite vina mensis: bene, vina: quæ panis deerat. Ipse effatus sic, implicat. i. cingit, & inuoluit, deinde tpa. i. coronam capitis sui: ramo frondenti. i. viridi: & pcatur. i. adorat, & inuocat: genium. i. deum topicum, ac virtutem generatiuam loci, & tellurem primam deorum: quia mater deũ dicitur: & nymphas, & flumina adhuc ignota. i. deos fluminũ adhuc ignotos: tũ. i. deinde: post deos locorum inuocat nocte: & signa noctis orientia: & Iouem Idcum. i. quæ quid Idam colebatur in Phrygia: licet etiam colebatur in Creta: quia sequitur, & matrem Phrygiæ, Cybeleam ex ordine: quia prima reuerentia debebatur Ioui: & inuocat duplices parentes. i. suos: Cœlo. i. Venerem matrem, quæ erat in cœlo: & Erebo. i. Anchisen patrem, quæ erat apud inferos. Pater omnipotens. i. Iupiter, significans eius se pces exaudisse: clarus. i. lucidus, aut manifestus: aut, aer serenus in tonuit ter ab alto cœlo.

SERVIVS.

Ordine ab omni. Ex omni qualitate dignitatũ: quæ apud Romanos in legatione mittenda, hodieq; seruatur. Augurium ad mœnia. Augurio consecrata. Hinc paulo post illud est, Tectum augustum, ingens. Et nisi in augusto loco consilium senatus habere non poterat. Vnde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conueniret senatus: vbi erant virgines. Nã hæc fuerat regia Numæ Põpuli. Ad atrium autem Vestæ conueniebatur, quod à tẽplo remotũ fuerat. Fossa. Sulco: & sunt ista reciproca. Nam & sulcum ponit pro fossa: vt, Ausim vel tenui vitem cõmittere sulco. Moliturq; locũ. Preparat. Primasq; in littore sedes. Ideo Primas, quia imperium, Launium translaturus est. Et sciendum ciuitatem quam primofecit Æneas, Troiam dictam sũm Catonẽ & Liuium: quod ipse dicit, Nec te Troia capit. F Castrorũ in morem. Hoc est breuem. Pinnas atq; aggere cingit. Muro, in quo pinnae sunt. & est Synecdoche. Aggere. Fossa. Tamq; iter emens, turres ac tecta latinorum. Hypermetrus versus. Muroq; subibant. Alibi per accũsatiuum: vt, Æneæ subit mucronem,

lo. i. aere, & ipse quaties manu, offendit ab æthere nubem ardentem. i. resplendentem radijs: & auro. i. fulgore lucis. Rumor deditur. i. deducitur, & diulgatur hic. i. iam: subito per agmina Troiana: diem quo condant mœnia, debita. i. satis p̄mittentes aduenisse: & ideo ipsi instaurant. i. ex nouo influunt, quia priores defecerat certatim. i. cũ certamine, epulas, atq; ipsi Ieti, magno omne statuunt. i. cõstituunt: crateras. i. magna pocula, seu vasa vinaria: & corcnat vina. Quum. i. postq; dies postera orta: lustrabat, idest inspiciebat, & purgabat terras: prima lampade. i. prima luce solis: ipsi diuersi. i. in diuersa abeuntes, explorant urbem, & fines & littora gentis: & sup. inueniũt: & explorado ab incolis discũt, hæc, sup. esse: stagna Numici fontis, idest qui nũc lacus: sed olim, aquas multas effundebat in star fluminis: & hunc fluuium, supple esse Tyberim: & Latinos, scilicet populos fortis: habitare hic, in his regionibus.

PIERIVS.

Accisus coget dapibus cõsumere mensas. In cod. aliquot anti. ambelis, legitur: vt in. ij. Ambelas subigat malis absũmere mensas. Ser. accisus, agnoscit: & particulas, Ac, oc, an, idem apud nos præstare dicit, quod apud Græcos, & crediderim ego, ambelis, loco hoc ex paraphrasi desumptum esse. Hæc nos suprema manebat. In Ro. cod. suprema manebant: ac de suprema quidẽ alibi, quibus locis, quibusq; marmorum testimonijs, aliquando gemino pp. scribitur solitum. Quod vero, manebat, plurali numero scriptum sit, subintelligẽdũ esset, aduersa. Nã Celeno, quum multa horreda moneret, supremum hoc addidit, vt grauissimum infortunium. Fuitq; semper Æneas super obscœna ea fame sollicitus, qua quidem aduersa omnia terminanda Helenus pollicetur, futurumq; vt sit requies ea certa laborum. Placet, & manebat, quod esset ea famas exitij positura modum. Nã quo ad labores, Terra grauiora manent. Deditur hic subito Troiana per agmina rumor. In antiq. Diditur, quo sæpe vitur Lucretius, pro spargitur, diffunditur ve. Quo debita mœnia condant. In antiq; aliquot codi. condent, habetur, futuro tempore modi finitiui. Sed, condant, eodem tpe modi optatiui elegantius est, & vocale magis. Postera cum prima. Vetera aliquot exemplaria, primo, legunt, aduersaliter. Sed, prima lampade, multo magis placet.

Tum fatus Anchisa, delectos ordine ab omni Centum oratores, augusta ad mœnia regis Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes: Donaq; ferre viro, pacemq; exposcere Teucris. Haud mora, festinant iussi, rapidisq; feruntur Passibus: ipse humili designat mœnia fossa, Moliturq; locum, primasq; in littore fedes Castrorum in morem pinnis, atq; aggere cingit. Jamq; iter emensi, turres ac tecta Latinorum Ardua cernebant iuuenes, muroq; subibant. Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus Exercentur equis, domitantq; in puluere currus, Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent, cursuq; ictuq; laceffunt: Quum proiectus equo, longæui regis ad aureis Nuncius, ingenteis ignota in veste reportat Aduenisse viros, ille intra tecta vocari Imperat, & folio medius confedit auito. Tectũ augustũ, ingens, centum sublime columnis, Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici, Horrendum syluis, & religione parentum. Hic sceptras accipere, & primos attollere fasces, Regibus omen erat, hoc illis curia templum, Hæ sacris sedes epulis, hic ariete cæso Perpetuis soliti patres confidere mensis. Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum Antiqua ex cedro, Italusq; paterq; Sabinus, Vitifator, curuam seruans sub imagine falcem: Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago,

cronem, ipsumq; morantem sustinuit. Et hoc secundum naturam est. Nam, it sub mucronem dicimus, nam per datiuũ figuratum est. Pueri & primæuo flore iuuentus. Bene romanæ militiæ exprimit morem. Nam post pubertatem armis exercebatur: & sexto decimo anno militabant. Quo etiam solo sub custodibus agebant. Nec est contrarium, Longa populus in pace regebat. Nam licet in pace essent, exercitium tamen vigeat armorum. Domitantq; in puluere currus. Equos sub curris. Acres arcus. Fortes: & est ἀκρὰ χρισίω. Nã acrimonia mentis est. Lenta. Mollia. Ictu. Iaculatione. Ingenteis. Ex stupore nunciũ laus ostenditur Troianorum. Et bene nouitatis ostendit opinio nem. Ingenteis eni esse, quos primum vidimus, opinamur. Reportat. Aut re vacat: aut re, pro ad, posuit, vt sit adpotat. Intra tecta vocari. Dissentit hoc loco à Romana consuetudine. Nam legati si quando incogniti venire nunciarentur, primo quid vellent, ab exploratoribus requirebatur: post ad eos egrediebatur magistratus minores: & tunc deum senatus extra urbem postulata noscebat. & ita si visum fuisset

fuisse admittebatur. Sed hoc prudenter fecit. Latinum namque memorem vult esse responsum: & auidum satis ad externos videndos: per quos promittebatur felicitas. ¶ Solio mediis confedit.) Ut supra diximus, solium est veluti armarium de vno ligno ad regum tutelam factum. Secundum alios, a soliditate dictum. Secundum asperum per Antistichon, quod solum vnum capit: quasi sedium a sededo. Nam & sella, quasi sedula dicta est. ¶ Testum augustum, ingens.) Domum, quam in palatio diximus ab Augusto factam, per transitum laudat: & quasi in Laurolauinio fuisse commemorat. ¶ Horrendum.) Venerandum: non quod horrore sit. ¶ Hinc sceptrum accipere.) Hoc in palatio fiebat. ¶ Curia templi.) Quia ut diximus, curia nisi in augurato non erat loco. ¶ Ariete caelo.) Hoc sacrificium in ianua palatii fiebat festis diebus. ¶ Perpetuis mensis.) Longis ad ordinem exequatis sedentur. Maiores enim nostri sedentes epulabantur: quem morem habuerunt a Laconibus & Cretenfibus: ut Varro docet in libris de gente populi Romani: in quibus dicit quod a quaque traxerit gente per imitationem. ¶ Ex ordine.) Prouit sibi successe/rant. Sane intelligendum est, ita ut nati fuerant, sic eorum imagines fuisse compositas. ¶ Ex cedro.) Quod lignum non facile consumitur vetustate. Hoc genus ligni tinea nescit: corruptionemque ex antiquitate non sentit. Vnde est cedria que chartam referuat. Hinc est illud, Et cedro digna locuti. Aut cedria perusta, quoniam ligna custodita conseruat. ¶ Vitifator.) Non inuentor vitis: sed quoniam genus vitis demonstrauit Italici populis. ¶ Sub imagine falce.) Aut statuam exprimit gestum, ut dicat, Ita tenebat falce, ut eam sub vultu haberet: aut sub imagine, sub theca dicit, quod similis falci est. ¶ Saturnusque senex.) Antiqui reges nomina sibi plerumque vendicabant deorum. Ergo Saturnus rex fuit Italici. Nam & supra ait. Veterum effigies ex ordine auro. Et insert. ¶ Alii que ab origine reges.) Hinc est quod apud Cretam esse dicitur Iouis sepulchrum. Gabalus et Romanus imperator sole se dici voluit. Nam Hellogabalus dictus est. ¶ Ab origine.) Pro aboriginum reges: sed est metro prohibitus. ¶ Pugnando vulnera passi.) Pugnando quasi reges, ¶ Sacris in postibus.) Vbi spolia consecrabantur. ¶ Captiuum.) Pro captiuorum: nota figura est. ¶ Crista.) Galea. A parte totum posuit. ¶ Erepta que rostra carinis.) Bene de omni genere praeliorum spolia illic demonstrat fuisse. ¶ Quirinali lituo.) Lituus est incuruus augurum baculus: quo utebantur ad designanda caeli spatia. nam manu non liebat. Quirinalem autem ex persona sua dixit, qualem postea Quirinus habuit. Nam tunc adhuc non fuerat Romulus. Vel lituum, id est regum baculum: in quo potestas esset dirimendarum litium. ¶ Succinctus trabea.) Toga est augurum de cocco & purpura. ¶ Ancile.) Scutum breue. Regnante Numa caelo huiusmodi scutum lapsum est: & data responsa sunt illic fore summam imperij, vbi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste cognosci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui & diem consecrarunt, quo pellem virgis ferunt ad artis similitudinem. Dicimus autem hoc ancile, & haec ancilia. Anciliorum vero usurpauit Horatius, Anciliorum & nominis & togae oblitus. Septem ferunt, per que imperium Romanum tenerent: Acus matris deum, Quadriga fictilis, Veientorum cineres, Orestis sceptrum Priami, Ilione, Palladium, Ancilia. ¶ Aurea coniux.) Nam aliter non stat versus. Et aurea per Ironiam dixit. Coniux vero, non quae erat: sed quae esse cupiebat: ut, Quos ego sim toties iam designata maritus. Fabula talis est, Picum amavit Pomona Dea pomorum, & eius volentis est sortita coniugium. Postea Circe cum eum amaret, & sperneretur: irata eum in auem picum maritum conuertit. nam altera est pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit: & domi habuit picum, per quem futura noscebat: quod pontificales indicant libri. Bene autem huic supra lituum dedit: quod est augurum proprium. Nam ancile & trabea comitia sunt cum Diali vel Martialis sacerdote.

## DONATVS.

¶ Tunc fatus Anchisa.) Licet fatalis terra esse constaret in officij primum rex aduena regem loci credidit aggrediendum. neque eum in superbia duxit successus ille, quod satis suffragantibus debebatur. misit legatos centum placituros, & nomine legationis, & numero legatorum, & magis obsequia sua comedans ambitione multarum

Vestibulo astabant: alij que ab origine reges, Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi. Multaque praeterea sacris in postibus arma, Captiuum pendens currus, curaque que secures, Et crista caput, & portarum ingentia claustra, Spiculaque, clypei que, crepta que, rostra carinis. Ipse Quirinali lituo, paruaque que sedebat Succinctus trabea, laeuaque que ancyle gerebat Picus equum domitor, quem capta cupidine coniux Aurea percussum virga, versumque que venenis, Fecit autem Circe, sparsitque que colubis alas.

Tales autem delegit omni ordine, hoc est ex omni multitudine per electionem separatos qui legationis ipsius partes congreue complere potuissent. Conronabantur autem omnes olearum ramis, ut visu potius quam verbis pacem procul videntibus nunciarent. ¶ Dona que. f. v.) Ne sine munere esset legationis officium. ¶ Pacemque que ex teu.) Et oblati muneribus pacem teucris necessariam postularent, neque eos putaret venisse violententer. ¶ Haud mo. se. iu.) Sic

in celeritate explicandorum mandatorum & iubentium autoritas & obsequendi studium probabatur. quod non solum ostendebatur in facto, verum etiam in ipsa properatione cumulabatur. ¶ Rapi dis que. f. Pa.) Non tantum studio complendi aggressi sunt pergenitum manus. sed iter quoque ipsum festinantibus gressibus agitabant. celeres gressus fuerunt ideo, ut optata maturius prouenerent. ¶ Ipse humili.) Haec legatis agentibus non putauit Aeneas differenda operum coepta, donec responsum referret missa legatio. Gerebat enim factorum fiduciam, quae illi ipsarum tetrum dominum dederant. Ipse humili designat moenia fossa. hoc est non magnae altitudinis futura moenia designabat manu sua. hoc enim vel nota contentis, vel auspicia exigebant. ¶ Molitur que. lo.) Hoc est disponit. ¶ Primas que. in littore.) In auspiciis constituendum moneo tale genus operis collocavit: quod defensionem sponderet conditoribus suis. ¶ Iam que. iter. e.) Cum haec ageret Aeneas, iam legatio sic consecravit iter: ut viderent latinorum turres, & domorum tecta. ¶ Muro que. su.) Hoc est ad ipsum murum iam coeperat pertinere: describitur iam veterum incolarum mos studiumque bellandi. multis enim locis poeta asseruit asperam esse bellis Italiam, & ad arma facile properantem. Denique ut vnum de multis demus exemplum. non illum, inquit, nobis genitrix pulcherrima tale promissit, grauiumque ideo bis vindicat armis. Sed fore, qui grauidam imperij belloque frementem Italiam regeret. Idcirco hoc loco virilem Italorum sexum ostendit, iam inde a pueris studio exerceri virtutis. denique sic ait. ¶ Ante urbem pueri.) Exercebatur equis, aut eorum dorso impositi, aut habenas retinens in curru. In puluere, inquit, quia illic iuncta animalia melius domantur, vbi difficilior tractus est. ¶ Aut acres. t. a.) Alii mittendis sagittis operam dabant, alij, ut hastilia mitterent, meditando discabant. ¶ Cursum que. i. q. la.) Prouocabat se alij, ut cursu contenderent, aut ictu. Ictum possumus intelligere, non ut ferirent se inuicem. sed ut destinata percuterent. Haec omnia certaminum genera idcirco vsu & exercitatio discabant: ut veris bellis & vere dimicationi proficerent. pueros dixit & iuuenes his studiis fuisse intentos. ex omnibus igitur, quae iuuenes, quae pueri gererent. ¶ Cum prouectus equo.) Fuit occasio ut ex illis, qui equis exercebantur, prouectus equo, hoc est ante legatos ad regem veetus nunciaret viros venisse ingentes, & ignota veste. & quia turbatus repentino conspectu pro qualitate animi sui nunciabat, quae viderat, nunciabat eos esse ultra humanam formam accedere. ¶ Ille intra te. vo.) Sedit regio more, & eos tecta iussit intrare. ¶ Testum augustum.) Describitur domus latini, ut in ea ostendatur genus eius cutrissae per reges: ut laus ipsa Aeneae laudationi proficiat. In ipsa ut dictum est domus descriptione adijcitur felicitas generis: dum imaginum, dum statuarum series recensetur. Domus igitur fuit admirabili magnitudine & pulchritudine satis egregia urbi summae & regali dignitati conueniens. huius decus augebat numerus columnarum centum: quibus vesta in altitudinem sublimior ferebatur. ¶ Laurentis regia pici.) Laus eiusdem domus & a persona domini veteris sumebat augmentum, fuit enim pici Laurentis, ne forte existeret pici alterius nomen, & ex similitudine nominum confusio nasceretur. ut in primo libro posuit scimus. Ornatus arguunt Helene. Ut si esset alius ostenderetur ipsa regionis signo, & monstraretur, quae esset. Quam autem nominat testum intelligendum est solum. interim describit vestibulum, ut ex qualitate triumphalis ingressus, qualia fuerint reliqua colligi posset. Illic non picturae fuerunt turpium fabularum, nec adulteria, vel illiciti amores impressi, non alienae palmarum vel gloriae. ¶ Horrendum syluis.) Syluarum densitas, vna

bra nemorum, & originalium parentum imagines addebant tremorem loco: vt sine reuerentia videri non posset. ¶ Hic sceptrum accipere. Ecce propter quam causam dixit tectum augustum, vel quia domus fuit regum, vel quia reges ipsi sibi regnandi auspicia fortiebatur. illic omnem suscipiebat potestatem, atque illic primum fasces erigebant. Tanta autem incolarum religione suscipiebatur. vt hæc illis esset curia, hoc templum, & in hoc sacra conuiuia exercerentur. perpetuis mensis dixit in longum compositis, & digestis. Descriptum est vestibulum domus, & morum consuetudo signata, & pars propositionis, quum dixit horrendum religione patrum. & narrat specialiter, qui fuerint in illo ingressu parentes latini. ¶ Quin etiam veterum. Ex ordine intelligendum est ita, vt nati fuerant, sic eorum imagines fuisse compositas. Antiqua ex cedro. Aut ex cedro factæ, quia hoc genus ligni tincam nescit: corruptionemque ex antiquitate non sentit: aut cedri oleo perunctæ, quoniam ligna custodit ac seruat. ¶ Italusque patris. Hoc signum meruit, quod multas vites insituit in Italia. ¶ Curuam seruans sub imagine falcem. Seruans falcem, hoc est perpetuam tenens. sub imagine, sic accipiendum. quod sic eam teneret, vt eius visu semper delectaretur, vt pote amator vitium. quarum culturas omnis putatio falcis ante venit. sub imagine et go, sub oculis imaginis suæ tamen, quoniam mox sequitur. ¶ Saturnusque senex. Ecce patefecit, quid sit sub imagine seruans falcem. sic enim sub imaginis oculis fuit, vt ferentis aspectibus semper esset obiecta. Curuam cur dixerit, manifestum est. sic enim formatur, erecta quippe aliam speciem facit. ¶ Ianique bifrons. Vna, inquit, iam statua fuit, sed duas habuit frontes, perindeque facies duas. vnã præ se, alteram præ dorso. ¶ Alijque ab origine. Speciali enumeratione ad generalitatem se conuertit, compendio referendi vsus, & illa causa vel maxime, vt auget maiorem latini numerum: In generalitate enim infinita extimatio est, & plus intelligitur, quam veritas habet. ¶ Martiaque ob patriã. Tantam gloriam assecutorum virorum statuæ illis fuerunt, vt pro patria hoc est pro tuenda libertate vel augenda reipub. sua & pugnae eos sepe, & vulnera pugnantem excepisse dubitare non posset. ¶ Multaque præterea. Indicia autem virtutis ipsorum rapta hostibus spolia testabantur, quæ infixæ porticibus vel intrinsecus reposita, quid singuli gessissent, apertius indicabant: describitur eadem ipsa hoc modo. ¶ Captiui pendentes currus. Currus inter arma principaliter posuit, quod fuerunt aduersi hostibus. Armarum enim significationes & multas Virgilius posuit, & diuersas. proinde pro armis habetur, quicquid hostem expugnare posset. ¶ Curuæque securus. Omnia sine modo vel numero posuit. vt plus arbitretur vnusquisque, quam fuit. ne vero in expugnatione ciuitatum atque portarum leue quiddam videretur effectum ingentia, inquit, claustra. vt aspectus ostenderent, quantum laboris fuisset impensum, vt subtraherentur. ¶ Spiculaque, dypeique. Quibus apparebat illos non tantum terrestribus bellis, verum etiam naualibus præliis certauisse. & his quoque extitisse victores. ¶ Ipse quirinali. Ipse piæus domitor equorum, perindeque studio equitandi præstans sedebat ferens in dextra lituum, idest regum baculum. in quo potestas esset dirimendarum litium: & parua trabea succinctus, aut vere parua, quia extant tales, aut non magni pretij: quoniam apud veteres ambitiosi cultus non fuerunt. læua vero gestans ancile, quod esse fertur scuti breuioris nomen. ¶ Quem capta c. c. Circe, inquit, quum haberet hunc maritum malignitate ducta detestabilis scientiæ suæ virga aurea percussit: & ex virotam nobili tantarumque gloriarum, auem fecit gestantem in pennis varietatem colorum, ad indicium coniugis suæ: quod ait aurea, & coniugi aptari potest, vt sit locus cum vituperatione, quæ græca lingua ironice dicitur. vt alio loco egregia interea coniux, vel virga aurea, vt iam dictum est, qua illa magis utebatur. Et cultus ille indicia habebat, hoc non sine magna vituperatione positum est, nec sine dolentis affectu, tantum virorum tantarumque gloriarum tantique generis sceleratæ vxoris artibus in auem esse conuersum.

ASCENSIVS.

¶ Tum satus, &c. Docet quomodo legationem instituit Æneas: & missis centum oratoribus ad Latinum regem, ipse interea ex faturum promissione primæ vrbs icit fundamenta, vt si forte expellere velit, Latinus habeat quo resistat. Describit præterea patriæ morem, & domus Augustæ, idest augurio consecratæ: hoc est, regiæ superbam, & magnificam extrusionem, & egregia decora. De quibus rebus, hæc sunt Donati verba. ¶ Tum satus Anchisa. Quauis satis fideret: tamen humanitatis officium putauit ad regem legatos mittere: ne ob superbiam, alienos fincis inua-

dere videretur, tamen non expectato de pace responso, vrbe designat: tantum spei in satis reposuerat. ¶ Turres ac tecta. Primo enim, altiora ædificia: deinde, quum propinquius accederet, humiliaiora cernuntur. ¶ In puluere. Quia ibi melius animalia dormantur, vbi difficilior tractus est tecti: vt non ferirent inuicem, sed vt destinata percurrerent viros ingentis. ¶ Ignota veste. Nam ex impræmeditata re perturbato animo putauit se vidisse illos vltra humanam formam. Extollit autem regia Latini. à pulchritudine ædificij, & ab ornatu triumphali: non vt à pictura fabularum: ¶ Augustum. Vel, quia domus fuit regum. vel, quia reges ipsi, sibi regnandi auspicia fortiebantur. Illic enim potestatem sumebant, & fasces erigebant. ¶ Ex ordine. Ita vt nati fuerat. ¶ Cedro. Ex cedro factæ: quia hoc lignum cariem nõ sentit. Vel, cedria vnctæ: quæ ligna conseruat. ¶ Alijque ab origine reges. Refert se à specialitate ad generalitatem: & vt compendio vteretur, & numerum auget. In generalitate enim, infinita æstimatio est: & plus intelligitur, quæ veritas habet. ¶ Vulnera passus. Vt gloriam ex defensione libertatis ostenderet. ¶ In postibus arma. Indicia hæc sunt virtutis. ¶ Curuæque. Omnia sine numero posuit, vt plus arbitramur. ¶ Ingentia. Vt ostendat quanto labore retracta sint. ¶ Carinis. Vt appareat etiam nauali bello illos vicisse. ¶ Lituum. Idest regum baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium. ¶ Parua. Vel quia tales extant, aut magni pretij, quia veteres non erant ambitiosi cultus. ¶ Aurea. ¶ Tonicæ: quasi intelligatur, pessima: & indignationem citat, quod talem virum ita tractasset. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Satus, idest procreatus, & cretus, aut progenitus Anchisa, scilicet Æneas: iubet tum, idest tunc centum oratores delectos, ab omni ordine, idest ex omni qualitate dignitatis: ire ad moenia regis, scilicet Latini: Augusta, idest augurio consecrata: omnes velatos ramis palladis. i. oliuæ paciferæ: cuius inuentrix dicitur Pallas: & iubet, supple eos: ferre viro, scilicet Latino, dona: & exposcere Teuctris pacem, idest amicitiam, & concordiam, ac terræ permissionem. Haud mora, supple: ipsi scilicet oratores: nulli festinant, supple, ire, & legationem suam perficere: & ipsi rapidi. i. præcipites: seruntur passibus. i. magnis. Ipse scilicet Æneas, author legationis, & princeps eius, designat moenia humili fossa. saratro, inducto sulco: & molitur, idest molli bus, & vallis, munit locum: & cingit in littore pinnis, idest vallis acutis: atque aggere, idest terra aggesta, atque accumulata: primas sedes, i. habitationes, atque oppidum primum, in morem castrorum, idest vt castra metari solent. Et iam ipsi oratores iuuenes: quia senes in Sicilia manserant: & vt formidini sint, magis cõgruerant iuuenes. emensis iter, idest viam eundo emensis, cernebat turres, atque ardua tecta Latinarum: hypermeter est versus: sed syllaba superans absumitur vocali sequenti. & subibant muro, idest sub murum: aut imminabant muro, & ibant quasi sub muro. Pueri & iuuentus primæuo flore, idest in primo flore cui sui, exercerunt equis: & domitant currus. i. equos currentes in puluere: quia illic faciliter lassantur, & lassii domantur: aut tendunt arcus acris idest forteis, & acriter expellentes sagittas: aut contorqueat lacertis, idest brachijs suis: spicula. i. iacula, & hastilia lenta, idest tenuia, & flexibilia: & lassunt. i. fatigant, & impellunt ipsa: & cursus, & tecti, idest simul ex impetu cursus: & brachiorum viribus, supple: quum, idest quando: nuncius, scilicet explorator, & obseruator limitum, præuictus equo, quum ipsi pedites essent, reportat ad aures regis longæui: viros ingentis. i. valde magnos aduenisse in veste ignota: ille, scilicet rex, imperat, supple eos vocari intra tecta: & confedit. i. sedem accepit, medius, scilicet in solio auito, idest sede regali, ab auis frequentata, quam solido lapide, aut ligno, ne quis adoriretur eos, factam solium vocabant. Describit deinde, domum regiã, & situm eius, dicens, Tectum fuit, supple in vrbe summa, idest ad arcem vrbs: augusti, idest augurio consecratum: ingens, idest valde magnum: sublime, idest erectum: cernitum columnis, existens regia Pici Laurentis, idest lauribus dominantis: existens horredum, scilicet tectum: syluis, idest lucis vicinis: & religione, idest anxia obseruantia parentum. Omen. i. faustum initium, erat regibus accipere hic, idest ab hoc tecto: sceptrum idest insignia regalia: & attollere primos fasces, idest constituere primos lietores, qui fasces ferant, hoc erat illis curia, hoc erat illis templum, aut hoc templum erat illis curia: sed por modum melior est. Hæc erant sedes epulis sacris, idest solenniibus, vt parentationibus, & viscerationibus, & festorum dierum conuiujs: & patres, idest proceres, & senatores, soliti, supple erant: considerare hic mensis perpetuis, idest continuis, & sine intermissione protensis: & hoc ariste celo. i. ad sacrificium, in ianua palatii festis diebus faciendum. Quinetiam, idest insuper: effigies, idest stemmata: aut

(reuera) simulachra veterum atorum: affabāt vestibulo: i. in primo introitu: ex cedro antiqua, quia cariem nescit: & succus eius vim conseruatiuam habet, effigies. i. Italus: & pater Sabinus vitifator. i. qui primus apud Italos vitem seuit, aut plātauit: seruās sub imagine. i. simulachro suo, falcem curua, qua, s. vitē putare docuit: & Saturnus senex: & imago Iani bifrontis, qui primi reges Italiae memorantur: & alij reges aborigines: qui passi sunt vulnere Martia. i. qui perierunt in bello: pugnando ob patriam. i. ob salutem patriae. Praeterea, multa arma pendent in postibus sacris. i. arma dijs consecrata, sustentibus, vt currus captiui. i. quos captiuis abstulerunt: & securae curuae, & cristae capitum. i. galearum, quae capitum sunt munimenta: & ingentia claustra. i. repagula, & vestes: ac feræ portarum. s. vrbium captarum: & spicula. i. iacula: & dypei, & rostra. i. munimenta aerea, aut ferrea, in prioribus partibus nauium: erepta carinis. i. nauibus: à parte totum accipiendo, quia proris potius eripiuntur: ipse. s. rex, & sacerdos, atq; augur Picus: dormitor equum. i. equorum. i. qui ad libitū equo, vti sciebat in bello, qui Graece, *ἰπποδρόμος* dicitur: sedebat. s. in sculpturis: succinctus lituo. i. baculo augurali incuruo. Equo loca templi designabat: & trabea. i. veste augurali: parua. i. breui: vnde succinctus dicitur gerebat ancyle. i. breue scutum circūcisum, simile ancylis: quod tempore Numę cecidit: vt hic castius, & doctus recitet Serui. q̄ supra, vbi à Beroal. reprehensus est gerebat (dicit) laeua. i. sinistra, quia dextra lituum tenebat: quem. s. Picum: conlux aurea, per irrisiōnem, idest sane pulchra & preciosa. s. Circe, quae coniux non erat: sed esse volebat capta, idest irretita: cupidine, idest amore, aut cupiditate amoris: fecit auem, percussurā, percutiendo eum virga. s. magica, & fascinatoria: & versum, idest transmutatum: venenis, idest veneficio eius: & sparfit alas. s. Pici, in Picum auē: mutatis coloribus. s. varijs, viridibus, & subrubeis, atq; subcroceis: qualis hodie cernitur: diciturq; Picus Martius: q̄ rostro arbores cauat.

## PIERVS.

(Turreis, ac tecta Latinorum.) In cod. nonnullis admodum ventus, Turreis, ac tecta Latini, legitur. Ser. Latinorum, hypermetrū agnoscit, quod etiam in Med. cod. habetur. In plerisq; alijs alie-

## SERVVS.

(Placido prior edidit ore.) Bene placido, Legatorum enī fuerat, vt ipsi ante loquerentur. Sic in secundo, vltro flens ipse videbat. ¶ Dicite Dardanidæ. Aut ex veste eos Troianos esse cognoscit, quae erat proprie gentium singularum. Aut *κατὰ τὸ σιωπῶντων* intelligimus famam: quae eos venire nunciauerat, eadē etiā Troianos esse dixisse. Vnde infert. ¶ Auditiq; aduertitis equore cursus. Dardanidæ autem, ac si diceret cognati. ¶ Errote via, seu tempestatibus acti. Duo quærit. Si voluntate venistis, quid petitis? Si necessitate, tempestas vos an eror aduexit? ¶ Vada coerulea. Coeruleum est viride cum nigro, vt est mare. ¶ Qualia multa. Ad duo respexit: errorem & necessitatem. ¶ Portusq; sedetis. Ante enim pro portu erat illuc exitus fluminis. ¶ Ne fugite. Ne fugiatis, ne ignoretis. ¶ Saturni gentem. Laus generis. ¶ Sponte sua, veterisq; dei se more tenentem. Xenocratis est: qui cum primus Philosophiae scholam aperuisset (quod antea in portibus Philosophi tractarent) & interrogatus esset quid praeflare posset discipulis: Respondit vt id voluntate faciant, quod alij iure coguntur. ¶ Veteris. Antiquae si diceret, aurei saeculi imagine viuimus. ¶ Fama est obscurior annis. Ac si diceret, nisi esset iam vos sciretis. ¶ Auruncos ita ferre senes. Apud veteres historiae hoc genus fuit, vt maiores natu antea facta posteris indicarent: quod hic indicat locus. Lucanus apertius, cum esset de Antæo narraturus ait, Cognitam per multos docuit rudis incola patres. Quia adhuc nales

Tali intus templo diuum, patriaq; Latinus  
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:  
Atq; hanc ingressis placido prior edidit ore.  
¶ Dicite Dardanidæ (neq; enī nescimus & vrbē, LATI,  
Et genus: auditiq; aduertitis æquore cursum)  
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentis  
Littus ad Aulonium tot per vada coerulea vexit?  
Siue errore via, seu tempestatibus acti,  
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto,  
Fluminis intrastris ripas, portusq; sedetis:  
Ne fugite hospitium, neue ignorete Latinos  
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam,  
Sponte sua, veterisq; dei se more tenentem.  
Atq; equidem memini (fama est obscurior annis)  
Auruncos ita ferre senes: his ortus vt agris  
Dardanus, Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,  
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur:  
Hinc illum Corithi Tyrhena ab sede profectum,  
Aurea nunc folio stellantis regia coeli  
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.

Dardani. ¶ Augēt.) Addit, adiectione scilicet nominis sui.  
DONATVS.  
(Tali intus templo.) Intra tecta, dixit, quæ descripta non sunt, ex vestibuli enim qualitate intelligi potest interior domus. certe tectum dixit primo, quum vnum domus describeret membrum nunc pluraliter posuit tecta, vt ostenderetiam se de interioribus loqui. ¶ Et folio. m.) In media sella, qua vsi sunt maiores eius, sedit. ¶ Atq; hec. in.) Vidit homines, & ex ipsa qualitate vestitus, cuius gentes essent, euidenter agnouit. & his plurimum cōcessit, vt primi verba faceret, faciem enim se & beneuolum praebuit. ¶ Di cide. d.) Supra dixit, nūcius ingētes ignota in veste reportat adue-

na id manu scriptum, priore abrafa lectio. In Porcio, orum, vltimæ duæ syllabæ derasæ sunt. Sed fuit hæc eorum imperitia, qui figuratum id genus in carmine non intelligebat. Porro Aspergrammaticus, ita, Latinorum, Virgilianum putat, vt versum etiam in suos pedes diuidendo, neq; syllabam, neq; litteram vllā deerrare permittat. Exemplaq; insuper alia oggerit, quibus Virgilium hypermetro libenter vsum ostēdat: est etiam in aliquot anti. Turris, & tecta: pro, ac tecta, quod in aliorum sit arbitrio. ¶ Muroq; subibant.) In Ro. cod. muros, per accusatiuum est, quod secundum naturā esse ait Ser. muro vero per datiuum figuratum. ¶ Quum p̄ te. equo long. regis ad au. Nun.) In cod. omnibus ant. quotquot habui, vno exēplo legitur, præeētus: quod magis ostēdit anticipationē. Est & vbi loco particulae, quum, scriptum sit, tum. Sed hoc ob similitudinē litterarum c, & t, quæ eadem pene forma sunt in notis Longobardicis, vt alibi dictum. ¶ Vrbe fuit me.) Veteres cod. nonnulli vna cum Mediceo, summa nonnulli media, legunt: vtrūq; placet. Si summa, propter arcem, quæ solita est editori loco poni. si, media, quia domus regia in medio eē debet, vt de angue in orbem voluto, quum domo in medio sita, quod Imperatorem significet, in commentis Ægyptiorum habetur. ¶ Hinc sce. acci.) In anti. plerisq; cod. hic scepra adicipere: hoc est in loco cōsistentibus. Quāquam placet & hinc de loco aduerbium, veluti etiā, omen erat coronas laureas Cæsaris triumphaturis: ex eo carpere Laureto, quod in Veientano Liuiā post Augusti statim nuptias pangiuisset, de quo plura Suetonius. Neq; vero illud diffimulabo esse codices veteres, qui, sceptrum, vnitatis numero legat, quod aliorū arbitrio relinquimus. ¶ Hæc. fa. se. epu.) In Ro. cod. hæc, vnitatis numero legitur: vt sit, hæc sedes. In reliquis plurale est. In Med. sacre sedes, sed melius, sacris: vt in Porcio. ¶ Antiqua ex ce.) In veteribus cod. quos legerim, vel, antiqua ē cedro: abieq; x littera, quod omnino suauius videtur: vel absq; vlla prepositio- ne antiqua cedro, vt in Med. habetur. ¶ Martia qui ob. pa. pu. vul. pas.) In Roma. co. Martiaq; legitur, per particulam copulatiuā, vt cum regibus eos etiam pari propemodum honore decoratos indicet, qui pro patria pugnando vulnera passi fuerint: sed longe omnino magnificentius id ornamentum regibus his addere.

nales erant, nec historiae. Aurunci vero, Italiae populi antiquissimi fuerunt. ¶ Ferre.) autem, quasi cum ostentatione iactare. ¶ Dardanus.) Iupiter cum Electra Atlantidis filia Corithi regis Italiæ vxore concubuit. Sed ex Iouis semine natus est Dardanus: ex Corithi Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam Ilium condidit Iasius vero Thraciam tenuit, vbi est Samos: quam hic Samothraciam noiauit. Nam Iunonis alia est Samos insula. Quamquam ciuitas Thraciæ quæ est in Cæphalenia, Samos dicatur. Vnde postea cū responsum esset, Antiqua exquirite matrē: & Æneas Italiam peteret, profectus ad Thraciam, Samothracas deos sustulit, & pertulit secum propter originē matrē. ¶ Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes.) Quia erant & Cretæ, addidit Phrygiæ. ¶ Corithi.) Oppidū & mons dictus à rege patre

Virgi. DDd iij nisse

nisse viros: & reuera, si etates considerentur eorum, qui ante vrbem per ludum bellicis certaminibus exercebantur. Potuerunt & formam mirari hominum, & nescire qui essent. non enim vestium primo vere genus poterant nosse, vt Troianos esse perferrent. sed vbi ad latenum ventum est, hominem longuam atq; prudente, & vfu in omnibus instructum, & eorum habitum vidit, continuo sciuit esse Troianos. Ideoq; sic cepit. ¶ Dicite. d.) Verum ne Troiani mirarentur nomen sue gentis à latino prolaturum, addidit. ¶ Neq; e. n.) Superfluum enim ei visum est quaerere, quod vident do cognouerat, si non posset intelligere ex habitu homines, diceret, qui estis, aut vnde, omissa sunt igitur ista, & in compendio posita sunt: opinione enim habuit maximam Troia, cum floreret felicitas eius, & de aduersis facta omnibus fuerat notior. illud tantum, quod necessario fuerat requirendū, subdidit. ¶ Auditq; ad.) Dicit auditu, vt demonstraret se ab aliquo audiuisse, vnde venissent Troiani. ¶ Quid petitis?) Intellexerat enim eos aliquid velle postulare. ¶ Quæ causa. r.) Quæsiuit causam, quia factum est, vt remotis regionibus cæteri ad Italiam venissent. ¶ Aut cuius. e. l. ad. a.) At cuius rei agentes tantum laborem suscepissit: Vt autem euidentiore faceret interrogationem suam, hæc annexit. ¶ Si ne errore viæ.) Via pelagi nō in vndis, sed in cælo est. deniq; quū nubes obducuntur: nec videntur sydera, naua fertur, nō quo scit aut instituit tendere, sed quo duxerint venti, vt ipse alio loco Virgilius ait. Ille diem noctemq; negat discernere cælo. Nec meminisse viæ media palinurus in vnda. ¶ Seu tepestibus acti Quælia multa mari. Noui, inquit, non solum tepestates, sed & multa alia nauis accidere, quū in alto sunt pelagi, compleuit interrogationem textum, incipit iam proseguere ea, quibus offert beneuolentiam, atque petitionem aliquam, securos efficiens. ¶ Fluminis intractis ripas, portusq; sedetis. Ne fugite hospiti.) Nec reprehendit, quod Troiani fecerant autoritate sua, & aliud obtulit, quod excederet hospitium littoris, quod, inquit, ripa vos fluminis tenet, & portus, venite potius, & hospitio nostro iuugimini, hospitij significatio & domus habitationē tenet & gratiam iuugendæ amicitie. Vtrinq; igitur latinum obtulisse manifestum est in eo quod dixit ne fugite hospitium neue ignorete Latinos. Addidit suam & suorum laudem, vt optimorum se amicitias intelligerent fortituros. ¶ Neue igno. la.) Debetis, inquit, nosse latinorum saturniam gentem, non metu legum, sed natura mansuetam, quum ipse dixisset, quid petitis: præuenit eorum postulatam, & vltro obtulit, quod sperabat petitorios, melius enim fuit sponte ingerere, quod postentibus non fuerat negaturus, in eo ipso cumulans beneficium, vt eorum amicitiam offerret, qui à Saturno genus & originem ducerent. ¶ Atque equidem. m.) Veterem satis memoriam replicat, non tantum sibi visio antiquitatis obscuram, verum etiam auruncis senibus tenuiter notam, qui referre consueissent, quæ sequeuntur. ¶ His ortus vt agris.) Omnibus modis aluens beneuolentiam suam multis generibus ostendit, eos habere debere fiduciam præsumendi, adeo vt asserat inter Troianos & Italos nullum generis esse discrimen, licet obruerit, inquit, longa temporum series veritatem, nouatur tamen cum relationibus senum, transit deinde ad posteros. Auruncis quippe (vt meminimus) referentibus, habeo compertum Dardanum in his genitum terris profectum esse ad phrygiam: inde ille ad threicam samum, quæ posterioribus seculis samothracia dicta est: à corintho vero ad cæelum esse sublatam, & merito illustris viæ relatum inter deos, vnde cepit, inde conduxit dictionē suam, nā incipiens dixit. Dicite Dardanidæ. Et quod clausum inter initia fuit, aperuit in fine, vt Troiani non tantum de noua amicitie coniunctione, verum etiam de affinitatis fiducia gloriarentur.

ASCENSIVS.

¶ Tali, &c.) Docet cum qua beneuolentia, & affabilitate sermonis, rex Latinus suscepit Troianos, ostendens eos ex Italia, originem per Dardanum traxisse. De qua re dicit Donatus sic. ¶ Dicite Dardanidæ.) Prior verba facit, vt facilitatem suam, & beneuolentiam in eos demonstraret. Potuit autē ex veste, Latinus, qui multa experientia esset, Troianos cognoscere, quod non poterat per teneram

teneram ætatem, illi qui erant extra portas. ¶ Errore viæ.) Quia in obscuro cælo, in quo via est nauigantibus, ab illa errare possunt: vel vi tempestatis inde abstrahi. ¶ Ne fugite hospitium.) Non modo concedit quod sua autoritate iam fumperat, quod ripas intrarunt: sed vltra id hospitium offertur. Ex cognatione autem, quæ Troianis cum Italis est, ostendit eos posse capere omnem fiduciam. ¶ Dardanidæ.) Iam replicat, quod proposuerat, quum dixit, Dicite Dardanidæ. Hæc ille. ¶ Ordo est. Latinus sedens intus, tali templo diuum, idest diuorum: & sede patria, idest quæ paterna hæreditate possidebat: vocauit Teucros in tecla ad sese, idest seipsum. Atque ipse prior, vt, scilicet beneuolentiam suam indicet: edidit, idest eloquutus est: ore placido, idest beniuolentiam indicante: ingressus, s. Troianis oratoribus. Hæc dicit, scilicet subsequencia verba, O Dardanidæ: & quia stupebant se vocari Dardanidas, addit: Neque enim, idest nam: non nescimus, idest bene scimus: & vrbem, sup. vestram, videlicet Troiam: & genus, sup. vestrum: & vos auditu, i. cogniti, ex auditu, & relatione: quia sæpe audiuius de vobis: aduertitis equore, idest per equos: cur sus, sup. vestros: ad nos: dicite ergo, quid petitis, & quæ causa, aut cuius rei agentes, rates vestras vexit ad littus Ausonium. i. Italicum, & ad partem Ausoniae, per tot vada cœrula, idest cœrula, hoc est cœruli coloris, hoc est per tot maria periculosa. Siue vos æsti errore viæ, seu tempestatis: qualia, scilicet mala, vt errorem, & tempestatem nauatæ, patiuntur multa in alto mari: intra flus ripas fluminis, scilicet huius, hoc est Tybridis: & sedetis portu, idest ad portum: ne fugite, idest ne fugiatis, aut vitetis, hospitium, scilicet nostrum: neue, idest vel non ignorete, idest cognoscite Latinos: getem Saturni, idest cui Saturnus aliquando presuit æquam, idest iustam: haud vinclo nec legibus, i. nec metu supplicij, nec iussu legum: sed, supple sponte sua, idest suaapte natura: & tenentem se more veteris dei, s. Saturni, quo regnante: aurea erat sæcula: & summa sine legibus æquitas: dictitante, scilicet cuiuslibet conscientia, quid facere debebat: vt sub lege naturæ, viuerebatur olim. Atque equidem, i. ego certe, meminisse, sed, sup. fama est: obscurior annis, idest propter anositatem: quia multi interfuerunt anni (aut fama est obscurior, quàm merito per annos sit: quia nō adeo multi interfuerunt anni: sed prior modus præstat.) Arucos, idest antiquissimos populos Italiae, ab Arunca ciuitate, quæ Auson filius Ulyssis, & Calypsus, ædificauit dictos senes, i. annosos: ferre, i. recitare: ita vt, s. Dardanidæ ortus, his agris penetrauit ad vrbes Idæas Phrygiae: quia etiam Ida in Creta: & ad Samum Threiciam, quæ fertur, i. dicitur nunc Samothracia. Aurea. i. pulcherrima: regia cœli stellantis, i. stellati, aut stellas ferentis: accipit folio, i. sede regali: illum, s. Dardanum: profectum, i. qui profectus est: hinc, i. ab hac regione, à sede Corinthi, illius oppidi: Tyrrena, i. quod est ad mare Tyrrhenum: & ipse acceptus, addit, i. auget: altaris, i. sacrificij sibi factis, numerum diuorum, i. ipse nunc inter deos superos versatur, eorum catalogo ascriptus. Seruis legit, addit, pro auget: alij tamen, auget, legunt.

PIERIVS.

¶ Tali intus templo diuum, patriaq; Latinus.) In antiquis nonnullis exemplaribus legere est, Tali intus temploq; deū, patriaq;. Sed illud, templo diuom, in pluribus habetur: aut, tali intus diuum templo: vt in Mediceo est. ¶ Qualia multa mari nate patiuntur in alto.) Veteres aliquot codices, Qualia sæpe mari, legunt. Sed multa, interpetres agnoscunt. ¶ Veterisq; dei se more tenentem.) Sunt veteres codices, in quibus, ferentem: pro tenentem, scriptum intuenias. Sed quum superiore versu facta sit mentio vinculi & legum, tenentem, magis placet. ¶ Auruncos ita ferre senes.) Quaquam non sum nescius, quod subijciam risu à multis excipiendum esse, dicam tamē in codicibus aliquot antiquis, Aurucimos, positum ab his, qui forte quid sibi vellent, Auruncos, minus intelligebam. ¶ Idæas Phrygiae penetrauit.) In Ro. cod. & quibusdam alijs, penetrauit, legitur: quod melius quadrat, vt penetrarit. ¶ Accipit, & numerum diuorum altaris auget.) In nonnullis antiquis codicibus, Addi, legitur: vt alibi, Decus addite diuis. Sed enim melius, auget: dicendo numerum.

SERVIVS.

¶ Voce secutus.) Plerunque enim consentimus & taciti. ¶ Rex.) Cõsiliato ab honore, ide à gnē. ¶ Succedere terris.) Vt, Succedoq; oneri. ¶ Nec tyrdus.) Aspectus syderum. Nam tempestatem supra dixit: nec est bis

¶ Dixerat: & dicta Ilione sic voce sequutus. POETA  
¶ Rex genus egregiū Fauni, nec fluctibus actos ILION,  
Atra subegit hys vestrīs succedere terris:  
Nec syrdus regione viæ, littus ue fellit:  
Consilio hanc omnes, animisq; volantibus vrbem

est bis idem positum. ¶ Vrbē afferimur.) Ad urbē serimur. ¶ Extremo veniens.) Idest primo. Nam alias Rediens dicitur, non Veniens. ¶ Dardana portus gaudet auro.) Generis origine. Nam auus nō est Troianorum Iupiter: sed Æneæ sor



ius per Venerē. Quanta per Idæos.) Ad illud rōdit: Audi tūq; aduertitis egrore cursum idest, non mirum est hęc te au disse q; vniuersus orbis agno uit. (Tempestas.) Vis belloꝝ. (Actus.) Collisus. (Fatis.) Per transitū & Troianos exi mit culpa: & Græcorum dete rit laudē. (Tellus extrema.) Vt est Britannia & omniū in sularum Oceani. (Refuso.) au tē, refuso, vt Lucanus indicat. & hoc Homeri, αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπε ῥοὴν ὠκεία νοῖο Νῆυσ, ἀπὸ δ' ἵκετ' αὐτὴ μα θαλάσσης ἐνρυπόροιο. Et si quē extēta plagā Qua tuor.) Audierūt et illi q; separā tur Zona ea quæ est in medio quatuor, idest feruens. Signifi cat autē Antipodas. (Iniq;) intemperati vel ardentis. (Di luuio ex illo.) Ex illa vastita te. Alij distinguunt, & mutant sensum: vt sit Quos dirimit plaga solis ardentis: ex quo mūdus est cōstitutus: hoc est, ex quo chaos esse desit. (Dijs sedē exigua patrijs.) Pia & verecunda petitio. (Littusq; rogamus innocuū.) Nō quod nulli noceat sed cui vindicato nulli possit nocere. Aliter ser ptes inocuos dicimus. (Cun ctis vndamq; auramq; paten tē.) Ista enim cōmunia sunt. (Indecores.) Decus, decoris facit: decor, decoris sed hic in decor dicimus, hoc idē decus nō possumus dicere. Vñ indeco res, quum cōbreuis sit, aut sy

stole extrahit certe dicimus notatiū non inueniri, vt in multis nō minibus sit. Nā indecus lectum nō est, quod & melius est. Nā Sy stole in exēplis fieri non debet. Verecunde autē hoc dicit sua con iunctioe et ornari Italos. (Abolēbit.) Abolēbitur: & vsus est in choatiua forma, cum opus non esset. (Troiam.) Idest Troianos, (Fata per Æneā iuro.) Quē iam nouit Latinus; oraculois Fau niper quod audiuit, Externi venient generi. (Siue fide, seu quis bello eit expertus, & armis.) In his enim dextera comprobatur. (Vittas.) Quæ pendebant in ramo religatæ. Alibi, Et vitæ com pto voluit pretendere ramos. (Huc repetit.) Scilicet Dardanūs, Idest Æneas, qui & Dardanus vt diximus supra, vocabatur. (Erbene Repetit, non Petit, quasi sua.) (Ingentibus.) Delijs, quæ magna conitat fuisse. (Fortunæ parua prioris.) Bene medium te nuit. Nam ne laudare videretur ait Parua, ne deformare (nam du rū est aliquid ab infelicibus accipere) ait Fortunæ prioris. (Hoc pater Anchises auro libabat ad aras.) Pateram significat. (Hoc Priami gestamen erat.) Diadema dicit, nā sceptrum dicturus est. (Sacerq; tiasas.) Pileum Phrygium dicit. Et sciendum hic Tiaras per vsu, pationem dictum. Nam hæc tiana dicitur. Melius ergo Iuuenalis: Et Phrygia vesitur buccina tiana.

NONATVS.

(Dixerat: & dicta ill.) Licet ille interrogationem suam releuauit, offerendo Troianis, quæ fuerant perituri, tamen respondēdū omnibus fuit. Idcirco ilioneus hæc post latini dicta psecutus est: & quia principiorum solēntas non adeo necessaria videbatur in ea causa, in qua latinus ipse beneuolum se demonstrauerat. & plus q; optari potuisset, iam sponte contulerat, tamen non intermisit principiorum formam, nec in totum psecutus est: ait enī. Rex Genus e.) Hoc est enim principium, quod est breuissimum, si ver ba considerentur, si vero breuitas ipsius intellectus placeat con siderari, inueniemus late diffusum. Rex, inquit, à fortuna sum pta laudatio, quid enim felicitus eo, qui teneat regnum, qui popu los regat, qui condat leges, in cuius incolumitate constituitur omnium salus, qui redundet diuitijs, & qui omni honore atque

Afferimur, pulsi regnis, quæ maxima quondam Extremo veniens sol aspiciebat Olympo. Ab Ioue principium generis: Ioue Dardana pubes Gaudet auo. rex ipse Iouis de gente suprema Troius Æneas tua nos ad limina misit. Quanta per Idæos fauis effusa Mycenis Tempestas ierit campos: quibus actus vterq; Europæ atq; Asiæ fatis concurrent orbis; Audijt, & si quem tellus extrema refuso Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Diluio ex illo tot vasta per æquora vecti, Dijs sedem exigua patrijs, littusq; rogamus Innocuum, & cunctis vndamq; auramq; patentem, Non erimus regno indecores: nec vestra secretur Fama leuis, tantiq; abolefcer gratia facti; Nec Troiam Ausonios gremio excæpisse pigebit. Fata per Æneā iuro dextramq; potentem. Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis, Multi nos populi, multa (ne temne, q; vitro Præferimus manibus vittas, ac verba precantum) Et petiere sibi, & voluere adiungere gentes: Sed nos fata deum vestras exquirere terras Imperijs egere suis: hinc Dardanus ortus Huc repetit, iussisq; ingentibus vrget Apollo Tyrhenum ad Tybrim, & fontis vada sacra Numici. Dat tibi præterea fortunæ parua prioris Munera, reliquias Troja ex ardente recæptas, Hoc pater Anchises auro libabat ad aras. Hoc Priami gestamen erat, quum iura vocatis More daret populis, sceptrumq; sacerq; tiasas, Iliadumq; labor vestes.

authoritate præcellat. Genus egregiū, plus eē voluit nobile nasci, quā fieri. fauni, inquit, elegit vnum de omnibus lati ni patribus, cuius nomen infe rere laudi licet nominando ge nus egregium omniū, omnes eius tetigerat retro maiores ipsumq; faunum, qui fuit ex ipsis: forsitan quæretur. vnde ilioneus regens ad Italiam ge nus latini tam cito nosse po tuerit: mirandum non est, id facile nosse potuisse. quod in gressum domum regis in ipso vestibulo cōstat ingestum: in cipit iam post principiorū bre uitatem q̄stra narrare. sed non eo ordine, quo sunt proposita in quo nullum est vitium, in his enim hoc quæritur, vt om nibus tunc rogatis occurrat. (Nec fluctibus actos.) Quam cito & quā breuiter totum dixit. Venientes ad te, inquit, nec vis maior tempestatum, nec impetus maris inuitos im pulit: neq; error induxit. (Cō filio hanc omnes.) Voluntate potius nostra & vno omnium consilio communiq; tractatu ad hanc urbem sumus adue rti. (Pulsi regnis.) Nō potuit altitudinis moenium melius instar ostendere. sol enim cum exoritur, & adhuc in exordio mundi est, perindeq; in humi li nihil videt prius, nihilq; con tingit, nisi quod altissimū fue rit. Dixit laudem moenium ci uitatis suæ: quæ fuerant, quæ incolumia perdurabant. Ve

nit ad hominum prædicationem, quæ commendationis non ia ctantia causa interposita est, simul vt affinitatem latini cum sua suorumq; monstraret esse coniunctam, perindeq; ab eo alienos non esse, qui rogarent. quod ipsum non frustra prosequeretur apud eum, qui omnem vetustatis ordinem nosset, vsq; adeo vt seriem rerum latinum docentem ante momentum audisset. (Ab Ioue. pr. ge.) Plus ilioneus dixit, quā latinus, latinus, quippe di xit, Dardanum ex Italia genitum dedisse originem teucris. Ilio neus vero ait, Iupiter nostri author est generis, quod adeo lauda bile fuit, vt hoc interim repetisset, dicens. (Ioue. d. p.) Ecce & ter tio. (Rex ipse Iouis.) Confirmandæ veritatis causa eandem rem non semel, sed secundo & tertio. repetiuit, nominans Iouē, quo nullus potior esset Iupiter, inquit, caput est generis nostri. Ecce non recusat, Dardanum, sed posterioris hunc temporis dixit, & non à Dardano cœpisse Troianorum genus, sed à Ioue, qui esset dijs omnibus notior. deniq; addidit Ioue auro gaudet posteritas Dardani, quem Latinus dixerat ex Italia profectum ad Troiam. Et quia in omni genere Troianorum nullus potior fuit, solū eum frequentem nominat, de cæteris tacet: & immortalat in nomine Dardani, quem Latinus veterum fabulis recognitum habuisse te status est, sed strictim trāsit, quum vero venisset ad nomen regis sui, quem proculdubio cæteris meliorem debuit demonstrare, ait. (Rex. i. i. de. g. i.) Supremam sic dixit, quomodo ait, tu sangui nis vltimus author, vt enumeratione maiorum ipse videatur in fine. Proximior tamen dixit Æneam Ioui, q; ceteros, quoniā Iouis nepos fuit. (Troius Æneas tua nos ad limina misit.) De buit hoc loco subiungi causa, propter quam missi fuerat, sed cau sam causæ primo subiecit: vt procurata miseratioe facilius, quod optabat, eligeret. Idcirco dilata petitione subnexuit. (Quata per Idæos.) Quæ calamitas oppresserit Troiam, ex ordine fuerat referendum: vt posset ex duris aduersisq; moueri miseratio: sed remouendæ fuerant moræ, vt mature posset effectus legationis impleri. vtranc; igitur temperat partē, vt tangat hæc, nec tamen in ipsis diutius commoretur, vsus cōpendio relatiōis: & eo, quo Virgi.

in iorem miserationis moueret affectum. quicquid enim non ta-  
 cet fama, & quod ad coeli partes & ultra oceanum perferretur, constat  
 esse firmissimum. Bona quippe vel aduersa pro qualitate sua habet  
 famam: & magis mala quam bona. Ait igitur Ilioneus, quid repetat  
 postorum malorum contentum? quomodo tempestatis illius violentia  
 acerbitatem in infandam famam referente confidam tuis auribus co-  
 gnitam? cum ad hanc partem, ad finem quoque mundi, & ultra siderum  
 metas credam peruenisse. clades tamen ipsas ex eo metire, & quid  
 emerferit conspicientibus duabus orbis partibus Asia, & Europa.  
 Diluio ex illo. Non dixit bello, sed diluio: bello quidem conse-  
 cto aliquid superat, quod superioris temporis initia monstrando  
 testatur. Post diluuium vero nihil remanet sed quicquid inuenit,  
 tollit. Tot vasta per. v. Post calamitatem grauissimam belli  
 deterior nos casus excepit. nam sensimus maria & grauiam & lon-  
 ga, nec vnus tantum, sed plurimorum littorum loca nouimus,  
 ecce necessariam miserationem. quis. n. non doleret de his, quos ex  
 superiore imperii culmine fatiens fortuna deiecit? dehinc mira  
 postendi arte ipsam petitionem inducit, ostendens negandam non  
 esse facilem vero commodamque praestanti: quod in orationibus  
 suorum necessarium est, quoties aliquid postulamus. Dicit, in-  
 quit, sedem exiguum patris. Ecce & modicum quid petit, & diis  
 concedi postulat sedem, hoc est templum. vbi cumq. n. deorum simu-  
 lachra fuerint, templum est: & ostendit sacrilegium esse, si illis se-  
 des vel maxime exigua denegetur, quanta laude talis petitor di-  
 gnus: quantum pius & religiosus inuenitur? qui omnia hominum inte-  
 rim causa, diis premitus, quos secum Aeneas aduexerat, desiderat  
 prouideri? si tamen agendi arte consyderemus in vna petitione  
 inuenimus & altera. quum. n. dicitur, deos esse patrios, quis nu-  
 minibus tribuat sedem cultore despecto? unde eo res redit, vt deo  
 facta commemoracione etiam hominibus sedes latenter postulata  
 videatur. illud tamen, quod ad homines pertinebat, nec onero-  
 sum fuit, nec aliqua ratione difficile. Littusque rogamus. In. Quid  
 tam humanum, etiam simplex? morari velle in littore? nullius mo-  
 lestia pati? nulli onerari presentia peregrini, vti aura, qua omni-  
 bus praestitit rerum natura comem, & habere aqua perennis copia,  
 quae nec sit detrimenta cum tollitur de sinu fontis aut de cursu flu-  
 minis rapitur? Non erimus. r. i. Superbum & arrogans fuit di-  
 cere, ornabit te societas nostra, tentauit dictum, & ait non tales su-  
 mus, vt pudeat te in amicitiam suscepisse Troianos. Nec vestra  
 fe. Nec pro leui ducimus, quicquid in praesenti praestiterit. Tan-  
 tium ab. g. f. Aut istiusmodi factum aliqua ex nostris sensibus de-  
 terget obliuio. Nec Troiam au. g. Gratulabantur Ausonij, nos  
 sibi amicitiae federibus esse coniunctos. hoc genere commodius so-  
 re generaliter spondet. specialitas enim si designet futuri tempo-  
 ris spem, fieret leuior, in infinito vero promisso plus sentitur, quod  
 potest exhiberi. Post multa, quae suadenter locutus est, adhibet iu-  
 ramentum cum laude regis sui dicens. Fata per Aeneas iuro. Laudat  
 quoque eius fidem quae vel maxime negotio nouae amicitiae  
 & firmitatis foederis fuerat necessaria. Ecce addit aliud, quod  
 ostendat concedendi necessitatem, & meritum petentium cumu-  
 let: dicit enim. Multi nos populi. Multi populi rogauerunt  
 nos volentes sibi adiungi societatem nostram: nec dixit qui, nec  
 dixit quanti: vt quod afferbat extolleret. Multum hic suspen-  
 denda pronunciatio est: quoniam interpoluit rem necessariam,  
 & ne contempnas, inquit, personas supplicum, quia vltro veni-  
 mus preces tibi fundentes: rogauerunt enim nos multae gen-  
 tes, & voluerunt nos multi populi sibi coniungi. Tractatus hic  
 magnus est, vt credibile fiat, quod non poterat credi. Centes  
 enim plures, plurimi populi, quos nulla quaerendorum auxi-  
 liorum necessitas cogeret, quando poterant aliorum adminicu-  
 lum quaerere? nisi quia muniri fortiore manu & meliore accessu  
 ornari cupiebant? Vnde quia potuit dici, si rogati estis, cur non est  
 factum, quod petebamini, & supplices nunc esse maluistis: huic  
 parti mox occurrit dicens. Sed nos fata deum vestras exquire-  
 re terras imperij egere suis. Dimissimus, inquit, compendium  
 nostrum, & commodum remanendi, & rogates non spreuimus,  
 sed deorum iussa, quibus ad has terras agebamur, praepionda  
 credidimus. Haec dicendo nonnullum metum ingerit audien-  
 ti, ne auderet negare, quod promiserant numina. Hinc Darda-  
 nus ortus, Huc repetit. Nec nos, inquit, huic existimes nouos  
 venisse: sed Dardanum remeasse cum suis: nec incognita petere,  
 sed repetere originem nostram. Iustusque ingerit. Apollo  
 haec fieri iussit, & sui autoritate nominis cogit, & impulit pote-  
 state, vt quaereremus tybrim, & numici venerabile fontem. Mul-  
 tis generibus astruxit petitionem suam, rogauit, terruit, denun-  
 ciauit, inhumanum fore, si sperneret suos, sacrilegium quoque in-

cursum, si deorum iudicium refragatione violaret. Dat tibi  
 praeterea. Praeterea importune positum videbitur, quoniam ni-  
 hil fuerat antea datum, si intellectus multorum interpositione  
 consensu non referretur, huius igitur aperiendi causa narrationis  
 superiora repetamus retrahentes, quae narrationem diuiserunt:  
 Troius Aeneas tua nos ad limina misit, Dat tibi praeterea fortu-  
 nae parua prioris munera, reliquias Troia ex ardente receptas.  
 Ecce dictiois integritas, misit nos Aeneas, vt rogaemus te. pte-  
 rea dat tibi munera, ac ne personae suae, & eius, qui miserat contem-  
 platione ductus latinus vilia duceret, quae offerebantur: com-  
 mendauit Ilioneus non tantum specierum merita: sed eorum  
 quoque, qui his fuerant vsi, dat tibi, inquit, rex noster, quae manen-  
 te fortuna Troiani imperij fuerunt parua. haec enim sola de  
 dio cripi potuerunt. In maiore enim vi, cessante eligendi arbi-  
 trario, quod potuerit rapitur, paruae ergo fuerunt ante interitum  
 Troie, nunc pro magnis offeruntur: quod paruum dixit, fatiat di-  
 cendo, reliquias esse. Dat, bis accipitur, dat munera fortunae prior-  
 is parua, dat reliquias Troia ex ardente receptas. Hoc praeter  
 Anchises. Et si non satis haec, inquit, magna per se sint, pro magnis  
 tamen accipi meruerunt, vel quia in vsu talium virorum fuerunt,  
 & videtur hoc hominis fuisse: vel quod Aeneas pater habuit, & so-  
 cer gestauit, id transiret ad eum, qui loco patris futurus esset, &  
 socer. Certe quanta fuit mentis gratia: illud dare, quod carissi-  
 mum & religiosum parentibus fuit: ipso ait, vt batur Anchises  
 cum diis vota persolueret, ac per hoc libenter accipi debet, quod  
 fuit in obsequio numinis. Illud vero quod gestamine fuisse Priami  
 dictum est, ne omen traheret ex persona hominis lapsi & eius, qui  
 interisset cum imperio suo, addidit tempus, quo Priamus floruit dices.  
 Vbi fuit maior dignitas in speciebus muneris, hoc est in sceptro & tiara. Sceptrumque, sacerque tiaras. Debit  
 dici. Sceptrumque sacrumque tiara, & sic simpliciter ponere: quod  
 ne sit vitium sic ordinemus. Hoc Priami gestamen erat, & dicitur,  
 quae fuerunt in gestamine. Sceptrum, inquit, & facer tiaras, & erit  
 integra locutio, fuit ergo gestamen sceptrum & tiaras in vestibus  
 Iliadum foeminarum. Labor specialem designationem tenuit. haec  
 aut, quae fuerunt manu Iliadi factae, perinde, quae essent meriti le-  
 uioris, sub generalitate latere debuerunt: licet commemoracionis sui-  
 set, quod ait. Et vestes nostrarum mulierum labore consecras. Tiaras  
 dixit pyleum, quo phryges vtuntur, quae celebrant sacra, inde sacrum  
 dixit: quia quod ad sacra attinet, sacrum est.

A SCENS PVS.

Dixerat, &c. Recitat argutissimam Ilionei responsionem quae in  
 genere delibatiuio versatur. bene aut Ilioneo, qui ex Mercurio  
 ortum habet, facundia attribuitur. Est enim facundiae deus, Mer-  
 curius in vnde Hora. Mercuri facunde nepos Atlantis: praetendit  
 autem captare beniuolentiam Saturni, ex eo quod diis auctori-  
 bus, & satis iubentibus, in Italiam venerint: vnde originem tra-  
 xerunt. De hac re dicit Dona. sic. Rex genus egregium. Quom-  
 do ostenditur Ilioneus? nempe ex simulachris quae erant in vesti-  
 bulo. Breuissime autem amplectitur, quae cunctis dixit Latinus: nec  
 potuit in tanta breuitate magis extollere genus Troianum. Plus  
 dixit, quam Latinus. Ille enim Dardanum ex Italia venisse, hic vtrique generi ab Ioue principium esse demo-  
 strat: & confirmandae rei causa, sem sepius repetit. Suprema.  
 Vt enumeratione maiorum ipse videatur finis: propinquior cau-  
 sa ostenditur Aeneas, qui ante pos erat Iouis. Quanta. Vt com-  
 miserationem concitaret, narrandae erant calamitates: sed remo-  
 uendae erant moere, vt quae primam legationem exponeret. ergo bre-  
 uiter illa tangit. Diluio. Non bello. Nam ex bello, aliquid rema-  
 net. Ex diluio vero, nihil. Na oia tollit. Tot vasta. Post calami-  
 tate belli, durior casus nos excepit. Dicit sedem exig. Facile, &  
 honestam petitionem ostendit. Ex commemoracione autem deo-  
 rum, etiam hominibus petere videtur. Nam numinibus praebent  
 sedes cultore neglecto. Littus. Vt demonstrat, quod ad homines  
 pertinet: nec difficile, nec onerosum. Non erimus indecores. No-  
 luit dicere, ornabimus regnum: ne sit arrogans. Lewis. Nec pro-  
 leui ducimus, quicquid praestiterit. Fide. Laudat fidei: quae ne-  
 cessaria est in societate regni. Haec ille. Quare ergo Dona. vnde  
 Ilioneus scierit Latinum esse progeniem Fauni: & purgat. sed fa-  
 tis frigide: vnde malim dicere Troianos, plusque ad regem mitteren-  
 tur disquisuisse, qui sit, & quo sanguine cretus: na moris est ora-  
 toribus parata habere orationem: in qua reges, a genere, a gestis,  
 a virtute, a fortuna, a forma, alijsque laudent. Disquisuerunt aut,  
 qui exploraturi missi erant per diuersa vt scirent quae loca, & qui  
 eorum

eorum habitatores sint: unde si fluminis, & Numici nomina, didicerunt ab incolis: potuerunt & regis genus discernere, sed ne multus cōtendamus. Ordo talis est. Dixerat. i. Latinus & Ilioneus facundissimus. i. inter oratores: sequutus est voce. i. an probauit sermone dicta. i. Latini sic: aut sequutus est voce: loquutus est statim post dicta Latini sic. O rex genus egregiū Fauni. i. illius dei: nec hyems id est repressas: atra. i. caliginosa, & nubilosa: subegit nos actos fluctibus. i. nō subacti sumus fluctibus, tempestate cōmotis, succedere vestris terris. i. subintrare vestras terras: nec sydus aut litus se sellit nos regione. signota vig: sed sup. nos afferimur omnes, hāc urbem. i. ferimur ad hanc urbem: consilio. i. deliberatione certa, & animis volentibus: quod dicunt, deliberatis: afferimur (dicit) existentes pulsi regnis, quae sol veniens olympo extremo id est a prima parte coeli aspiciebat quondam. i. olim maxima. i. potentissima, & opulentissima: hoc est, pulsi a regno Troiano. Principium generis, sup. nostri: est, sup. ab Ioue: pubes Dardana. i. a Dardano orta, Troiano gaudet Ioue auo: quia fuit pater Dardani: & ipse rex Troius, Aeneas existens de suprema. i. summa gente Iouis, misit nos ad tua littora. Quanta tempestas. i. perturbatio bellorum, est ista Mycenis. i. patria Agamemnonis: vrbe in Peloponneso: saeuis. i. immanibus, propter principem eorum ierit. i. debacchata sit: per campos Idæos. i. Troianos: & quibus satis actus. i. impulsus: vterq; orbis, id est vtriusq; pars mūdi, & Europæ, & Afri: id, sup. ad h. i. simul: is, sup. si, sup. quis est, quem tellus extrema. i. remotissima: submouet. i. separata a nobis, Oceano. i. p. Occani: refuso. i. refuso. i. quem separata a globo terræ, mare oceanum interfluit: ut si qui fuerit in Britannia partibus: nō enim dicitur ab hoc mundo separati: unde in Buccolic. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. & is, sup. audij: si, sup. quis est: quem plaga. i. regio solis iniqui, id est nimium vehementis, & torrentis: extenta in medio quatuor plagarum, hoc est quinta, quæ amplissima in medio terræ: & torrida semper ab estu, & vtriusq; habet duas: vnam temperatam, & vnam frigore inhabitabilem: si quis ergo est, quem plaga illa, id est zona torrida: dirimit. i. separata a nobis, quia cum torrida zona sit impertransibilis, dubitatur an quisquam in terra habitabili habitet: ab hīs inquam dubitatur, qui credunt omnes homines ab vno ortos: si quis tamen, aut vltra torridam zonam sit, aut extra mundum in insulis Oceani constitutus: is (inquit) iam audiuit commotionem Troiani belli, quasi dicat nō esse mirum, si Latinus audiuerit de Troianis loqui. Nos vestrū ex illo diuino. i. bellorum inundatione, aut incendio: per tot vastā. i. valde ampla aquora: rogamus. i. petimus: dīs patris sedem exigiam: & litus, id est extremam terræ: innocuum. i. in quo nos innocui habitemus, & rogamus: vnam & auram. i. aërem, hoc est cōmunionem aquarum, & aeris patentem cunctis: est ergo omne bellum pro terris: nam ignem attingere nequimus, nisi sit in terris. Nos non erimus indecoros. i. ad dedecus: regno, scilicet vestro: nec fama vestra feretur leuis. i. parui momenti, ac ponderis: ve, p. vel, gratia tanti facti: non, sup. aboleset. i. in obliuionem, aut obliuionem ibit: nec pigebit Aufonius accipisse. i. quod ipsi acciperint: gemio. i. receptaculo terre fug, Troiam. id est Troianos, qui Troiam nouam extruant. Ego iuro per fata Aeneæ, quæ. i. impulerunt ipsam Italiam petere: & per dextram Aeneæ potentem: si ue quis est expertus, sup. eam, aut eum: fide. i. periculum fecerit de fide eius, seu bello, & armis: hoc est, qui potens est, & fidem setuare, hīs qui ipsum beniuole susceperint, & acerbellum i ferre hīs qui eum repulerint per virtutem: ergo dextre eius iuro (inquit) quod, sup. multi populi, & multe gentes, petiere, & volere nos adiungere sibi: ne temere contempnas: igitur. i. id dico, ne for-

te contempnas nos: quod nos praferimus vltro, manibus. i. nostris. i. ante nos: vittas. i. ferta, adligata ramis oliuae, quos i signū pacis praeferebant: & verba praecatum. i. humilem orationē, more supplicantium. i. ne iō, quia humiles, & pacifici accessimus ad te nos contēnat: quia, quod a te petimus, multi vltro obtulerunt: sed fata deum, id est deorum: egerunt. i. coegerunt nos, suis imperijs & exquirere vestras terras: quia Dardanus. i. auctor generis nostri: ortus est hinc, id est ex his terris: & Dardanius, scilicet Aeneas, qui & Dardanus dictus est: aut qui de sanguine Dardani repetit huc, id est ad has terras, in quibus nunc sumus: & Apollo vrget, id est constringit, manere ingentibus iussis. i. suis. hoc est, Delij oraculis: ad Tybrim Tyrrhenum. i. qui inluit ad mare Tyrrhenum: & supple ad (non enim bis ponitur ad, in textu) sacra vada fontis Numici. Praeterea, scilicet rex Aeneas, dat tibi parua munera prioris fortunæ, scilicet, respectu prioris fortunæ, scilicet reliquis receptas, ex Troia ardente: quod addit, ne propter proditionem putaretur a Græcis accepisse Anchises, pater, scilicet Aeneas: libabat, id est libare solebat ad aras: hoc auro. i. hoc poculo aut alio vase aureo: & id dicens, offerebat vas aureū. Hoc, scilicet quod tibi nunc praesento: erat gestamen, id est ornamentum Priami, quum. i. quando: daret more. i. & ex consuetudine populis vocatis. i. kalendis. adluit ergo ad morem Romanū, iura. i. edicta, & leges: & erat (inquit) gestamen. i. sceptrum in manu, & Taras. i. pileus Phrygius: facer. i. quo in sacris utebat, & vestes labor Iliadum. i. aut mulierum, acu pingentium: aut Phrygiorum, qui acu pingunt vestes regias & sacras.

## P I E R I V S.

(Vestris succedere terris.) Sunt & qui, testis, legant. Codices tamen emendatōres, terris, plurimum habent. Concurrerit orbis. In Romano codice concurreret, habetur: siue familiari vitio, i. mutarit in e, siue vel tunc auditum dicat, quum res gereretur: vtriusq; autem magis placet, concurrerit, perfecto preterito. Audij & siquidem tel. extre. refuso Submouet ocea.) Praeterebo, audit, vnicō, quod pro duplici oblongiore nota scribi solitum est. In Romano codi. siquam, legitur foeminino genere: vbi intelligendum esset, terram, aut plagam. Sed enim virili genere melius. Bello est expertus.) In Medi. absq; verbo est, legitur: si ue fide, siue quis bello expertus: & armis: in qua lectione, pentimemeri ratione cesare produceretur. Vittas, ac verba precantum. In cod. plerisq; veteri. legere est vel, & vel, ac verba precantia: hypermetro veru. In aliquo vero alijs satis inemēdate, Praefimus manibus. Vittasq; precantia verba. Nam quum, precantia, omnino legeret, neq; hypermetrum agnosceret, ita carmen interurbare sunt adgressi. Quonia vero nō temere credēdū tot in cod. precantia, scriptū esse: eā ego lectionē minime rececerim. Sane vero in colloquijs de pace, precari verba dicunt: vt illud apud Liui. libro. x. de secun. bel. Puni. itaq; infecta pace, ex colloquijs, quū se ad suos recepissent, frustra verba precata renunciant, armis decernendum esse. Precata. n. in vete. co. habet: qd in vulgatis, pacata, substitutū est. Impijs eger suis.) In co. aliquot anti, coeger, legitur: qd sorte coegere fuit. ut a suis: vt illud, Troiae ve opulenta deerit, & vir gregis ipse caper deerrauerat. Vtriusq; vero imperijs eger, castior mihi lectio videtur. Hinc Dardanus ortus, Huc repetit, iussisq; ingentibus vrget Apollo Tyrrhenum ad Tybrin, & fontis vada sacra Numici.) Quia pleriq; iunt, q vel Neuis ex Romano presertim cod. requirunt, subiicienda ex eo lectio est, quæ mihi minime probatur. Hinc Dardanus ortus Huc repetit, iussisq; ingentibus vrget Apollo Tyrrhenum, & Tybrin & fontis vada sacra Numici.

## S E R V I V S.

(Obtutu tenet ora.) Ordo est, Latinus defixa tenerora: & obtutu, id est intuitu solo haeret immobilis. Intentos voluens oculos. Cogitantis est gestus: sic de Boccho Sallustius, Vultu & oculis pariter arque animo varijs. Regem picta mouet. Quippe regem, & in purpura labor Iliadum. Portendi. Porro tendi praedici, significari. Paribus auspicijs. Pari potestate. & tractum est ex comitjs,

Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus  
Obtutu tenet ora, soloq; immobilis haeret,  
Intentos voluens oculos, nec purpura regem  
Picta monet, nec scepra mouent Priameia tantum,  
Quantum in connubio nate, thalamoq; moratur,  
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.  
Hunc illum satis externa a sede profectum  
Portendi generum, paribusq; in regna vocari  
Auspicijs: hinc progeniem virtute futuram  
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.  
Tandē latus ait. Dij nostra incepta secudent, LATI.  
Auguriumq; suum dabitur Troiane quod optas,

## P O E T A

mitijs, vt diximus supra.  
(Dij nostra incepta secudent.) Antiquo more locutus de publicis rebus, id est pace & nuptijs filiae: facit ante deorum cōmemorationem, sicut etiam in omnibus Catonis rationibus legimus, Hinc est in diuinatione, Si quid ex aliqua vetere ratione, Iouem ego optimum maximum. Ipse etiam Virgilius, Praefatus diues folio rex infest ab alto. Augurium.) Propter quæ dicta sunt. Qd optas. Id est pax. Nec sperno.)  
Quia

Quia dixerat Fortunæ par-  
ua prioris Munera. Et est Li-  
protes, id est Libenter acci-  
pio. (Vber agri.) Vbertas.  
Alibi, Pecoriq; & vitibus al-  
mis Aptius vber erit. Et è ma-  
ior petitione pmissio. Nā illi  
tantū littus petierant. Pacis  
erit.) Fœderis: ab eo qđ sequi-  
tur, id qđ pcedit. Tyranni.)  
Græce dixit, id est regis. Nam  
apud eos tyrāni & regis nulla  
discretio est: licet apud nos in  
cubator imperii, tyrannus di-  
catur. Sane apud Græcos hic  
& hæc tyrannus declinatur.  
Est mihi nata, Male multi  
arguunt Virgilium, qđ Latinū  
induxit vltro filiā pollicentē.  
Nec oraculū cōsiderantes, qđ  
Italo dari nō poterat, nec Æ-  
neæ meritū quē dicebat roga-  
ri. Nam antiquis mos fuit me-  
liores generos rogare. Sic Te-  
rentius, Hac fama impulsus  
Chremes, vltro ad me venit,  
vnicā gnatā suam. Hæsiōdus  
etiam περι τῶν γυναικῶν, in-  
ducit multas Heroidas optaf-  
se nuptias viroz fortii. (Sor-  
tes.) Abusue pro oraculis posuit, nam nō proprie dicuntur sor-  
tes. & hic à Fauno oraculum, non sortes acceperat. (Plurima  
cœlo mōstra sinunt.) Aut per augmentū dixit: aut & alia visa in-  
telligamus, nam duo, nō sūt plurima. (Hoc latio restare canūt.)  
Hoc Italiā manere significant. Nam si dicimus, hoc mihi restat,  
id est manet me illa res. Mens augurat.) Auguro dicimus scdm  
Pliniū, cum præfagis mentis futura colligimus. Auguror vero  
tunc, cum futura veris captamus augurijs. (Numero omni.) De  
trecentis. Et perite: nam in legione nō nisi trecenti equites erant,  
qui hēbant sex millia viroz, per qđ ostendit vnā habuisse legione  
Latinū. Vnde & alibi, Trecentū iurati oēs, volēte magistro. (In  
præsepibus altis.) Multa nō ppter se, sed p illud dicūtur. Nam  
per præsepia alta, equoz magnitudo monstratur. Homerus, τῶν  
ὑπερπλοῶν, id est per longas vestes. (Ordine.) Pro meritis sin-  
guloz, Tapetis.) Tertio declinatur hoc nomen tapetū tapeti:  
templum tēpli. Vñ est his tapetis hoc loco. Itē, hoc tapete huius  
tapetis, vt sedile sedilis. Vnde est, Qui forte tapetibus altis. Extru-  
ctus. Declinatur & Græce ὁ τάπητος τοῦ τάπητος. Vnde ē, Pul-  
chrosq; tapetas. (Demissa monilia pendent.) Suspendēda p nū-  
tatio est: & ambitus maior est. Nā monilia nō nihil noīum dici-  
mus: quæ nūc ad laudē pro phaleris posuit. (Patri quos Dæda-  
la Circe.) Ingeniosa: & hoc fingit eum fecisse. Tractum aut est de  
Homero, qui tales equos habuisse inducit Anchisen. Et bene est  
cōpositum ad illud quod supra ait, Troiæve opulētia deerit. Vt  
Troianis nihil de prisca rerū copia abesse videatur. (Gentem) au-  
tem de equis abusiue dixit, quod est hoīum propriū. (Nothos.)  
Materno ignobiles genere. Est aut nomen hoc Græcū. Nam La-  
tine quēadmodū dicitur non est.

DONATVS.

(Talibus ilionei.) Talia quidem ilioneus psecutus est. & q̄ ha-  
buit, obtulit munera: sed Latinū talis animi intētio tenuit, vt pre-  
ter terram nihil attenderet more, sc̄ cogitantū. oculi. n. spari per  
multa trahunt quoz aīum secū: quę res verum consiliū non pō-  
test reperire. Dirigunt igitur oculi in terrā, & colligitur mētis in-  
tētio ex cōtinuatione tractatus, ac quæsitus repx exitus inuenit:  
multi hic faciunt q̄onem dicentes, si intentos, quare voluens? qđ  
toto cogitationis ipatio imobiles oculi teneri potuissent. qđ est  
cōtra naturā. certe & illud sentiendum, qđ tacitū cognitiō  
est mouere oculos cum animi æstus per diuersa reperiuntur. ita  
quo ierit redieritq; animus, oculoꝝ signis cōsuevit ostendere. In-  
tentos ergo oculos latinus habuit, & solam terrā intuebatur: nō  
cōsiderans qui, aut quę obtulisset. non enim regem rebus oibus  
redundantē mouerant munera. quę potior causa in aliam duxe-  
rat partem. Cogitabat quippe spem conjunctionis vnicę filiæ &  
eius, quę post orbitates plurimas sola superat seni. considerabat  
portenta, quę videbat in examine apum. in capite quoq; ipsius  
filiæ

Munera nec sperno, non vobis rege Latino  
Diuitis vber agri, Troiæve opulētia deerit.  
Ipse modo Æneas (nostri si tanta cupido est,  
Si iungi hospitio properat, sociusq; vocari)  
Adueniat, vultus nē ve exhorrescat amicos.  
Pars mihi pacis erit dextram terigisse tyranni.  
Vos contra regi mea nunc mandata referte.  
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ  
Non patrio ex adyto fortes, non plurima cœlo  
Monstra sinunt, generos externis affore ab oris:  
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum  
Nomen in astra ferant: hunc illum poscere fata,  
Et reor, & siquid veri mens augurat, opto.  
Hęc effat, equos, numero pater eligit omni. POETA  
(Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.)  
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci  
Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.  
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,  
Tecti auro, suluum mandunt sub dentibus aurum.  
Absenti Æneæ currum, geminosq; iugales  
Semine ab æthereo, spiranteis naribus ignem,  
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe  
Supposita de matre, nothos furata creauit,

filię, qđ innoxius ignis inuase-  
rat, flamas errasse. tractabat  
vatis quoq; sententiam, qđ di-  
xerat. Externum cernimus ad-  
uentare virum, & partes pete-  
re agmen easdem partibus ex-  
istidem, & summa dominaret  
arce. non minus cōmouebat  
patris sauni respōsa, qui ceci-  
nerat. Ne pete cōnubijs natā  
sociare latinis, O mea p̄gēs,  
thalamis neu crede paratis,  
Externi venient generi, qđ san-  
guine nostrum. Nomen in astra  
ferant. Interea quum in vno  
esset vultus obtutu, quū solū  
tantūmodo intueretur, quum  
tractaret cōmodum filię, quū  
portenta ac respōsa perpen-  
deret, arbitrabatur. (Hunc il-  
lum satis.) Omnia, quę cecine-  
rant vates, & quę condolens  
respondisset sanus, occurre-  
bant latini tractatibus: nec ita  
nis apud eum snia fuit, ipsum  
esse externum, ipsum generū,  
ipsum, qui res italas florenti  
progenie maiorem numerū  
fuisse aucturus, possessurus  
quoq; orbis imperium con-

poris simul animiq; virtute: Tandem letus ait.) Supra di-  
xit obducto eum vultu fuisse cum cogitaret: dehinc tamen cum  
optatos ac secundos exitus repperisset, ostendit lætum protu-  
lisse, quæ volendo discusserat, tandem quod ait, monstrauit  
eum diu in tractatibus imoratum, in causa n. tali non deberet in-  
ueniri præproperans: lætus ideo, quia sperabat prædicta super  
votis filiæ esse completa: Dii nostra ince, secun. Au. q. s. qđ ma-  
gnopere desideramus impleri, cōmendamus dijs, in quozum po-  
testate sunt, quæ inter homines aguntur. ideo sic coepit. Dii tantū  
coepis nostris faueant: hoc est his, quæ continent tractatibus  
nostris, hoc potest pertinere ad nuptias filiæ, super quibus tacitū  
habuit tractatum, ideoq; non debet cæteris esse coniunctum, vt  
quasi respōsionis ad ilioneū inde sumatur initium. melius est, n.  
vt id dixisse videatur: tunc demum ad ilioneū ipsum clarā diri-  
git vocem, dicens: Dabitur tro. quod optas. Respōsione modi-  
ca totum complexus est largiturum se, quod fuerat postulatus.  
Troianum appellauit, quia nomen gentis solum nouerat: ilioꝝ  
neum dici nesciebat. (Munera. n. sper.) Hoc loco melius probas-  
tur ilioneum non pro merito æneę, neq; pro merito latini mu-  
nera obtulisse, quum ipsum latinum inqueat dicentem. Munera  
nec sperno, videtur enim dixisse, nec spretis apud me pro merito  
vestrorum munerum fore, quæ iccirco accepi, ne arbitremini in  
eorum reiectione, amicitiam quoq; vestri nominis esse despectā.  
Hoc qui melius cupit aduertere, ad oblationem ipsorum mune-  
rum redeat, & inueniet ilioneū in legationibus perficiendis præ-  
batissimum dixisse, quę offero parua sunt, quum in suo statu for-  
tuna troiana consisteret. verum quia potiora perierunt, sume, in-  
quit, non quod es meritis, sed quod potuit liberari de flammis.  
interea, quia ilioneus perisse oēm substantiā troianorū dixerat,  
& munerum qualitas angustias indicabat: ait latinus, munera ve-  
stra non rejicio. cæterum si egeret alieno, diceret, vt in vsu est ho-  
minum, bene me accepisti, addidit tamen ipse liberalitatis infini-  
tę promissum. optimus quippe largitor plus debuit offerre, qđ  
fuerat postulatus, & sponte ingerere, qđ troiani per verecūdiam  
prætermiserant. Ait ergo. Non vobis rege latino. Me, inquit,  
latino regnante nihil vobis deerit, intatum vt arbitremini ex tro-  
iana opulētia nihil vos fortuna sequente perdidisse. Pulchre adie-  
cit, me regnante, quonia longuus fuit, & memor esse debuit hu-  
manæ conditionis, cui omnes etates subiectę sunt. (Ipsē modo  
æneas.) Ipsē quoq; veniat rex vester, si amicitiam nostram, & so-  
cietatem desiderat libenter amplecti. Et si inter initia venire du-  
bitaret nihil de nouitate præsumens vultum suum non denegat  
nobis, quoniam ex præsentī tempore amici esse iam coepimus.  
(Pars mihi pacis erit.) Donec maior fœderis accedat autoritas,  
quæ pacem plenissimā firmet, non perhorrescat amici sui con-  
spectum. auspicietur dexterarum concordiam, quia pars pa-

eis est dexteris inter foedera conuenisse. Tyrannorum nomē posterioribus seculis infamatum est. nam reges etiam hoc nomine dicebantur. nam & de pygmalione sic dixit, quibus aut odiū cruce deie tyranni, aut metus acer erat. Ecce & illum tyrannum dixit: quem constabat regē fuisse apud tyrum: Vos contra regi. Vt dictum supra est & tyrannum dixit aenā & regem, more scilicet veterum, qui reges etiam tyrannos vocabant. Omnia autem respondendi studio cum protulisset, atq; ea compleisset, voluit etiā ipse mandata transmittere. atq; illa proferre, quae ipsius deliberationem longo tractatu tenuerant. Est mihi nata. &c.) Habeo, inquit, filiam: quam consensu oīum numinum incolis vel ciuibus prohibeor dare. iisdem respōsis & augurijs gener externis ab oris ostenditur, per quem progenies mea possit ornari. sic in tempore venistis, vt arbitrer ipsū promitti filiā. quod si ita est, & mentis errore non ducor, & opto & cupio illi coniungi. verecundia oblatio & aduersus exprobrationē omnem satis munita. nec in hunc locum contineret terentiana sūa, qua dictum est. aliquid monstrū alunt: & quoniam nemini obrudi pot. itur ad me. & reuera quum quis offert filiā suā, cauere debet, ne in suspitione cōtraria veniat, quod ne latino occurreret, non aperte detulit filiā, sed indicauit, quae signa oblata sint super eius coniunctione pficienda. quidue ipse quum patrē consulisset audivit. nec crīs esse arbitratū est, si profiretetur sibi placere deorū iudicium, cui resisti non posset. quū potius & lætari debuit nuptias filiā suā dñs fauentibus ordinatas esse. ecce vitauit obsecrationē, & in eo magis plurimum sibi dedit: nec ipse est autor, sed executor cupit esse diuinā sententiā. Si tñ eius verba considerentur, causae secretum protulit, ne forte ipse non esset, quē dñs prädixerant esse venturum. opto, inquit, magis ipsum esse q̄ alterum. Hoc loco illud quoq; tractandum est, quanta cura virgilius partes aeneae tueatur, et cōtra responsum vatis & fauni: qui dixerunt externū virum deberi lauiniae. Potuit. n. gneas non videri externus, qm̄ per dardanum vt supra cōprehensum est, italīs fuerat iunctus. Hanc igitur partē intelligit cōmunire ipsū dicendo esse externum, et sanguinis rōne separatum. deniq; sic superius posuit. Hunc illum satis externa a sede profectum. item in pñti generos externis affore ab oris, vt externi appellatio a terris potius q̄ tramite generis videatur exorta. Hęc effatus equos. Ex trecentis equis meliores deligi iussit. Oibus extemplo. Omnes. n. equites remeare debuerunt, nequis remaneret inferior, per ordinem dixit, ne aliquem preterisset regis honorificentia. Infratos orna alipe. Stratis ornatos alipedes tentum veloces, vt quum currendum his esset alas habere putarentur. Pictis. t. iun.) Ad similitudinem mulierum hñtes monilia, aut vere talia, qualia matrone. regis. n. substantia, quod quis imponeret, deesse nō potuit. Tecli auro. f.) Si aurum eos texerat, quae aureis saluariibus tenebantur, & monilia, vera debemus accipere. Mirum benevolentiae signū, quod suggerat temporis ratio, & meritum troianorū. qui. n. pedum la bore peruenerant ab opulento rege suscepti ad aeneam futurum generū, non quales venerant, remeare debuerunt. Absenti enee currum. Currum & bigam misit regi, quae fuerunt insignis honoris atq; virtutis. honoris vt ipso curru veclus cum dignitate veniret ad focerum, virtutis, quia equi & currus belloq; instrumēta sunt. datur equis ipsi meritum, ne rex in regno suo florentissimo positus leue quoddā misisse videretur aut vile, ei vel maxie, cui filiam dare cupiebat. Semine ab etherio ait, parum fuerat coelestes esse dixisse. addidit spirantes naribus ignem flatu suo, qui si gnificarent originē suam esse coelestem. naribus q̄pe emittebant ignem. Subiungit rōnem, qua confirmet eos fuisse ab aethero semine. Illorum de gente. Dēdalā dixit ingenti viuacitate polentem, qm̄ dēdalus in arte fabrilis peritissimus miris inuentionibus floruit. Circe ergo paternis equis matre supposita furtum fecit, vt coelestes illi essent qui ab ijs nascerentur. Inde ergo fuerūt, quos gneae latinus misit. nothi dicuntur, sicut in praesenti est positum, quos diuersa in vnum conueniens aialium natura ptulerit.

## ASCENSIVS.

¶ Talib⁹ Ilionei dictis, defixa Latinus Obtutu tenet ora, soloq; immobilis haeret, Intentos voluens, &c.) Docet cōmotum fuisse Latinum regem, ex sermone Ilionei: ex quo intellexisse videtur illum generum, quem fata prädixerat aduenisse: vnde, Tādem lætus ait, Dñs vestra incepta fecundent. Rñdet ergo beniuole, & donatos magnis muneribus remittit eos cum summa honorificentia: rogans, vt regem hospitio suscipiendum, adducant ea spe: vt illum, natā suā matrimonio copulet. De qua re dicit Dona. sic. ¶ Intentos ocu.) Quod est capientis consilium. Nam oculi, per diuersa vagantes, secum animū trahunt: & a fixa cogitatione

gitatione abstrahunt. Sed si intentos, quomodo voluens? quā tacitarum cogitationum, est mouere oculos: quū animi æstus per diuersa rapiunt: ita quo ierit, redieritq; animus oculorum signis ostendit. ¶ Tandem.) Post diuturnam cogitationem. ¶ Lætus.) Quia repererat felices exitus. ¶ Nostra incepta.) Quod magno pere desideramus cōpleri optamus. hoc optatum pertinet ad nuptias filiē, de quibus diutius cogitauerat. ¶ Quod optas Breuis: sed plenissima promissio. ¶ Troiane.) Nam nomen Ilionei ignorabat. ¶ Tyranni.) Hoc nomen posterioribus seculis infamatum est. Nam reges quoq; Tyranni dicebant. Est mihi nata verecūda oblatio: & aduersus omnem exprobrationem munita: ne forte illud dici posset Teren. Aliquid monstrū alunt: & quoniam nemini obrudi potest itur ad me. ¶ Opto.) Ad laudem aeneae. ¶ Infratos ostro. (Stratis purpureis ornatos. ¶ Monilia.) Ornati in formam mulierum. Mirū autē beniuolētie in Troianōs signum. Nam qui pedib; venerant, nō debebant ad futurū generū nisi equites, redire. Aeneae vero, mittit bigas honoris, virtutisque causa. Honoris, vt curru veclus ad focerum cū dignitate veniret. Virtutis, quia currus, & equi instrumēta bellorum sunt: & ne ad generum potentissimus rex, leue donum mittere videret, equos mirifice laudat. ¶ Dēdala.) Viuacissimo ingenio, vt Dēdalus fuit. Hęc ille. ¶ Ordo est. Latinus tenet talib; dictis idest propter tālem orationem Ilionei: ora defixa obtutu idest cum firmo in specu continuo deorsum, vt cogitabundi solent inspiciendo: & haeret idest inhæret per visum: solo idest terrae, existens immobilis: & voluens oculos intentos idest ipse intentus. Nec purpura picta scilicet auro, opera Phrygionum: mouet idest afficit, & delectat, aut sollicitat: tantū idest intantum: regem scilicet Latinum, quantum moratur in cōubio & thalamo natę: animaduertens scilicet aduenisse generum oraculis promissum: & voluit sub pedore fortem idest oraculum, aut responsum Fauni veteris. idest diu pro deo habiti: & ita magis credi voluit, sup. hunc, videlicet qui aduenerat, hoc est Aeneam: portendi satis. i. per fata significari: illum generum profectū a sede externa: & vocari in regna auspicijs parib; i. aut potestate pari, aut prouidentia, & fauore deorum: pari idest sufficienti ad negotium: & voluit, sup. progeniem futuram: hinc idest ex hoc viro: egregiam virtute: & quę occupet vitib; totum orbem: & ipse lætus, ait tandem. i. post longiusculā cogitationem: dñs fecundent. i. prospera faciant nostra incepta: & suum augurium idest qd suo augurio nobis significauerunt. O Troiane, id quod optas dabitur, sup. tibi: nec ego sperno munera. i. & libenter accipio munera, vt firmior sit amicitia, & hospitilitas: nec vber. i. fecunditas diuini agri: ve, pro vel: opulentia. i. plenitudo opum Troiae, deerit vobis Latino rege, i. quādiu Latinus rex erit: modo idest dumtaxat: facite vt ipse scilicet rex vester, & qui vos misit, Aeneas: si tanta cupido est nostri idest amicitie, & foederis nostri: & si properat idest festinat, iungi hospitio. i. iure hospitalitatis, adueniat, scilicet ad nos: neue idest vel non: ex horrefact vultus amicos. Nā pars pacis, idest foederis, erit mihi: tetigisse dextram tyranni. i. regis vestri: quia ois rex, olim tyrannus dicebatur: & id potius, q̄ quia in alieno regno, tyrannus censendus fuit externus rex: vos contra idest econtrario: & vicissim: referre nunt regi (ergo pro eodem accipit regem & tyrannum.) scilicet vestro Aeneae, mandata mea. Est mihi nata. i. ego habeo natam, hoc est filiam, quā iungere viro nostrae. i. Latinae, aut Italicę gentis, non sinunt. i. non permittunt: nec fortes. i. oracula, ex adyto. i. secreto loco patrio idest patris mei Fauni, illic oracula dantis, nec plurima monstra: celo idest per cœlum significata: vt de flamma, & apib; sed canunt. f. vates: aut canunt. f. monstra. i. indicant hoc, restare Latio. f. generos: affore idest affuturos esse: ab oris idest regionibus externis: qui. f. generi: serāt idest extollant: sanguine. i. propagatione, & cōmixtione sanguinis sui nostrum idest Latinum nomen in astra: ego & idest simul: reor. i. arbitror: & si mens augurat idest presagit idest aliquid: veri. i. veritatis: aut quod verū sit, ego opto fata poscere, hunc illum. f. nobis, iā saepe promissum generum. Ipse pater. f. Latinus: effatus. i. loquutus hæc, legit omni numero equos, quos scilicet illi daret centum: quia singulis, singulos. Tercentum. i. tercenti equi: nitidi idest coloris resplendentis cum candore, stabant in praesepibus altis: ergo & ipsi alti, & ita rex iubet extēplo idest illico, quia parati erant alipedes. i. equos, volucres pedes habentes: infratos ostro idest purpura, & tapetis pictis, duō Teucris omnibus idest ad omnes Teucros: ordine. i. per ordinem meritorum. Monilia idest ornamenta colloq; aurea. i. ex auro facta: pedēt demissa pectoribus. i. p pectora: & ipsi equi tecli auro. i. phaleris auratis, mandūt. i. mordent sub dentibus: aurū fuluū. i. frenū, aut lupatū, ex auro fuluo.

Et, sup. iubet duci Aeneæ absentem. i. ad Aeneâ absentem: currum & iugales. i. equos, iugo aptos: geminos. i. duos, aut æquales: ab semine ethereo. i. equorum solis ætherei. i. per æthera volantis: spirantes, id est afflantes ignem: naribus, id est per nares: de gente, id est genere, aut progenie illorum. sequorum; quos Circe deda la, id est ingeniosa: vt Dædalus erat (in effingenda presertim vacca lignea, in qua tauro inclusam Pasiphaen supposuit, & in labyrintho, & aliis.) creauit. i. procreari fecit: nothos. i. vt Galli dicunt, bastardos: & ex diuerso genere surata. s. eos. i. subripiens eos, patri. s. soli: de matre supposita. i. per matrem suppositam. s. equis patris, hoc est solis.

PIERIVS.

¶ Fauni volui sub pectore sortem.) In co. aliquot anti. voluens legitur:

legitur: quod vsq; ad verbum ait, protraheretur: id vero mihi ne quaquã facit. ¶ Externa sede profectum.) In anti. omnib. codi. ab sede. Et in aliquot, prouectum: sed syllaba repugnante, prima enim in prouehor longa est, Prouehimur pelago. ¶ Hinc progeniem virtute futuram Egregiam.) In Oblongo co. Vaticanæ bibliothecæ, & in Mediceo, Hinc aduerbium scriptum obseruauit. In reliquis omnibus, Hic: quod apte quadrare videtur, Hic potendi generum, Huic futuram progeniem virtute egregiam. Sed necq; inconcinnum est, Hinc legere. ¶ Sociusq; vocari.) In Rom. codi. & aliquot alijs anti. socius ve, legitur: quod magis placet. ¶ Instra. ostro alip.) Nō placet, quod in plerisq; legitur exemp. Instructos: quum æquos inferni dicatur, & stragula quæ dorso inferuntur.



SERVIUS.

¶ Donis, dictisq; Latini.) Equis: & pacis nuptiarumq; promissione. ¶ Inachijs sese referebat ab Argis.) Bene Inachijs. Non enim vna est Argos: fuit enim & in Italia, qua Diomedes cōdidit: q; primo Argi, ripa post Arpi dicta ē. Fuit & in Thessalia. Lucanus, Vbi no bile quondā, Nunc super Argos erat. Fuit & haud lōge ab Athenis, qd' à siti argos Dipfrion dictū est: apud quos erat magna societas inter eos qui vno puteo utebant. Vñ & fratras dixerūt ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ, q's tribus vocamus. Et notandū qd' vbi bonus sequitur euetus Troianos, Iuno remouetur: & cōgrue quasi numen inimicū, qd' pns posset nocere. ¶ Aurasc; iuecta tenebat.) Per elementū suūibat. ¶ Ab usq;.)

Talibus Æneadæ donis, dictisq; Latini, Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant.

Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis Sæua Iouis coniux, aurasq; inuecta tenebat, Et lætum Æneam, classemq; ex æthere longe Dardaniam, Siculo prospexit abusc; Pachinno, Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ, Deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.

Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.

¶ Heu stirpem inuisam, & fatis cōtraria nostris Fata Phrygum, num Sigeis occumbere campis? Num capti potuere capi? num incensa cremauit Troia viros? medias acies, mediosq; per igneis Inuenere viam, at credo mea numina tandem Fessa iacent, odijs, haud exaturata quieui.

¶ Quin etiam patria excussos infesta per vndas Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto, Absumptæ in Teucros vires cœliq; marisq;. Quid Syrtis, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis

usq;.) Abuscq;, & aduscq; vsurpauere dicimus. Prepositio. n. nec aduerbio iungit, nec ppositio. Vsq; aut, aut prepositio est aut aduerbiū. ¶ In fide re terræ.) Vt & Fidere nocti. ¶ Stetit.) Quod solet esse cogitantū. ¶ Fatis.) Volūtibus. ¶ Capti potuere capi? Cū selle dictum est. Nam si hoc temoreas, erit oxymoz. Dicit autē oia quæ cōtingerunt, non cōgisse, quia nō obserunt, Capti aut Capi sic dixit, vt & Cicero, Vt in vberima Sicilia parte siciliam quæreremus. ¶ At credo mea numina tandem.) Nec fatigata desisti: nec satiata requieui. ¶ Patria excussos.) Satis signate locutus est. ¶ Me opponere Ponto.) Plus est q; si diceret tempestates. Me autem per perisologiam ibres, tonitrua, tepestates.

temp:stas. Aut Scylla mibi.) Bene Mithi: ac si dice-  
ret, Etiam quæ per suam natu-  
ram solent nocere, me rogan-  
te, minime obferunt. ¶ Con-  
dunt Tybridis alueo.) Condi-  
pprie dicunt, qui sibi statuunt  
ciuitatem. Conduntur ergo,  
sedem stabilem locant. Saliu-  
stius, Parte cõditor orbis ter-  
rarum. Et sunt propria verba  
quæ nulla rone mutantur: vt  
faciendotes creati, virgines ca-  
pidicimus. ¶ Pelagi.) Propter  
illud, Sed terræ grauiora ma-  
nent. ¶ Mars perdere gentē.)  
Bene belli & vastationis quæ  
rit exempla i rebus huiusmo-  
di: sicut in primo, naufragy.  
Pirithous Lapitharum rex cū  
uxorem deduceret, vicinos  
populos Centauros, etiã sibi  
cognatos, & deos omnes ex-  
cepto Marte, ad conuiuũ con-  
uocauit. Vnde iratum numen  
imisit furorẽ, quo Centau-  
ri & Lapithæ in bellavenerunt.

¶ Antiqua genitor Calydonæ Diana. (Oeneus Calydonis rex de  
primitiis oibus numinibus sacrificauit excepta Diana: quæ irata  
apud immisit: qui cuncta vastabat donec a Meleagro occideret.  
¶ Cõcessit) aut ideo dixit, vt ostenderet minorã numina, nisi im-  
petrauerint, nocere nõ posse. Statius de Venere, Infandum mare  
cõcessit honorem. ¶ Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Caly-  
done merentes?) Hæc est vera lectio: sic & sensus pcedit, vt uterq;  
ablatiuus sit. Nam si Calydonæ legas, vitium erit, nec sensus pcedet.  
¶ Scelus) autem pro pœna posuit: ab eo quod pcedit ad quod  
segitur. Vt, Et scelus expendisse merentem. ¶ Quæ potui infelix.)  
Id est nocens, vt contra, Sis foelix, id est propitia: vt etiam dixi-  
mus supra. ¶ Implorare quod vsquam est.) Ac si diceret, etiã hu-  
milia. Quod autem Iuno vbiq; alieno vti introducit auxilio,  
physicum est. Natura enim aeris per se nihil facit, nisi aliena con-  
iunctione, ventorum scilicet, qui creat nubes & pluuias. ¶ Atq;  
moras tantis licet addere rebus.) Ostendit deos retardare posse fa-  
ta: non penitus tollere. Vt, Decemq; alios Priamum superesse p  
annos. Quæ autẽ dicit, etiam a Creusa dicta sunt, vt, Regnumq;  
& regia coniux Partha tibi. ¶ Sanguine Troiano, & Rutulo dota-  
bere virgo.) Ambitiosa execratio est. ¶ Nec face tantum.) Tantũ  
modo. ¶ Cisseis.) Regina Hecuba filia fuit secundũ Euripidẽ Cil-  
sei, quem Ennius & Pacuuius & Virgilius sequuntur. Nam Home-  
rus Dimantis dicit. Natura e facem parere vidit, & Parin creauit:  
qui causa fuit ineendij. Ergo nunc hoc dicit, Talis erit Veneri par-  
tus suus. Nam sicut per Parin Troia incensa est, sic per Æneam  
reliquæ Troianorum. Comparatio autem iniuriõsa. Nam Vene-  
ri Hecubam, Parin Æneæ, Helenam Lauinia comparat. ¶ Iuga-  
les.) Coniugales, hoc est matrimonio conceptos. ¶ Idem.) Ta-  
lis, similis. ¶ Funestaq; iterum recidiua in Pergama tedæ.) Sic  
tedæ recidiuæ, vt pergama.

## DONATVS.

¶ Talibus eneadæ.) Magnum fuit securitatis signum, quod egres  
remeauerant, qui pedites fuerant missi. Respondit, duobus, hoc  
est donis & dictis, donis sublimes in equis redeunt, dictis, pacẽq;  
reportant. Inter illa, quæ dicta cõmemorant, quibus fuerant lecti,  
etiam illud continebatur, quod latinus de filia nuptijs dixit. qua  
tum hic putamus gloriosam effectã legationẽ, quæ tantam lecti-  
tiam fuerat ad eneam perlatura? Plus quippe est deligi generũ,  
q̃ suscipi auspicio peregrinum. ¶ Ecce autem inachijs.) Dum iter  
latinus & troianos, vel post latini dicta hæc gererentur, quæ su-  
perius comprehensa sunt. repente exijt iuno ab argis remeans, &  
summo cœlo respiciens vniuersa votis suis studijq; contraria. s.  
troianos lætos, qd̃ nunq; antea factum est, tuta erga ipsos oia si-  
duciam gerentes prosperorũ successuum, molietes tecta, & sedis  
perpetuitate securos, deseruisse etiã rates, vt pote iam nõ necessa-  
rias. ¶ Stetit acri fixa dolore.) Stetit, non sponte, sed doloris mor-  
ibus fixa. ¶ Tũ quassans caput.) Qd̃ est apertæ cõmotiõis signũ.  
¶ Hæc effudit. p. d.) Demõstrat qualem orationem esset habitura-  
nam qd̃ Iõge adhuc posita lectitiam troianorum vidit, & doluit.

signum

Profuit optato conduntur Tybridis alueo  
Securi pelagi, atq; mei. Mars perdere gentem  
Inmanem Lapithum valuit, concessit in iras  
Ipse deum antiquam genitor Calydonæ Diana,  
Quod scelus aut Lapithis rãtũ, aut Calydone mereret  
Ast ego magna Iouis coniux, nil linquere mausum,  
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,  
Vincor ab Ænea, quod si mea numina non sunt  
Magna satis, dubitẽ haud equidẽ implorare qd̃ vsquã est,  
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.  
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,  
Atq; immota manet fati Lauinia coniux:  
Attrahere, atq; moras tantis licet addere rebus,  
At licet amborum populos excindere regum.  
Hæc gener, atq; locet coeant mercede suorum.  
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo,  
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantum  
Cisseis pregnans igneis enixa iugaleis.  
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,  
Funestaq; iterum recidiua in Pergama tedæ.

aduersus troianos frustra nitebatur. sequebantur illa quoq;, quæ  
superius enumerauit inimicitijs. s. suis excidium troie pdesse ne-  
quisse, quod quũ esset vnum, hoc misit in partes, vt multa geme-  
re viderentur, capta est inquit troia, & oppressa hostilibus copijs.  
ignis additus, vt quidquid armis absumi non posset, aboleret in-  
cendiũ. sed illos nec mucro pressit, nec captiuitas vinxit, nec ignis  
inuenit. ¶ Medias acies.) Quod magis dolendum est mihi, qd̃  
per medias acies perq; medias flammam tanq; nihil obstitit tu-  
ti securijs transierunt. qd̃ fuit felicitatis ipsorum, vt abcessisse po-  
tius otiose: q̃ fugisse teriti viderentur. Euaferunt igitur pericula  
duo, quibus grauis nihil est. Ruptæ sunt acies, incendia vanue-  
runt. inuentus est exitus conseruationis ipsorum, vbi sperabam in-  
teritus, quod dixit medias acies, & medias flamas. ibi maiorẽ cu-  
mulum doloris expressit. magnum enim non esset flammarũ ter-  
minos aut fines exercitus euasisse, e medio autem euadere diffi-  
cillimum. ¶ At credo mea nu.) Ipsa sibi proposuit, quibus se ma-  
gis accenderet. defecisse me, inquit, qui iam dicit, aut saturatam  
odis quiescisse: nec fatiata sum, nec quiesci. deniq; post excidium  
troiæ passa non sum vllas cineris eius superesse reliquias. ¶ Quin  
etiam pa. ex.) Excussos mirabiliter positum, quidquid enim ex-  
cutitur vim testatur, quam ferre non potuit. & ad hoc excutitur  
vt cũ sua pernicie ferre non potuit. & ad hoc excutitur, vt cũ sua  
pernicie cadat. Excussi eos, inquit, sinibus troie. ¶ Insecta per vni-  
das.) Sequor secuta sum nauigantes & in pelago positos me fre-  
quenter obieci. Nullus locus est maris, in quo me non senserint  
inimicã. ¶ Absumptę in te. vi.) Quidquid in troianorum necem  
mitti de cœli partibus potuit, quidquid de fluctibus procurari. fa-  
ctum est, totumq; frustratum. ¶ Quid syrtis, aut scylla? Quæ-  
rat, quid mihi profuerunt syrtis? quid scylla, vel vasta charybdis?  
Vasta, hoc est seua, in qua me laborante cõstat impactos. Hoc in-  
terrogantis est. ecce ipsa respondet. ¶ Optato conduntur tyb. a.)  
Ego illis inuitabilia obieci, illa eos ad optata duxerunt, in tantũ  
vt vltius nec me timeant, nec minas ponti formident. per istius  
modi comparationem ostendit cumulũ doloris sui: quũ cerne-  
ret inimicos suos superatis tot discriminibus terrenis ac pelagi  
defendi placiditate fluminis & regis amicitia. ¶ Mars perdere ge-  
tem.) More suo ab exẽplis quoq; iras suas accedit, & inducit mi-  
nores deos ad plenũ se defendisse. Atq; vt hoc grauius faceret, ad-  
didit cõparationẽ a psona sua, dicens. Ast ego ma. i.) Et psonas &  
delicta cõparat marti & dianæ. iteq; eos, qui vtroiq; deos offen-  
derant, & troianorũ perionam. illorũ factum & troianorum eam  
pœnam quoq;, quam mars & diana infixerant, confert cum co-  
natibus suis, in alieno negotio leuiorem facit delinquentium cau-  
sam, in suo grauiorem. alios quum irascere non implessẽ vindi-  
ctam se non tantum non potuisse, verũ etiam superatam, Vincor  
ab Ænea. ab vno scilicet & pro animo inimicã, intelligamus ab  
homine humili atq; inertissimo, nomen enim pro conuitio po-  
suit. ¶ Quod si mea numina.) Quod si inquit, meum numen  
non valet exequi iniuriam suam, non dubitem implorare auxi-  
lia,

lia, quæ vbiq; sunt. Dum hæc tractat, inuenit, quid pro tpe facere debuisset. Flectere si nequeo superos, acheronta mouebo.) Quia non possum auxilium superum implere, quod cupio, inferos mouebo: Tractat, in quo obesse troianis inferi possent. Non dabitur regnis.) Qm, inquit, ferit lauinia nuptias æneæ deberi volentibus fati, & troianis italiã, si hæc cõuelli non pnt, possunt tamen morarum impedimento differri. At licet amborū populos excindere regum.) Magnum factiosæ inimicæ consiliū: quæ cum non posset regum concordia rūpere populos, disposuit dissipare. bis enim cõmissis excitatis in discordiã, necesse fuerat etiã regum suis paribus neci. Hæc gener atq; f.) Hæc sit merces cõuentium in affinitate, vt suos funeribus crucientur. Sanguine troiano & rutulo dotabere virgo.) Effusio sanguinis partiū ipsa fit virgo dos tua. ecce animus iratæ dum secum tractat, ad virginem sese conuertit, quasi ipsa cum troianis aut cum ipso gnea ali quid egisset. dos tua, inquit, constituitur in partium cede. Et bel lona. m. te. p.) Crudelitatis scilicet dea. pronubē dicuntur, quæ sunt in obsequio nubentis. Nec face tantū Cisseis.) Solent, inqt, troianorū formig mali ominis vtero gestare progeniē, sicut cisseis incendij signo, ptulit paridē. Cur non contingat veneri similem filium peperisse? Quin idē veneri alter. Funestq; iterum.) Indicium ex paride captum est tunc magis perire troianos, quā necuntur vxoribus alienigenis, cisseis peperit parides, sed istius natiuitatem præcesserant fomniã, quæ non exortum hominis, sed ex incendijs futurum interitum nūtiarent. in hoc extremo sit & veneris partus: vt renascens troia ante ipsas, quas præparant nuptias, consumat. ecce & hic tractat virgilius esse quidem fatū, quod licet superari non posset, valeat tamen aliquo impedimento turbari non aut prohiberi, licere ei, qui currentibus feliciter factis obuius ire voluerit.

ASCENSIVS.

Calibus Æneadē donis, dictisq; Latini, Sublimes in eqs redeunt, pacemq; reportant. Ecce autē Inachis sese ref. &c.) Docet se tos quidem rediisse Troianos, cum donis, & pace optata: sed Inonē, quæ tūc aberat, egre tantā p̄peritatē tulisse, cuius orationē, quæ secum habuit, recitat. Dona, autē dicit sic. Donis.) Propter equos. Di.) Nā pacē reportat. Fatis cõtraria.) Qui contrariis fati nascunt, imortaleis inter se inimicitias exercēt: cõfirmat et deos fati agi. Dolet igit, qd̄ debuissent timere fata Iunonis Troiani: & nō timuerunt: dolet quod superiores euaserint: & quiddam cogitare potuerit, vicerunt. Medi.a.) Per gladios, & p̄ igneis nō extremos, sed medios: quibus nulla pnt esse grauiora pericula. At credo mea numina.) Nec fessa sum, odijs: nec quie ui saturata. Mars perdere gentē.) Ab exēplis iras suas accendit: & ostendit minores deos ad plēnū se defendisse. Cõparat causas, delicta, & personas. Vincor ab Ænea.) Nomen proprium, pro cõuicio posuit. q. d. ab vno eodēq; inertissimō. At licet amborū pop.a.) Magnum factiosæ inimicitig cõsiliū, vt dissiparet populos: quiregnū concordiam nō posset rumpere. Cõuertitur autē ad virginē, veluti ipsa cum Ænea aliquid egisset. Hecille. Ordo autem est. Æneadē. i. socij, aut legati Æneæ: redeunt, supp. cū talibus donis, & dictis Latini, sublimes in equis: & reportant pacem. i. concordia, & fœdus pacis conseruandæ. Autem p̄ sed: ecce. q. d. præter opinionem, & de repente: coniux Iouis. i. Iuno: se ua. i. i Teucros, referebat sese ab Argis Inachis. i. ab Inacho olim nobilitatis: & ipsa inuecta. i. dum inuehebat, tenebat. f. taq; dña, & in ppria regione existēs: auras. i. aerē lenē & p̄spexit loge. i. p̄cul aspexit ex æthere, vsq; ab Pachinno p̄mōtorio illo Siculo. i. Siciliensi: Æneam lætūm. f. de prospera legatione: & classēm Dardaniam idest Troianam, ad littus Italicum applicitam, & videt, supple eos: iam moliri idest cum mole extruere: tecta idest domos, & oppida, & fidere iam terræ: quod prius non fecerat, vnde, Semper obuenterat pelago proras, & deseruisse rates. i. naues suas: stetit. i. spedita: quia fixa acri dolore: tum. i. deinde, ipsa quasans idest frequenter cunctans: in signum vehemētis iræ: caput scilicet suum: effudit pectore hæc dicta: heu, exprobrantis modo particula: stirpem. idest progeniem: aut radicem generis iuisam: & heu fata Phrygon, contraria nostris fati quia voluit imperiū summum, traducere in Carthaginem: quod & fecisset, nisi Romanum obstitisset. Num. i. nunquid quasi dicat videtur quod non: ipsi, supple Phryges potuerunt occumbere, idest oppetere terram: sed ignobilius est occumbere, supple in campis Sygeis: idest Troianis, ad promontorium, aut mare Sygeum. Num ipsi capti potuerunt capi, scilicet omnes: aut sic capi: vt nullus elaberetur? Nū idest nunquid: Troia incensa cremauit viros? quasi dicat non: quod tamen debuit facere: sed ipsi inuenere viam per medias acies,

acies, & per medios igneis: quod propter Æneam dicitur, qui de se dixit in. ij. Expedior, Dant tela locum, flammæq; recedunt. & credo, qd̄, sup. mea numina idest potestates meæ diuinæ: iacent tandem fessa, idest defatigata: & ita ego quicui: haud idest non exaturata, idest ad plēnū saturata odijs: sicut Iuuenia, dicit de Mest. sala: quod lassata viris: sed non saturata recessit. Cõmemorat autem Iuno, quæ pro exterminandis Troianis fecerit, vt tristius sit non effecisse, quod indignata dixit in. j. Me ne incepto desistere victam, &c. Quin etiam idest insuper: ego infesta. i. perniciosa, & vim inferens: ausa, sup. sum: sequi. i. insequi, aut persequi, p̄ vndas, sup. Troianos excussos: patria, scilicet sua, & ausa summe opponere ipsi profugis: toto æquore, idest per totum æquor vbi cuncti fuerint: vires & celi. i. aeris. & id propter ventos Æoli, & maris, propter tempestates absumptę, sup. sunt: in. i. contra. Teucros: quid Syrtes, sup. profuerint mihi? q. d. nihil. quid Scylla? & quid Charybdis vasta. i. valde ampla, & capax: hoc est vitruq; illud periculum maris Siculi: quid pro fuit mihi? quasi dicat etiã nihil: quia illi conduntur, supple in alueo Tybridis: optato, idest quem diu optauerunt: existentes securi. i. sine cura: pelagi. i. de periculis maris, atq; mei idest de periculis & malis, quę ego inferre possim. Vt autem maior sit indignatio, ipsam solam victam, sicut in. j. exemplum oppositum sumpsit a Pallade: ita nunc capit a Marte. & Diana, dicens, Mars valuit perdere idest iterimere: immanem gentem idest valde magnum, & ferocem populum: Lapitheum. i. Lapitharum, populorum Thessaliæ, ad quorum pugnam Bacchus causas dedit: vnde in Georgi. Bacchus & ad culpam causas dedit. Ipse genitor deum, pro deorum. i. Iupiter concessit Diane in iras. i. vt vexaret per iram, immittendo aprū Calydonæ: regionem illam antiquam. i. nobilē, & quæ cara esse debebat. Quod scelus tantum. i. quam poenã tantam: aut Lapithis, sup. merentibus: aut Calydone merente. q. d. neq; Lapithis merentibus neq; Calydone merente: & tamen ad libitum illorum numinum concessi. Ast ego magna coniux Iouis: quæ infelix, qd̄ non effeci: potui nil linqere inausum. i. quod non auderem: quę verti mernet. i. meipsum, & propriam personã meam: in omnia. i. omnis conatus, tam dignos, q̄ indignos: vincor ab Ænea, quasi si dicat ab vno viro, & eo ex adulterio progenito, atq; patriæ p̄ditore: quod si exprimeret, dederus esset Æneæ: quod nunc in laudem eius dicitur: qd̄ si mea numina non sunt fati magna: eq; dem, idest ego quidem, hoc est certe: haud. i. non: dubitem. i. verear: implorare. i. in auxilium meum ploratu illicere: quod vsq; est, idest quiddam numinis sit: vbiq; sit etiã in inferno: quia si nequeo flectere superos, ego mouebo. i. excitabo, aut sollicitabo: Acheronta. i. inferos, Acheronta colentes. Et si dicitur, ne inferos quidem posse, quum fata oblent: dicit esto. i. vt concedã ita esse qd̄ non dabitur. i. concedetur, a fati prohibere. i. Troianos: regnis Latinis, atq; qd̄ Lauinia manet. f. Æneę: sed per inuidiam id non dicit: coniux immota, idest immutabilis: fati. f. id volentibus. At, idest sed: saltem licet. i. licitum est: trahere. i. protrahere: atq; addere rebus tantis, tam magnis, & tam lætis ac felicibus moras. At. i. saltē: licet excindere. i. bello exterminare, populos amborum regum. f. Æneæ, & Latini: aut etiam Turni: sed nō optat excisionem populorum Turni: vnde potius dixero de populo Æneæ & Latini: vnde subdit Gener, & focer scilicet Æneas & Latinus: coeant scilicet in amicitiam, & fœdus: ac mercede suorum scilicet subditorum: vt vtriq; excidantur, o virgo. f. Lauinia: tu dotabere sanguine Troiano & Rutulo: quia vtriusq; effusionem, quasi loco doris afferes: & Bellona, idest dea belli: manet, idest certe expectat te, vt scilicet sit: pronuba. i. auspex: & præfecta nuptiis tuis: quibus ego præesse debeam: nec Cisseis. i. Hecuba, Cissei filia: & Priami coniux: prægnans. i. grauida olim: & fœta facta. i. quæ se facem forniciãui parere, quia tota Troia incenderet: dum Paris gestaret: enixa est tantū. i. intantū: quantum. f. tu: aut tantum. i. solummodo, quia etiã tu: igneis iugaleis. i. incendia patriæ, p̄pter cõiugia facta: quin idem partus, sup. erit Veneri suus scilicet, p̄prius: quia per Venerem, Paris Helenã rapuit, qui partus fuit Cissei dos exitialis patriæ: & alter Paris. i. similis Paridi. scilicet Æneas, raptor Lauinię, Turno desponsatæ: vt Paris Helenæ, quę Menelao nupsit: & tede funestæ. i. quę sint funeris causæ, nō lætæ faces nuptiales, sup. erunt: in Pergama. i. moenia Troiana: recidiua. i. iterum in interitum recisura: aut, re diuina. i. iterū, quasi ad vitam. i. existentiam, reditura.

PIERIVS.

Tam fidere terræ.) Antiqui pleriq; codi. fidere terrę: legit, vt eo significato, cõsidere, sepe dictum: quod enim proxime futurū videbatur iam actu esse sibi p̄ponit: ideoq; etiam illud eodē modo dictū,

Ordo.



do dicta. Moliri iam testa videt. Priscia tamen fidere terræ, agno-  
scit: perinde ac illud etiam, Fidere nocti. ¶ Odijs haud exaturata  
quieui. In Oblongo illo peruetusto Vaticanæ bibliothecæ codi-  
cexatiata: legitur: præter differentiâ quam Corne. Fronto ponit, vt  
satiatus ventris, saturatus animi sit. Contra quem Fla. Soff. pater  
ita, saturitas, in cibo tantum dicitur. In cæteris vero satietas. Sed  
Virg. Odijs haud exaturata quieui: dixit, superstitionis nimirum  
vtriusque obseruatione, quum & saturo, & satio: saturitas, & sa-  
tietas, ad omnes sensus pertinere. M. Tullij, Sallu. Columellæ, &  
aliorum authorum testimonijs comprobetur, quæ ideo non apposui,  
quod ea omnibus in promptu esse satis sciebam. ¶ Toto me oppo-  
nere onto. In anti, aliquot cod. exponere, habetur: quasi ipsa  
quoque: In uno sese periculis obiecerit, Sed, opponere, quod in pluri-  
bus habetur, omnino melius: & conatum aduersus Troianos in  
gentem ostendit. ¶ Quid vasta charybdis? Sunt quidem anti. cod.

in quibus dira charybdis, habeatur. Sed, vasta, longe decentius di-  
ctum: idque ex synæpeia Catulli, Quæ Syrtis, quæ Scylla mihi, quæ  
vasta charybdis. ¶ Quod scelus, aut Lapithis tantum, aut Calydo-  
ne merente? Priscia, vbi non semper copulatiuas eisdem casus  
sibi adiungere dixerit, testimoniū hinc citat: vbi scriptum agno-  
scat, Quod scelus, aut Lapithis tantum, aut Calydone merente.  
Vtrunq; tamen mellus, accusatiuo, vel ablatiuo casu, quibusdam in  
cod. inueniri: vt sit, concessit, verbum. Cui subijciat per repetitio-  
nem, Quod scelus, aut Lapithas tantum, aut Calydone merente?  
Vel in modo cōsequentiæ (vt iam passim legitur.) Quod scelus,  
aut Lapithis tantum, aut Calydone merente. ¶ Non dabit regnis  
esto prohibere Latinis. In Medi. cod. ita legitur, Non dabit esto  
regnis phibere Latinis: forte mutatum ab ijs quæ tritumemerim bre-  
uè aufugiebant. ¶ At licet amborum populos excindere regū. In  
Med. cod. excidere, legitur. Sed, excindere, plus est.

## SERVIVS.

¶ Luctificam Alecto. ¶ Græ-  
cus accusatiuus. Huius autem  
declinationis tres casus vsur-  
pamus, genitiuū vt Alectus:  
nominatiuū & accusatiuū vt  
Alecto. ¶ Odit & ipse pater Plu-  
ton. ¶ Venerationis est pater. Nā  
furis, Acherontis & Noctis fi-  
liæ sunt. ¶ His acuit verbis.  
¶ Tritauit & instigauit eius in-  
sanā. ¶ Proprium. ¶ Aut tibia-  
ptum: aut certe perpetuū, in-  
desessum, vsq; ad finem pdu-  
cendum. Et sciendū ideo furis  
nihil pro præmio dari, quæ præ-  
stat hoc ipsum furis, vt bella  
cōmoueat: & vt dicat defen-  
disse Iunonē. ¶ Infracta. ¶ Aut  
valde fracta: aut quæ fuit an-  
te hac semp infracta: Vt, Turn<sup>9</sup>  
vt infractos aduerso Marte  
Latinos. ¶ Cedat fama loco.  
¶ Vincat. Cicero, Loco ille mo-  
tus est, cum est ex vrbe depul-

¶ Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit, POETA  
Luctificam Alecto Dirarum ab sede fororum,  
Infernisq; ciet tenebris, cui tristia bella,  
Iraq; infidiâq; & crimina noxia cordi.  
Odit & ipse pater Pluton, odere sorores  
Tartaræ monstrum: tot sese vertit in ora,  
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.  
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur.  
¶ Hunc mihi da propriū virgo fata nocte laborē, IVNO  
Hanc operam, ne noster honos, infracta ve cedat  
Fama loco, neu connubiis ambire Latinum  
Æneadæ possint, Italos ve obsidere sineis.  
Tu potes vnanimeis armare in prælia fratres,  
Atq; odiis versare domos: tu verbera tectis,  
Funereasq; inferre faces: tibi nomina mille,  
Mille nocendi artes: sæcundum concute pectus:  
Disiice compositam pacem, fere crimina belli:  
Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.

¶ Ambire Latinum. ¶ Amplecti, circum retinere, non ob am-  
bitum, sed in ambo ad illum dicimus, non ambo illum. ¶ Tu  
potes vnanimeis. ¶ A maiore ad minus. ¶ Versare. ¶ Vertere, &  
vsurpatione ad vim augendam. ¶ Tibi nomina mille.  
¶ Facies, sine nomine corpus. Mille autē secundum Euripi-  
dem: in cuius tragedia dicit furia non esse vnus potestatis, sed  
se esse fortunam, Nemesim, fatum, necessitatem, Ita Asper. ¶ Sæ-  
cundum concute pectus. ¶ Plenum malitiæ. Efficacia. ¶ Composi-  
tam pacem. ¶ Quam supra Latinus dederat. ¶ Crimina belli.  
¶ Causas, vt, Crimen, amor vestrum.

## DONATVS.

¶ Hæc vbi dicta. d. ¶ Horrendum, dixit ex causa ingentis iracun-  
diæ vehementissime cōmotam, in tantum vt quisquis eam cer-  
neret sine horrore esse non posset, magna enim vis est eorum, qui  
summa potestate positi cōmouentur. Dimisso ergo aere, quo ve-  
hebatur, venit ad terrā. ¶ Luctificam alecto. ¶ Quæ nihil aliud præ-  
ter luctus nosset efficere, aut quæ faceret luctus. ¶ Dirarum ab se-  
de. ¶ Quanta congestit, vt ostenderet exquisitum malū? & quo  
petus non esset, sibi iunonem adhibuisse: Et reuera nisi talis volū-  
tatem dolentis implere non posset. Et liceat sufficere deberet, quæ  
luctificam dixit, & ex dirarum cœtu, atq; ab ipsis tenebris euo-  
catam. tū addit alia, quibus aptam negotio demonstraret. Cui tri-  
stia bella, bellis aptatur quidquid triste est, quando enim possunt  
esse bella non tristia? & quæ semper iras cōmouent, quibus fuerat  
plena, & egge ad excogitandas infidias artifex: & crĩa noxia  
cordi. Omne quoque noxiū criminū genus sensibus detestabilibus  
portans. Omnia, quæ dixit, in ea fuisse, monstrata sunt, cū iunoni  
negotium gereret. Nec hæc sola, quæ superius dicta sunt: verum  
etiam alia, quæ sequuntur quæ detestandis artibus abundaret, &  
esset iccirco odiosa, omnibus displicebat. Intulit et illis, quibus  
placere debuerat, Plutonem scilicet & sororibus suis. Oēs enim ne-  
quitia & scelere superauerat. Hæc tñ malis artibus redundabat:  
vt vno eodemque momento, quas vellet mutaretur in formas: &  
quantis opus esset serpētibus pullularet, nihil ei gratissimū erat,  
nisi quod luctus haberet & sanguinem, vituperationem istius fu-

riæ virgilius ex persona suo po-  
fuit: sed vbi ad iunonem ven-  
tum est, animi sui necessitati p-  
mota, quod damnabile infu-  
ria fuit, vertit in laudē. ¶ Quā  
iuno. h. a. v. ¶ Acuebat hanc iu-  
noverbis suis, & instructioni-  
bus pessimis, vt mala natura  
persuasiue loquentis deterior  
fiet. ¶ Hunc mihi da. p. v. ¶  
Nihil a te virgo quæritur alie-  
num: nec laborabis provide-  
re, quod habes. Propriū quip-  
pe est tibi, quod mihi est in  
tempore necessarium, primū  
quod inde præferenda es, quæ  
te tenebrarum substantia ge-  
nuit, opera sola necessaria est.  
Cæterum implendis, quæ de-  
sidero, aptam geris conueniē-  
temq; personam. ecce iuno  
non vitur arte potescendi, nec  
subtilitatem quærit: nec petit  
aliquid fieri: sed iubet, verbis  
imperatiuis. Da, inquit, labo-

rem hoc est impende. quid enim petere debuit maior, quæ viden-  
di, teneret plenissimam voluntatem: aut quid petere ab ea, quæ  
optabat inuenire, quod verteret? sola igitur insinuatō fuerat ne-  
cessaria causæ, & summa designada desiderij, incipit dici laus in  
aperta vituperatione. si enim pro persona furis, vt factum est, si  
remoueatur huic prædicationi persona conueniens, erit execra-  
bilis, in qua ista conuenerant, dicitur ergo sub specie laudis vitu-  
peratio, deniq; locum prædicationis obtinuit, quia furis diceba-  
tur, sed necessario præmittitur causa, ppter quam tantum malū  
fuerat ab inferis euocatum. ¶ Ne. n. h. ¶ Ventum est, inquit, ad eū  
cardinem virgo: vt castura sit nominis mei omnibus reuerenda  
maiestas: nisi his, quæ contra eam sunt, itum obuiam fuerit. Ce-  
dere loco, verbum est ex re militari sumptum, nam in pugna, quæ  
loco cesserit, constat eum superatum. Quod igitur ait iuno, ne no-  
ster honos, infractaue cedat fama loco, significat, ne victæ perda-  
mus honorem nostrum, his subiungit, personas omnes, & rem,  
& quid factū opus sit, signans, non. n. tempus verbis prolixiori-  
bus occupari debuerat: in quo non verba, sed facta quærebatur  
adhibenda. quippe rûpēdis in itijs celeritas fuit: ne in alijs quoque  
concordia roboratis subsidijs, aut superari non posset, aut diffi-  
culter euicta succubere. ¶ Non connubijs am. la. ¶ Nolo, inquit, cū  
troianis connubia fieri: nec latinum sic circumueniri: vt his filiā  
tradat, ne sit eis causa in italia remanendi. nolo affinitatis iure cō-  
cordiam contra vota mea surgentem cōualescere. Redit rursum  
ad laudem furis, repetens etiam illa, & sensibus eius inculcans,  
quæ cupiebat impleri. ¶ Tu potes vnanimes. ¶ Magna quippe vis  
est naturalem dissipare concordiam: & eos, quos vnus sanguis  
idemque vterus genuit, in exitium prouocare. Quod ipsum ic-  
circo positum est, vt ostenderet alecto plus posse, quæ iuno-  
ni fuerat necessarium. si poterat pulso germanitatis affectu,  
non modo in dissensionem, verum etiam in bella fratres ar-  
mare, multo validius potuit extraneos & incognitos in no-  
uam coeuntes amicitiam dissociare, atque dissoluere. ¶ At-  
que odijs versate domos. ¶ Potes odia conferere inter eos,  
quos vnum domiciliij consortium tenet: tantumq; immittere se-  
ditionum

ditton pondus: vt parietes quoq; atq; ipsa fundamenta ver-  
tantur. ¶ Tu verbera. t. Fu. q; in. f.) Verbera, inquit, & faces fune-  
reas, hoc est litium motiones & causas potes aliis testis immit-  
tere, quæ vsq; ad interitum commanentium tendant. potes, se-  
mel positum, omnibus aptatur, quæ diximus. ¶ Tibi noia. m.)  
Per nomina formas ostendit, in quas conuersa mutabat etiam  
quod poterat vocitari. id enim incipiebat esse, in quo dolebat for-  
te conuerti. mille vero artes nocendi suppetebant: cui facile fue-  
rat esse, quod vellet. ¶ Fœcundum concute pectus.) Scio pectus  
tuum nocendi artibus redundare. hoc si agitare volueris, profer-  
tur inde, quod mihi est necessarium, interea licet scelorum consilia  
dorum artificio furia redundaret, & nosset, quid ageret. tamen iu-  
no vehementer in sua causa sollicita desiderij summâ iterum ac  
sæpius succincta breuitate commendat. ¶ Disiice compositam pa-  
cem.) Magna ordinatio consiliorum: primum fuit quippe, vt pa-  
cis fœdere structa verteretur: vt via exteris inuentionibus pate-  
fieret. fere crimina belli. ad belli. n. certamen veniri non posset, ni-  
si primo extitisset causa pugnandi. optimo tamen verbo dictum  
est, fere: vt ex his, quæ essent fata, alia rursum fœcundis excessi-  
bus pullularent: & aliud atq; aliud, quod ex sese vindicare debe-  
ret, effunderent. Iuuentusq; ipsa velut arma. plus est. n. in rebus p-  
ficiendis velle q; cogi. quia igitur voluntas in agendo prima est,  
effice, inquit, primo velit, dehinc poscat: si nullus dederit, rapiat.  
scilicet vt non expectata visione cuiusquâ volens ad arma cõcur-  
reret. Rapere significat, aliquod sine autoritate iubentis inuadere.  
compleuit propositione, qua dixit. quam iuno his acuit verbis,  
nam laudando eam, & in officijs detestabilibus præferendo: quæ  
etiam dando consilia ad perficiendum mandata, armando natu-  
ram seram, fecit instruendo peiorem.

ASCENSIVS.

¶ Hæc, &c.) Recitat quomodo Iuno ad furiam infernalẽ descen-  
dit, & ab ea auxiliũ petijt: eamq; docuit quid factum velit. Dona.  
ait sic. ¶ Horren.) Ex causa magnæ iracundiæ vehementer cõmo-  
ta. Descriptio aut Alecto ostendit eam esse aptã tanto negotio.  
¶ Propr.) Ergo non laborabis: quia nihil peto alienũ a te. ¶ Da.)  
Non precatur: sed imperat, vt sit ratio personarum. ¶ Nomina.)  
Per nomina, formas ostendit: in quas conuersa se mutabat, qd  
poterat vocitari. ¶ Fœcundum. Nocendi artibus redundans. Sollici-  
ta autem in causa sua, sæpius rem commendat: ordinatum autẽ  
consilium est. Primo enim fœdus vertendum fuit, vt via pateret  
ad bellum. ¶ Sere.) Vt ex satis alia, rursum fœcunde pullularent.  
¶ Velit.) Plus velle est, quam cogi. Velit primo, deinde poscit: &  
si non def., rapiat. nam rapit, qui sine iubentis autoritate inua-  
dit. ¶ Hæc ille. ¶ Ordo ẽ. Vbi. i. postquã: Iuno, sup. dedit. i. loquu-  
ta est hæc: ipsa horrenda, qã inflata ira petiuit terras: & ciet. i. exci-  
tat: Alecto. i. furiam illam infernalẽ: iustificam. i. iustus facientẽ:  
ab sede diratum fororũ. i. aliarum furiarũ, quæ sunt Megera, &  
Tisiphone: & sup. a tenebris infernis. i. infernalibus: cui. f. furij: &  
si dicat Alecto, bella tristia. f. alijs, vt matribus, secundum Hora-  
car. j. Bellaq; matribus detestanda, &c. & iræ, & infidij, & cri. f.  
femina

SERVIVS.

¶ Exin.) Ordinis aduerbium.  
¶ Gorgoneis.) Pessimis, seu: s:  
à Gorgone. ¶ Tacitum.) Pro-  
tacet, sed bñ. ¶ Obsedit.) Qua  
si quæ infidiabitur. ¶ Curæ  
iræq; coquebant.) Peruerso  
ordine respondit. Nam ira in  
Troianos est: cura de nuptijs.  
& primo aduentum Teucro-  
rum dixerat. ¶ Huic dea.) Fi-  
gura perturbata. Nanque ta-  
lis est ordo, Huic dea vnum  
anguem in sinum coniecit, &  
vsq; ad intima subdit præcor-  
dia, quæ sunt loca cordi vici-  
na, quibus sensus percipitur.  
¶ Anguem.) autem iniecit par-  
te sui, id est furoris. ¶ Leuia.)  
Pulchra. ¶ Attractu nullo.) Si-  
ne morsu, sine sensu. ¶ Fallit-  
que furentem.) Iniecit furo-  
rem sine accipientis sensu. Fu-  
rentem autem, vt furore ter-  
neatur. Nam nondum fure-  
bat.

¶ Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis POETA.  
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni  
Celsa petit, tacitumq; obsedit limen Amatae,  
Quam super aduentu Teucrum, Turniq; hymeneis  
Foemineæ ardentem curæq; iræq; coquebant.  
Huic dea cœruleis vnum de crinibus anguem  
Coniecit, inq; sinum præcordia ad intima subdit,  
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.  
Ille inter vestes, & leuia corpora lapsus  
Voluitur attractu nullo, fallitq; furentem,  
Vipeream inspirans animam: sit tortile collo  
Aurum ingens coluber: sit longæ tænia vittæ:  
Innectitq; comas, & membris lubricus errat.  
At dum prima lues vdo sublapsa veneno  
Pertentat sensus, atq; ossibus implicat ignem,  
Nec dum animus toto percæpit pectore flammam,  
Mollius, & solito matrum de more loquuta est,  
Multa super nata lachrymans, Phrygijsq; hymeneis.  
¶ Exulibus ne datur ducẽda Lauinia Teucris. AMATA

femina belli: aut crimina. sob. quæ sunt bella: & ideo noxia. i. au-  
cua, sup. sunt cordi. i. ad cor. hoc est voluptatis & curæ. Et. i. et  
ipse pater. i. i feror: Pluton odit, & forores. i. reliquæ furig. odere  
monstrum tartareũ. f. Alecto: tot. i. in tam multa ora: verit. sup.  
se: & vt monstrum dicatur, tam sęug facies, sup. sunt illi: & p-  
atra. i. nigra, & infesta: pullulat. i. germinat tot colubris, quos lo-  
co capillorum fruticantes habet: quã. f. furia. Alecto: pte tam pe-  
niciosam Iuno acuit. f. ad iram, his verbis: ac satur talia hoc addi-  
tum puto, qã abundat: o virgo, fata nocte. i. filia noctis. f. Alecto:  
da mihi hunc laborũ pprium, vel, qui tibi proprius, & tuæ natu-  
rę cõueniens est: vel, quem mihi propriũ. i. peculiare: opto ita, vt  
nulli alteri eum impertias: & da. i. impende mihi hanc operã: ne  
honor noster: ve, pro vel: fama, sup. nostra: cedat loco infra factũ  
multum fracta: & in nihilum redacta: quia nullus me post hæc  
honoratus est, si ab Ænea vincor: vnde in. j. Et quisq; nume-  
Iuno adoret. Præterea, aut, supplex aris iponet honorẽ. g. d. mi-  
mine: neu. i. neue: Æneadẽ possunt ambire. i. ambiendo adlicere  
cõubijs. i. ad cõubia, Latinum, & obsidere sineis Italos (ab ob-  
sido, tertię coniugationis) tu potes: arguit à facilitate: armate in  
prelia fratres vnanimes. f. prius, aut qui deant esse vnanimes (et  
autem accusatiuis vnanimes) & tu potes versare domos. i. a.  
millias: vt parentes, & liberos maritum, & vxorem: odijs p. odi-  
tu potes inferre testis. i. in testa: & domos verbera. i. flagella: aut  
flagellationes, & faces funereas. f. post verbera nomina. i. faces  
& figuræ, q̄ variæ nominant, sup. sunt tibi mille: & mille arte  
nocendi sunt tibi. concute. i. cõprime, vt exant artes tuæ in opu-  
pectus fœcundum. f. artibus nocendi, dissiice pacem cõpositam  
fere crimina. i. causas, & semina belli: vt. f. iuuentus velit: qd ani-  
mo fit, & poscat: quod ore. & verbo rapiat simul arma: qd man-  
bus fit, & exit ad opus bonum ergo auxesin facit.

PIERIVS.

¶ Tot pullulat atra.) In yete. plerisq; codi. pullulat ora, figuratè  
positum inuenias: quãuis, atra, magis placeat eruditus. Est & illud  
more quodam suo scriptũ in Ro. co. Pollulat ora colobris: cuius  
scriptionis rõnem retulimus. ¶ His acuit verbis.) In anti. aliquot  
cod. dictis, legitur. ¶ Labdrẽ. j. Ro. co. laborũ, legis: quippe hunc  
ex laboribus tuis: sed eloquutio nõ placet. Castior. n. lectio. Hic  
laborem. i. hanc operã, quod expositiue statim subiungit. ¶ Tu po-  
tes vnanimes.) In anti. plerisq; codi. vnanimos, legitur: & vna-  
nimis, vtrunq; recte, ex proba grãmaticorũ disciplina. ¶ Disiice cõ-  
positam pacẽ.) In ant. omnibus cod. quotquot legi. dissiice, s. go-  
minato, & vnico i. scriptum obseruauit: & hic, & in alijs locis o-  
formatione, vt concitatus enunciaretur, quod in i. n. n. s. sus-  
in ausus, in odiosus fieri solitum a veterib. ostendit. ¶ Arma  
velit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.) In anti. q. d. m. co.  
legere est, Arma velit, poscatq; simul Troiana iuuentus: quod si  
admittendum sit, magnitudo rei, quã petit, demonstrabitur. si q  
placida nũc pace quiescunt, & quibus iam certa laborũ requies p-  
missa est, Arma velint poscatq; simul. Quãq; posito, velle, & p-  
scere, tumultuantũ furorẽ ostendat: addito, rapiatq;. Nam & anti-  
qua paraphrasis est, contra Troianos.

bat. ¶ Tænia vittæ.) Tænia est  
vittarũ extremitas. ¶ Vdo sub  
lapsa veneno.) Hypallage in  
sensu. ¶ Veneno vdo.) Quod ẽ  
de vdo corpore. Nanq; serpen-  
tum vda sunt corpora, adeo  
vt quæ eunt, viam humore de-  
figent. ¶ Solito matrum de  
more locuta est.) Nõdum ad-  
plenu furebat. Vnde per mu-  
liebrem iracundiã mista asperita-  
te loquebatur. Nam hoc est  
matrum de more. Paulopost  
enim furore quatietur. ¶ Exull  
bisue datur?) Propter diffusi-  
fionẽ figurate loqur, exules  
vocans eos qui propria regna  
repetebant. ¶ Dũtenda.) Ab-  
ducẽda. ¶ Prædo.) Quasi pira-  
tã dicit hoẽm diu i marimo-  
rantẽ. ¶ At nõ sic Phrygius.)  
Legitur & an non, sed hoc ab-  
solutum est. Si autẽ at legeris,  
copulatiua particula est ad or-  
natũ solũ pertinẽs. Horatius,  
At, q

At odorum quicquid in cœlo regit terras, & humanū genus. ¶ Quid cōsanguineo.) Filius enim est Veniliæ Amatæ fororis. ¶ Si gener externa petitur de gēte Latinis.) De qualitate transit ad finem. Nam vult Turnū extraneū esse distingere per callidam argumentationē, quia imperio Latini non subiaceret: cum oraculū de Latinis omnibus cauerit. Postea etiā huic argumento alia subuenit argumentatione, Turnum Græcum esse ab Acrisio cōmemorans, per quod duas res agit latenter. Nam dicēdo originem Considerandam, docet & Turnū Græcum esse ab Inaco Acrisio: & Æneam Latinum esse a Dardano. ¶ Premunt te iussa.) Urgent in hoc compellunt. ¶ Inachus Acrisiusq; patres.) Danae Acrisij regis Argiuorum filia postquam est à Ioue vitata, pater eam intra arcam inclusam præcipitavit in mare, quæ delata ad Italiam, inuenta est à piscatore cum Perseo, quē illis enixa fuerat, & oblata regij qui eam sibi fecit uxorem: cum qua etiam Ardeam condidit, a quibus Turnum vult originem dūcere.

## DONATVS.

(Exin.) Hoc est ex eo momento. ¶ Gorgoneis alecto in. ve.) Alecto, cui venena supererant, diris infecta serpentibus gorgoneis, dixit, vt in eum modum mutata videretur, quo fingit gorgona, & tales serpentes gestare pro crinibus, quales illa portat in vertice. ¶ Principio latum.) Hoc mandatis non inferatur iuno, sed faciendum suggererat furie naturalis inuentio. dicit ergo, quid factum sit: sicut, inquit, ad latini donum, nunc ipsius facti reddi incipit cā. ¶ Taciturnq; Ob. li. A.) Non sic petit domum regiā furia, vt regem ipsum aggredere, aut falleret, sed tacite limē Amatæ obsedit. Taciturn dixit, sine strepitu aliquo: quæ iam flebat fortunam filiarū, & optabat turnum potius ei iungi, q̄ phrygium virum. deniq; cruciabatur animo, cura simul, doloreq;. Tacitū limen etiam sic possumus sentire: vt non limen dixerit taciturn, sed ipsam furiam tacitā obsedis, vt facilius nescienti valerēt obsequere. Facile etiam fuit nulla vi adhibita obtinere eius animū, cui ænege iam coniunctio displicebat. Consilium tamē probabile videbatur inuentam mulieris cumulare sententiā: vt efficeret vis maior, ne cōmutaret mentem: & in aliam partem sexus forsitan mobilitate transiret. ¶ Huic dea.) Furiam, poetę sic fingunt. q̄ angues pro crinibus habeat, & q̄ eius ministri sint, quum aliqua ei mala perficienda sint. Nos tñ amatæ non anguem, sed cōmotio nem mentis immensam debemus accipere: vt cōposita latini voluntate nuptię perturbarent. itaq; licet hæc ita sint, exponamus scdm poetam, quę dicta sunt huic, inquit, hoc est, Amatæ. deam furiam dixit, vt supra. deos enim deasq; veteres putauerunt, qui essent alicuius virtutis, & homines potestate superarent. ¶ Carulis vnum.) Quando vnū ad perditionem harum rerum arbitratū esse posse sufficere. quid in euerisionibus poterat: quā tot etiam funerei angues armabant? ¶ Inq; sinum precordia.) Sinus dicit, qui potest aliquid excipere, & tenere. furia igitur in sinum & precordia anguem misit ad ipsa intima. subiungit, cur hoc fecerit: ¶ Quo furibunda dornū monstro permisceat oēm.) Idē, vt hoc monstro per puellæ matrem totam domum miseret, scilicet vt subuelet: a omnium voluntate in vnam oēm sniam reducerentur. & contraria sentiendū, nihil contra iunonis vota p̄icerent. ¶ Ille ster vestes.) Serpens inter vestes, & mulieris leuissimū pectus volebatur. ¶ Atta tu nullo.) Sic tamen, vt tactus eius non sentirentur. ¶ Fallitq; furentem.) Vt pulso humani sensus vigore ad eam malignitatem redigeretur, quæ fuerat, serpens. ecce addit pererratis ipsius serpentis speciem. ¶ Fit to. co. Aurum.) Quum esset magis longitudinis coluber, sic se collo amatæ inuoluerat tanquā aurum tortile. ¶ Fit longę teniavit.) In aurum tortile versus est: in tenia, inquit, hoc est extremos vittæ. Vittæ significatio ostēdit prolixitatem & longitudinem. necessebat igitur comas eius, vt vittæ. ¶ Et membris lubricis errat.) A corporis partibus membra omnia generalitate conclusit, ne ille aliquam partem non videretur intrasse. ¶ Ac dum prima lues.) Antequam eam furialis lues incendio robustiore inflammaret: antequam ossa eius ac medullas venena plenissime possiderent: verba cum marito habuit, nec lacrymæ

O genitor? nec te miseret natæq; tuiq;  
Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet  
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædor?  
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,  
Ledeamq; Helenam Troianas vexit ad vrbeis!  
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,  
Et consanguineo toties data dextera Turno?  
Si gener externa petitur de gente Latini,  
Idq; sedet, Fauniq; premunt te iussa parentis:  
Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris  
Dissidet, extemam reor, & sic dicere diuos:  
Et Turno, si prima domus repetatur origo,  
Inachus, Achrisiusq; patres, mediæq; Mycenæ.

ter non esset nociturus? docilem quomodo? quum ab eo ipsa sciret: causam non insinuatio negotij, sed disputatio ex inde exorta habere debuisset. Incipit igitur ab ipsis quæstionibus deformans factum & personam mariti, improbens eius sermones qui sponte illi obtulerat filiam: ita tamē agit cum marito, vt suadere potiusq; reprehendere videatur. Conueniebant hoc quippe reuerentiæ maritali, & ei, quę imperandi cupida mollius apud eum loqui debuerat, qui principalem in filiam habuit potestatem, & hominis mentem a promisso diuellere cupiebat. oblitus, inquit, quid patribus in filiarum coniunctione conueniat, tota pernitus pietate atq; honestate reiecta, non petentibus vltro ingeris filiam? Nec saltem respicis sub quo euentu sis miseram traditurus, naufragis, nudis, eiectis, & perpetuis erroribus actis: quibus sedes nullæ & domicilium semper incertum; quid prodest habere præcipuos, quos exilium sempiternum fortuna damnauit. vel lem id marite fieri, si consilijs tuis commoda vel honesta supererent. nihil est eorum: contraq; sunt omnia inhonestæ & duræ nullus postulat pater ingerit. erit in nati thalamus filiarū, & omnis vita ducetur in fluctibus, gratia certe nulla coniugis & nullus decus vxoris. quis dignam iudicabit matrimonio suo, quam pater non tradidit, sed obiecit? non ista dabitur maritali consortio: sed infelicibus troianorum fati, & fortunę iungetur: vbi patris officium? vbi sacri huius nominis pietas? solent in his causis patres esse suspensi, etiam quum liberorum numerus maior est, & felicitior sobolis beatitudo suppeditat, quo magis in vnica negotio filiarū debuit te facere necessitas cautiorem. Ducetur misera, ducetur infelix, nunquam occurrura visibus meis. fient non nuptię, sed filię miseranda. transcriptio, si nuptię dicendæ sunt, quæ non in augmentum generis nostri, sed in interitum proficiunt sunt. orbitas ista est, non probatio sanguinis. & in hoc facto domus nostræ solitudo perpetua. quis erit ille funereus dies, quo sine spe reditus his terris miseranda portabitur. æternis matrem lacrymis relinquitur? quod si te nō peregrinorum, sed exulum fauor in suum commodum traxit, incautum perfidę gentis antegestorum debueras exempla tractare: & recentem facinoris infandæ recensere memoriam. phrygius ille fuerat pastor, quem in ruptum regiæ coniugis nec præsumpta temeritas, nec terrarum remota penitus desperatio reuocauit. Tantum prædicto licuit, vt ignobilis ouium custos lædæmona petens longe discretam regiū coniugem leda regali genitam matre vexisset ad troiam: qd non audeant tales, quum ad solitum scelere præmium sine arboru peruenerint? quid inquam, non audeant, quibus inopinatum prædæ commodum non queritur scelere, sed manibus paternis offertur. o vnicum solatium senectutis. o liberorum meorum post tot funera miserandæ reliquię. nihil intererit inter luctus & vota: semper ego plāgam, semper lacrymas fundam. Lugeo me tuos, & sub imagine votorum in filiarū luctus impello, equa lance in orbitatem meam maritus & fortuna contendunt: & in hac parte mitior fortuna q̄ genitor. reliquis illa, quæ temperaret lacrymas meas: pater mihi infelici tollit? quod sæuens inimica dimisit? non addam, quod euidenter apparet. neq; enim incusandi sunt illi, qui proprium de se habuere medicum. non ausi sunt poscere, quod optimo iudicio patris impetrare non poterant. quos putamus illius perfidii nunc esse tractatus? aliquid monstruosum existimet genuisse, monstrum alere, & monstrum de forme nutrire. non se enim prælatum cæteris putat, sed coniunctionem nostram cunctos incolas horruisse. quid te arbitratum? ille scilicet? fidem? at nouit se ac vos esse fallax genus. qd

Virg.

Eec tum

fam monstro confimile: quæ prudentia ista est? fortuna illos  
 illum indignata destituit, auxiliorum spes? conciderunt ista cum  
 troia, neq. enim sperabo profuturos nostris, qui propria perdis-  
 derunt, superioris fortunæ reditus nescio quando prouenire pos-  
 sit, qui per troianos reperiri non potuit. Nec mihi persuadere po-  
 test, aliquem troiæ superesse felicem: quum euasisse crimen sit, &  
 vixisse tormentum, quin potius si infelicitum facienda compara-  
 tio est, meruerunt aliquid in aduersis, quos in laboribus suis vlti-  
 mum supplicium mature consumpsit. Emitti sunt isti, vt iactatis  
 per vniuersos mundi cardines pœnas expenderent, nequis fieret  
 reliquus, qui troianorum exitum miserasq. nesciret. Vexio nũc  
 ad fidei partes, quæ semper apud te sancta & inuolabilis fuit, ve-  
 nio ad singulare institutum animi tui, quo tuorum curam sem-  
 per & vbiq. seruaisti. Recusatur turnus, quem coniunctum tibi &  
 ratio sanguinis fecit, & dexterarum sæpius repetita conuentio,  
 ab putas nihil sceleris admitti, quum nulla interueniente causa  
 rumpitur fœdus: quod multi religionum nodi & numerosa pa-  
 riter vincula nexuerant. Tradas tu dexteram proximo, & hoc  
 non semel, sed sæpius facias, obstringas cunctis tuam religionis  
 fidem, quas diis fœderum testibus non sine veneratione firmas-  
 ti: repete quum læserit nullus, deniq. nullus offenderit, ipse  
 primus excidij autor existas? & quod patri regiꝝ turpissimum  
 est, sententiam tuam contraria sentiendo dissoluas. certe si in hac  
 causa deorum te responsa sollicitant, si generum faunus prædixit  
 externum: volo in hac parte parentis tanti iudicium lædas, com-  
 pleantur iusta, sic tamen ne ipso patris obsequio intellecto, erro-  
 re prolapsus lædas potius iubentem, & quem te officijs prome-  
 reri credas, offendas. responsa semper magna cautela & plena in-  
 tentione consideranda sunt, quippe dubijs inuoluta verbis & an-  
 cipiti syllabarum congregatione miscentur. ne apud humanum  
 ingenium diuina beneficia intelligendi facilitate vilescant. consi-  
 deremus igitur, quid faciendum responsa prædixerant: video, n. sen-  
 tentiam tuam te in his marite fixisse. externi, inquit, veniet ge-  
 neri. videamus quid sit externus. volo enim dicti ipsius definire  
 rationem, & parentis tui mentem plena intentione colligere. cõ-  
 sultus ille in negotio neptis quid possit prodesse, respõdit. Exter-  
 no, inquit, trade filiam tuam. Externus est quisquis a regno tuo  
 & tua potestate discretus est, cui tamen sit substantia congruẽs &  
 domicilium certum. Exules sunt isti, quos arbitraris externos.  
 nec ille sic dixit nostræ filiæ consulendum, vt talis virginem su-  
 mat, qui ventos fugitius expectet. Habes externum cõsortium  
 turni, quem si nobis aliquando affinem ratio temporis fecit: re-  
 petita tamen origo superior, & eius numerati maiores, & præ-  
 petita nomine debeat appellari, euidenti significatione monstrat.  
 Mutatio quippe terrarum originem nascendi cõmutat. Ina-  
 chus illi & acrisius maiores numerantur & mycenarum illum ci-  
 uitas tenet.

ASCENSIVS.

¶ Exin Gorg.) Ostendit quomodo Alesto, quia inferioris nomen  
 nihil respondens, statim iussa Tunonis exequuta sit: quæ sciens,  
 & concordia, & discordia, aptissimas esse mulieres potissimum  
 potentes, sollicita primo Amatam regina. De qua re dicit Dona-  
 tus sic. ¶ Exin.) Ex eo momento Gorg. sicut, ea tamen qua fingitur  
 Gorgone. ¶ Tacitum.) Sine strepitu: quoniam in mœrore iace-  
 bat, quum audiret filiam dandam Æneæ: vel ipsa tacita, vt faci-  
 lius nescienti obtemperet. ¶ Vnum.) Quia vnum, ad perditionẽ  
 presentium arbitrata est satis esse. ¶ Sinu.) Sinus dicitur, qui po-  
 test aliquid excipere, & tenere: vipeream animam: pulsa scilicet  
 humana. ¶ Fit longe tæ. vit.) i. vitta. ¶ Exuli. ne datur.) Non fuit  
 vtendum principio. Nam nec beniuolus reddendus erat, q. esset  
 pater: nec attentus, qui de re esset sollicitus: nec docilis, quõ cau-  
 sam sciret. Incipit ergo a quõlibet. deformans negotium: & ita agit  
 cum marito, quem reuereri oportuit: vt suadere potius, q̃ repre-  
 hendere videatur. Sunt ergo argumenta. Nullus postulat: pater  
 ingerit, erit in nauis thalamus filie, quando datur ei qui perpetuis  
 erroribus dånatus est. Omnis vita ducetur in fluctibus. Nulla cõ-  
 iugis gratia, nũ lum decus vxoris, quã pater non tradidit, sed ab-  
 iccit non amplius visuram. Ergo, non p̃pagatio sanguinis, sed or-  
 batio est: & domus nostræ solitudo perpetua. Ante autem, gesta  
 exempla sunt perfidie ipsorum. Est autem maximum scelus, rũ-  
 pere fidem Turno. Responsa deorum sunt, quum maxima caute-  
 la consideranda, quia implicita sunt, & inuoluta. Hæc ille. ¶ Or-  
 do est. Exin idest ex eo momento idest statim: Alesto infecta ve-  
 neris Gorgoneis idest serpẽtib. quales Gorgones, pro capillis ha-  
 bere dicuntur, præfertim Medusa: petit idest petijt, per syncope,  
 principio Latium, & excelsa idest sublimia tecta, Latini tyrãni, i.

regis: & obedit limen tacitum idest ipsa tacens: aut obedit taci-  
 tum, pro tacite: limen Amatæ. f. reginæ, coniugis Latini: dixit: pe-  
 tit, pro petijt: per syncopeam dici, propter verbum, obfedit: quod  
 præteriti est temporis: quod si legatur, obfedit, in præteriti: possit  
 & petit, præsentis esse, quam. f. reginam Amatam: ardẽtem, idest  
 inflãmaram: super, idest de: aduentu Teucrum, pro Teucrorum:  
 & hymeneis, idest legitimis nuptijs Turni curæ: & iræ foemine  
 idest qua plurimum foeminis, dominari solebant: coquebant: dea  
 scilicet Alesto: conijcit huic idest in hæc. f. reginam Amatam: vnu  
 anguem de crinib. scilicet suis: cœruleis idest cœrulei coloris. ha-  
 bent enim furia pro crinib. colubros, quos in pectora conijciunt:  
 & quia curæ & iræ serpunt per venas, & consumunt singula mē-  
 bra etiam medullas, & subdit in sinum. i. ad intima præcordia, in  
 quib. f. est passionũ sedes, quo monstro idest cuius monstri stimu-  
 lo: permisceat. i. perturbet, & cõfundat: omnem domum. i. totã  
 familiam. Ille. f. anguis: lapsus. i. labens: inter vestes & corpora le-  
 uia. i. plana & non aspera: vt sunt mulierũ corpora, voluit. i. volu-  
 bilitate sua progredit: nullo actu. i. quasi nil attingens: & sal-  
 lit. i. circũuenit: furentẽ. i. per se insanientẽ mulierẽ: inspiras. f. ani-  
 mã. i. mentẽ, aut anhelitũ vipeream. i. serpentinã, aut ingens colu-  
 ber fit aurũ tortile. i. intortũ, vt torques, aut monile collo. i. p. col-  
 lũ, aut depẽdens de collo. i. & fit tænia. i. extrema pars loge vitæ  
 idest fasciæ ambientis caput muliebre: & innectit comas. f. Ama-  
 tæ, in morẽ vitæ, & ipse lubricus. i. facile elabens pp. pingue gla-  
 bro corpori insitũ vt in anguilla cute: errat. i. discurrit: libere mē-  
 bris. i. p. mēbra eius: ac dũ. i. donec: prima lues. i. nociua macula,  
 seu infectio sublapsa veneno: vdo. i. de vdo corpore manẽte, petẽ-  
 tat sensus. f. Amatæ reginæ: atq. splicat ossib. ignẽ. i. ardore furo-  
 ris. Nec dũ. i. & non adhuc: & animus, sup. eius nõ precepit adhuc  
 stãmam. f. furoris toto pectore: ipsa regina. f. loquuta est, mollius  
 i. leuius & mitius: de solito more matrũ: lachrymãs multa. i. mul-  
 tũ: sup. nata. i. de negotio natæ: aut pp. natã. i. filiã suã: & sup. hyme-  
 neis. i. nuptijs: Phrygijs. i. cum Phrygio Æneæ cõtrahendis: & di-  
 cẽs, sup. o genitor. i. o Latine, qui pater es: ne. i. an. Lauinia. f. filia  
 nostra vnica, & regni hères: dũ. i. vis ne, vt detur nuptũ Teucris  
 exulib. i. a patria expulsi, nec miseret te natæ. i. filiæ: nec tui, nec  
 miseret te matris. f. filie tuę: hoc est mei (ingit Amata) quã. f. ma-  
 trẽ: ipse. f. quẽ noiare non dignaret, gener noster Æneas perfidus  
 p̃redo linquet primo Aglone. i. cũ primo vento p̃spero: petẽs al-  
 ta. f. maria: & hoc virgine. i. filia nrã, quæ virgo est abducta. At,  
 apertius esset, an nisi fit, at qd dicã: nõ. i. nõne: pastor Phrygius. f.  
 Paris: de quo in Achil. Stat. Soluerat Oebalio, classẽ de litore  
 pastor. Dardanus, qui in prima ætate expositus pastor fuit, pene-  
 trat sic Lacedæmona idest Lacedaia illam ciuitatẽ in Sparta: sed  
 Amyclis abstulit Helenam & vexit Helenã Ledeam. i. Ledæ, ex  
 Ioue filiam, ad vrbis Troianãs: quã dicat apertissimẽ: & ita do-  
 cet, nõ esse honestum filiam Troianis tradere, quia exulibus: nec  
 tutum, quia perfidis: nec licitum, quia cõtra fidem. vnde subdit.  
 Quid, sup. reputabitur post hac, fides tua sancta idest prius inuol-  
 tata: quid tua antiqua cura tuor. idest sollicitudo quã habuisti de  
 tuis: & dextera. i. promissio fida data toties: Turno: cõsanguineo  
 scilicet filie nrę: quã genitus est ex materteta eius. Et si dicat Latinus  
 fata vetare probat, quoniam: si bene intelligatur: quã & Turnus ex-  
 ternus est censendus, quum sit ab externis oriũdus: & contra Æ-  
 neas internus habendus, quum ab Italij originem traxerit: dicit  
 ergo, Si gener petitur Latinis de gẽte externa: & id. sedet idest pla-  
 cet: & ea sententia firma est: & iussa idest monita, & oracula Fa-  
 ni parentis, premunt idest cogunt te ad hoc: quidem idest ego q-  
 dem reor omnem terram quæ diffidet. i. diuisim sita est: existens  
 libera nostris sceptris. i. quæ non est sub nostra ditione: esse, sup-  
 p. externam: & diuos dicere. i. censere sic. Et. i. i. super: si prima orgo-  
 domus. i. familia: repetatur Turno: Inachus, & Acrisius, sup. in-  
 ueniantur patres: & Mycenę medij. i. quæ sunt in penitiorẽ par-  
 te regionis, sup. sint Turno patria: & cetera.

nulli Latini legere malunt. Siquis vero orationem absq; ne, lah guere dixerit, poeta ipse tradit Amatam initio mollius loquutam esse. Inemendate vero cod. aliquot, exulibus abducanda, legunt: nam collisionem eiusmodi in principio Virg. non admisisset, qui vel parcissime, vel fere nunquam ea vtatur, vel in medio, vbi plus licentiae esse solet. Sed enim quantum pertinet ad syllabam,

syllabam, in. j. Promissa Lauini moenia. & patlopost, Regnumq; ab sede Lauini. & a Tibullo, Ante oculos Laurens castrum Murusq; Lauini. est prima nimirum breui positum: & apud Asprum grammaticum antiquo cod. Ducenda Lauinia legitur. ¶ At non sic Phrygius.) In aliquot codi. An non habetur. Sed, At, magis placet eruditus.

## SERVIVS.

(Sine more furit.) Sine exē plo: & hoc iam contra decus est regium. ¶ Lymphata.) Percussa furore lympharum, sic ut Ceritos a Cerere dicimur. ¶ Turbo.) Catullus hoc turben dicit, vt hoc carmen. Hic turbo, vnde turbinis facit. Nā si turbonis sit, erit à proprio nomine genitiuus: vt Horatius, Turbonis in armis. ¶ In pubesq; manus.) Aut multitudo puerorum: aut à parte totum posuit, vt pro manu puerum ipsum intelligas. ¶ Simulato numine Bacchi.) Talem patiebatur furorē, vt speraret se Liberis sacra celebrare. Non enim ipsa simulabat, qđ est sanorum. Nā & paulo post dicturus est, Alesto stimulis agit vndique Bacchi. ¶ Quod.) vt. ¶ Euohe Bacche.) Vox Bacchantis est. ¶ Tibi sumere thyrsos.) Sumebant: & sunt infanti pro idicatiuis. ¶ Pampineas hastas.) Pampinis teclas. ¶ Incinctae pellibus.) Nebridarus scilicet. ¶ Pinū sustinet.) Facē pineam, vt fiebat in Liberalibus. ¶ Natae turniq; canit hymenaeos.) Hic aperte expressit dementiam. Nam cum cōsecrauerit filiā Libero, hymenaeum canit eius ac Turni. Hymenaeum autem, nunc carnē nuptiale dixit. ¶ Torue.) Pro torue. ¶ Id.) Vox clamantis: & est tragicus sermo. ¶ Pijis animis.) Id est mnis. ¶ Crinales vittas.) Quae solarum matronarum erant. Nam meretricibus non dabatur.

Desideratū hic Donatus.

## ASCENSIVS.

(His vbi, &c.) Docet constantem in Latino fuisse animum: & dictis deorum peraudietem: in Amata autem non exaudita grauiorem fuisse furorē, vt facile agnoscas, vir quid mulieri praeflet. ¶ Nihil autem quum Dona. habeamus, paucis Ordinem consequamur qui talis est. Vbi id est postq; Amata, sup. experta Latinum id est quae fecerat periculum, an possit mutare animum Latinis: his dictis id est verbis praemissis: nequidquam id est frustra, quia videt, sup. eum stare contra id est obitare: q; pro &: vbi, sup. malum furiale id est a furia immitti serpentis lapsum, sup. est: pernitus id est omnino: intus in viscera. i. interiora praecordia amatae: & pererrat totam. i. mulierem id est obfidet omnes vires rationis eius: tum vero id est tunc maxime: & quasi ad verum: ipsa infelix excita id est cōmota: monstros. i. furis ingentibus: furit. i. bacchatur: furis sine more id est modestia, aut sine exemplo: per urbem immensam id est valde magnam: existens lymphata id est quasi lymphata: hoc est, percita, aut percussa, furore nympharū: hoc est, a nymphis: quae & lymphae sunt immisso. Qui enim deas nudas viderint incautas, crediti sunt furore percuti. (De vino autem, aquis temperato, dicemus, quia dilutum est, non lymphatum) furit (dicit) per urbem: ceu. i. tanquam: turbo id est lignum in formam pilae obuerfae: vulgus, trocum putat: quum aliud sit volitans id est velociter actus: quondam id est aliquando sub verberate torto id est scutica: aut etiam sub flagello ex canape torto: quae scilicet turbinem, pueri intenti ludo exercent. i. agitant: circum a tria vacua id est spatiosa, & nullis obsaculis oppleta: in gyro. i. circuito

POETA  
His vbi nequidq; dictis experta, Latinum  
Contra stare videt: penitusq; in viscera lapsum  
Serpentis furiale malum, totamq; pererrat.  
Tum vero infelix ingentibus excita monstros,  
Immensam sine more furit lymphata per urbem.  
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,  
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
Intenti ludo exercent: ille actus habena  
Curuatis fertur spatij: studet inscia turba,  
Impubesq; manus, mirata volubile buxum,  
Dant animos plagæ. non cursu senior illo  
Per medias vrbeis agitur, populosq; feroces.  
Quin etiam in syluas, simulatoq; numine Bacchi,  
Maius adorta nefas: maioremq; orsa furorem  
Euolat, & natam frondosis montibus abdit,  
Quo thalamum eripiat Teucris, tedasq; moretur,  
Eu ohe Bacche fremens solum te virgine dignum  
Vociferans: etenim molleis tibi sumere thyrsos,  
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem,  
Fama volat: furisq; accensas pectore matres,  
Idem omnes simul ardor agit, noua quærere rectas:  
Deseruere domos, ventis dant colla, comasq;  
Ast alia tremulis vlulatibus aethera complent,  
Pampineasq; gerunt incinctae pellibus hastas.  
Ipsa inter medias, flagrantem feruida pinum  
Sustinet, ac natae Turniq; canit hymenaeos,  
Sanguineam torquens aciem, toruumq; repente  
Clamat. ¶ Id matres audite vbicunq; Latinae, AMATA  
Si qua pijs animis manet infelicis Amatae  
Gratia, si iuris materni cura remordet:  
Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum. . .

aut Bacche dici, a poeta, vt apostrechem faciat, quasi sit fremens. i. cū fremitu: dicens ad te, o Bacche, heu ohe. & vociferans te solū dignum, virgine. scilicet: etenim sumere. i. sumebat: tibi. i. in honore tuum: thyrsos. i. hastas pampinis inuolutas: & ideo molleis: & lustrare. i. iustrabat. i. recensebat & circūspiciebat: te. i. per te & furore tuo percita: choros. i. Bacchantium: & pascere id est pascere tibi: crinem sacrum. Aut sic: etenim vociferabatur virgine sumere tibi mollis thyrsos: lustrare te. i. per te choros: & pascere. i. nutrire tibi. i. in honorem tui, crinem sacrum: aut pascere crinem sacrum tibi. Aut demum sic: etenim fama volat Amata sumere, &c. & idem ardor. i. eadem vehemens cupido: agit simul oēs matres accensas pectore. i. in pectore, furis. Quærere. i. ipse querebant noua recta hoc est deseruere domos, scilicet proprias: & dant colla & comas ventis: vt. i. diffundant, vnde in. j. Dederatq; comā diffusunderē vētis. Ast. i. sed: aliq. i. quaedā ex ipsis complent aethera. i. summū aerē vlulatibus tremulis qa tremētibus factis: & ipse incinctae pellibus nebridū. i. gerunt hastas pampineas. i. pampinis, quae sunt frondes vitii, inuolutas: hoc est thyrsos. Ipsa. i. regina, & caput bacchantiū Amata: existens feruida: sustinet. i. seorsum tenet: inter medias. i. matronas: pinum flagrantem. i. ardentē facem expinua: ac canit hymenaeū. i. carnē nuptiale, natę: & Turni torquēs id est reuoluens, acie sanguineā. i. oculos sanguineos: & clamat repente totum. i. torue. I. o, etiā vox Bacchantis: o matres Latinae: vbicunq; sup. estis: audite figura. i. aliqua gratia. Amatae. i. meae, quae Amata dicor infelicis. i. diffortunatae: manet animis, sup. vestris, pijs. i. in me aut pijs id est maternis: hoc est, si cura iuris materni id est qđ matres habent in liberos, pro quib. tot sustinerim: re remordet, sup. conscientias vestras. Soluite vittas. i. retiola & fascio

Virg.

Eec ij

las:

**ÆNEIDVS.**

ias idest quibus crines implicantur: & capite mecum Origa idest facta Bacchi, quæ dissolutis crinibus furentium similes agebant mulieres.

**PIERIVS.**

(Turbo.) Turbonem, ait Sosipater Ca. a Virg. vocari, qui apud Tib. turbē est. Nāq; agor, vt per plana citus soja verbere turben, vt obiter locum et apud eū indicemus, esse vero qui passim: hic turbē dici debere putent: quia & homo, & tempestas, & buxum, eodē possint nō perhiberi. Sed hoc stulte dictū, aiunt nonnulli. Nā alij sic distinguunt. vt turbo, turbonis, si p̄prium sit hoīs nomen, cuiusmodi apud Cor. Ta. inuenias. turbinis, si procellā uoluerimus exprimerē: aut in eo, inquit Plin. nominando, q̄ est in lusu puerorū. Sed Cēsar de analogia. ij. turbonē, nō turbinē, et in tempestate dici debere, ait. vt caro, caronis: non vt homo hoīs. (Habena.) In anti. aliquot cod. habenis numero multitudinis. sed, habena, magis placet. (Stupet.) Sunt qui legant, super in scia turba. sed enim in Med. & aliquot alijs anti. co. legere est, stupet in scia supra impubesq; manus: q̄q; & impubis, recte, quorū neutrum Priscia. excludit. (In syluas.) In cod. nōnullis peruetu stis legere est, in syluis simulato noīe Bacchi: vt Euolat absolute ponat: & in syluis, res gerat. Sed. n. prior lectio mihi castior v̄ remq; magis augere numinis vi intercedēte, nisi noīe eo mō scriptū sit, quo Fonus in legibus, xij. tabu. Adorta ne. ma. orsa fu.)

In anti. quibusdam exē. adorta, legitur, vti superius est obseruātū. Pręterea et in Ro. co. Maiorē exorta furorē abscq; particula copulatiua habet. (Eu ohe Bac. fr.) Sunt in, Eu ohe, q̄ vnam tr̄i ad spirationem notent: eaq; interijciant iter vltimas vocales duas, Sunt q̄ statuunt in medio, duab. hinc inde vocalib. adnotatis Eu hoc. Sunt qui et dictionē incipiunt ab adspiratione, Heuhoē apd Cari. vna tr̄i in medio sita adspiratione scribit̄, euhoe. Sane apd nos, ce, ex oi dip. Gręca factū est. Nā qd̄ illi, ē uoi: nos, Eu ce, dici mus. Demosth. in orone contra Cresiphontem, βάρυχοῦ τῆς τριφθεῖμα εἰ τὸ εἰ uoi quare potius eu ce spondeū esse dicendum, Hora. ij. car. Eu ce. recēti mens trepidat metu. & alibi, Eu ce Bac che precor. Catul. Eu ce Bacchates, Eu ce capita insectentes: (Te lust. choro.) In plerisq; vet. co. cum Ro. & Med. legif choros: nō tamē displicet, choro. (Domos.) In codi. aliquot anti. domus, forma dedi. quartæ, nisi mutātū sit, o, in, u, vt sacerdos dei Bron tontis. In anti. marmore in æde sancti Martini in montib. (To, matres au. vbi cūq; La.) Sunt qui ex Priscia. legant, vbi quæq; atq; ita in Medi. & anti. omnib. co. Vaticanæ bibliot. hecæ legere est. Verba vero Priscia. ponere non pigeat, & matres audite vbi quæq; Latine: pro, quæcūq;. Pōt tamen hic, & ibi pro vbi cūq; accipi. Atq; ego crediderim ex hac Prisc. paraphrasi supra dictionem scripta credidisse multos: vbi cūq;, pro vbi quæq;, reponendum esse: atq; ita legitima sublata dictione, adulterinā insertam. in por. quocq; vbi quæq;.

In



**SERVIVS.**

(Acuisse furores.) Vt su pra. Quam Iuno his acuit verbis. (Consiliumq; omneq; domū uertisse Latini.)

Quod

(Talem inter syluas, inter deserta serarum Reginam Alecto stimulis agit vndiq; Bacchi. Postq; visa satis primos acuisse furores: Consiliumq; omnemq; domum uertisse Latini;

**POETA**

Quod habuerat: vt filiam dādo Æneg. bella remoueret q̄ significauerat fumus auguri. (Actrisoneis Danæ.) Patro nymicum est. Nam male pu tant

tant Acrifioneis colonis. Sola enim venerat, non cum colonis. (Præcipiti delata Notō.) Intra arcē, vt diximus supra. Magnū tenet ardea nomē.) Bene allusit. Nā ardea, quasi ardua dicta est, id est magna & nobilis: licet Iginus in Italicis vrbibus ab augurio auis, Ardeam dictam velit. Illud nāq; Ouidij in Metamorphosi fabulosum est, incēsam ab Annibale Ardeā, in hac auem esse cōuertam. Sciēdum tamē ardeam per Antiphram dictam, quod breuitate penarū altius non volat. Lucanus, Quoc; ausa volare, Ardea sublimis penæ confusa natati. (Membra exiit.) Bñ Exiit. Nā dñj cū volunt videri, induunt se corporibus pp̄ mortalium oculos, Nam incorporei sūt. (Albos cū vitta.) Id est et vitas albas. Ramū innectit oliuę. (Aut coronā accipit: aut ramum illigat vittis. Qd̄ aperte in oclauo ostendit, Et vitta cōptos voluit prætere ramos. Suprà et, Præferimus manib; vittas. Iunōis anus, tēpliq; sacerdos. (Iunōis tēpli anus sacerdos. Fusos patiere labores?) Probus de tepoz cōnexionē libellū cōposuit, i quo docet qd̄ cui debeat accōmodari: ex quo itelligimus hanc, quā fecit, arduā eē cōnexionē. Nā patiere futuri tepozis est. Fusos) vero participium est p̄teritū. Est autem sensus, Patieris vt tot tui labores fundant in cassum, id est in irritum cadant. (In cassum) autem tractum est à cassibus, id est retibus. (Transcribi.) Tradi. Seruo aut hic tractus est de pecūia. Nā scribi, est dari. Horatius, Scribe decem Nerio, non est satis, adde cicuta. Rescribi, reddi. Horatius, Dicantis qd̄ tu nunq; rescribere possis. (Quæritur heres.) De iure traxit. Vt non generū, sed heredē diceret. Nam per cōmptionē factō matrimonio sibi inuicem succedebant. (Tyrhenas i sternē acies. (Vt, I, sequere Italiā ventis. Sane notum est bello multum potuisse Tyrhenos: & fuisse præcipue infestos Latinis. Vt, Hi bellū assidue ducunt cū gente Latina. (Hec adeo tibi me.) Addidit auctoritatem, quia sciri anui credi difficile. Adeo autem, valde scilicet iussit: vt, Adolescētē adeo nobilem. (Lētus.) A. Iacer, festinus. Nam lætari non poterat, qui perdebat vxōrem. Sic supra in primo, Vela dabant læti. (Flumine pulchro.) Vt supra, Hunc inter fluuiū Tyberinus amonē. (Cœlestium vis magna iubet.) Aut per diffinitionem, ipsa Iuno est vis deorum: aut per augmentum; suasit primo per se: deinde per Iunonem; postremo per omnium vim deorum. (Turnum experiatur in armis.) Contra se, quem pro se probare non potuit.

## DONATVS.

Accēpit Aleto sacerdotis personam: vt maiore auctoritate loqueretur. Interea q̄ pulchre posuit aleto toruam faciem, & furialia membra exiit. item induit albos cum vitta crines. nā exiit & induit sic est: vt est illud quum veste permutamus, exuimus, quam habemus, & induimus alteram. Induit albos cum vitta crines. cito ostendit & crines & vittam albos fuisse. (Et iuueni ante oclū.) Recte cōmotę vultu apparuit obiurgans iuuenem, q̄ in sua causa tam segnīs existeret: qui & cogitare deberet pericula sua, & atatis suffragio posset aduersum se cogitata depellere. (Turne tot in.) Poteris, inquit, patiuos turne labores effundere: hoc est, non paulatim, sed semel interire: funditur enim quid quid vno impulsu contentū traditur terræ. (Et tua dardanij.) Et imperium iam tuis meritis debitum ad idignos & aduenas sine labore transire: bis intelligēdū est, sceptrā transcribi, quod aut ait tot labores, a quātitate adiecit pondus dictioni. quod ait tua, laudis loco accipiendum. Dardanus vero pro cōiuitio, vt pote quā sua perdidissent, & inuadere cuperent aliena. Incipit aperire, qd̄ supra generaliter posuit. (Rex tibi coniugium.) Rex tuo semper

auxilio

Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis  
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem  
Acrifioneis Danae fundasse colonis,  
Præcipiti delata noto: locus Ardea quondam  
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.  
Sed fortuna fuit. tectis hic Turnus in altis  
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.  
Aleto toruam faciem, & furialia membra  
Exiit, in vultus sese transformat aniles,  
Et frontem obscenam rugis arat, induit albos  
Cum vitta crines, tum ramum innectit oliuę:  
Fit Chalybe Iunonis anus, templiq; sacerdos,  
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.  
Turne tot incassum fusos patiere labores? ALECTO  
Et tua Dardanij transcribi sceptrā colonis?  
Rex tibi coniugium, & quæsitā sanguine dotes  
Abnegat, externusq; in regnum quæritur hæres.  
I nunc, ingratis offer te irise periclis,  
Tyrrhenas i sternē acies, tege pace Latinos.  
Hec adeo tibi, me placida quum nocte iaceres,  
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.  
Quare age, & armari pubem, portisq; moueri  
Lētus in arma para, & Phrygios, qui flumine pulchro  
Confedere, duces, pictasq; exure carinas.  
Cœlestium vis magna iubet, rex ipse Latinus,  
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,  
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.

lum non relatam, verum etiam intolerabilem iniuriam factam: cuius indignitate merito doleret & iuno, irrisum scilicet, qui factum defendere deberet & posset. Dat etiam vincendi fiduciam, asserendo iunonem auxilio fore, cui causa displicebat: & quæ sua debet ultionem: Dixit facilitatem totius effectus, quod cum per reginīs esset necessario confingendum, addidit etiam metum, ne si interueniret mora, firmatos a ratione foederis vinculo superare non posset. In pronominiibus quoq; magnā vim dictionis ostendit. Ait, n. ipsa tibi me, hæc fari iussit: (Ipsa.) Hoc est, quæ omnia p̄o, & cōmoda tua pertractat. Tibi.) Contra meritū laborum ipsi, forti quoq; ac regio, tibi, qui male gesta possis propria virtute defendere, tibi suscepto iam genero. (Me.) sacerdotem scilicet sua, & templi venerandi custodem, cuius fidem nosset, & si dele ministerium, cuius efficaciam in his, quæ curanda madasset habuisset rite compertam. (Hæc.) Hoc est incongrua nec respondētia dignissimo viro, in quibus sit irrisiois culpa, & mutatio fidei. Non immerito celeriter corrigēda prope generaliter posuit, hoc est clausa ex parte ex speciebus expressa. quod ipsum arte mira perfectum est, vt cōmoto intimare sententiam, fecit & omnium latinorum cum rege cōmunem causam: quum solus ipse filiam troianis promississet, vt omnes simul vna odiū societate persunderet. (Quare age, & ar. pu.) Et dispone pubem, quæ admodū pro ducatur portis, age para, iubentis est: quis aut suadet, vt quis lætus eat ad bellum? nisi qui spondet spem vincendi certissimam: quod ipsum, & si falso promittebatur, non curabat furia exitum rerum, quæ propter turbanda omnia belli tantum quærebat initium. (Et phrygios, qui flu. pu.) Suadebat inuadendos bello, qui venerant, atq; vt hoc securus ageret turnus, deformat troianorū personas, imbelles ostendens. phrygij sunt, inquit, hoc est qui p̄ inertiam sedes suas & patriam perdididerunt, delectantur amonitate fluminis, qd̄ nō facerent, nisi essent soluti & inertes. Pictasq; exure carinas, notat, qd̄ pictura nauium luxuriosos sese comprouertere, qui voluntati potioris infirmos, has igitur iubebat incendi, vt pressis fugiendi vel euadendi subsidiū negaret. cœlestiū vis iubet, debet audacius fieri, qd̄ superna præcipit auctoritas, qd̄ vero reginam deorum dixit præcepisse, ad omnes deos voluit pertinere, qui voluntati potioris non poterant contradicere. Nec dubites, inquit, accepta perficere: quum cæptis tuis affuturus sit potentissimoz numinū fauor: & id iuno scepit magnę potentię, hoc est, q̄ plus posset q̄ dñj cæteri. (Rex ipse latinus & c.) Quod ait rex ipse, sic intelligendum est, ipse qui te sefellit, ipse,

Virg.

EEc in cui

qui obsecutus es semper ipse, cuius imperium tua defensione seruasti, ipse, qui mobilis esse non debuit, ipse, penes quem summum super filia conuentionem iudicium est, qui iniuriae suae auctor esse non debuit. Nisi tibi coniugem dederit, nisi conditionibus se professus fuerit parturum: qui benevolentiam generi contemnedam credidit, armati sentiat, & irati virtutem.

ASCENSIVS.

periti.) & lauabat, supple ipsum, in fonte puro. Ille patiens manum, pro manuum: & affuetus mensæ herili, id est heri, seu domini sui Tyrrehi: errabat, id est libere deueniabat, & pascebat syluis: & ipse, hoc est per se, nullo custodiendo, nec dirigente: ferebat se domum ad limina nota, quantum nocte sera, id est quantum aliquando ad seram vsq; noctem expectaretur. Canes rapide, id est veloces Iuli: venantis commouere, id est excitauerunt ad cursum, hunc. i. ceruum: errantem, id est pascentem: procul. i. à domo Tyrrehi: vt non debeat putari domesticus, aut mansuetus, quum scilicet ipse ceruus: defueret, id est deorsum fueret forte riuo secundo, id est defluente, & cum defluxu eius: & quum leuaret æstus ripa viridante, id est virente: & virides herbas habente. Ipse etiam Ascanius, succensus amore eximie laudis, qualem putauit tam præstantem ceruum figere, dixit spicula, id est sagittas: cornu, id est arcu cornu, in extremis habente ceruo, id est incuruato. Nec deus, id est secundum Donatum, euentus: secundum Seruium autem ponitur pro dea, scilicet Alecto: quia numina: habet virtusq; semper participationem: & pro dea, potest dici deus: vt pro Iunone, aut Alecto, hoc loco: & pro Venere, in. ij. Descendo, ac ducente deo, absuit. imo adsuit, id est auxilio fuit: dextre. i. Ascanij: errantis, id est nescientis, qualem ceruum feriret: putantis videlicet, syluestrem esse, & ita error est in Ascanio, aut dextræ erranti. i. qui alioqui errasset: & arundo. i. sagitta arundinea: acta, id est directã: venit per vterum, & per illa, sup. cum multo sonitu. i. stridore. At. i. sed: quadrupes. i. ceruus: saucius, id est vulneratus: refugit intra tecta nota: & gemens, successit stabulis: & cruentus. i. cruce perfusus, atq; similis imploranti. auxilium: replebat omne tectum, id est totam domum Tyrrehi: questu. i. querela. Rarum est questum, pro querela, singulariter reperiri: in pluralibus autẽ, da tiuo, & ablatiuo facit questibus, non questibus: quod à questu, & quæro, deducitur.

### PIERIVS.

¶ Quæ prima malorum causa fuit.) In Roma. codi. in Medi. & aliquot alijs anti. laborum, legitur. Eo enim vocabulo Virgil. ad uerba solet exprimeret. F. Et late cu. cre. cam.) In Roma. codic. latini: sed familiari vitiõ: nam, late, aduerbium omnino melius iudicatur. F. P̄cebatq; ferum.) In codi. aliquot anti. potabat, legitur: quod non ita venustum videtur, neq; adeo dicurationi admodum. F. Ille ma. pa.) In cod. aliquot, manuum, vbi manifesta synizesis, sub tractu tamen, v. alterum pleriq; malũ: & ita co dices emendatores habent. Quamq; nihil prohibet, manũ, quanto casu inferuire participio. F. Rapideve Iuli Commo. ca.) In codi. aliquot anti. rapidi, virili genere. Sed in Roma. atq; in Porcio, significatione, & genere mutato, rapida legitur: quod ideo placet, quia superius rabiem canibus obiecit legitimus. F. Ripaq; estus vi. le.) Missum faciam, quod pleriq; cod. antiqui, lauaret, legunt: quum magis omnino placeat, leuaret, id minime dissimulauerim quod in cod. aliquot manu scriptis inuenitur, ripaq; æstus vndat leuaret. nihil enim hoc displicet, quantum, viridante, gratius, & lasciuus. F. Nec dextræ er. deus absuit.) Hoc varie reperitur in codicibus antiquis scriptum. Nam, affuit, & adsuit, & adsuit, & etiam adsuit, legitur. Vera tamen lectio, & antiqua magis, absuit, est.

Et notandum quia vocem eius paulatim facit p̄cedere: quod locorum indicat commemoratio, F. Triuix lacus.) Hic est qui Diane Speculum dicitur. F. Sulphurea Nar albus aqua.) In via Flaminea est ciuitas Narina in montibus posita, quibus subest Nar fluuius, qui Tyberino coniungitur. F. Fontesq; Velini.) Ultra Interamnẽ sunt in Sabinis. Nam vt diximus, vox furie paulatim processit. F. Prestere ad pectora natos.) Status, Prestitq; Palæmona mater. Item econtra, Nec natos ausæ deponete mres. F. Ad vocem.) Buccine. Vt, Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit. Nam quicunq; sonus didi vox potest. F. Auxilium callis effundit apertis.) Id est: ipsa in auxilium effundit. F. Direxere acies.)

Et

acies.) Ordinarunt in latitudi-  
ne. Præbreuis fit  
propter sequētē vocalē: quod  
in vna parte orationis factum  
tolerabile est, quia cōpositus  
est sermo. Ferro ancipiti.)  
Vtrinque noxio. Dixit autē aut  
gladios aut bipēnes. Seges.)  
Terra modo: vt, Quid faciat  
letas segetes. Per Atram vero,  
fertilem significat, vt ostendi-  
tur in Georgicis. Sole lacessi-  
ta.) Naturale enim est vt me-  
tallorū splendor plus fulgeat  
alia luce percussus. Paulatim  
se tollit mare.) Sic bella di-  
cit surrexisse paulatim, sicut  
vētis flātibus sensim mare tur-  
gescit. Hic iuuenis.) Et puerū  
& iuuenem nonnunquā indifere-  
te ponit Virgilius, vt hoc loco.  
Nam Almonem, quem modo  
iuuenem dicit, paulo post ait  
puerum. Mouet autem misera-  
tionem ab ætate, cū dicit Iu-  
uenis: à virtute, quod dicit pri-  
mam ante aciē: vulneris etiā

Dira dedit raptis concurrunt vndiq; telis  
Indomiti agricolæ: necnon & Troia pubes,  
Afcancio auxilium castris effundit apertis.  
Direxere acies non iam certamine agresti,  
Stipitibus duris agitur, sudibus ue præustis:  
Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; late  
Horrescit strictis seges ensibus, æraq; fulgent  
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.  
Fluctus vti primo cœpit quum albescere vento,  
Paulatim sese tollit mare, & altius vndas  
Erigit, inde imo confurgit ad æthera fundo.  
Hic iuuenis, primam ante aciē stridente sagitta,  
Natorum Tyrri fuerat, qui maximus, Almon  
Sternitur, hæsit enim sub gutture vulnus, & vda  
Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.  
Corpora multa virum circa, seniorq; Galefus,  
Dum paci medium sese offert, iustissimus vnus  
Qui fuit, Ausonijsq; olim ditissimus aruis:  
Quinq; greges illi balantum, quina redibant  
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

crudelitate. Almon.) Bene rustici nomē vsurpauit à fluuio. Hic  
fit enim sub gutture vulnus. Sagitta. Vt, illum infesto vulnere  
Pyrrhus. Vda vocis iter.) Hoc est vduum iter vocis. Non enim  
vox vda est: sed per vdam arteriarum labitur viam. Vn in febrien-  
tibus deficit. Corpora multa virū circa.) Constrata sunt. Rhetor-  
ice viles trudit in medium: nobiles vero primo & vltimo cōme-  
morat loco. Dum paci medium se offert.) Reddit cam cur sine  
bellis intererat. Ditiſſimus aruis.) Secundum antiquum morē.  
Horatius, Diues antiquo censu. Quina redibant Armenta.) Pro-  
quinq; sicut bina. Et terrā centum vertebat aratris.) Duo dixit  
à Catone memorata, qui interrogatus qui cēt paterfamilias, re-  
spondit eum qui bene pascit, & bene arat.

## DONATVS.

(Syluia prima soror.) Ipsa prima cæsus casus ingemuit, quæ pe-  
tebat, ferumq; lauabat in fonte, quæ cornua eius fertis intexerat  
& quod patienter hæc referret, habuit gratum, tantū consuetudi-  
nis affectus potuit, vt hæc etiā grauiore puocaret ad plāctus, &  
humeros palmis proprijs verberaret. Ecce ad excitandū leui ex-  
causa bellum, datur etiā puellæ persona, quæ pro simplicitate  
putaret magnū scelus admissum: quia moriturus fuerat ex cau-  
sa vulneris ceruus in auxilium repetendē vltionis homines vocā-  
bat agrestes, imperitos, & duos. hoc est animo feros, & ratione  
expertes atq; ad certamen robore corporis competentē aptissim-  
os. Olli pestis. e. t. aspera syluis.) Quoniam natura sæui, & p-  
locorum asperitate truces optatam puellæ sumperant vocē: im-  
prouisi repente venerunt, improuisi sunt, qui subito apparēt, nec  
videntur, dum veniunt, describitur in armis ipsis hominum fur-  
tor, & repentina cōmotio. ruebant, inquit, in hominum perniciē  
properantes non arte armati vel gladijs. Agrestes quippe non  
vsum habuerunt pugnandi, sed inferendæ violentiæ. Hic torre-  
no. Stipitis hic. g. n.) Vnus, inquit, ferebat fusilem ex incēdio sub-  
latum, alter stipitem impolitum & nodorum ponderibus præ-  
grauatum, duorum specialiter dicta sunt arma, vt de exēplo po-  
tuisset intelligi, qualia omnis multitudo portaret. Quum igitur  
cunctos breui dictione concluderet, ait. Quod cuiq; re.) Postre-  
mo succedebat furentibus in armorum vicem, quicquid præsens  
ministrat occasio. Vocat. a. tyrrius.) Quum pro magnitudine  
commotionis suæ tyrrius præsentem iuuentutem sufficere non  
posse speraret, vltioi vocabat alia quoq; agmina, describit etiā  
quomodo veniebant euocati, quanti, vel quales, vel vñ. Quæ  
distinguit quercum cuneis.) Veniebant iuuenam manus, quæ scin-  
debat cuneis quercum, immane spirans & crudelitatem in haneli-  
tu etiā spondens, securim vero secum vehens ad bellum, qua  
scindens roborebus operam dabat securis rapta, ostendit merā  
furentis insaniam, At scæua è speculis.) Espectulis, hoc est ex sum-  
mo, inde enim inferiora vel longe posita facilius cernuntur, mire-  
positum est, tempus dea nacta nocēdi. vnum est enim de tribus,  
quæ in omni actu possunt explicare, quæ cupimus. sunt enim lo-  
cus, tempus, persona. Opportunitas igitur temporis, quoniā ni-

tentem poterat iuuare suffra-  
gio suo, eam nō amisit alecto,  
quippe nocendi peritia callēs,  
amicum dispositioni suæ tem-  
pus & efficax præterire nō pas-  
sa est, deniq; eminentissimum  
tenuit locum, tectorum, scili-  
cet stabuli. vt quicquid fecisset,  
vel voluisset dicere, id nō ipsa  
sed stabuli dñs facere vel dice-  
re videretur. Et de culmine  
summo Pa. c. f.) Vt pastorum  
congregatio fieret maior, de  
summo datum signū est cun-  
ctis pastoribus notum. Cor-  
nuq; r. Tartaream.) Emisit tri-  
stem vocem ex tuba: tartareā  
ideo, quia cū interuenerit, fu-  
nera consequuntur, & cædes.  
Qua protinus omne Co. n.)  
Quam luctuosum fuit, quod  
emittebatur ex tuba: quando  
hoc accepto ipsa quoq; nemo-  
ra tremuerūt. Et (sylvia in p.)  
Tantum profecit altitudo lo-  
ci, vt exinde letalis sonus etiā  
ad sylvarum profunda perue-

nisset, hoc est interiora, & penitus abstrusa. Audire & triuiae lon-  
gæ la.) Id est auernus, qui satis à latini stabulo fuerat remotissi-  
mus. Audire animus. S. Nar. a. a.) Per locorum nomina expressa  
est longitudo regionum, ad quas dirus tubæ peruenerat sonus.  
Iccirco autem dixit Nar sulphurea aqua album fuere, quod cur-  
rens colorem sulphuris monstraret, est vero aqua eius alba quum  
hauritur velinus autem lacus est. Et trepidæ matres.) Fœmæ,  
quæ bellicum cani acciperant auribus, mox non sibi plusq; libe-  
ris metuentes, continuerunt filios suos amplexibus pauidis, sciē-  
tes quid mali etiā paruulis bella minarentur. Ad peſſora, inq;  
presserunt pignora sua, vt ostenderet poeta nimium affectum ma-  
ternæ sollicitudinis, quasi demum deinde diuelli nō possent. Cer-  
te etiam illud intelligi potest voluisse eas satiare corda sua, anteq;  
illis vel earum liberis accideret interitus. Tum vero ad vocem  
celerem.) Superius syluia, inquit, prima soror palmis percussa la-  
certos Auxilium vocat, & duos conclamat agrestes, postea dixit  
vocat agmina tyrrius, & venisse aliquos, tertio furia ipsam bel-  
lum tuba finitimos & longe positos nunciante secutum est. Tum  
vero, hoc est tum magis in finitimos agricolas cœpisse concu-  
rere, vt manifestaret, quanta virtute singuli auxilia conuocati  
sunt propter vltionem facti. Necnon & Troia pubes.) Hoc est  
Troianorum iuuenum multitudo. Troia, sic pronunciare debe-  
mus, vt quum ipsa patria significatur, duæ syllabæ fiant, quando  
aliquid ipsius, tres syllabæ numerantur, vt nunc prima sit, tro. se-  
cunda, i. tertia. a. Afcancio auxilium.) In periculo regni pueri  
non paulatim processerant ad auxilium, nec in partibus, sed se-  
mel omnes Troiani effusi sunt. Quantum tuetur Virgilius Tro-  
ianorum partes ab illa inuidia, ne in alieno regno positi improbi-  
tatis crimen incurrerent, procedebant, inquit, Troiani, non vt in-  
ferrent, sed vt repellerent bellum, nec vt persequeretur quæquæ:  
sed vt regis filium tuerentur: & ab agrestium improbitate defen-  
derent. Non iam. c. agresti.) Ad id iam fuerat ventum, vt non li-  
te inter paucos, sed inter innumeros acie veris armis contēderet,  
ac bello. Atraq; late Horrescit. st. se.) Instantū grauis horror ap-  
parebat armorum, vt nudatis gladijs, atq; eductis terra omnis  
sine magno tremore videri non posset. Araq; fulgent Sole la-  
cessita & lucem.) Repercutsa æra Solis radijs tantum luminis co-  
gebantur effundere vt solis ipsius lucem superarent. Fluctus  
vbi primo.) Mittit similitudinem, qua ostendit augmenta cala-  
mitatis & belli, quemadmodum solet, inquit, insari paula-  
tim flātibus mare, & dum temperatis tumoribus fertur, exci-  
tatum maioribus incrementis vsque ad astra pertendit, sic bel-  
li furor populorum congregatione crescebat. Hic iuuenis pri-  
mam.) Post casum cerui, qui malis omnibus initium dedit  
rat, sorte accedit, vt eiusdem tyrrii filius sagitta ictus ante con-  
gressionem cecidisset, huic præter iniuriam hominis occisi, ad-  
duntur merita, quæ duriorē dolorem commouerent. Pri-  
mo quippe ait, Tyrrii filius, & Tyrrii merita superius dicta  
sunt. secundo ait, iuuenis, in quo mors acerba maiorem in-  
ferre

ferre dolorem posset. tertio dixit eum inter filios tyrrhei notum fuisse maiorem, qui locus nascendi ut maiorem affert parentibus gratiam, ita maiorem dolorem parit, si funere præuentus intreat, dicit iam quomodo, vel quo casu perierit. (Hæsit enim sub. g. v.) Sic sagitta percussus est, ut oculo vocis transitu, nec spirare ultra, nec loqui potuisset. Itaque interijt, ut solent interire, qui laqueo terminant vitam. (Corpora. m. v. c.) Qui non fuerunt (superioris loci generaliter dicti sunt. Seniorque galesus.) Indignus istius hominis letum multis generibus demonstratur. primo, quod senior, ac per hoc & prudentissimus fuit. neque is, qui ad hoc venisset, ut affectu videretur prouocatus esse pugnandi, sed sua fortius potius pacis atque concordia, qui nollet bellorum causas vltorius crescere. Iste iustissimus fuit inter suos, & quia difficile est bonum esse, vnus dictus est, talis vnus inuentus, qui concordia suaderet, qui dum existimaret iustitiam suam improbos posse concedere, sic inter pacem bellumque prostratus est, dixit interea publici commodi causas, propter quas nascens bellum persuasione iusta cupiebat extinguere. Dixit ipsius quoque primatis facultatem, ditissimus, inquit, fuit in possessione agrorum, nec nouus diues, sed olim locupletissimus, ac per hoc, qui nollet repentino malo perdere, quæ longa quiete possederat, quinque autem greges habuit ouium, & quina armenta, hoc est in singulis generibus animalium quina armentorum appellatio, boues, equos, & cætera huiusmodi significat: quæ facile interire possent, perturbatis omnibus, & belli rabie confusa publica, huius persona & nece iniquitas omnis expressa est, quæ iuxta iustissimum senem non existeret, si rationem rustici furentes habere potuissent, in aratorum numero non tantum armentorum copiam vel animalium, quæ iungebat, verum etiam fructus ostendit, ut in omnibus diuitissimum comprobaret, & reuera locupletissimi & iustissimi persuasio longè ui quin etiam fuerat necessaria, tali tempore, quo rebus publicis metueret, ac suis, quippe diuitibus detrimenta sunt bella, cæterum plebs non metuit quicquid belli tempore: nec aliquo damno percutitur, quoniam iam deest ei, quod perdat.

## ASCENSIVS.

(Syluia prima.) Docet quomodo incepta est discordia, & quomodo prima commissa est pugna. De qua re dicit Donat. sic. (Triuia. Ion. lacus.) Id est Auernus: qui à Latini stabulis esset remotissimus. (Pressere ad pectora.) Oslèdit maternum affectum. (Tū vero.) Ad vocem primo dixit, Syluia auxiliium vocat, postea dixit, Vocat agmina Tyrrheus, & venisse aliquos, Tertio, furia bellum finitimis tuba canit: & tum plurimi venerunt. (Auxiliū castris effudit.) Nā in periculo regni pueri, non paulatim processum est: nec partibus, sed semel oēs: Tuetur autem Troianos ab inuidia, ut non ferant: sed ut defendant iniuriam. (Hic iuuenis.) Post egerdem cerui, tulit fors, ut maximus natorum: Tyrrhei occideretur. Mouet autem pathos, & quod Tyrrhei filius, & quod maximus natus, & quod iuuenis. (Senior.) Pathos ab ætate: item à causa, quod pacis mediis. Cupiditas pacis ostenditur ex diuitijs, quas in bello perdetet, erat anxius. Hæc ille. (Ordo autem est, Syluia, scilicet filia Tyrrhei, quæ ceruum illum comere, & ornare solebat: foror, scilicet Tyrrhidarum, percussa palmis lacertos, id est perculsum habens: aut percutiens lacertos palmis, vocat prima auxilium: conclamat agrestes duros, ad laborem, & difficiles ad pietatem: olli, id est omnes illi: tunc ad sunt improuisi, i. subiti: enim, pro quæ pestis, i. furia pestifera: latet aspera, id est nocua, & perniciofa: syluis tacitis, id est secretis, aut ipsa tacens: & tacite furorem inspirans: hic, supradest: armatus torre, id est stipite: tosto: vnde dicit, obusto, id est circumusto ut durior sit: hic, i. alius, supradest, armatus nodis stipitis grauidi, id est ponderosi, Ita facit telum, i. ministrat pro telo: cuique, id est cui libet rimanti, i. disquireti: telum, supple illud, quod reperitum est, supple ei. i. quidquid inuenit, pro telo sumptis: ut in primo Furor arma ministrat Tyrrheus, i. ducis, loco fungens: vocat agmina, i. in agmen, conuocat dispersos: ut id est secundum, quod ipse Tyrrheus: scindebat: forte, i. à casu: quia casuale: fuit quod tunc scindebat, quum rustici in arma ruerent: quercum quadrisidam, id est in quatuor partibus fissibilem: & hoc curuens, id est instrumentis findendi: coactis, id est simul impressis: spirans, i. anhelans: immane, i. immaniter, hoc est valde grauiter: & hoc securi raptā, id est vi recepta: graphice admodum exprimit morem rusticorum, ligna findentium. At dea seua, i. Alæto: naxta, id est quæ inueniat tempus, i. opportunitatem: nocedi è speculis, id est è locis altioribus, vnde illud speculabatur petit ardua tecta stabuli: & canit signum pastorale, id est quod pastoribus conuocandis datum erat ab antiquo more: de culmine summo, scilicet stabuli: & intedit, i. auget, & fortificat: vocem tartaream, id est

infernalem: quæ, s. voce, omne nemus contremuit: protinus, i. statim, vel protenus, hoc est porro tenus, i. ampliter: & syluæ, p. fun, dæ intonuerit. & lacus Triuia. s. Auernus: loqe. s. positus: audit, s. vocem Alæto: & Nar, amnis ille albus, aqua sulphurea, id est habente sulphuris odorem, & commixtionem: audit & fontes Vellini, qui postea Velini dicti sunt: & matres trepidæ, i. præ anxietate trepidantes: pressere natos, i. liberos suos: ad pectora, i. firmiter complexæ sunt: quod anxietatis indicium est. Tum vero, i. maxime tunc: aut tunc quasi ad verum agricolæ indomiti, id est effreni: concurrunt vndique telis raptis, existentes celeres ad voces, quæ buccina dira dedit signum necnon: & i. etiam pubes Troia, i. Troiana: iuuentus effudit Ascanio auxilium: castris apertis, i. patentibus ad exitum: & ipsi direxere acies: & nō agitur iam, s. postquam collecti erant, hinc rustici, illinc Troiani certamine agresti, id est ut in certamine agrestium solet fieri, videlicet stipitibus: duris, id est induratis: ve, pro vel: sudibus, i. periculis: præuulsis, s. loco ferri: sed decernunt, scilicet vtri vincant, hoc est contendunt ferro ancipiti aut vtrinque incidenti, aut formidando: & seges, id est terra: atra, i. nigra: horrescit, i. fit horrida, & aspera: late, i. ampliter, & in latum ensibus stricis, i. denudatis: vnde vaginas in terram deieciabant, aut cadentes etiam enses rubiginosos: vnde segetem atram, dixit accipiente segetem pro terra: & æra, i. ærea arma, scilicet Troianorum: lacessita, i. percussa: sole, i. radijs solaribus: lucet, i. resplendent: & iactant lucem sub lumine: ut, i. quemadmodum: fluctus, sup. lucem iactat: quum, i. quando, coepit albescere primo vento: & sup. mare: tollit, i. erigit se paulatim: & erigit vndas, id est pcellas, altius: & confurgit, i. simul surgit: inde ad æthera, sup. ab fundo imo, Almon iuuenis, quæ fuerat maximus natorum, i. filiorum Tyrrhei, bisyllabum est, habet diphthongon in secunda syllaba: aut per singresim profertur Tyrrhi: sternitur, id est prosternitur: hic, i. in hoc congressu, ante primam aciem: & hoc sagitta stridente, quæ, i. vulneratus erat: enim, pro quia: vulnus, s. infixum, à sagitta hæsit, i. inhæsit, sub gutture: & inclusit, i. interclusit: iter, id est meatum vocis: vnde, id est quæ per iter vnum efferri vult: aut quæ ærem, qui vds est, desiderat: & inclusit, i. suffocauit sanguine: vitem tenuem, i. fragilem spiritum vitalem, qui tam facili ter suffocatur. Multa corpora virum, pro virorum: circa, sup. sternuntur: & Callesus, rusticus ille senior: sternitur, sup. dum ipse offert se mediū paci, i. concordia faciendæ: existens iustissimus vnus, qui fuit & ditissimus olim, s. ita tempestate: aruis Aulonis, id est regionibus illis Italiæ, quæ quinque greges balantum, i. ouium: & quina armenta, i. greges magnorum animalium: redibant illi, i. ad illius commoditatem: ex pascuis domū, s. & vertebat, i. arabat, aut fulcabat terram, centum aratris: hoc est, bene paut, & bene arauit: & ita & bonus, & diues, habitus est.

## PIERIVS.

(Olli, pestis enim.) Plerique cod. antiqui cū Mediceo legunt, Illi. Sed puto hoc ex paraphrasi emanasse, quæ, Olli, vocabulū vetus interpretaretur. (Armatus obusto.) Ex plaria vetera Palatina legunt, abusto. Sunt tñ alia, in quibus, adusto, legere est, sed obusto nulli displicet, ut in Mediceo. (Quod cuique reperitum Rimanti telum ira facit.) In omnibus Vaticanæ bibliothecæ cod. reperitum est, habetur. Et pro, ira facit, in cod. aliquot ant. ira fuit, legitur: quod aliorum iudicio relinquimus. (Vocat agmina Tyrrhus.) In cod. aliquot ant. legere est, Tyrrheus, eaque de causa superius in Ro. cod. scriptum est, Tyrrhedæ. Sed enim pene vltima, ei, esse deberet. Est vero passim in obliquis, Tyrrhei, ut Orphei, Ilionei, eodem codice. (At seua è speculis.) In plerisque cod. manu scriptis, non habetur, e: sed id male. (Intendit vocem.) In Roma. codice: incendit: quod non æque placet plerique vero ita immutata sunt in omnibus pene authoribus, quia, ut alias admonuimus, plerique in libris manu scriptis, e, & t, eadem pene forma notata reperitur. (Syluæ intonuerit.) In Romano codice, & quibusdam alijs antiquis, syluæ intonuerit, legitur. Sed, intonuerit, melius. (Audit & triuia longe lacus audit amnis.) In anti. codi. plerisque, Audit, vnico, i, utroque loco scriptum est, quod tamen pro duobus pronuciari debeat: ut antiquo marmore, filis, pro filijs, scriptum obseruauimus: & alia quædam huiusmodi. Neque præterierim in Ro. codice, & quibusdam alijs, audit & amnis, legi. Sed omnino magis placet, audit, dactylus, vna dictione. (Sulphurea Nar albus aqua.) In Ro. cod. Sulpurea, per p, scribitur: ut alibi etiam, Sulpura: ex quo patet sulphur, aliquando per ph, scribi solitum, quum tamen dicto Latina sit. Id enim Græce, θειον & θειον dicitur. (Raptis concurrunt vndique telis.) In veteribus aliquot codicibus, occurrunt: non ita proprie legitur. Sed dicā ne illud, curro, verbum, eandem olim habuisse pronuciationem: quæ nunc in ore



in ore vulgi est. Concurrunt enim in antiquissimis codicibus notatum animaduertine credamus sola illa, Toruom, Sæuom, & alia huiusmodi, in o, mutasse. Stipitibus duris agit, subdibusve præstitis. Nonnulli, Stipitibus, per y, primam syllabam scribunt: ut τὸ τοῦ στῖπῖτος veniat: idem enim significat. Quidam malunt per i Latinū, ut etiam Stipare, per i: quāuis στῖπῖτος: vñ verbum deductū volunt per y scribatur: quæ apud nos in u trāfit, Stupam. n. dicimus. Est & illud animaduertioe dignū: quāuis & hoc κατὰ πάρεργον apud T. Liuiū lib. j. primæ Decadis, desyderari lectione castam, Sudē præstitam. Nā ita in codice vetusto legimus: vt, Fecialis hastā ferratam: aut sudem præstitā, ad finis eorum ferret. Vulgata. n. exemplaria legunt, hastam secretam, aut sanguineā. Et lucē sub nubila iactant. In codicibus aliquot antiquis, lumen, legitur. Sed, lucē, melius. In aliquot alijs, lucem sub lumina,

## SERVIVS.

Æquo dum Marte.) Aperita contentione, bello manifestio, nam sic dicimus. Æquum autem pro æquali non possumus dicere, cum soli interempti sint Itali. Promissi dea facta potens. Hæc est elocutio Potens promissi. Promississe autem eam consensione intelligimus. Nam non promissit. Imbuit. Initiat. Et bene. Sanguine. nam potest bellum & à discordia vel à dissensionē inchoare. Et coeli conuexa per auras. Potest tamen esse Epexegetis per auras, id est cœli conuexa. Neq̄ enim aliud sunt auras. Dicit etiā quidam Commentarius Conuexa legendū vt sit ipsa conuexa, quod difficile in exemplaribus inuenit. Victrix. Voti compos. Affatur. Iam cum superba. Bene autem ei in principio deneget orationem, quasi ad secula festinanti; quam modo tribuit post bella cepta. Bello discordia tristi. In uno enim bello poposcerat fermina. Hæc ipsa etiam bella perfect. Dic in amicitiam cogat. Ac si dicat, Itabella commouit, vt ne tuo quidem imperio possint in pacem redire. Et hoc est Affatur voce superba. Alij dicunt, Ego inter hos bella commisit: ut videlicet nos populos federibus iuge, & partibus facere compelle: quod tamen si vis, ego faciam hinc sit, Ego si qua super fortuna labori est, Ipsa regam. Certavoluntas. Si tua in hoc consentit auctoritas. Iniani Martis amore. Homeri epitheton. Spargam arma per agros. Meminit sui. Nam supra dixit, Sere crimina belli. Terrorum & fraudis. Terror ex morte tot hominum: fraus vero ex cerui vulneratione. Stant belli causa. Maledictæ sunt. Et placet, vt, Stant conferre manum. Egregium Veris genus. Ironiā dicitur esse, vt, Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis. Ipse Latinus. Ac si diceret, quem Aeneas causa cogor odisse. Vnde & Amata nulla fit mentio, quæ est Trojanis inimica. Urbanus tamen totum hunc locum per interrogationem vult accipi, Terrorum & fraudis abunde est? Stant belli causa? Vt quasi per gratulationem non credat, vt sit Terentij illud, Quia plus cupio, minus credo. Super ætherias. Quia dixerat, Coeli conuexa per auras. Attollit stridentes anguibus alas. Hæc est volans Periphraſis. Est locus Italiae in medio. Hunc locum vmblicum Italiae cosmographi dicunt. Est autem in latere Campaniæ & Apuliæ, vbi Hirpini sunt, & habet aquas sulphureas: ideo grauior, quia ambiuntur syluis. Ideo autem ibi aditus dicitur inferorum, quod grauis odor iuxta accedentes

lumina, habetur cum paraphraſi, solis. Sed, nubila, ob antitheton magis receptum est. Cœpit quum abscere vento. In Romano. ponto, legitur: hoc est prima parte potest: sed magis placet omnino, vento, quo spirante crispantur in spumas vnde: & ita abscunt. Natorum Thyri fuerat qui maximus Almon. Veteres quidam codices versus ita scribunt: Gnatorum Thyri fuerat, q̄ maximus Almo. dicitur vero, Almo, per o, finale: vt Plato, Sollo. nullum enim nomen Latinum, on, literis finiri, ait Sofipater. Plinius quædam designat vsu recepta: vt Pluton, Xenophon, iuniores grammatici plura recepere. Hæsit enim sub gutture vulnus. In antiquis aliquot codicibus, exit, legitur: vbi, vulnus, p̄telo, ponetur: veluti superius. Illū infesto volnere. Pyrrhus Infestquitur. Est huic simile Transibit costas. de quo suo loco dictum, hæsit tamen, Medicei codicis lectio haud quāquam contemnenda.

necat: adeo vt victimæ circa hunc locum non immolantur, sed odore periret ad aquam applicatæ: & hoc erat genus litationis. Sciendum sane Varro nem enumerare quod loca in Italia sint huiusmodi. Vnde etiam Donatus dicit Lucaniæ esse, qui describitur locus circa fluuium, qui calor vocatur, quod ideo non procedit, quia ait, Italiae medium sub montibus altis. Hoc nisi ad totam Italiam referas, non procedit: vt sit, Est in vallibus Italiae montuosæ. Nam in hoc loco montes penitus non sunt. Nobilis. Notus: quod & sequentia indicant. Amantissimi valles. Loci sancti, id est omni parte sancti: quem dicit & syluis cinctum, & fragosum fluuiio torrente. Hic specus horrendum. Hoc nomen apud maiores trium generū Horatius masculino, Quæ nemora, aut quos agor in specus? Virgilius neutro, quod hodie in numero singulari tribus tantum vitium casibus. Hoc specus, huius specus, & specus. Pluralem tantum à genere masculino habemus in omnibus casibus. Hinc est, In de fossis specubus. Quāquam antiqui codices habeant hic specus horrendus. Spiracula ditis. Aditus, à spirando, quod ibi hostiæ admotæ concidunt & moriantur. Antiqui codices spiracula habet: quæ dicta sunt ἀπὸ τῶν πειράτων: hoc est à sinibus inferorum. Vorago. Acherontis exastuatio. Condit Erinnys. Alij condit legunt, & se subaudiunt. Cœlumq̄ leuabat. Releuabat, recreabat.

## DONATVS.

Atq̄ ea per campos æquo dum Marte geruntur, Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum Imbuit, & primæ commisit funera pugnae, Deserit Hesperiam: & coeli conuexa per auras Iunonem victrix affatur voce superba. En perfecta tibi bello discordia tristi: Dic in amicitiam coeant, & foedera iungant: Quandoquidem Ausonio resperni sanguine Teucros. Hoc etiam his addam: tua si mihi certa voluntas: Finitimas in bella seram rumoribus vrbes, Accendamq̄; animos infani Martis amore, Vndiq̄ vt auxilio veniant: spargam arma per agros. Tū cōtra Iuno. Terrorū & fraudis abunde est. Stant belli causa: pugnatur cōminus armis: Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma. Talia connubia, & tales celebrent Hymenæos Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus, Te super ætherias errare licentius auras, Haud pater ipse velit summi regnator Olympi. Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est, Ipsa regam. Taleis dederat Saturnia voces. Illa autem attollit stridentes anguibus alas. Cocytūq̄; petu sedem, supera ardua linquens. Est locus Italiae in medio sub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris, Ansancti valles, densis hunc frondibus atrum Urget vtring; latus nemoris, medioq̄; fragofus Dar sonitum faxis, & torto vertice torrens: Hic specus horrendum, & saevi spiracula Ditis Monstrantur, ruptoq̄; ingens Acheronte vorago Pestiferas aperit faucibus, quæ condita Erinnys Inuisum numen, terras, cœlumq̄; leuabat.

necat:

talis est, qualis est. quo furiam Iuno à contrario laudavit ac pre- tulit, nam & ipsa Alecto inde se exultat magnâ, unde bonorum iudicio damnari debuerat, sed fecit hoc pro persona sua & eius q̄ lætaretur malis inimicorum. Ecce, inquit, quæ voluisti, comple- ui bellum, discordiam, funera. Videamus, qd̄ significet, quod pri- mo posuit, En, non enim referentis est tantum, verumetiam de- monstrantis. Tanta enim fide gesta sua referebat, vt hæc non for- tis auribus Iunonis, verumetiam ipsis quoque oculis subderet. Quod referebat verbis, ostentationis fuit, quod monstrabat, ple- nissime probationis. ¶ Dic in amicitiam co. Quod fieri pro tua voluntate meo ministerio debuit, factum est: polluti sunt Troja- ni sanguine latinorum: tanta ex eo extitit causa discordiæ, vt etiã ex voluntate tua concordia populorum reparari non possit. Ec- ce, quantum furia gloriatur, quantum sese extollit, asserens dissi- patam pacem integrari non posse, etiam si ipsa Iuno satiata par- tium cadibus hanc velit in integrum reuocare. Ad perpetuitatē discordiæ pertinet, quod positum est à Troianis. Primum, illatã eadem Aufonis, qui nouitatem suam superibus inferendis com- mendandam esse crediderunt. ¶ Hoc etiam his addam. Accen- damq; animos infani Martis amore. Ecce ex cōsequētibus osten- dit, qua mente dixisset. Dicin amicitiam coeant, non enim pote- rat furia, quia nihil præter mala nosset, & facere, & implere, ac suadere concordiam. Et Iuno vetus & pertinax inimica repente haud leui vitione satuari. Ergo Alecto glorians de eo, quod fecer- at, quo apud Iunonem fieret gratior, adiecturam se, si illa per- mitteret, malis confatis augmentum vltro pollicetur, dicēs, hoc etiam his addam si altior tibi nocendi voluntas est, & vis fortius impleri, his quæ facta sunt, addam, quæ non continet instructio tua, vt finitima quoque vrbes amore dimicationis accense tota festinatione concurrant; & ne subsidium volentibus desit. ¶ Vn- diciq; vt auxilio veniant. Ne viderentur minus prospexisse, quum mandatorum summam traderet furia, non admisit oblata, sed contra respondit. ¶ Terrorum &, fr. ab. e. Satis, inquit, factum est animo meo, exdat competens terro, & superat fraudis inuentū, quod turbandis rebus fuerat necessarium. ¶ Stant belli causæ. Hoc est idonea belli fundamenta constructa nisi causarum quip- pe substantia bellum nasci non potuit, quoniam dissensioes oēs, & dissidia emergere atq; exoriri non possunt, nisi primitus extite- rit, quod concordia rumpat. ¶ Pugnatur cominus armis. Plenu bellū est, quum venitur ad manus. ait. n. superius poeta. Direxe- re acies, non iam certamine agresti, Stipitibus duris agitur, subdi- bus ve præuulsis. Sed ferro accipiti decernit, atraq; late Horrescit strictis seges ensibus, vt probat plenū susceptū esse certamen, atq; vt in eo ipso furie laudaret affectus, quoniam ipsa Alecto di- xerat, Quãdoquidē aufonio reserpsi sanguine teucros, Iuno huic loco respondit. ¶ Quæ fors prima. d. n. i. a. Hoc est, quod opta- bile fuit, inde est datū initium malis, unde dari debuit. ¶ Talia con- nubia. Talia, inquit, vota habere digni sunt, qui faciunt, quod sit votis meis animoq; contrarium. ¶ Te super æthereas. Quod vl- tro Alecto obtulerat, ne videretur Iuno fastidioso, respuisse, dixit duas causas. Superfluum est, inquit, quod rebus impletis adicere queris augmentū, & te diutius hic temoralis molestum est, non. n. hoc potest Iupiter æquo animo ferre, vt vltierius supra tenentis in luce. ¶ Cede locis. Non dixit abi hinc, sed cede propter Iouis personā, quæ ex diutina cōmoratiōe furie poterat grauius offendi, nec fuit iniuria, si diceret potior. ¶ Ego si qua super fortuna. Et si forte, inquit, alijs laudaret labor, regetur opera mea. ¶ Tales dederat Saturnia voces. Hæc locuta est Iuno. ¶ Illa aut at. Illa hoc est Alecto auditis, quæ necessario Iuno pretulerat, relictis cœ- li regionibus, alis delapsa est ad eam partē, qua remeare ad inferos posset. Incipit loci descriptio, per quē ire potuit ad infernū. ¶ Est locus Italiæ in medio. Dixit regionē, in qua esset locus & in q̄ eius parte, dixit etiam nomē amfancti, à sani vocabulo; ac nemo- ris; dixit sitū, quod in valle haberet. ¶ Dēns hunc frōdibus atrū. Densitas, inq̄, nemoris huic lecerat tenebrosū, latera vero eius in angustias natura p̄duxerat. ¶ Medioq; fragofus Dat so. Com- pēdiosa descriptio, qua amnē simul & partē, ex qua fundebatur, & sonū cadentis aque, & cām, quæ sonū ipsum faceret, indicaret: nasebatur aut medio eius loci copiosus amnis, dabant unde soni tum faxis illisq; & inter saxa eadē verticibus rapidis torquebatur. ¶ His specus horrendū. Vel densitate nemori, vel sono torrētis, vel vmbra foraminis tenebrofi, vel inde magis horrendum, quia inferorū ianua fuit, & ad ditem patrem, qui mulceri nesciret, iter infelicibus dabat; & rupta humo vsq; ad ipsū Acherontē pro- funda demerso, quam obsidebat erinnys solam patentis hiatus terræ conspiciens altitudinē; ex qua solum cœlum cernebatur, ac

terra monstrabatur, dixit, hoc est opinione non visu. cæterum, hæc nouerat nullus.

A S C E N S I V S .

¶ Atq; ea per campos, &c. Ostēdit quomodo peracto; ad quod missa erat negotio, Alecto iussa sit, à Iunone ad inferos rediret recitans illarum inter se colloquium, & ad inferna descensum. De qua re dicit Donatus sic. ¶ Perfecta discordia. Habuit rationem personarum. Nam laus est in furia, quod in alijs est vituperatio. Hoc etiam his addam, non solum gloriatur de eo quod fecit, sed promittit se plura facturā. ¶ Dat sonitum. Compendiosa deseri- ptio: in qua amnem, & partem ex qua funditur, & sonū cadentis aque, & causam sonitus ostendit. Hæc ille. ¶ Ordo aut est. Atque adum ea. i. eiusmodi certamina, geruntur per cāpos: mare æquū, vbi æqualis fuit locus: quia campus planus, sed non æqualis vir- tus, nec æqualis exitus: tunc aut Mars dicitur æquus: qn̄ nō plus fature videtur per loci comoditatem vni parti q̄ alteri, licet vt vtere altera pars superet: dea. i. infernalis Alecto, facta potēs. i. cō- pos: promissi. i. promissæ discordiæ: vbi. i. postq; imbuit. i. incho- uit: & de nouo intinxit bellum, sanguine. i. fuso: & cōmisit funera primæ pugnæ: ipsa deserit Hesperiam. i. Italiam; & ipsa victrix. i. voti compos: affatur voce superba. i. malignoqua: Iunonē. i. do- minam suam: affatur, dicit, per cōuexa cœli, & per auras: aut per conuexa cœli. i. per auras: nisi sit legendum, conuexa. i. delata, re- migio alarum, per auras cœli, affatur Iunonem, &c. En: quæ vox iactantis est, & præ gaudio exultantis: discordia est perfecta tibi. i. ad nutum & commodum tuum bello tristi: quæ & filius familias & pater familias bonus, interempti erāt. Almon, & Galefus: die; vt, sup. coeant in amicitiam, quasi dicat, si vis vt in gratiam & cō- cordiam redeant, id tute facias: quia mea nō est pacem, sed bella conficere. & dic, vt iungat fœdera. q. d. vix etiam, si velis id possis quandoquidem ego reserpsi. i. cōtaminaui, & imbuui Teucros, san- guine Aufonio. i. Italico: fuerunt ergo Teucrici victores: & si tua voluntas sit mihi certa. i. explorata: ego addam etiam hoc. si ego feram. i. inducam: vrbes finitimas. i. in cōfinio sitas, hoc est ciues vrbium finitimarum, in bellorum rumoribus suis, inimicis tui plenis: & ego accendā animos. i. finitimos: infano. i. valde ma- gno, aut detestando: amore. i. desiderio: Martis. i. belli, vt. si ipsi veniat vndiq; .i. ex omni parte: auxilio. i. in auxilium: & ego spar- gam arma per agros. Iuno, sup. ait, tūc: contra. i. conuerso, hoc est respondit sic. Abunde est. i. satis vsq; ad abundantiam est terrorum. i. populorum concitatorū: & fraudis. i. per te factæ cau- sæ belli: stant. i. perfectæ, & consummate sunt: quia pugnatur cō- minis. i. quasi conferta, & commissa manu: de prope sit armis. i. manu tenentis: nouus sanguis imbuui. i. de nouo intinxit, & hūme- cit atrua, q̄ prima fors. i. alea, & fortuna belli dedit. Egregium ge- nus. i. egregia progenies. i. excellens filius Veneris. i. Eneas: & id per ironiam, aut saltem inuidiose: & ipse rex Latinus celebrēt ta- lia conubia, & tales hymenæos. i. nuptias: Ipe pater. i. Iupiter re- gnator summus olympi. haud. i. non: velit te errare. i. vagari: licen- tius. i. cum ampliori licentia: super auras æthereas: cede igitur lo- cis. tibi negatis: ego ipsa regam, id est geram, & gubernabo: si- qua id est aliqua fortuna laborum: superest, id est restat: adhuc. i. si in aliqua te adhuc elaboradum erit, vt perficiatur inceptum bel- lum: Saturnia. Iuno, Saturni filia, dederat tales voces: autē pro- fed, illa, scilicet furia, ad quā loquuta erat: quæ existens inferio- ris potestatis nihil respondit: sed statim tollit. i. subrigit, alas stri- dentes anguibus: & petit sedem Cocytii. infernalis illius flui- dentis ardua. i. loca supera. i. quæ sunt in regione superna, respe- ctu inferni. Locus est nobilis. i. famosus, & multum notus, sup. in medio Italiæ: sub altis montibus. i. decliuo alto; montium: quæ sunt in reliquis locis Italiæ: nobilis, dicit: &, pro. i. memoratus fa- ma, id est per famam: in multis oris, id est multis regionibus: ap- postrotie: valles Amfancti. i. loci, sic dicti, quasi à m. i. circum, hoc est vndiq; sancti, latus nemoris: vrget hunc. i. locum: atrum, id est vmbrosū, dēnsis frōdibus: vtrinq; .i. ab vtraque parte: & tor- rens. i. amnis rapidus: & fragofus. i. cum fragore multo decurrēs: existens medio. i. vallis: dat sonitum faxis. i. inter saxa: & vertice torto. i. constracto, specus horrendum: & spiracula. i. hiatus, unde expirare possit: Ditis, id est Plutonis: fœui, id est imitis & magnis monstrantur hic, id est apud hunc locum: & ingens vorago: Ache- ronte, id est fluuio bello infernali: rupto, id est vi se erumpētē: ape- rit. i. reserat hic, fauceis pestiferas, graui odore pestem afferentes: quis. i. quibus faucibus: Erynnis. i. furia infernalis Alecto: condi- ta. i. abscondita: existēs numen inuisum. i. odiosum: leuabat. i. re- creabat, & à tristitia releuabat terras, & cœlū, quæ eius præsentia prius degrauebantur,

## PIERVS.

Coeli contueta per auras.) Sunt, qui conueta, legant. Sed id in exemplaribus non inueniri Seruius attestatur. ¶ En perfecta tibi belli discordia tristis? In cod. aliquot antiquis legitur, belli discordia tristis. Sed magis placet, bello tristis: quo medio, discordia pfe et esset. ¶ Dic in amicitiam coeat. In cod. aliquot antiquis lege re est, Sic in amicitiam coeant: ironice. Seruius tamē, & alij, agnosunt, Dic, idq; late exponunt. ¶ Quandoquidem Aufonio, resper si sanguine Teucros.) In Ro. cod. legitur, Quando equidē. Sed, Quandoquidem, in alijs omnibus habetur. ¶ Et fraudis abunde est.) In Ro. cod. per apostrophem, abund' est, legitur: vt in t' est: & huiusmodi plerq; in antiquis marmoribus scribi solita adnotauimus. ¶ Talia cōnubia.) In antiquis omnibus co. quotquot habui, coniugia, legi: & alibi obseruatum pro connubio, cōiugio, haberi in manu scriptis exemplaribus pleriq;. ¶ Haud pater ipse uelit.) In antiquis omnibus cod. pater ille, vt etiā mutatuū superius pronomen hoc adnotauimus, eo loco, Sic Iupiter ille monebat. ¶ Fortuna labor est.) In pleriq; cod. ant. est, non habetur. ¶ Italia

liae in medio.) Ant. omnia exempl. legunt, Italiae medio: absq; in, succurrit uero ad hoc ex Solino, quod Varro tradidisse fertur, Italiae umbilicū in agro Reatino esse. ¶ Amfracti ualles.) In Roma. cod. Amfracti, legitur in emendate. Nam Seruius, & alij veteres grammatici, Amfracti, agnosunt: cui quidem lectioni Claudianus etiā ad stipulatur. ¶ Medioq; fragolus Dar sonitum saxi, & torto uortice torrens.) In cod. aliquot antiquis, fragolis, vt cū saxi, iungatur: sed longe magis placet, torrens fragolus saxi, & torto uortice. In antiquis uero aliquot, uertice: quod uti dictum superius, tantundem esse uult Afrasianus. ¶ Specus horrendum, & saeu.) In antiquis pleriq; non habetur, & dictum uero per appositionem, seu spiracula Ditis, ostendit uerbum uinitatis numero positum, Monstratur, in hsdem codi. Sed enim exemplaria pleraque, Monstrantur, legunt numero multitudinis. ¶ Queis condita Erynnis.) In Medi. cod. condit, uerbi uoce scriptum est. Quam lectionem non ignorauit Seruius. ¶ Terras, coele.) In aliquot ant. cod. terram, legere est uinitatis nu. & leuauit, praeterito tempore: quum tamen imperfectum Ser. agnoscat.

## SERUIVS.

Extremam Saturnia bello imponit regina manū.) quod superest, perficit. Et est translatio à pictura quae manus complet, atq; ornat extrema. ¶ Foe dati.) Cruetati. ¶ Imploratq; deos.) Ad auxilium & ultionem. ¶ Obtestaturq; Latinū.) propter eadem factam testem adhibent: & dicunt, auctores rupi foederis esse Troianos, cū ipsi pacis iura temerant. ¶ Et ignis.) Ipso seruire seditionis. ¶ Teucros in regna uocari.) Subaudis Dicit, & Teucros iniuriose, quasi exules dixit & periculosos. ¶ Attonitæ Baccho.) Veluti Baccho furia eni agebatur. Et sic est dictum ut, At medias inter caedes exultat Amazō. ¶ Nemora auia.) Per nemora. ¶ Thiasis.) Choresis. Neque enim leue nomē Amatae. ¶ Iuuenalis, Quae non faciet quod principis uxor. ¶ Martemq; fatigat.) Praelium cum amore deposcunt. ¶ Contra omnia fata.) Superius de Latiniā. ¶ Fata deum.) Propter oraculum Fauni. ¶ Peruerso.) Irato. ¶ Velut pelagi rupes.) Cum Cicero seditionē fluctibus comparauerit: bene Virgilius eum qui resistit seditioni, rupē uocauit. ¶ Mole tenet.) Hic distinguendum: ut. ¶ Scopuli.) nunc nominatiuis pluralis sit. ¶ Cæcum cōsiliū.)

Nec minus interea extremam Saturnia bello imponit regina manū: ruit omnis in urbem Pastorum ex acie numerus, caesosq; reportant: Almonem puerum, foedataq; ora Galefi: Implorantq; deos, obtestanturq; Latinum. Turnus adest, medioq; in crimine, cædis & ignis Terrorem ingeminat, Teucrosq; in regna uocari, Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli. Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres Insultant Thiasis (neq; enim leue nomen Amatae) Vndiq; collecti coeunt, Martemq; fatigant. Illic infandum cuncti contra omnia bellum, Contra fata deum peruerso numine poscunt. Certatim regis circūstant tecta Latini. Ille uelut pelagi rupes immota resistit, Ut pelagi rupes magno ueniente fragore, Quae sese, multis circūm latrantibus undis, Mole tenet, scopuli nequidq;, & spumea circūm Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga. Verum ubi nulla datur cæcum exuperare potestas Consilium, & saeuē nutu Iunonis eunt res. Multa deos, aurasq; pater testatus inaneis, Frāgimur heu fatis (inquit) serimurq; procella LATI. Ipsi has sacrilego penderis sanguine poenas O miser: te Turne nefas, te triste manebit Supplicium, uotisq; deos venerabere seris. Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus, Funere felici spoliō. ¶ Nec plura loquutus, Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.

Pastores, qui relictis agris congregati in aciem fuerant, relicta eadē acie in ciuitatis moenia confuebant. Illic enim fuerat latinus, qui primus contra Iunonis fecerat uoluntatem. ¶ Caesosq; reportant Almonem pue.) Ad inuidiam facti portabant funus almonis pueri, qui utiq; pro ætate nihil tale meruerat, & ferebant galefi, faciē indignis uulneribus foedata, ¶ Implorantq; deos.) Improbant deos indignitatis iudices: quibus sperabant displicere posse, quae peregrini in ciues admiserant. ¶ Obtestanturq; la.) Hoc est, inuidiosis uocibus lacerabant, quod malorum omnium per Troianorum foedus ipse auctor uideretur extitisse, hoc multitudine cōfusa faciebat, & uulgus. ¶ Turnus adest. Ecce, inquit, etiam Turnus aderat, cuius maior fuerat causa: & idem geminabat terrorem, quem populus fecerat spondēs omnia caedibus & incendio peritura. ¶ Teucros in regna uocari Stirpem admisceri phrygiam, & se limine pelli.) Huius comminationis Turnus exponerat causas, & doloris indignitatem claris uocibus testabatur, quod Teuci uocarentur in regnum, & phrygi iungerentur Italiae, se scilicet ex cluso ex regia domus limine:

Frenitui populi bonum nomen imposuit. ¶ Frāgimur.) Permanet in rupis translatione. ¶ Sacrilego sanguine.) Quia bellum sumebant contra uoluntatem deorum. ¶ Votisq; deos venerabere seris.) Quia religio rigida dicit, semel male comissa nulla ratione reuocari. Horatius, Dira detestatio nulla expiatur uictima. ¶ Parta quies.) Scilicet uicinae mortis beneficio. ¶ In limine portus.) Securitas omnis in promptu est. ¶ Funere felici spoliō.) Exequijs tantum regalibus careo.

## DONATVS.

Nec minus.) Hoc uerendū est, ut sit interea, non minus. ¶ Extremā sa. b.) Recedēte furia in eius curiā Iuno succedens complet, quae illa forte ad satiandū partium cladem imperfecta dimiserat. dixerat. n. Iuno furiae, ut recederet, & se promiserat necessaria curaturū. Icirco dabat rebus extremā manū, hoc est perfectio nem. Extrema. n. dicitur in artibus manus, postquam nihil sit, & res inuenitur esse perfecta: deniq; sequentia cōsideranda sunt, & inuenitur, quid significet, manus extrema, quam Iuno imponebat, hoc est addebat. ¶ Ruit, inquit, omnis in vr. Pastorum. e. nu.) Pastores

Singula magnam vim tenent intellectus. nam Teucros, & phrygiam stirpem, pro conuicio posuit. In regna uocari. Hoc est in honorem maximum potestatemq; regnandi, ac per hoc immeritis deferri summam rerum & fortissimorum, generi misceri maculam phrygiorum, sed uidelicet multo meliorem genere ac fortitudine, iam generum regis, iam pleno assensu susceptum, ex ipso regia domus limine excludi. ¶ Tum quorum attonitæ, & c.) Etiam illae, quae cum amata petierant syluas, uenerant perferentes in furore. hoc enim exigebat reginae meritum, ut in causa filiae mariti studium sententiamq; superaret. ¶ Vndiq; collecti coeunt.) adunabant collecti ex diuersis & plurimis locis. ¶ Martemq; fatigant.) Et ardorem pugnae totis uicibus cumulabant. ¶ Illic infandum cuncti.) Nitebantur omnes abruptere omnia sacrilegis mentibus, quae constabat diuino iudicio atque arbitrio esse firmata. contra omnia, inquit, deum fata, contra omnia, propter apes, & incendij denunciationem, quod ex capite Latini constabat extitisse: Contra fata, hoc est, contra deorum sententias, & Fauni responsa, peruerso numine, bellum appetebant, Virgi. Fff in puerum

In peruersum trahentes deorum iudicium, vt bello excludendos credere, qui in Italiam fatorum ducti ratione conuenerant. ¶ Certatim regi circumstante castris latini. Obliti regalis reuerentiae in domo latini astabant violenter, & circum eam, quam omni religione venerari conuenerat, tum multuoso conuentu grauitate perstrepebant. ¶ Ille, velut pelagi rupes, &c. Admirabilis comparatio. Latinus enim comparatur rupi, voces populi fluctibus, & tempestatibus. Consensus vocum, & clamor omnium algae iactibus. Ille, inquit, hoc est latinus, vt pelagi rupes, scilicet saxum ingens constitutum in pelago immotum, resistit, quum magno fluctuum percussu verberare, mole tenet scopuli, immobile fit magnitudine sua, & frustra vndarum clamoribus vrgetur. Iam autem eius inefficaci verberatione pulsantur, & sola alga non quatitur iactibus: sed perflua tanguntur, ita & clamores vulgii magno quidem sono veniebant ad latinum, sed virtutem commouendi non habebant, scilicet vt alga, quae nullum habet impetum ferendi: nec quum corpori fuerit illa, sentitur. ¶ Verum vbi nulla datur. Vbi vidit latinus caecum multitudinis furorē con silio superari non posse. ¶ Et saeuæ nutu Tunonis eunt res. ¶ Et res pro voluntate saeuientis Tunonis non sano tractatu currentis. ¶ Multa deos aurasq; pater. ¶ Multa verbis testatus est, deos, & ipsas auras, quem enim alium adhiberet voluntatis suae testem omnibus, qui aderant furore corruptis? ¶ Frangimur heu fati. ¶ Inter tot infanos solus latinus integro consilio fuit. solum enim non commutauerat Iuno, vel furia, & cum populorum saeuens agmen solus superare nequiret, voluntatis suae deos esse voluit testes, atque auras, se vacuum ab eo, quod gerebatur scelere, cupiens demonstrare. Itaque rupit in vocem istiusmodi. Frangimur heu fati, ferimurq; procella. Frangimur, & procella, inquit, ferimur, perseverans in eo poeta, quod in latini comparatione superius tenuit, quum rupem describeret, & pelagi tumens fluctus, & rabiem maris, & alga, & moles, arripuit, hic quoque per translationem dicens frangi commoda imperij sui, & spem publicam improvidis visibus tanquam naufragio Ianari. Signata ergo posuit verba, conferens ea, quae oriuntur in mari, & euidenter ostendens. Nam frangitur nauis, & naufragio interit tempestatum, effusa turbinibus, quibus, vt furenti populo, resisti non potest, & nauigia pereunt sic ipse, quia tantum impetum populi insanientis reuocare non potuit, frangimur, ait, nec malo valemus occurrere, ferimur procella, quia is quem procella vrget, ac portat, non quomodo vult, aut quo voluerit, fertur. Heu fati, scilicet aduersus, quia dixit, illic infandum cuncti contra omnia bellum. Contra fata deum peruerso numine posuit. ¶ Ipsi has sacrilego. Bene miseros dixit, vt dolore viderentur errare. nullus enim sciens ac sanae mentis cadit in foueam scelerum, nullus peccat in deos, nisi is, quem dementia ante possederat, à generali increpatione ad specialem transit. ¶ Te Turne nefas, te, i. ma. Supplicium. ¶ Ipse fuit omnibus causa peccandi. ¶ Votisq; de. ve. se. Hæc Turno suadebat omittenda esse, & alia incepta, nam, qui cito ab errato discedit, & male coepta mature condemnat, potest mereri veniam, sera vero erroris agnitio agnitori fauorem non potest prouocare. ¶ Nam mihi par. q. ¶ Vt à periculis pelagi tuti sunt, qui fuerint in portu: sic ipse tutum se futurum dicit, qui domus suae septo vsurus esset pro portu, etiam nunc per seueravit in eo genere translationis, dicendo, portus mihi erit limen domus meae, quod egressurus non sum. ¶ Funere felici spoliator. Vnum se dolere testatur, quod indigne esset moriturus, qui potuit habere felicem exitum vitae. ¶ Nec plura. I. Sepsit. ¶ Quia res magno furore turbatas, nec consilio potuit, nec sermone componere, condidit se parietibus proprijs, casibus relinquens habenas reip. quas contra maiorem vim nec gubernare potuit, nec tenere.

ASCENSIVS.

¶ Nec minus, &c. Docet quomodo opera Tunonis consummata fuit bellum: & quo inuito Latino, belli portæ contra Teucros aperte sunt, indidit. I. manifestò bello. Dona dicit sic. ¶ Nec minus interea. I. est interea non minus. ¶ Extremam m. ¶ Nam in artibus extrema manus est, quum amplius manus non reponitur, quia opus est perfectum. ¶ Obstet. ¶ Inuidiosis vocibus lacerant, quod omnia mala per Troianorum foedus euenerant. ¶ Teucros & stirpem p. ¶ Pro cōiunctio posuit. q. d. indignos ad maximas dignitates vocari. ¶ Contra omina. ¶ Propter apes, & incendiū. ¶ Contra fa. ¶ I. sententiam deorum: & Fauni responsa. ¶ Circūstāt. ¶ Obliti regalis reuerentiae. ¶ Deos & a. ¶ Nam omnib. cōtra statib. quem alium fure sententiae potuit adhibere testem. ¶ Fran. ¶ Frangimur commoda nostri imperij: & ponit signata verba in translatione. Nam frangitur nauis, & fluctibus instantibus, interit. ¶ Miser. ¶ Do-

let errore peccantium. Nullus enim sciens, cadit in foueam scelerum. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Nec minus. i. & nihilominus. ¶ Quauis furia iam abscesserat regina Saturnia. i. Saturni filia, & regina deorum Iuno, imposuit interea. f. dum Aleæto abiret, bello extremam manum. i. perfecit, & consummavit ipsum: omnis numerus pastorū ruit ex acie, in urbem. f. Latini, hoc est in Laurola unium: & reportant. i. referunt ex confictu: cecos. i. oculos. f. Alamonem: puerum. i. filium Tyrrhei: & ora Galei. f. senioris: foeda. i. i. foede interempti, dum se medium offerret paci: & implorant deos. i. deorum auxilium, contra violentiam illatam ab hominibus, quasi fortioribus: & obtestantur Latinum. i. in testem acti citant: Turnus adest: & ingeminat. i. multiplicat terrorem in medio crimine, & igni. i. calore, cædis. i. cum pugna, & iniuria recens facta esset: asserens. f. Teucros, à quibus tantam iniuriam acciperant vocari in regna: & stirpem Phrygiam, quæ mollis semper habitata erat admiseri. f. fortibus. Latinis: & genti asperge cultu: & se peli. i. mine. f. suo: tum. i. insuper: ij. sup. quorum matres attonitæ. i. stupore & furore percussæ: Baccho. i. Bacchanalia celebrado: insultant Thyasis. i. choreis, sup. per nemora auia. i. remota ab omni via: q. f. multi erant: neq; enim. i. quia: non quia nomen Amatae non erat leue. i. parui momenti inter matronas: ij. dico collecti coeunt: conueniunt, vndiq;: & fatigant Martem. i. prelitum: cum clamore deposcunt, aut cum molimine querunt causas belli: illicet. i. illic cuncti poscunt: bellum infandum. i. detestandum: cōtra omina: portenta, in Latiniā visa: & contra fata deum. i. oracula Fauni, & aliorum, melius legas cum Seruio, contra omina: q; contra omnia poscunt, dicit: numine peruerso. i. irato. f. Tunonis: & circūstāt certatim testis regis Latini: ille resistit. f. petitionibus illorum: velut rupes. i. scopulus pelagi: immota. i. quæ aquis feritur: sed non mouetur, vt (inquit) rupes pelagi, sup. est immota magno fragore. i. magna confectione, & collisione aquarum veniente: quæ rupes tenet. i. sustentat sese mole. i. magnitudine, & vi sua: multis vndis circumlatrantibus, idest dum multæ vndæ sonitum latrantis similem in circuitu faciunt: scopuli fremunt nequidq; i. frustra: cum: & saxa spumea. i. spumis perflua: fremunt circum. i. per circuitum: & Alga. i. herba illa vilis: illisa, idest abrupta, & auulsa violentia aquarum: refunditur lateri. i. ad laterus: verum. i. sed: vbi postq; nulla potestas datur. f. Latino: superare. i. qua superet: con silium caecum. i. caecorum, bella poscentium: & res eunt. i. procedunt: nutu. i. ex voluntate Tunonis saeuæ: pater. f. Latinus, veneratione dignus: testatus multa. i. multum deos: & auras inanitas, quas frustra testatus erat: inquit, heu, nos frangimur fati, quæ dixerant Lauiniam fore claram, sed exitiale populo: & nos ferimur, i. impellimur: procella. i. impetu populi furentis: o miseris ipsi. i. vos: pendetis. i. persoluetis: has poenas, quas. f. nunc contra voluntatem deorum belligerando meremini, pendetis, dicit in guine sacrilego. i. vestro, qui sacrilegi estis: quod sacra deorum mota contemnitis. O Turne, triste nefas. i. triste supplicium: quia mors ignominiosa manebit. i. certe expectabit te: & tu venerabere. i. veneratione voles deos: votis seris. i. nimium tarde susceptis: nā quies, & aeterna: est mihi pars. i. vincing mortis beneficio: & omnis potus. i. omnis securitas vitæ: est in limine. I. in promptu, & proximo ego spoliator. i. prius: funere felici. i. dūtaxat pompa regali: quam more felicium in pace moriens habere possem: nec. i. & non: & ipse non loquutus plura: sepit. i. circūdedit, se testis. i. recepit se in testis sua: & reliquit habenas rerum. i. absoluit se à gubernaculo reipublicæ, quum videret nullum fere sibi audientem.

PIERIVS.

¶ Medioq; in crimine cædis & ignis. ¶ In Roma. codi. igni, legitur: quippe medio. Sed, cædis, & ignis, melius. ¶ Cōtra omina bellum. ¶ In antiquo aliquot cod. omnino, legere est. ¶ Contra omina: quam lectionem agnoscit Seruius, quauis ibi mutulus videatur, interpretesq; auguria subaudiendū aiunt. Sed vt cumq; illi, omina, magis placet: & antiquorum exemplarium bona pars ita legendū persuadent. ¶ Certatim regis circumstante castris Latini. ¶ In Medio, castris tyranni, scriptum cum paraphrasi, Latini. Dubitant forte aliqui, nugatione esse regis tyranni, atq; ideo paraphrasim admiserit. Verum hoc ego in medio relinquo. ¶ Ille velut pelagi rupes immota. ¶ In antiquis nonnullis codicibus legere est, pelagi moles: propterea quod statim subsequitur, vt pelagi rupes. Verū huiusmodi repetitio magno cum decoro, & venustate summa, facta mihi videtur: & probatiora omnia exemplaria, rupes, habent. Nam de mole statim subiicit, quæ sese multis circum latrantibus vndis Mole tenet scopuli, nequidq; & spumea circum saxa fremunt. Vbi Seruius tenet distinguendum, dicit vt, scopuli, nominatiuus sit casus. In antiquis tamen codi. distinctio est post dictione scopuli.

pull, vt legatur, mole scopuli. Sequitur vero absq; & in iisdē codi. vetustis, nequidq; spumea circum Saxa iremunt. Sed copulatiua ea inserta, multum habet venustatis, & gratiæ. F Lateriq; illi sa refunditur alga.) Variat hæc lectio in cod. antiquis, alijs aipera, alijs infusa, alijs aliter legentibus. Sed enim, illi sa, vulgata lectio magis placet. F Cæcū exsuperare potestas Consiliū.) In aliquot antiquis codicibus, expugnare. Sed, exsuperare, in pluribus habetur. F Nutu Tunonis eunt res.) In Romano codice vna dictione legitur, eunt, quippe populos. Sed enim, eunt res, longe venustius,

stius, & figura apud authores frequentiori dictū videtur. F Testatus inaneis.) In antiquis aliquot codicibus, testatur inanis, legitur. Sed alterum illud magis placet, vt cum verbo frāgimur concessatur. F Ferimurq; procella.) In antiquis aliquot codi. procellis, est numero multitudinis: sed procella, suauis. F Omnisq; in limine portus.) Nonnulli veteres cod. absq; particula, q; omnis in limine, legunt: sed, omnisq; multo melius. F Septid de testis.) In Ro. cod. sæpfit, cum diphth. veluti etiam, sæpta, superius adnotauimus. Eiusdem enim analogiæ, sæpe, sæpes, & sæpio.



## SERVIVS.

Mos erat, Varro vult morem, communem consensum omnium simul habitantium, qui inueteratus consuetudine legit. F Hesperio in Latio.) Hoc est in antiquo. Nam vt in primo diximus, duo Latia fuerunt. Vnde non itusfra Hesperio addidit. Quod autem dicit hanc consuetudinem antiquam

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes, Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit: quum prima mouent in prælia Martem, Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum, Hyrcanis ve, Arabis ve parant, seu tendere ad Indos, Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa. Sunt geminæ belli porte (sic nomine dicunt) Religione sacræ, & sæui formidine Martis:

Virgi.

tiquam fuisse, falsum est. Nam à Numa Pompilio primo instituta est: sed carmini suo vt solet, miscet historiam. Notandum sane inco nexum esse huc locum, si quis totius libri consideret textū. Nam supra ait, Longa placidas in pace regerbat. Item dicturus est, Ardet inexcita Ausonia, atque imobilis ante, & nunc dicit, Mos Fff ij erat

## ÆNEIDOS

erat Hesperio in Latio. Supra etiam, Captiui pendent curvus. Item, Tyrthenas sternit acies. Quæ ne sint contraria, accipiamus Italiam primo cauisse bellis, medio tempore quiescente: & ad antiquum studium nunc reuerti, sicut Romani bello flagrare sub Romulo, quæ sub Numa, sub Tullo Hostilio pristina studia repetierunt. Hinc est quod & ipse Virgilius ait, Læga placidas in pace regebat: non perpetua. Itæ Desuetaque bello Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat. Næ retractare, est repetere quod omiserat. Tale aliqd dicit de gne Syllano Sallustius. Nam volens ostendere antiquos maiores eius consulares fuisse, vicinos vero ignauissimos, Syllam vero florētissimum, ait, Igitur Sylla patritiæ gētis fuit familia, iam extincta maiorū ignauia. Quæ protinus. Tugiter, deinde. nā nunc tps est aduerbiū. alibi loci: vt, Cū protinus vtracq; tellus vna feret. Maxima rerū Roma. Iperij potitā. Mouten in prelia Martē. Nam moris fuerat indico bello, in Martis sacrario ancilia cōmouere. Vñ est in octauo, vtrq; impulit arma. Lachrymabile bellū. Ceterū fera gens etiā apud maiores fuit, nā ipsi sunt Mysij, quos Sallustius à Lucullo dicit esse superatos. Nā Hyrcanis ve. Gens est dicta à sylua Hyrcania, vbi sunt tygres. Arabis ve parāt, seu tēdere ad Indos. Venit ab eo quod est hic Arabus, nā ab eo quod est hic Arabs, ab hoc Arabe Arabibus facit: sicut Hiberus. Vñ est in Lucano, Occurrat Hiberis alter & Hiber. Nā Horatius dicit, vt discat Hiber, Rhodanisque poter. Itæ le- stū est Æthiopus: sed tñ Æthiops dicimus. Aurorāque sequi. Ingēti ambitu dixit ipsum ortū diei p populis. Parthosque, re- postere signa. Hoc in honorē Augusti posuit: quo regnate à Parthis repetita sunt signa, quæ Crassus perdidit. Qui cū auditate sua cōtra auspicia bellū suscepisset, intercedētib; tribus plebis captus cum filio est: & necatus infuso in os auro, cuius amore pugnauerat. Sunt geminæ belli portæ. Sacriū hoc Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletū, iuxta theatrū Marcelli: quod fuit in duobus breuissimis templis. Duobus autē propter Ianum bifrontē. Postea captis Phaleris ciuitate Thuscæ inuētus est simu- lachrum Iani cū frontibus quatuor. Propter quod in foro trāsito rio constitutum est illis sacrarium aliud, quod nouimus hodieque quatuor portas habere. Ianū sane apud aliquos quadrifrontē esse non mirū est. Nam alij eum diei dominum volunt, in quo ortus est & occasus. Horatius, Matutine pater, seu Iane libētius audis. Alij anni totius, quæ in quatuor tempora cōstat esse diuisum. Anni autē esse deum illa res probat: quod ab eo prima pars anni nominatur. Religionē sacræ. Tremēde, execrabiles. Nā & paulo post dicturus est. Tristesque recludere portas. Ferri robora. Bene addidit ferri. Nam oē quod forte est, robur vocamus. Quirinali trabea. Suetonius in libro de genere vestiū dicit tria esse genera trabearum. Vñ dijs sacrum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureū: habet tñ album aliquid. Tertium, Augurale de purpura & cocco. Quirinali ergo, regali. Cinctus Gabino. Gabinus cinctus est toga sic in tergū reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. Hoc autē vestimētū genere utebatur cōsul bella indicturus, ideo quia cū Gabij Campaniæ ciuitas sacris operaretur, bellū subito euenit. Tunc ciues cincti togis suis ab aris ad bella profecti sunt, & adepti victoriā. Vñ hic ortus est mos. Insignis, referat stridentia limina cōsul. Is prior creatus est: licet similem habeat potestatem. Ipse vocat pugnā. Tria sunt, vt diximus supra, militiæ genera. Sacramētum in quo iurat vnusquisque miles se non recedere nisi præcepto consulis post stipendia completa, idest militiæ tempora. Coniuratio quæ fit in tumultu, Italico bello & Gallico, quando vicinum vrbis periculum singulos iurare non patitur: sicut de Fabijs legimus. Euocatio: quod genus nunc tangit, nam ad subitum bellum euocabantur. Vnde etiam cōsul solebat dicere, Qui rem publicam saluam esse vult, me sequatur. Cōspirant cornua rauco. Nam & tubæ simul infabantur. Fœda ministeria. Cruentā: more suo.

### DONATVS.

Mos erat hes. in. l. Cōseruationes oēs aut legibus principum, aut hominum sensibus cōstitutæ seruantur. Quidquid igitur obseruare cunctis in cōe placuerit, perinde habetur, vt lex morem longo

Centum ætei claudunt vectes, æternaque ferri  
Robora, nec custos absistit limine Ianus;  
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnae,  
Ipse Quirinali trabea, cinctusque Gabino  
Insignis, referat stridentia limina consul,  
Ipse vocat pugnā, sequitur tum cætera pubes;  
Æreaque assensu conspirant cornua rauco.  
Hoc & tum Æneadis indicere bella Latinus  
More iubebatur, tristisque recludere portas,  
Abstinit tactu pater, auersusque refugit  
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris.

longo tempore custoditum diu-  
turnitas firmet, qui vtriusque  
commodus iudicatur, vt à con-  
ditoribus ad posteros quoque  
transitū faciat, hunc ipsum Vir-  
gilius refert fuisse morē, vtrius-  
adeo commodū publicis rebus,  
vt ex latio probatū, Albani vt  
bes probatū placidumque reti-  
neat, quantum mos iste lauda-  
tur: vt prolatus ex vno loco  
plurimis vrbibus esse coepe-  
rint curę, obseruationisque per-  
petuæ? Magnū est quippe, quod  
ab vno profectū plurimis pla-

cet. denique hunc Albani coluere factū, nec pro leui ducentes cōse-  
cratione quadā & veneratione plenissima tenuerūt, vt esset sacri-  
legiū, si fuisset aliqua temeritate mutatus, nunc maxima rerū ro-  
ma colit, laudis adiunxit argumentū, quū in vrbe quoque rerum  
oium domina consentiente sacer religiosusque susceptus habebat-  
tur, incipit dicere, qui sit ipse mos, vel quilibet sit temporibus need  
sarius. Cum prima mo. in pr. ma. Quum, inquit, parantur  
tibus bella, & dixit, quæ essent ipse gentes, & sub quibus coeli par-  
tibus morarentur, dixit, & quæ existat ipse mos, subiungit etiā mor-  
is ipsius ritum. Sunt geminæ belli portæ. Dug, inquit, portæ  
sunt, ac quia belli tempore tantūmodo referantur, appellatę sunt  
belli portæ. Religionē sacræ, & sæui formidine Martis. Cum  
omni religione habentur propter martium numen. Centū ætei  
claudunt vectes. Dedit claustris ipsis maiorem vim à numero  
& q̄litate materiæ. Æternaque ferri Robora. Crescit rei ipsius  
argumentum. Æneos vectes, dicit etiam roboribus ferreis por-  
tas ipsas clausas atque firmatas. Nec custos ab. i. ia. Omnibus  
his claustrorum firmamentis additus non deest Ianus, qui gemi-  
na fronte circūspiciens omnia non patitur furoris & scelerū lar-  
nuas temere referari. Has, vbi certa sedet patribus. Vbi patri-  
bus vno consensu bellum geri placuerat, & omnium fuerat fixa  
sententia. Ipse quirinali trabea. Cultu Romulæ vestis, & ga-  
bini cinctū insignis cōsul, harum portarū referat fores: stridentia  
limina posuit, vt in ipsa quoque patefactione valuarum magnus  
stridoris errore missus terreat audientes. Ipse vocat pugnā.  
Idest ipse cōsul voce sua vocat pugnā, hoc est dat iuuenibus pu-  
gnandi potestatem. Sequitur. qu. ca. pu. Quū ille permisit, se-  
quitur multitudo omnis, & cōsensum cōmodat imperatis om-  
nibus, & sic iuuentus accepta potestate pugnat cōfidētē quæ-  
runt bella, sequitur. Æreaque assensu. Continuo & cantus bellū  
ci Æneis cornibus emittuntur. Hoc & tum Æn. in. b. la. Secun-  
dum igitur veterem morem conueniebant latinum, & vehemen-  
ter vrgebant, aperire portas belli, & illis bellum indicere, quos  
in amicitiam & affinitatem religionis secutus deorum & patris  
responsa susceperat. Ergo mos fuit, vt ipse portas aperiret, sed si  
pugnandum esset contra inimicos & longe positos, vt supra di-  
ctum est, quum de ipso more disputaret: vel si bellum geri patri-  
bus placuisset. Cæterum illis inuitis numinibus sine tractatu ma-  
iorum & firmata pace socium volebant fieri admissi sacilegū.  
Abstinit tactu pater. Licet illi furore possessi præcipites fue-  
rint in perniciem suam, & aduersa cuperent: latinus tamen, qui  
esset publicus pater, apud quem religio generi fuit, & commo-  
dum filiæ, nolebat funestas fores lucuosasque contingere. Ad-  
uersusque refugit Fœda ministeria. Nolens se officijs tristibus ma-  
culare, discessit in tenebrosa loca, auersus à conspectu generorum  
ne cereretur ab aliquo, aut ipse videret illicita geri, & ea, quæ iu-  
dicio religioso damnauerat.

### ASCENSIVS.

Mos erat, &c. Docet (vt dixi) quō inuito Latino indictum est  
Troianis bellū, apertis Iani portis: quæ morē, dicit antiquissimū  
fuisse, tpe tñ Numæ, secundi Romanorum regis, primum institū-  
tus videtur. Quoties autē templū Iani clausum sit, alibi diximus.  
De hac re dicit Donatus sic. Mos. Obseruationes, aut legibus,  
aut assensibus hominū sunt. Mos, lōgo tpe custoditus, legē facit:  
quæ etiā ad posteros transit: vt hic patet. Sacrum. Quia nō p  
leui duxerunt, quasi putarent sacilegium cōmitti, nisi esset obler-  
uatus Roma: magna laus moris, quū à principe terrarū, populo  
seruetur. Centū ætei. Numerus, & materiæ qualitas, dat vim.  
Ianus. Additur, ad robur portarū deus, qui bifrons omnia cir-  
cūspiciat, ne furorum, & scelerum, portæ temere aperiantur. Ser-  
dit patribus. Firma est omnium sententia. Vocat. p. Dat pugnantū  
potestatem

potestatem. Hæc ille. **C**Ordo est. Mos. i. vetus institutum: erat in Latio Hesperio. i. quod est in Hesperia, quem. i. morē sacri: vrbes Albanæ colere, protinus. i. iugiter, & cōtinuo: postquā conditæ erant: & quē. i. morē: Roma maxima rerū: colit. i. nunc: quū hæc scriberet Poeta: quum. i. qñ: ipsi mouent Martē. i. deū belli sollicitant: in prima prælia. i. quando prima prælia cum nouis hostibus commissuri sunt: siue parant. i. intendunt inferre Getis, idest ferocibus, & animosis illis populis in Scythia, qui aut Myrij, aut potius Tartari dicuntur. de quibus poeta alibi, Mortē contemnunt laudato vulnere Getæ: & ideo addit, bellū lachrymabile. i. cruentum, & sæuum, quod matris multis lachrymis detestentur: manu. i. aut exercitu, aut cineres, & manu cōserta: ve, pro vel: Hyrcanis. i. populis, ad Hyrcaniam sylvam habitantibus: & Arabis, i. populis Arabiæ: seu tendere ad Indos, & sequi Auroram, quæ in Oriete residet: & reposcere Parthos signa. i. Crasso & Brito, ablatā à Parthis, & Augusto restituta: & sunt q̄ vulgo vexilla, seu insignia armorū, dicuntur. Hæc aut omnia spectant ad illud, nūc maxima rerū Roma colit: quia hæc omnia bella, temporibus Augusti illata fuerant. q. d. sicut nunc Roma seruauit illū morem, dum dictis populis bella his diebus intulit: ita & Latini, & Albani, eū seruauerant. mos autem hic est: Gemina. i. duæ, aut pares portæ belli (sic: subaudi, enim: vt sit, sic enim dicunt nomine. i. sic enim nominant eas: & sunt in templo Iani.) sunt. i. Romæ, nūc, & olim, vt sentit Lauro lauinij, & Albæ: sacræ. i. obseruandæ, & exhorrendæ: religione. i. obseruatione: & formidine. i. metu. vnde religio, à religanda mente, metu quodā deorum dicitur. Martis. i. belli, aut dei eius, sæui. i. ferocis, atq; immanis. Centū veles ærei. i. obstrucula, ex ære, ne rubigine cōsumantur facta: & robora. i. repagula fortia: ferri. i. ex ferro: æterna. i. incōsumptibilia: claudūt, sup. eas: nec Ianus custos. i. portarum belli, quæ in templo suo sunt: absistit limine. i. semper adest: qui etiam (vt Lilius in. j. attestatur) Romæ custos fuerat, emissis subitis aquis. Vbi. i. postq̄: aut, quo tempore: hoc est, quando certa sententia pugnæ. i. pugnandi, & belli gerendi: sedet. i. confirmata est: & placet patribus. i. senatoribus, ipse consul (loquitur enim de temporibus suis) insignis. i. redimitur: insigniter. i. præter alios: trabea Quirinali. i. regali, quali Quirinus. i. Romulus, primus Romanorum rex vsus est: & cinctu Gabinio. i. toga, in tergū reiecta: & quasi circūcincte altera extremitate: referat. i. aperit: hæc. i. portas belli: apponitque, limina stridentia, quia æreas, aut ferreas portas sustinentia. Ipse. i. consul, aut princeps reipublicæ: vocat. i. indicit: pugnas. i. ius pugnandi: & pubes. i. multitudo iuuenum: cætera. i. reliqua: sequitur tum. i. deinde: & cornua ærea, idest tubæ incuruæ: conspirant. i. simul insistant spiritū assensū. i. sono, assensum significante: rauco Latinus iubeatur.

## SERVIVS.

**M**orantes. Bella differentes. **R**upit Saturnia postes. Acylogiam fecit comutatio Ennii verbum. Nam ille ait, Belli ferratos postes, portasq; restregit. **I**mmobilis ante. Non semper, sed ante hac. **P**o test tamen & immobilis à sua. Nam ante gessit bella perfores, per patrem patrū, sed iure indicta. **T**ergēt. Ab eo quod est tergeo venit: & terunt, à tergo tergis, quod de vsu penitus recessit. **A**ruina. Secundum Suetonium in libro de vitis corporalibus, Aruina est durū pingue, quod est inter cutem & viscus. **A**d eo magnæ. Valde magnæ. **A**tina potens. Hæc ciuitas est iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græce à τῶν dicuntur, quos paludis vicinitas creat. **T**yburq; superbum. Aut nobile: aut per trās suum tetigit illud quod cum aliquando à senatu auxilia poscerent Tyburtes sub commemoratione beneficiorum: hoc tantum à senatu responsum acciperent, Superbi estis. **C**rustumeriq;. Mutauit. Nam Crustumerium

Tum regina deum cœlo delapsa, morantes  
Impulit ipsa manu portas, & cardine posteo  
Belli ferratos rupit Saturnia postes.  
Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis ante:  
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis  
Puluerulentus equis furit, omnes arma requirunt:  
Pars leucis clypeos, & spicula lucida tergent  
Aruiua pingui, subiguntq; in core secures:  
Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.  
Quinq; adeo magnæ positis incudibus vrbes  
Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,  
Ardea, Crustumeriq; & turrigeræ Antemna.  
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntq; salignas  
Vmbonum crates alij thoracas ahenos,  
Aut leucis ocreas lento ducunt argento.  
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri  
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.  
Classica iamq; sonant: id bello tessera signum.  
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille fremente is  
Ad iuga cogit equos, clypeumq; auroq; trilecem  
Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.

aris, Venus genetrix. **T**repidus. Festinus: more suo. **L**oricam induitur. Dicimus & induor illa re, & illam rem.

Virgi.

Fff ij Donatus.

bebatur. i. à patribus, & pube commota: præcipue per Amata, & Turnū: & i. etiam: tū. i. tunc. i. tanto, ante Augusti tempora incidere Æneadis. i. Troianis, sub Ænea militatibus bella: hoc more siquē Roma: tunc, quū hæc scriberet Poeta, obseruauit: & iubetur recludere, idest aperire portas trileis. i. trifuriam, dū aperitur per bellum, afferre solitas: quia templum Iani, tempore pacis claudatur: & tempore belli, aperiebatur: vt. i. Ianus, solitū auxiliū conferret. Pater. i. ipse Latinus, vir seuerus, & venerandus, ac promissis persans: abstulit tactū, idest noluit contingere portas, ad eas referandas: & aduersus. i. repugnans votis populi: aut auersus. i. indignatus: refugit. i. vitauit, & refutauit, ac reiecit à se ministeria foeda: quia cōtra foedus, & amicitia, fidemq; Æneæ datam, & condidit. abscondidit se: vmbis cecis. i. locis tenebrosis, in regia sua, vbi videri non poterat.

## P I E R I V S.

**M**os erat Hesperio in Latio. In codicibus aliquot antiquis legere est, Mos erat in Latio Hesperio: quod non æque placet, **H**yrcaisve, Arabisve parant. In Mediceo codi. & plerisque alijs, per copulatiuā, q̄ scriptum est, Hyrcanisq; Arabisq;. **A**d uertendum vero, quod à genitiuo Græcæ, ἀρά, ἀράβω, Latini nominatiuum, Arabus, faciunt: vt Elephantus, ab ἐλεφαντος: ita Delphinus, Abacus, Titanus: quanquā & Græco etiam declinatu interim delectemur. Agnoscit Sosipater, Arabs, Arabis, & Arabus, Arabi, vt trunque positum à Virgilio. Cinnamq; (ait) in Propemptico Polliomis Belidis dixisse, vt Virgiliū Arabis. **A**t que hæc ex Plinio subiungit, Es, numero plurali finita nomina, datiuo, bus, recipiunt: idq; commentatores iubent. Quid ergo sic declinauit, vt Plautus in Bacchidibus, Arabus. & in Penulo, Murrinus odor Arabus. Lucillius. xxv. Arabus Artemo. deniq; & C. Cassius in epistola, quā de Dolabella scripsit Arabi mirifico animo erga nos fuerunt (inquit) Arabs. Maro, Ornīs Arabs, omnes verterunt terga Sabæ. Florus ad Hadrianum, Quasi de Arabe, aut Sarmata manubias. Hæc à magnis viris accepta ideo libenter retuli, vt eorum calumnijs obtuiam irem, qui sæpe incurant me, nimis ad humilia nōnunq; declinare, videatq; summos viros hæc eadem non iniuriose pertractasse, quæ delicata nostra ætas quodammodo fastidit. **C**inctuq; Gabino. In plerisque codicibus antiquis inemēdate legitur, Sabino: quū Gabino, fit omnino legendum. De quo cinctu, vt obiter loci apud Liliū corrigamus, ita habetur in veteri codice Parrhasiano: Sacrificium erat statutū in Quirinali colle genti Fabiæ, ad id faciendū: C. Fabius dorso, Gabino cinctu sacra manibus gerens, quum de capitolio descēdisset. Vulgata exēplaria habent, Gentis Fabiæ, genitiuo casu, & pro C. Fabius dorso, corrupta verba Claud. Fab. dorsum.

**T**urrigeræ Antemna. Bene muratæ. Antemnae autem dictæ sunt, q̄ eas annis præterfluit, quasi ante annē positæ. **S**alignas Vmbonum crates. Vt dicit Salustius de Lucanis, Qui de vine facta scuta, & recentibus detractis corijs, quasi glutino adolecebant. **T**horacas ahenos. Quia apud maiores lorice tantum pectora tegebant. vt Statius, Triplici seruantur pectora ferro: Pectora: nam tergo nullus metus. **L**ento ducunt argento. Flexili argento ducunt: idest extendūt. Est autem spondæicus & reciprocus versus. **C**lassica iamq; sonant. Bene posuit amphibologiam. Nam classicum dicimus, & tubam ipsam & sonum. Classicum autem est flexilis tuba. **T**essera signum. Symbolum bellicū, quod ad pugna exeuntibus datur: scilicet propter confusionē: vt fuit in bello Marij, Bardeus: i. Sylæ, Apollo Delphicus: in Cæ-

DONATVS.

**¶** Tum regina deum, &c.) Fecitq; Iuno, quod non conueniebat dea, vt relictis coeli partibus veniret ad terras, & panderet sceleribus viam, atque in bello perituros vrgeret. Fecit tamen vt vetus & pertinax inimica, verebatur enim ne mora patefaciendarū portarum furorē parāe iuuentutis aut. confenscere faceret, aut penitus remoueri, animus quippe vulgi, vt repentinis motibus excitatur, ita mature languescit, & interueniente torpore confusmitur, ergo, quod latino displicuit, & refugit, ne faceret, fecit dea, & manu sua impulit portas, quibus fiebat mora. Vt autem huius scruentis ardorem euidentius poeta monstraret, non solum hanc dixit portas aperuisse, sed euertisse postes ipsos à cardine, hoc est ab eo loco, in quo nexibus idoneis tenebantur: quasi demum patentibus portis aliquid impedimentum potuissent postes afferre: si locis suis forte mansissent: in euertitione postium animus inimicæ considerandus est, quæ sic belli reserauerat cum ipsis postibus portas, vt vullis ipsis, qui firmamenta præstabant, iterum claudi non possent, & nunquam desineret bellum, quanta autem vis Iunonis sit, in facto ipso expresso & euidenter ostensum est, nam, quas centum aerei clauerant vestes, quas æterna ferri firmauerant robora, ipsa vnus manus impulsu innitens, non corporis virtute, sed numine, ipsum quoque bifrontem custodē auctoritate maioris potestatis exuperans, & patefecit portas, & earum postes subuertit. Patefactio portarum, quid præstiterit studio Iunonis, incipit enumerari. ¶ Ardet inexcita ausonia.) Bene poeta memor fuit, supra enim dixit, Rex arua latinus & vrbes iā senior longa placidās in pace regebat, Ergo nunquam excitata in bellum ausonia, & semper otio pacis immobilis ardebat tunc furorē bellandi. Sunt, qui asserant hoc loco contraria scripsisse Virgilium, vt quum ipse dixerit sub latino longam pacē fuisse, perindeq; ausoniam bella nescisse, ipsa rursus in descriptione vestibuli domus eius ostendit multa ex hostibus capta, currus, scilicet secures, & cætera: hæc non dicerent, si poetæ verba singula considerarent, vel certe tempora, aut per quos capta sint, nam & ipsum latinum possumus intelligere, aliquādo pugnaſſe, & post labores bellicos longam pacem habuisse, & captiuitatem armorum, ac triumphorum ostentationem constitutam in vestibulo domus ad latini maiores non ad ipsum latinum pertinuisse. Deniq; longa illic memoria descripta est in vetustate imaginem & picinon latini numen regia illa retinebat, sic positum est teclum augmentum in gens centum sublimē columnis, Vrbe fuit summa Laurentis regia picinon. Quin etiam veterum effigies ex ordine auorū antiqua ex cedro, Italusq; paterq; Sabinus. Vitisator curuam seruans sub imagine falcem, Saturnusq; senex Janiq; bifrontis imago, aliq; ab origine reges Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi, & picinon equum domitor, quæ res per maiores latini feliciter gestæ procurare poterunt. Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante. Ecce quantum potuit factio Iunonis, sic ardebat in bellum omnis ausonia, vt nulla pars eius remansisset immunis & sic ducebatur ardore bellandi, vt hanc nec se vocaret à periculis desuetudo: subiunguntur species ipse incensarum mentium. ¶ Pars, inquit, pedes ire parat.) Alij pedes irati certaturi, aliq; equis sublimes petebant campum, omnes arma regunt, nullus fuit qui arma non quæreret: inquisitio armorum ostēdebat maiorem certandi cupiditatem, nullus enim querit armari, nisi qui desiderio dimicationis impellitur, dicendo requirunt omnes arma, confirmat poeta longum interuentum pacis habendorum armorum curam corripuisse: quis enim habenda per otium diceret, quæ essent turbatis temporibus necessaria? ¶ Pars leues clypeos.) Erant tamen nonnulli, qui haberent scuta, & spicula olim pace currente, nec collecta aut polita, hæc tamen tergebant, vt splendorem reciperent, quo modo fulgor armorum plurimum hostibus terroris impertat, ¶ Aruina, inquit, pingui.) Vt doceret, quæ species fiat mundiis ferrum. ¶ Subigitq; in cote secures.) Et quod fiebat expressit, & quemadmodum fieret: subigentis enim more acuitur species multo ferro perfecta, ¶ Signa q; ferre iugata.) In desiderium venerat, quidquid constabat omnibus esse contrarium, tanta enim vis infaniæ fuit, vt aduersa pro commodis optarentur. ¶ Quinque adeo magnæ.) Tan tus bellandi amor ingesserat, vt plurimæ vrbes & magnæ positas incudibus nouandis telis, quomodo vetera esse desierant, operam darent: numerum & magnitudinem ciuitatū expressit. Quā non de incudibus loqueretur, modum tacuit: vt infinita cēt aestimatio, ac maioris ponderis fieret, quod dicebat tantumq; telum fieri crederetur, quantum exigebat tot populorum cōfluens multitudo: subiugit ipsarum vrbiū nomina cum virtute ac po-

tentia sua, ne quasi humiles non tantum parere viderentur, quam fugientibus cateruis fuerat necessarium. ¶ Atina potens, Tyburq; superbum.) Faciebant, inquit, alij, galeas, scutaq; formabant, alijs humeris parabant munimenta, vt curandis præparata fructibus, & cunctorum saluti profutura in eas illi species mitterent, quæ adimerent vitam. Ecce quanta confusio, & quantus in omnibus terror, quantaq; laus Aeneæ atque Troianorum, omne ferrum vertebatur in gladios, & parum fuit, quidquid inextimabilis fortitudo dicebat. Sic omnia culturarum subsidia conuertebantur, vt præfugio quodam omnium iam monstraretur interitus, & apparet eos ad aruorum exercitum nunq; esse redituros. ¶ Recoquunt patrios fornacibus enses.) Patrios, inquit, non suos, tanta enim pace vsi videbantur, vt armorum strepitus, & tubarum clāgor omnibus esset, incognitus. ¶ Classica iamq; loquant, it bello tessera signum.) Tessera dicitur nunciū, gerendum significans bellum. ¶ Hic galeam testis tre.ra.) Post classicorum sonum, postq; nunciū tessera maior animorum feruor extiterat. Deniq; alter galeam rapuit, non immunis à trepidatiōe, nam qui solam galeam rapuit, proculdubio amens fuit, quum non caput solum, sed membra omnia tegere debuisset. Alter equos cogebat ad currum, species est ista militiæ, vt curru pugnarent, quod ipsum multis locis expressum est: alius fumebat scutum, induebatur lorica, alius, & gladio cingebatur, accingitur, dixit, munitur in singulis: multos intelligere debemus, aut omnes hoc fecisse.

ASCENSIVS.

**¶** Tum regina, &c.) Narrat quomodo Iuno, quæ bellum conſummare volebat, portas belli reserauit, omnisq; populū in aruina ruit: qua occasione, describit varias ipsorum Latinorum aruinas, variatq; in ipsis habendis studia. De qua Dona, sic, ¶ Impulit.) Iuno impulit, quod non decebat. Ergo ostenditur pertinax inimicitia, Neque aperuit solum: sed euertit postes à cardine. ¶ Ardet inexcita.) Ecce quantum potuit factio Iunonis. ¶ Quinq; ad.) Numerum & magnitudinē exprimit. ¶ Vomeres.) Ecce qualis amentia vniuersorum agrestium fuit: vt instrumenta vite profutura, in perniciem vite verteret. ¶ Tessera.) Significat nunciū gerendum, significans bellum. Hæc ille. ¶ Ordo est. Tum, id est tunc: quum Latinus nolens portas belli reserare, aufugisset regina deum, id est deorum, scilicet Iuno, delapsa coelo, impulit ipsa, id est in propria (vt dicunt) persona: non ministerio inferioris iuniminis manu, scilicet sua (non construes, ipsa manu: quæ ipsa, quod corripitur, nominatiui est casus) portas morantes, id est non apertas statim, sed quasi cunctantes, & obstantes: & ipsa Saturnia, scilicet Iuno: rupit postes belli, ferratos, id est ferro munitos: & hoc cardine, id est slipite, super quem voluit ianua, qui est quasi cor ianue: versus, id est inuerso. Versus est Ennianus, vt attestat Seruius: in quo dicit Horatius, esse dissecti membra portæ, hoc est, licet metri ratio dissoluatur adhuc in verbis ipsis esse vim poeticam. Ausonia, id est Italiæ pars, ab Ausone dicta: inexcitata, id est non excita, hoc est non commota, sed quieta, & immobilis ante ardet, scilicet ardore Martio, seu bellico: pars parat ire pedes, id est pedes irati: pars, id est partim populus (respicit enim ad rem, non ad vocem) arduus altis equis furit, id est furenti similitudo vehitur campis, id est per campos: existens puluerulentus, id est plenus pulueris, & vndiq; perfusus puluere. Omnes, scilicet tam pedites, q; equites, requirunt arma. Pars, id est ipsi partim: tergit clypeos leueis, id est leuigatos, politos, & non asperos: & tergunt spicula lucida, id est ferra spiculorum, quæ tergendo efficiunt lucida, seu lucentia: aruina, id est pingui quodam inter carnem & cutem, vnde dicit pingui: & subigit, id est subigendo acuit: secures in cote, id est lapide illo, ad acuendum apto: & iuuat, scilicet omnes: ferre signa, scilicet bellica, hoc est, vexilla: & audire sonitus, id est clangores, quæ tarantata ab Ennio vocantur. Quinq; vrbes adeo, id est valde magnæ: nouant, id est innouant, quia diu arma reliquerant: tela, id est arma inuasoria, quæ de longe iniiciuntur, & hoc incudibus positis, id est dispositis ad nouanda tela: hæc autem vrbes sunt, Atina potens, Tyburq; superbum: Ardea crustumeri, id est crustumerium: & anteq; turritæ, id est turribus insignitæ: & bene muratæ: quæ, scilicet vrbes cauant tegmina capitum tuta, id est ipsa tutantia, scilicet galeas, aut cassidas, & flexit crates lignas, id est ex salice, ligno molli, & tenaci, quod difficulter perforatur, & difficiliter finditur: vmbonum, id est quibus fiant vmbones, id est curaturæ clypeorum: aliq; ducunt, id est obducunt, & ornant: thoracas ahenos, id est munimina pistorū, ex ære facta, & ocreas, id est nimina crurum: leuia, id est polita, & non aspera: ducunt, dicit, obducunt: argento lento, id est flexibili, & tenui: & est spondaiicus versus.



Omnis honos, vomeris, & falcis, & omnis amor aratri, idest omnium armorum agriculturae cessit, idest traductus est: huc, idest ad has vrbes, vt fierent haec armarum ipsi enim recoquunt, i. coquendo instrumenta rustica in fornacibus faciunt: nunciis patrios, idest quibus ex more patriae in bello vt solent. Et classica, idest sonitus tubarum, aut ipsae tubae flexiles: sonant iam. s. paratis armis, & instructis militibus: tessera, idest symbolum bellicum: quod est, aut vox quaedam inter pugnandum exprimentenda, aut signum aliud in veste, aut gestu quod omnibus sub iuramento datur: it. idest procedit: bello, idest ad bellum; gerendum signum, s. discretionis ab hostibus: hic, idest quispiam ex Aufonijs: trepidus, idest festinus, & anxius, vt in bello tumultuario: rapit, idest arripit ad se: tectus suis, ad quae pendebat galeam. i. tutamen capitis: videlicet cassida. Ille, idest alius: cogit, idest compellit; equos trementes, s. clangore bellico: ad, idest sub: iuga, idest vt iuga ferant; aut, quia more veteri, nunc etiam de curribus decertabant; aut, ad vehemens arma bellica, & machinas: & induitur clypeum, & loricae trimen, idest tria licia, idest tres ordines anulorum habentem: au rot. quorum vnus ordo erat ex annulis aureis. Dicitur autem lorica, quia olim fiebat ex loris corio cocto: & accingitur ense fido, aut cui confidit, aut qui virum fortem non deserit.

SERVIVS.

(Heliconae deae.) Parnasus mons Thessaliae diuiditur in Citharonem Liberi, & Heliconem Apollinis, cuius sunt musae. Et autem Homeri versus. Ἰσπτε νῦν μοι μῦθοισι δ' ἀλκίαι δώματα ἔχουσιν ὕμνο γὰρ θεῶν τε πάροισι τίετε πάντα ἕμνο δὲ κλέος οἶον ἀκούοντες ἰδμεν, ἡγεμόνας δαυαῶν ἐπὶ κείνοισι ἴσαν. (Mouete.) Legimus & mouete. Quibus arserit armis. Aut splenderit: aut amore flagrauerit. Primus in bellum. Non mirum si sacrilegus & contemptor diuum contra piam gentem prior arma suscepit. Et scienda est poetae affectatio. Nam amblemiam nefas est dicere. Hic enim aliquos commemorat; quos in bello non inuenis. Item in sequentibus aliquos inuenimus; quorum hic nullam fecit commemorationem. Tyrhenis asper ab otis. Oriundo Tuscus, non quod de Thuscia venit, quem antea pulsam à ciuibus constit. Agmina q; armat. Aut eorum qui eius sequuti fuerant: sicut eius situm. Nec enim credibile est salum fugisse. Na & Statius dicit, Vel quos mouet exul; & haec Tristibus aucta fides. Aut certe eos quos Tur-

Pandite nunc Heliconae deae, cantusq; mouete: Qui bello exciti reges, quae quae sequuntur compleverint campos acies, quibus Italia tantum floruerit terra alma viris, quibus arserit armis. Et meministis enim diuinae, & memorare potestis, Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura. Primus in bellum Tyrhenis asper ab oris Contemptor diuum Mezentius, agmina q; armat. Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Lausus equum domitor, debellatorq; ferarum, Ducit Agillina nequidq; ex vrbe sequutos Mille viros, dignus patris qui laetior esset Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset. Post hos insignem palma per gramina curram, Victoresq; ostentat equos, satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus, clypeoq; insigne paternum Centum angues, cinctamq; genti serpentes hydram: Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos Furtiuum partu sub luminis edidit auras, Mistra deo mulier, postq; Laurentia victor, Geryone extincto, Tyrinthius attigit arua, Tyrthenoq; boues in flumine lauit Iberas. Pila manu, sauosq; gerunt in bella dolones, Et tereti pugnant mucrone, veruq; Sabello. Ipse pedes tegmen torquens immane leonis, Terribili impexum seta, cum dentibus albis Indutus capiti: sic regia tecta subibat, Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.

nis dederat. Vt A drastus Polyneii in Statio: qui ait, Ne parua motus ingloriosa arma Tret. Agillina ex vrbe. De Cerete oppido. Nequit quam. Quia in praesio perijt, nec patrum recepit imperium. Patris qui laetior esset Imperijs. Dignus qui haberet imperatorem potius, q; exulem patrem. Pulchro. Forti: vt diximus supra. Pulcher Auentinus. Auentinus mons vrbes Romae est quem constat ab auibus esse nominatum: quae de Tyberis ascendentes illic sedebant, vt in octauo legimus, Diarum nidis domus opportuna volucrum. Quidam etiam rex Aboriginum Auentinus nomine illic & occisus & sepultus esse sicut etiam Albonorum rex Auentinus: cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabinos à Romulo susceptos istum accepisse montem: quem ab Auentis fluuio prouinciae suae appellauerunt Auentinum. Constat ergo varias has opiniones postea sortas. Nam à principio Auentinus dictus est ab auibus: vel à rege

PIERIVS.

(Lucida tergunt.) Quauis cod. nonnulli, tergunt, legant plures tamen & probatores, tergunt, legunt, & tergo, tergis, ex viu penitus recessisse, Seruius asfirmat. Aruna pingui. In antiquo codice solita mutatione ex v digamma, in b mutata, Arbina scriptum est, perinde ac iubentius, pro iuuentus. In antiquis aliquot marmoribus notatum inspicitur, ex longo tempore iubentus, & ita iubentius Celsus, pro iuuentus, iam vero bixit, pro vixit, sexcentis notatum obseruauit. Sed illud non praeterierim ob vitae longioris memoriam, quod in aede D. Ceciliae, trans Tyberim legitur. T. F. IELLENIVS IANVARIVS SE VIBO FECIT SIBI QVI BIXIT ANNIS. LXXXVII. Vomere huc, & falcis honos huius omnis aratri. Vale. Prob. in artium institutis, honos, habere vltimam natura longa tradit, hoc loco citato. Requoquunt. In cod. alijs, recoquunt, secunda syllaba per c. In Ro. recocut, vtraq; per c. Na superius diximus, referente Velio Longo, q; litera, olim à multis exclusam fuisse, neq; à Nigidio Figulo vnq; in cometarijs suis posita teste Victorino. Praeter ea diximus placuisse alijs, quoties post c, sequeretur u, semper q; adnotare, vt mequm, tequm, sequm, scribendum procurarent. Quocirca, requoquunt, hiscriberent.

rege Aboriginum. Vnde hunc Herculis filium constat non à monte accepisse, non ei prestitisse. Insigne patrum. Absolute dixit. Centum angues. Secundum Simonidem vt diximus. Collis Auentini sylua. In sylua collis Auentini. Et dicendo Auentini, ostendit iam ante ita esse nominatum. Rhea sacerdos. Adhuc id nomen matris Romuli, q; dicta est Iliia, Rhea, Sylua. Furtiuum. Illicite conceptum, quippe à sacerdotem. Sic ait alibi, Et dulcia furta. Mistra. Mystra Graece dixit. Compensatio mortalem dixit. Consequens nanque fuerat, vt diceret Mistra deo mortalis. Laurentia arua. Laurentium ciuitas plurimum potuit. Nam omnia vicina loca, eius imperio subiacerunt. Vnde nunc ait Arua Laurentia: cum iuxta Tyberim armata Hercules pauperit. Secundum antiquum situm ante Albam & Romam, Tyberis Laurentini fuit territorium. Geryonae. Geryones rex fuit Hispaniae: quidem trimembris fingitur, quia tribus insulis praesuit, quae adiacent Hispaniae, Balaericae minori, maiori, & Ebusae. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse: quia & terrestri & nauali certamine plurimum

potuit. Hunc Hercules vicit, qui ideo fingitur ad eum olla aerea transfusus, quod habuit nauem fortem, & aere munitam. Sane sciendum declinari hic Geryones huius Geryonae. Vnde est, Ter gemini nece Geryonae: vt Anchises Anchisae. Vnde vsurpauit Sallustius, Geryonis dicens. Veniens autem Hercules, in quadam Campaniae ciuitate pompam triumphi sui exhibuit: vnde Pompeti dicitur ciuitas: posse iuxta Baias, caulas bubus fecit & eas sepsit: qui locus Boaulia dictus. Nam hodie Boaula dicitur. Tyrinthius. A Tyrinthia ciuitate Argis vicina, in qua nutritus est Hercules. Tyrthenoq; boues in flumine lauit Iberas. Admiratio, locorum longinquitate. Pila manu. Pilum proprie est haesta Romana: vt gessa Gallorum, sarisse Macedonum. Dolones. Dolo est aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio. Aut secundum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à saliendo dicti sunt, quod decipiat ferro, cum spe Virgi. Ffi liij, ciem

dem præferant Igni. Et multi volunt per teretes mucrones, do-  
Jones dicit: per veru Sabellū pila significari. Ipse pedes. Ad ge-  
nus respicit, nā & Hercules pedes semper incessit, cum equos ha-  
buerit nobilissimos. Torquens. Sullinens. Vt, Axem humero  
torquens. Horridus. Tremendus: non te vera horribilis.

DONATVS.

¶ Pandite nūc Heliconæ deæ. Relaturus antiquitatis memoriã,  
inuocat musas, vt hac comprehenderet, nec habere culpam in eo  
videretur vtpote, qui esset cōfessus ignorare se multa, alia vero le-  
ui ac teui & incerta relatione didicisse. Merito ergo inuocat mu-  
sas quoniam his occultum esse non potuit, quidquid tēporis diu-  
urnitas texerat, in ipsa inuocatione & complexione proprię peti-  
tionis posuit ea, q̄ fuerat secuturus, q̄ inq̄ bello excitē reges, hoc  
est, qui, quāti, vel quales, quę quęq̄ securę cōplerint cāpos acies:  
ostēdit inæstimabile multitudinē cōuenisse cū regibus, q̄bus Ita-  
la tantū floruerit terra alma viris, vsq̄ in illud, scilicet tēpus, quo  
partium congressio parabatur: vult ostendere bona longę pacis  
nutrissē egregios viros: belli autē rabiem perdidisse, iccirco subiun-  
xit, quibus arserit armis. Et meministis, n. diuæ, & memorare po-  
testis, Ad nos vix tenuis famę perlabitur aura. Dixit causas depre-  
cationis solę, iccirco ait, hæc quæro, quia vetera solę potestis nos-  
se, ac loq̄ narrare. Ad homines quippe vix aliquę gestorū partes  
leui relatione perueniunt. Catalogus iste huic interpretationū li-  
bro nō fuerat inserendus, nihil, n. habet, quod artificiosę possit ex-  
poni, est quippe nominibus hominū, gentium, fluiorū, deorū,  
terrarum, montium, herbarū, prouinciariū, ac fontiuū plenus & re-  
fertus, tñ ne qd libro decerpi videatur, dicemus aliqua eius vno  
libro, qui tertius decimus erit, cū totius operis complexiōe dictū  
ri, vt historiæ per duodecim libros sparsę, & cetera, quę supradic-  
ta non sunt, possint euidenter apparere. ¶ Primus, i. be. tyr.) Ideo  
primus, quia asper, ideo primus, quia contemptor deorū illorum  
scilicet, quibus authoribus Æneas ad Italiam venit, & ei Lauinię  
cōiugiū fuerat destinatum. ¶ Agmina q̄, a. Filij. h. i. l.) Imitatus  
studium patris etiam lausus agmina dūcebat ad bellū, quum non  
dicit quanta, plura voluit sentiri, q̄ fuerant, ¶ Quo pulchrior al-  
ter Nō fuit.) In comparatione pulchri corporis vnū prætulit lau-  
so, postposuit autē oēs Italos. ¶ Lausus equum, d.) In pulchro cor-  
pore nō facile potest reperiri fortitudo, quæ quia fuit in lauso lau-  
datur, nam eq̄ itandi studium & venandi illic esse conuenit, vbi  
fuerit virtus, at in lauso maior, q̄ equos feros domare, & aptos  
humanis vsibus efficere, consueuerat. ¶ Duct agillina ne. ex. v. se.  
Mille viros.) Ideo ne quicq̄, quia non erant euasuri, ¶ Dignus pa-  
tris, Dignus, bis accipiendum est: dignus, qui teneret patris im-  
perii, dignus, qui non diceretur Mezentio patre progenitus. Me-  
zentius quippe à suis eiectus est propter crudelitatem inaudita:  
& p̄fatus fuit. Lausus vero naturā mitioris, & religiosus, & for-  
tis. ¶ Post hos.) Id est post Mezentium & lausum. ¶ Insigne pal-  
ma per gramina.) Venit, inquit, etiam Auentinus ad bellum: sic  
filius Hercules fuit: vehebatur curru cum signo palmę, more sci-  
licet triumphantis gestans clypeum cum hydræ serpentibus, vt  
hoc genere demonstraret gloriam patris, qui eam contriuerat tot  
capitibus venenatis armatam. ¶ Collis auentini, sylua.) Auentinus  
quidem glorię causa hydram gestabat in clypeo, vt hoc signo fi-  
lius se Hercules demonstraret: sed ludibrium matris hoc genere  
prodebatur, nam hanc theæ sacerdotium præferentē supro Her-  
cules in Auentino monte appetit: vnde Auentini tenuit nomen,  
qui furto conceptus, ac furto editus, atque nutritus relatione di-  
citur matris, quo esset authore susceptus: testatur autem signū,  
vt appareat tempus, quo admissum est crimen, tunc, inquit, quan-  
do geryone extincto per Auentinum Hercules interfecit, & boues  
à flumine iberō p̄ductas Tyrrenis vndis abluuit. Tali genere lau-  
dis Sallustius plenus est, nam & ipse multos collaudat, ac depri-  
mit adiecta vituperatione. ¶ Pila manu sacros q̄, g. in. b. d.) Non  
significat cum Auentino aliquos venisse, sed, quum dicit genera  
armorum, & gerunt arma, & pugnant, ostendit, non solum fuisse  
Auentinum, cuius genus & mores expressit. ¶ Ipse pedes tegmen  
torquens, &c.) Præter signum Hydræ, quod gerebat in scuto,  
opertus fuit etiam Leonis pelle, exemplo patris incedens, vt ter-  
rorem videntibus immitteret: nec satis fuit aliqua arte vel subtili-  
tate compositus, sed cum ipsis detibus, & ricu leonis horrebat,  
vt qui eum videret, Hercules putaret esse presentem.

A S C E N S I V S.

¶ Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusq̄ mouete: Qui bello exci-  
ti reges, quæ quęq̄ sequutę Compleverint campos acies: quibus  
Itala, &c.) Quia rem à memoria remotam recensendam sibi no-  
scit, quam sine Musarum inspiratione, exequi nequeat, rursus, sa-

cit inuocationem, petens sibi arcana referari, vt sciat quæ scribat,  
& cantus moueri, vt rite scribat. Sunt autem qui legant, cantusq̄  
mouete: & sunt qui malint, Cantusq̄ mouete, Qui bello, &c, vt  
in ordine construendo dicam. Donati verba hoc loco sunt, ¶ Pan-  
dite nunc Heliconæ deæ, cantusq̄ mouete.) Relaturus antiquita-  
tis memoriã, inuocat Musas, ne siue vera, siue falsa referat, cul-  
pam habeat, & inuocando, proponit quid sit narraturus, ¶ Pri-  
mus inquit bellum Tyrrenis asper ab oris.) Primus, quia asper, pri-  
mus: quia contemptor eorū deorum, quibus authoribus Æneas  
ad Italiam venit, & coniugiū Lauinię factū est. ¶ Lausus equum  
domin, debellatorq̄; ferarum.) Laudat Lausum à fortitudine,  
quæ in pulchro corpore rara solet esse. ¶ Centum angues, cin-  
ctamq̄.) Glorię causa hydram gestabant: sed ludibrium matris  
ex hoc apparebat. ¶ Tergum leonis.) Præter hydram, etiam leo-  
nis pellem aliud insigne paternum gestabat. Hęc ille. ¶ O rdo est.  
O deæ, scilicet poetarum, Musæ, videlicet: pandite, i. referate, &  
aperite nunc: Heliconæ, id est montem illum Pœotię, in cuius ve-  
more dicitur, natale solum, seu patria Musarum: pandite autem,  
ad me venture, aut, pendite, i. recludite arcana, & secreta, quæ de  
regibus Italię illic repositis: & mouete cantus, i. instigate me,  
vt canam, & cantu manifestem qui reges: aut mouete, s. me; can-  
tu, i. carmine, à vobis dicato: qui reges exciti, i. excitati, sup. sunt  
bello, i. ad bellum: & quæ acies sequutę: quęq̄, s. regum: com-  
plerint, i. compleuerint: campos, quibus viris tellus Itala, i. Ita-  
lica: floruerit tantum, i. intatum: & quibus armis arserit, id est  
resplenduerit, aut martio furore incesa sit. Etenim vos diuæ me-  
ministis, i. memoria retinetis: & potestis memorare, id est recensere,  
& narrando ad memoriã reducere: at, id est sed: vix atra te-  
nuis famæ, i. vix modicus, rumor, perlabitur nos, i. labedo venit  
ad nos, aut legatur, ad: vt, s. perlabitur ad nos vsq̄. Incipit autem  
narrare, dicens, Mezentius, contemptor diuū: inquit primus, id est  
præcipuus: bellum existens asper, i. acer & ferox, in Latinos ho-  
stes: ab oris, i. regionibus: Tyrrenis, i. Etruscis: & armat, i. armis  
instruit: agmina, s. quæ duxit, Lausus filius, supple eius, quo alter  
non fuit pulchrior, excepto corpore Turni Laurentis, quum Lau-  
sus esset Thucis: Lausus (inquit) domitor, i. ad libitum guberna-  
tor: equum, i. equorum, & debellator ferarum: ducit iuxta hunc,  
id est iam dictum Mezentium, patrem suum: mille viros sequen-  
tos, i. sequentes eum: nequidq̄, quia ipsum intermendum tutari  
non sunt: ex vrbe Agilina, i. Cerete oppido: existens dignus, q̄ est  
lætiior, id est beatiior: patris imperiis, i. q̄ pater illi imperator esset,  
non exul: aut qui pateretur imperia patris benignioris, qui, videt  
licet non esset contemptor diuū, & dignus, cui exul: haud, id est  
non: esset pater, i. vt is sit, cui Mezentius non esset pater: sed quis  
vir, probus, & pius: Auentinus pulcher, i. honestus, & decorosus:  
tus, i. progentus. Hercules pulchro, i. honesto, & decoro: ostentat  
post hos, s. Mezentium, & Lausum, curru in signem: palma, i. vi-  
ctoria: per gramina, i. quo in graminibus victoriã obtinuerat: aut  
ostentat per gramina curru in signem, palma, & equos victores, i.  
qui vicerant in curuli certamine: & gerit clypeo, i. in clypeo sunt  
insigne, i. ornamentum: & (vt dicunt) arma paternum, i. patris sui,  
Herculis, s. centum angues, & hydram cinctam, serpentibus, quæ  
Auentinum: Rhea sacerdos, s. in illo loco, quum aduentaret illuc  
Hercules, edidit partu, i. peperit, & eduxit: sub auras luminis, i. in  
hunc mundum: furtiuum, i. furtiue conceptum, sup. in sylua col-  
lis Auentini: & ita à loco in quo conceptus est, eum denomina-  
uit: edidit (dicit) mulier mixta, i. commixta: & quæ quum mulier  
esset, cōcubuerat: deo, s. Herculi: postq̄ Tyrinthius, s. Hercules vi-  
ctor: extincto, i. interempto: Geryone, i. rege illo Hispaniæ, q̄ tria  
dicē habuisse corpora: attigit arua Lauretia, i. Italica, iuxta Lau-  
retum: & lauit boues, i. vaccas: Iberas, i. Hispanicas: flumine Tyr-  
rhenio, i. Etrusco, ad mare inferum. De hoc aduentu Hercules dice-  
tur latius, vñ huius, vbi agitur de Caco ab eo interempto. Cuius  
sup. subditi: gerunt in bella, manu, s. sua: pila, i. tela longa, quæ  
post Romanorum erant: & dolones, i. flagella dolosa: vnde dicit  
sæuos, i. formidados, quia sunt baculi, in quibus mucrones inclu-  
si sunt, vnde addit: & pugnant mucrone tereti, i. longo & rotun-  
do, quo dira sunt vulnera: & veru Sabello, i. quali Sabelli, seu Sa-  
bini, vt solebant, s. dolonibus, aut pilis. Ipse, s. dux eorum, Auen-  
tinus: existēs pedes, i. pedibus, non equo incedens: sicut & Hercu-  
les pater eius: & torquens, i. sustinēs, & inuoluēs circū se immane  
i. valde magnum: & terribile tegmen, i. tergum, aut pellē leonis  
impexū, i. villosum: & implicitum: s. feti, i. duro pilo, & terribili, cū  
dentibus albis: indutus capiti, i. ad caput vsq̄, vel pro munimen-  
to capitis, subibat sic, i. in talibus armis: horridus, i. tremendus: te-  
sta regia, i. domū regis: innexus humeros, i. habēs humeros inno-

ros, amictu Herculeo i. Herculano, hoc est quali Hercules vti so-  
lebat. Beroal. aut in Ser. dicit de verticibus Parnasi, sic. Authori-  
tas Ser. quā apud grammaticas, ac literatores, plurimum pol-  
leat effectit, vt omnes minus eruditi in hunc errorem delaberentur,  
asserentes Cytheronem, & Heliconem, colles esse Parnasi.  
Corrigendus itaq; hoc in loco est error publicus, ex autoritate  
eruditissimorum geographorū, qui grammaticis in locorum de-  
scriptione haud dubie merentur anteponi. primo igitur sciendū  
est, quod Parnasus, mons est in Phocide regione; non autem in  
Thessalia, vt Pli. in. iij. & Strab. meminit. in. ix. sub Parnaso sunt  
Delphi clarissimi, in terris oraculo Apollinis. Helicon autem, &  
Cytheron, sunt in Boeotia, vt Plinius, Strabo, Mela, Solinus, re-  
liquiq; omnes testantur; & Musis natale, in nemore Helicone  
scriptores assignant, qui & altitudine, & ambitu, non minor est  
Parnaso. Quod autem Parnasus biceps, & biuertex, a poetis nū-  
cupetur: nō ideo debemus accipere vertices, Cytheronem, & He-  
liconem: vt grammatici hallucinantur: sed ipsius montis cacu-  
mina. Quum ergo curiosus inquirerem, quanam forent nomi-  
na duorum Parnasi verticum: reperi apud Herodotū in Vrania,  
vnum ex verticibus Parnasi, nominatū fuisse Tithorea. alterum  
Hyampeū quocirca Herodoti autoritatem sequens, id credere  
malo, q̄ quod Cytheron, Heliconve, aut Nysa, aut Cyrrha, aut  
Cyphis: nancq; & id traditur fuerint vertices nūcupati. Cyrrha,  
& Nysa, nomina quidē sunt ciuitatum, sed non collium: & Nysa,  
nō est in Parnaso, sed in Helicone. Cyphis vero, rupes est, nō ca-  
tumen. Libuit hęc pauca adnotare super verticibus duobus Par-  
nasi, ad errorem manifestarium resellendum: qui a prioribus, re-  
centioribusq; minus eruditis passim receptus est.

## P I E R I V S .

Quæ quęq; sequuntur Complerint campos ades.) In antiq̄  
pleriq; codicibus, quemq; per m: & Complerit: sed quia, Flo-  
ruerit, sequitur: placet, Cōplerint: taceo, Compulerint: quod ali-  
bilibet in emendate. Quibus Itala tantum Floruerit terra al-  
ma vitis.) In antiquis omnibus exemplaribus legere est, quibus  
Italiam iam tum Floruerit: quod mirifice placet, vt non modo,  
nunc dicat, Italiam vitis florere: verum ab eo, iam tempore flore-  
scere coepisse. Contēptor diuum Mezzētius. (In antiquis codi-  
cibus: diuom. Cūr vero, diuum contēptor, habitus sit, causam  
ponit Macrobius: Eum quippe Rutulis imperasse, vt sibi offer-  
rent, quas dñs primitias offerrebat. Quoniam vero passim in Ro-  
mano codice, Mezzētius, geminato z, notatum inuenitur: &  
grammaticorum pleriq; seripcionis eiusmodi rationem grauius  
improbarūt, libuit inuestigare, nunquid temere id a librarijs, an  
ex vsu temporū factum esset. Quūq; vsum fuisse cōperissem, pro  
vniuersissimi illius codicis autoritate tuenda, visum est quod bo-  
na ledorum venia factum vellet, aliquanto latius euagari. Nam  
veteres etiam grāmāticī super huius seripcionis, ratione diu, mul-  
tumq; decertarunt. Confidenter vero Terentius, Scaurus, eos  
dubio procul falli dicit, qui Mezzētium, per duo z, scri-  
bunt: ignorantes duplicem literam non debere geminari. Verum  
idem non inficiatur colligere quosdam duplicem non esse gam-  
Negat etiam Valerius Probus, z dupliciter scribi posse: eadem ob-  
lecta rōne, quoniam duplex sit. Quam tamen si quis aure, sine ce-  
nōre voluerit explorare non esse forte duplicem inueniet: ea ra-  
tione, q̄ duplices pronuntiatione ipsa quas contineant, intra se  
litteras ostendūt, vt g, & t, de quibus nemo dubitabit. Nam quū  
dixit, proferimus c, quæ fuit dico, dicit: & s, quæ formā præteri-  
to dat, articulati discemuntur, non aliter q̄: si quis, dicit: put-  
in Longobardicis aliquot exēplaribus, notatum est pronūciatū  
nit. Ita in, finxit, g & s, audiuntur. Habet vero g, magnam cum c  
cognitionem, vt apparet in negotio quodam, nec ocio factū est,  
Oo quā scribendi rationē Valerius Probus ait, quosdā existimas-  
se, x literam superuacuum. Id vero quod de duplici sono quæ-  
rimus, liquidius apparet in t: vt quum t̄ + a o. Græce protuleri-  
mus, scriptum apud Latinos in eas litteras resoluetur, quæ audi-  
tu excipiebantur, p scilicet, & s. Est quædam nomine, Dipsas z  
nos. Hinc nonnulli, opstitit, per p: non, obstitit, per b, scribēdum  
præcipiunt, quod eius pronuntiationis sonus sit t. Sed enim ea-  
dem affinitate copulatæ sunt, b, & p, qua, c, itidem & g: itaq; s,  
nunc cs, nunc gs, vno, eodēq; sono videtur auribus inferre. t̄ ve-  
ro, nunc ps, nunc bs, repræsentare. Missas facio litteras alias, in  
quas duplices ipsæ multipliciter resoluitur, quum de ijs tantū  
quæ audiui discemuntur, nūc fermō sit. Sed enim quū, d̄ + o di-  
omus: aut p̄ + o, vel alia eiusmodi, nullas in z pronuntiatō di-  
stinctas litteras, auribus quātūlibet abrectis excipimus. Sed vñ,  
vnde q; sonum simplicem, & eius literæ proprium: neq; vero

quis huc, o d, d̄ + o, & p̄ + o: vt m̄ + o d̄ + o, vel m̄ + o d̄ + o,  
obijciat, quæq; multa grāmāticī de quartæ coniugationis tuto-  
ro, deq; præterito medio, & aoristo secundo dicere consueverunt,  
nihil enim horum in p̄ + o, m̄ + o, & m̄ + o, aurium sensu per-  
cipimus. Sed esto cognoscatur ex resolutione vis duplicis z, qui-  
dem siquādo in alias abeat literas: aut in c, aut in s, aut in g, resol-  
ui videmus. Nam quod eam in geminum s̄, resoluti dicunt, non  
dum liquet in c, quidem eam abire ex eo manifestum est, quod  
Zethum, & Cethum, pro Amphiois fratre, promiscue Græci scri-  
bere consueverunt, vt Martiaque Capella se obseruasse tradit.  
Quinetiam nomen idē per s notatum, Sethum, nonnulli prodide-  
re, Samne Smyrna, vnico s, quæ prius, vt idem Martianus au-  
thor est, Zmyrna, z ante m preposita dicebatur. Cuiusmodi in-  
seripcionis exempla, & nos in antiquorum monumentis obser-  
uauimus: Romæ enim in diuē Anaitiæ antiquo marmore legi-  
tur, Cassia. l. z myma nutritrix. v. a. xxix. Et in campo floræ, Pom-  
ponia zmyrna testamento. Eadem porro ratione, smaragdum,  
& zmaragdum, scriptum animaduertimus: vt in Veientibus, in  
arce Castri noui, vna vetus admodum indicat, ita inscripta,

DIS. MANIBVS OSSVIS ZMARAGDI. Et in  
hortis Ioannis Coriti, quos in fo. Traiani academiæ Roma-  
genio consecrauit, antiquissimo lapide legere est, M. Æmilio: M.  
F. Apronio, filio dulcissimo: M. Æmilius Zmaragdus, & spe-  
rata parentes. Quid vero Lesbia: nonne & Lezbia, per z, scribi so-  
lita est? Sane apud Marium Maphæum Volaterranum, Aquina-  
tum antistitem monumentum est sane q̄ antiquum in quo scri-  
ptum, Lesbia: ossa hic sita sunt. Ac ne nomen id aliud esse dubi-  
tes, eodem marmore & Lezbia legitur, Sei nomen queris sum  
Lezbia. Idem in Mezzentio crediderim euenisse, quod nomen  
gemino ss, aliquando scribi solitum, Vellius Longus ait, quo lo-  
co sunt, qui pro ss geminato: s, & z, c substituere solent, quod  
mihi tantumdem est, quum supra ostenderimus: z, & n, pro ea-  
dem litera aliquando Græcis agnitas. Has vero qui mutarunt in  
z geminatum translulere, vel quum antiquitas, Mezzentius,  
duplicato z, scriberetur, in geminum inde ss, vtrūq; z cōmuta-  
tum est. Quod vero minus z, sit duplex, id satis, superq; potuerit  
indicare, quod ante m, eadem syllaba præcipi solita sit ab antiq̄s,  
quæ si duplex fuisset, dubio procul resiliere coacta foret. Multa  
præterea reperiuntur exempla, tam apud Græcos, q̄ apud Latī-  
nos, in quibus z, vocalem præcedentem minime producat: q̄  
quidem facere non posset, si duplex esset. Id forte Latini neglexe-  
runt, qui etiam in nonnullis, ipsa re geminatis, præcedentē vocalem  
corripuerunt: vt, Ponite spes. Sed enim Græci regulam eam religio-  
sissime susceperunt. Quare Homerum, Aiant nunq; scripturū, ὑλίσ-  
σοσα ζεύθοσ: si z duplicem agnouisset. Quod qa veritas Theo-  
critus sit, eum aiunt, subsequenter etiam vocalem, ob z litere, s̄  
duplicatam, produxisse in hoc eodem noie καλα πολισα ζα-  
κύνθοσ. Versum enim hunc spondaicum esse volunt. Sed enim,  
vtrū duplex literam habeat producendū vocalem subsequente:  
an & litera dichroma, suapte vi, in zacyntho produci potuerit vi-  
derent eruditi, mihi sane minime displicet eorū sententia, qui d̄ + o  
ζεύθοσ, resolutionē scriptum a Theocrito contendunt. Atq; ita  
facile persuasum habuerim eam minime duplicem esse literam,  
quæ id nequaq; præstet, quod est duplicium maxime proprium.  
Quantum vero pertinet ad eius naturam, z aliter sonat simplex,  
aliter geminata: quæ si duplex esset, neq; quidē in dictionib; inar-  
ticulatis pronuntiarī posset geminata, ne dum in nominibus alijs  
quid significantibus, ex nonnullorum idiomatum vsu frequenter  
adeo geminaretur. Geminatas enim quas isti semper duplices  
aiunt, ss, vel tt, nemo vnus vnq; expressit. At Mezzentius, & ge-  
minato z, etiam balbus nō difficulter enunciarit. Sed quænam  
bone deus religio sit, z, vel nō esse duplicem, vel non semper du-  
plicem assuecere, eum peritissimorum hoīum consensu, ne x, q̄  
dem semper duplex habeatur, quorum opinionē pleriq; sequūt;  
longa annorum serie, s̄ literam semiuocalem illi suppetias ferre  
iusserunt, vnde toties in veterum monūmētis, Vixit Alexander  
auxilium Capados: & in Galbæ nūmis, Pax inueniuntur. Sed  
quia huiusmodi pleraq; nonnulli audent impetitiæ sæculorū ad-  
scribere. Audiamus obsecro Probum in arte super x, ita differen-  
tem. Nam & hoc monemus, quod pauci sciunt. Siquidem non  
semper x litera duplex sit accipienda quādo subiecta syllabam cō-  
format: vt puta nox, & nox: lex, & legs: felix, & felix: & cætera  
alia, siquidem tūc & sonum duarum litterarum contineat. At ve-  
ro q̄ præposita syllabæ existat, non duplex, sed simplex est acci-  
pienda, vt puta maximus, anxius. Nunquid nam maclimus, aut  
ancius, & cætera talia: & ideo, vt diximus, quoties x litera syllabæ

hæ existat simplex, est supputanda, scilicet, s, & gs, literæ geminae, si vocalibus præponantur: nunquam sonum syllabæ suscipiunt. Hæc Probus. At quod honestius hæc de z dici possunt, quæ in Latinis, & Græcis nominibus syllabæ præposita fere semper existat. In alterius vero linguæ nominibus, nunc subiecta syllabam conformet, nunc expresso & intelligibili sono non aliter geminari sentiantur, quæ ff, in esse: ll, in tollor: rr, in horreo, & similia. Nanq; soni diuersitatem in z simplici, & in geminato nomē hoc ostenderit, ut z, pro pane dulciario: in quo vñ quidem, z tantum, & id leniter enunciatur auditur. Si vero, mazza: quo vocabulo, vulgo, clauam appellant: & vtrūq; z distinctū, & vox plenior, & crassior percipitur: non aliter quasi teras, a tero, teris: & Terrasq; tractusq; maris, enunciaueris. Liceat vero mihi exemplum quædam, ex ea, quæ nunc in Italiâ viget lingua desumere. Quæ & Adamantio, & Capro, & alijs, vbi de huiusmodi aliqua re disputandū sit, bona est venia concessum. Neq; clarissimi ætate superiore viri Iouinianus Pontanus, & Hermolaus Barbarus, talia sunt aspernati. Quinimo illud forte non temere asseuerarim, z aliam apud Græcos literā, aliam apud Latinos esse: si quo apud Græcos, & quo apud Latinos sono pronuncietur, diligentius animaduertuerim. Nā quum Græci, vñ q, hoc est lauo, dicunt: aut q, ut fugat: aut, vñ λίσσα, q, ut vñ βοσ, aut q, ut vñ oppidum: nō aliter fere apud Latinos sonat eius literæ vox in ore Græcico, quæ si Niso, simplici s, aut Phrysis, Sacynthus, Sama, ore Latino pronuncietur. Contra vero, si Græcus Latinum hominem audierit pronunciantem, vel Liliam, vel Aspasiam, si quem audierit, sonum suæ linguæ literis scribere voluerit, λίσσα dubio procul, & q, ut vñ scribet. Si quidem, s, apud ipsos pleniori sono, vibratiusq; pronuncietur, quæ apud Latinos, apud quos ea litera nescio quo pacto languidior videtur esse. Et vt Caper ait, in Etruria ratio exprimitur ob exilitatem. Longe vero validius sonat s, quum Græci q, ut vñ dicuntur, quæ quum Latini, confusim, ea aut de pronunciatione loquor, quæ viget ætatis nostræ vsu. Nam q fuerit in antiquis, tam Græcis, quæ Romanis pronuntiatio ignoratur proterus, vsq; adeo tam apud illos, quæ apud nos omnia pessum iere. Vel a pristina illa Venere præualente barbarie degenerauerunt. Au diu tamen Pataq; M. Musurum, quū Græcas literas summa omnium admiratione profiteretur. Et iucundissima eius consuetudine, quādū Rome vixit, in eodē contubernio, apud Clariss. principem Iulium Cardinalem Med. fruebar, Ianū Lacarum tanti nominis virum, & Venetijs, quū regis Galliarū orator esset, & Romanæ colui, cum Basilio Chalcondylo Demetrii F. dum in gymnasio Romano Græce profiteretur, familiarissime vixi, omnes eo, quem dixi sono, literas has pronuntiare memini. Nostri vero quæ Latine loquuntur, z eo sono pronunciant, quo Bononienses, & similia ferme tota, g, consonantem quintam. Nam quod Latini, legere, dicunt: Bononienses, lezere, proferunt: & Zeorziū, pro Georgium, & huiusmodi reliqua. Deniq; idem in z, apud Latinos, sonus, qui apud Hebræos in zain. Ea enim simpliciter scribitur: nisi quum daghes punctum, qui duplicem facit literam, admittit, quum ipsi interim, alias quasdam literas ostendent: quibus sonus ille, nunc plenior, nunc incitari, eubretur, suis modo punctis, modo notis quibusdam, & apicibus distinctas, quas tamen oēs, in vnum z, tam apud Latinos, quæ apud Græcos, abire necesse sit. Quod, nisi Latinis concedatur, vt in aliquibus literis, Hebræos imitari valeant. Id impiū saltem fuerit, nolle in Etruscis nominibus, Etrusci nos vsū suum idiomatis imitari. Nomen Etruscum, est Mezzentius. Consonantes ea natio, tum reliquas, tum præcipue z, geminare gaudet. Quod si, vt Velius Longus ait, Mezzentius scribi solitum sit, s geminato, s vero vti ex marmoribus antiquis coprobatum est, in z abire consueuerit: nō est mihi mirū vtrūq; ff, in zz, totidem trāsmutata. Nissa vrbs, vt auctor est Theodoros in orthographiæ præceptis, ff duplicato scribitur. Eadem apud Etruscos, & vniuersos Italos, zz geminato, Nizza, passim & scribitur, & enunciat, & plerāq; alia, quæ in Latinis dictionibus, vnica & simplici consonante proferuntur: p geminatum zz, scriptitamus: & huiusmodi pronuntiatio æqs omnium auribus totius iam Italiæ lingua comprobata est. Neq; vero ausit quisquam eam barbaram appellare linguam: quam nūc Itali viri omnes vt quisq; maxime excellit literatura, ita maiori studio ostentare, ac posteritati commendare affectant. Neq; minorem ex poematibus ea lingua conscriptis gloriam sibi pponunt: quæ ex Latinis, Græcisue literis, quas studiosissime sibi assequuntur. Quicq; omnino politiores haberi volunt, tam facere ad literarum & bonarum artium ornamentū idiomatis Italici cognitionem putant, quæ Græcas literas ad Latinarum necessitatem. Sed

quid a vulgo exempla mutuemur, quum ipsamet natura ostendat, z in medio nomine, proferri non posse nisi geminatum. Nā si Mezentius enunciaueris, adeo sonus ille primæ, secundæq; vocali in hærebit, vt cui prorūs adeo mōdata sit, ea consonans ignores: quod Valerius Probus non inficiatur, tametsi in ea est sententia, vt z geminatum scribi non debeat. Aut igitur Mezen, vnica esse syllabam dicendum erit: quod absurdum est: aut, si distinguere velis, suum vnicuiq; vocali, z fuerit applicandum. Sed esto noluisse Græcos, z, vnquam duplicari, dum equo forsā delicatius omnes pronunciant veneres affectant, quos ideo nostri eludere, quod sermo ille nimium mollis haberetur, & illecebris, adblatationibusq; amantium præcipue conueniret: vel huiusmodi sit eorum lingua, vt in z, geminati pronunciantem fieri nequeat. Quid tum, non ideo poterunt Latini quidquā pronunciant, quæ Græci proferre nequiverint? At qui tertias vtriusq; numeri voces in verbis, nos per t proferimus: quod illis adeo est a natura negatum, q literam tam frequentem apud nos, tamq; concinnam neque forma, neque enunciatione quiscūq; apud eos inuenit: quare pro Quintus, kointos illi scribere coguntur, quod ad Græcorum morem scriptum in aliquot adhuc inscriptionibus antiquis inspicitur, vt in eodē D. Steph. Rotundi. Cointo Aug. lib. Afrum ministrat: Proinde nos h, inter literas, non illiterarum hominum consensu recepimus, illiq; figuram literis, partem ordinem inter alias octauo loco adsignauimus, sonumq; proprium & potestatem obtulimus, quam in, mihi, in, nihil: non nullisq; alijs huiusmodi palam exercere posset, quum ea inter centum apices apud eos pro nota cuiusdam spiritus recenseatur. Præterea nos, nō omnes Græcorum literas admisimus, nō enim η, τ, neque θ, τ, neq; φ, neq; χ, Latinorum quisquam adnotauit. Sed has, quas illi densas appellant, maluimus nos per duas potius literas explicare: si modo, h, in literarum collegium adscitam non exigamus. η, τ, vero adiectione tantum temporis, sub e vocalis, figura expressimus, quid vero illud quod i, & u, literas vocales, consonantes nō nunq; appellamus: & tot in dictionibus duplices etiam esse profitemur? An non licet hoc facere Latinis, quia non ita Græci faciunt? Denique quā tam multa sint, quæ Latini diuersa a Græcorū modis esse voluerūt, infirmū mihi videtur argumentū, ea de causa z, passim duplicem asseuerare: quia nunquā apud Græcos geminetur. At dicet aliquis, Latinam olim linguā neque k, neque y, neque z, recepisse, neq; harum vni quā mentionem apud Romanos extitisse: nisi postq; peregrina nomina sonum hunc intulerunt: quicq; omnia, quæ litera z, admittunt, nomina peregrina sint, tametsi ciuitate donentur, habitum ea, non naturam cōmutare. Sed de k, deq; y, alibi latius differemus. Vt vero, quod nunc insit, agamus, Velius Longus auctor est, z, in Saliari carmine reperiri, ac perinde sermoni nostro non alienam. Quare quum ea litera vno modo habeat apud Græcos, alio apud Etruscos, & per Italiam vniuersam. Apud Hebræos rō multipliciter & notetur & enuncietur, vt, Græca quidem nomina, quæ in Italiā commigrarūt, ad Græcorum normam scribenda censuerim, ita Etrusca & Hebræa suis legibus videre permiserim, neq; absurdum vnquam iudicauerim Mezzentium, Etruscum nomen, ad Etruscæ: siue dicere malis Italicæ lingue cōsuetudinem notari, z geminato: qui tam multa huius lingue vocabula, eo modo citra vllam offensionem audiamus, & non grauiate proferamus. Quod vero Diuom, per u, & o, in antiquis codicibus habetur, non ignoro esse literatissimos viros, qui scriptiois huiusmodi rationem haud quaquam admittere voluerint: quod Diuū aut per syncopam: ex dictione Diuorum, o, & r, medijs literis expunctis, factum. Sed hoc nihil prohibet quin veteres illi suo iure facerent: qui terminationem eam, quæ per u u geminatum esset, in omnibus formis abhorrebant: quare tam accusatiuo, & genitiuo casti, Diuom, scriptitabant: ita euom, saluom, riuom, & distinctis etiam syllabis, suom, maretiom: & sexcenta huiusmodi, quorum exempla ex inscriptionibus antiquis passim toto opere dispositimus. Et nos ita sepe scribendum curauimus: quia seipsum ita scriptum in antiquis Virg. cod. offenderamus, & Fab. Quintilianum affirmare videbamus: ad tempora vsq; præcepto rum suorum, ceruom, & feruom, & similia, u & o, literis scripta: ea adiecta ratione, quod subiecta sibi vocalis in vno sonum coalescere, & cōfundi nequiret. Sed quoniam satis superq; sumus etiam tps est vt ad instituti operis negotium reuertamur. F. Filius huius iuxta Lausius.) Codices aliquot antiq; legunt, Filius huius fuerat Lausius. Aliquot aliq; filius hunc Lausius iuxta. Alij, huc iuxta, quæ quævis ita multipliciter legantur, non tamē a vulgata lectione, q

est. Alius huic iuxta Laetus: discedendū est. Fatus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Sunt codices in quibus, Hercule forti, legatur. Obseruatū vero est alibi, Herculi nomē a fortitudine inditum. Nam Alcides, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: hoc est a robore, atque viribus, appellatus est. Puto vero ego, forti, loco hoc, Seruiā esse paraphrasim qui, pulchrū, pro forti, poni dicit. Multū preterea venustatis: & decoris est in ea agnominatiōe: Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus: vt id deniq; sit, quod Horatius ait, Fortes creantur fortibus. Est &, ostendit equos, in aliquot antiquis. Sed longe melius: ostētat. Furtiuū partu sub luminis edidit auras. Antiqui pleriq; codices legunt, fortiuū partu: & oras: non auras, quāquā exemplaria itidem vetera nō desunt, in quibus, Ad sublimis edidit auras: legere est. Sed, n. sub luminis edidit oras magis omnino placet: vt Lucretianū illud sapiat, Dias in luminis oras. Nam qui, auras, scripsere, forte sequuti sunt eorū superstitionem,

## SERVIVS.

(Tyburta moenia linquūt) De Græcia tres fratres venerunt ad Italiā: Catillus, Coras, Tybur vel Tyburnus. Hi simul omnes vnam fecere ciuitatem: & eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerunt: licet & alias fecerint singuli. Nunc ergo dicit duos ad bella venisse, dimisso in ciuitate ad custodiam Tyburte vel Tyburno. F. Catillus. Vnde mons Catilli: quē Catelli dicunt per corruptionē. F. Coras. A cuius nomine est diuitas in Italia. Descendunt cenauri. Ex hac comparatione egres eos fuisse intelligimus. Quod tamen dicturus est postea, Nec nō celereq; Latini: Et cum fratre Coras, & virginis ala Camille. Homolen, othrynq; niualem. Montes Thefalæ. F. Ingens sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore. Cedit sylua, cedunt virgulta: cum utiq; à minore ad maius venire debuerit. Nec Prænestinæ fundator desuit vrbis. De ciuitatibus totius orbis multi qdem scripserunt: ad plenum tamē Ptolemæus Græce Latine Plinius. De Italicis etiam vrbibus Iginus plerissime scripsit, & Caton originibus. Apud omnes tamen si diligēter aduertat, de authoribus conditarum vrbium dissensio inuenitur, adeo vt ne vrbis qdem Romæ origo possit diligēter agnosci. Nam Sallustius vrbem Romā, sicut ego accipit, cōdidere atq; habuere initio Troiani, & cū his Aboriginibus. Alij dicunt ab Euandro: sicut quos Virgilius, Tūc rex Eundrus Romanæ conditor ardis. Alij à Romulo, vt En huius nate auspicijs illa indytra Rōma. Si igitur tantæ ciuitatis certa ratio non apparet, nō mirum si in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec historicos, nec cōmentatores varia dicētes imperitiæ condēnare debemus. Nam antiquitas ipsa creauit errorem: & pleriq; fundant, pleriq; augent, & ad se transferūt nomina: quā rem etiam non parū errorem afferre manifestum est. Vt ecce Laurentiā a Pico factum est. Vt, Laurentis regia Pici. Item a Latino Latini fratre & Latiniū dictū. Item à Latino Laurentium. Item à Lauinia Laurolauiniū. Nec Prænestinæ fundator desuit vrbis. Prænestine locus est haud longe ab vrbe, dictus ἀπὸ τῶν πεινῶν, id est ab illicibus, quæ illic abundant. Ibi erant Pontifices

Tum gemini fratres Tyburta moenia linquunt,  
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,  
Catillusq; acerq; Coras, Argiua iuuentus,  
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:  
Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto  
Descendunt Centauri, Homolen, Hothrynq; niualem  
Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens  
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.  
Nec Prænestinæ fundator desuit vrbis,  
Vulcano genitum, pecora inter agrestia, regem  
Inuentumq; focus, omnis quem credidit ætas,  
Cæculus hunc legio late comitatur agrestis,  
Quiq; altum Prænesti viri, quiq; arua Gabinæ  
Iunonis, gelidumq; Anienem, & rosida riuus  
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,  
Quos Amasene pater: non illis omnibus arma,  
Nec clypei, currus ue sonant; pars maxima glandes  
Liuentis plumbi spargit. pars spicula gestat  
Bina manu, fuluosq; lupi de pelle galeros  
Tegmen habet capiti, vestigia nuda sinistri  
Instituere pedis, crudus tegit altera pero.  
At Mæapus equum domitor, Neptunia proles,  
Quem neq; fas igni cuiquam nec sternere ferro,  
Iam pridem resides populos, defuetaq; bello  
Agmina in arma vocat subito, ferrumq; retractat.  
Hi Fescenninas acies, & quosq; Faliscos,  
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,  
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.  
Ibant æquati numero, regemq; canebant:  
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cyni,  
Quum sese è pastu referant, & longa canoros  
Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longè  
Pulsa palus.  
Nec quisquam æratis acies ex agmine tanto  
Misceri putet, aeriam sed gurgite ab alto  
Vrgeri volueru in rauucarum ad littora nubem.

nam, qui ollā, aulam: plora, plaustra: & alia eodē modo scribere malebant. Atque, vt de mutatiōe huiusmodi aliquid vterius referamus, scimus oratā, ex Verrio Flacco, teste Festo, picis genus a colore auri appellari: quod veteres o, pro au, ponebant. Hinc Sergium, quod annulis aureis & gradibus vteretur, oratam appellatum. F. Collis Auentini sylua. In codi. aliquot antiquis, in sylua, legitur. Magis vero Virgilianum videtur absque præpositione dictū. F. Boues in flumine laut hyberas. In codicibus aliquot antiquis, hyberos, virili genere legitur. Sed in vsu frequentiori est per sōmininū dicere, vt reddidit vna boum vocē, & abstraxerit boues, quum & tauros etiam abstraxisset. F. Ipse pedes tegmen. Antiqua omnia exemplaria, tegimen, legunt: vt etiam in. in. Consertum tegimen spinis. Inferius tamen est, Tegmen habent capiti: κατὰ σφυροπῆν. Terribili impexum seta. In codicibus aliquot, implexū, legitur: sed, impexū, magis receptum.

Pontifices & indigetes, sicut etiā Romæ. Erant etiam illic duo fratres qui diui appellabant. Horū soror dum ad sōcū sederet, desillia scintilla eius vterum percussit: inde dicitur cōcepisse. Postea enixa, puerum iuxta templū Iouis abiecit: quem virgines aquæ euntes iuxta ignem inuentū sustulerūt: quia à fonte haud longe erat. Vnde Vulcani dicitur esse filius. F. Cæculus auriem, ideo quia oculis minoribus fuit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic postea collecta multitudine, postq; diu latrocinatus est, Prænestinam ciuitatem in montibus condidit. Et cū ad ludos, vicinos populos inuitasset, cepit eos hortari vt secum habitarent: & pro gloria iactare se filium esse Vulcani. Quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano vt eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circumdatus. Quo facto cōmoti omnes simul habitauerūt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hinc est. F. Omnis quæ credidit ætas. Quasi post dubitationem: & quæ sine dubio ætas varia in spectaculis fuit. Dicimus autem & hoc Prænesti: vt, Quiq; altum Prænesti viri. Et hæc Prænestis, vnde est, Cum primam aciem Prænesti sub ipsa Strauit. F. Quiq; arua Gabinæ Iunonis) Gabij diu in agris morati, tandem Gabios condiderunt. Vnde perite arua dixit, non moenia. Sane illic Iuno religiosissime colitur. Est autem locus haud longe ab vrbe. F. Gelidumq; anienem.)

Anio fluuius haud longe ab vrbe est: sed hic euphoniā secutus est. Nam Ennius Anionem dixit iuxta regulam. F. Hernica saxa colunt. Sabinorum lingua, saxa Hernæ vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de suis locis elicit, & habitare secum fecit saxonibus in montibus. Vnde dicta sunt Hernica loca & populi Hernici. F. Diues Anagnia. Aut fertilis: aut alludit ad historiam. Nam Antonius Augusti sorore contempta, postquam Cleopatram duxit vxorem, monetam eius nomine in Anagnia ciuitate iussit ferri. F. Quos Amasene pater. Aut pascis: aut sit Anptosis, quos pascit Amasenus. Est autem fluuius. F. Arua. Scuta. F. Nec clypei. Scuta maiora: dicti ab eo quod cælent corpus, id est ἀπὸ τοῦ κλέπτω. F. Fuluosq; lupi de pelle galeros. Galerus

## ÆNEID OS.

Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit hoc gal-  
lerum. Vestigia nuda sinistri Insituere pedis.) Atqui ipse est in-  
pugnantibus primus: sed bene nudus est, quia tegitur scuto. Dex-  
trum autem tectum conuenienter esse, quasi ab armis remotum.  
(Pero) autem, rusticum calceamentum. Et traxit hoc a Græciæ mo-  
re, vnde huc transferant, vbi hoc calceamenti fuerat genus. (At  
Mælapus equum domitor Neptunia proles.) Hic per mare ad  
Italiam venit. Vnde Neptuni dicitur est filius, quæ inuulnerabile  
ideo dicit, quia nusquam perit nec in bello. Ignem autem ei nocere  
non posse propter Neptunum dicit, quia aquarum deus est. Ab  
hoc Ennius dicit se originem ducere: vnde nunc & cantantes in-  
ducit eius socios: & eos comparat cynis. Domitor autem equo-  
rum, quasi animalium a patre inuentorū. (Hi Fescéninas acies.)  
Fescéninum oppidum est, vbi nuptialia inuenta sunt carmina.  
Ducit autem originem ab Atheniensibus. (Equosq; Faliscos.)  
Faliscos Halesus condidit. Hi autem immutato h in f, Falisci di-  
cti sunt: sicut febris dicitur, quæ antè hebris dicebatur: Formiæ,  
quæ Hormiæ fuerunt, & dicitur *ἐν τῷ ὄρει ὁρμίων*. Nā posteritas in mul-  
tis nominibus pro H posuit. Iustos autem dicit, quia populus  
Romanus missis decem viris, inde multa iura collegit: & nonnul-  
la supplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Athenen-  
sibus decem habuerunt tabulas. (Hi Soraclis habent arces.) So-  
raclis, qui est mons apud Irpinos haud longe a Flaminia: de quo  
Horatius, Vides vt alta Stet niue cæcidum Soraclis. (Flauiniæq;  
arua.) Locus est in Italia Flauinium nomine. (Et dimini cum  
monte lacum.) Et lacus, & mons hoc nomine appellantur. Sane  
hoc fabula habet. Aliquando Hercules ad hos populos venit, qui  
cum à singulis prouocaretur ad ostendendam virtutem, defixis  
se dicitur vestem ferreum quo exercebatur: qui cum terræ esset  
affixus, & à nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. Vnde  
immensa vis aque secuta est, quæ Ciminum lacu fecit. (Lucosq;  
capenos.) Vnde & porta Capena, quæ iuxta Capenos est, nomē  
accepit. (Equati numero.) Digesti in ordinem. Hinc Sepe nume-  
ro scripti. Hoc est ordine, congruenter, sicut decebat, rationabili-  
ter. (Liquida inter nubila.) Pura: sed nihil tam contrarium nubi-  
bus. Nam liquida non sunt, vt in quinto diximus: vbi est, Liqui-  
dis in nubibus arsit arundo. Vnde nubes pro aere accipiamus po-  
sitas. (Et longa canoros dant per colla modos.) Secundum Plin-  
nium qui ait in naturali historia cynos ideo suauis canere, quia  
colla longa & inflexa habent: & necesse est eluctantem vocē per  
longum & flexuosum varias reddere modulatiōes. (Sonat am-  
nis.) Caistrum dicit, qui coheret Asiæ paludi: quam cum signifi-  
camus, a longa est: cum sit breuis si prouinciam significare vo-  
uerimus, quod significatur in Georgicis, vt, Atq; Asia circū Dul-  
cibus in pratis rimantur prata Caistris. (Volucrum raucarum.)  
Raucum *ῥαυκόν* est, sicut graue olens. Nam legimus, Graui-  
ter spirantis copia Tymbræ. Sciendum tamen Virgilium secun-  
dum morem prouinciæ suæ locutum, in qua bene canentes cyni  
rauciores vocantur.

### DONATVS.

(Tum gemini fratres tyb. m. lin.) Geminos, aut simul natos,  
dixit, aut duos, sicuti plurimis locis vsus est, hoc modo gemini a  
tenedo tranquilla per alta, horresco referens immensis orbibus  
angues. Item, huc gemina nunc fecte acies, & geminæ quæ for-  
te columbæ, & gemina super arbore fidēt. (Catyllusq; acerq;  
Coras. Catyllus, & Coras ab argis ducentes originem contene-  
rāt, pugnatū tanta fiducia, vt ante primam aciem constituti,  
densitatem non formidarent. (Ceū duo nubigenæ &c.) Sicibāt.  
inquit, catillus, & coras elati superbia, & fidētes virtute: itaq; ap-  
parebant, vt centauri venire putarentur, quum descendunt e ver-  
ticibus montium, & his currentibus cedunt omnia, quæ fortas-  
sis occurrerent. (Nec prenestine fun. de. vr. &c.) In illo contien-  
tu multorum regum & plurimarum gentium non defuit cæcu-  
lus fundator vrbis prenestina: quem ex vulcano & sebethide  
nympha genitum omnes vno consensu crediderunt: hac tonie-  
clura, quia in medio igni inuentus exuri non potuit: (Hunc le-  
gio late co. agre.) Truci natura atq; aspera & copiosissimum erat  
agmen: nam, quum dicit, late comitatur, infinitum in modum  
diffusam multitudinem fuisse, significat: (Quicq; altum prenesti-  
viri, Amafenus fluius est. Non illis om.) Illis omnibus non  
fuerunt armorum cultus ex more bellantium. (Hæc clypei, cur-  
rūsue sonant.) Alij enim isporum, & complures plumbeis massi-  
lis pugnant iacentes has p diuersa: (Pars spicula ge. Bina ma-  
nu.) Alia pars fidebat spiculis binis. (Fuluocq; lupi de pel. gale-  
Teg. ha. ca.) Pro galeis, velamen capitibus eorum fuit, rapta pel-  
lis ex lupo in capitibus. (Vestigia nu. fini. Insi. pe.) Vnum pedē,

hoc est sinistrum nudum habuerunt, dexterum tectum. (At me-  
sapus equum domitor, neptunia proles. Nec decrat etiam me-  
sapus domandis equis vehementer insistentes, id est filius neptuni.  
(Quem neq; fas. i. cū.) Hunc, qd esset ex eodem genitus, nullus  
poterat igni vel ferro consumere. (Iam pridē refides populos.)  
Idem ducebat agmen hominum, quos desuetudo corruerat, ac  
per hoc non valebant belli subire certamen, vel maxime repenti-  
nis moribus excitatum, vsq; adeo trepidum agmen, vt ferrum  
formidaret attingere. (Hi fescéninas acies.) Dixit loca, ex quibus  
diuersi conuenerant: (Ibant equati.) Reprehendit istos poeta,  
quia quum irent ad bellum, proculdubio in periculis rerum de-  
lectabat ire cōpositis in ordinem numeris, & regis festa percurrere.  
(Ceū quondam niuei. &c.) Hos cantantes, & ordinibus com-  
positis in bella tendentis comparat poeta generi auis, quæ sunt  
inertes, & nō confuse volitant, & quoties pleno ventre fuerint, sa-  
tietatē suam canoræ vocis gratulatione testantur. (Nec quisq;  
gratas acies.) Non inuenietur, qui putet illum auium numerum  
aliqua posse ratione confundi, quum tendit ad littora. sic enim  
conglobatæ tendunt, vt nubes.

### ASCENSIVS.

(Tum gemini, &c.) Describit reliquos qui cum Turno contra  
Æneā in bellum prodibant. Vnde Donatus. (Tum gemini.) Ge-  
minos dicit vel simul natos, vel duos: vt alibi, Gemini a Tene-  
do. (Liuētis plumbi.) Plumbeis massulis. (Ceū. i. quō, harum  
autum comparatione, ostēdit hos inertes, & deliciosos. Hæc ille.  
(Ordo est. Tum. i. post predictos: gemini. i. duo: & æquales fra-  
tres: quos si gemellos velit significare, diceret, Tum fratres ge-  
mini, qd, si gemini id est gemelli, frustra adderetur fratres: quia om-  
nes gemini. i. gemelli, vno partu editi, fratres sunt: fratres igitur  
gemini id est duo. i. Catillus, & Coras, perit acer. i. strenuus, appo-  
sitorie inuentus Argiua id est quæ ex Græcia illuc venerat. In-  
uentum enim filij Amphiarai, qui apud Thebas perit, (nati ex sorore  
Adraști: vt Plin. attestatur: linqunt moenia Tyburta. i. Tybur-  
oppidum, a Tyburte, seu Tyburto, eorum fratre denominatū,  
appositorie gentem dictam cognominem id est cognomento: Ty-  
burti fratris. i. sui. Et ipsi fratres feruntur scilicet in equis: ante  
primam aciem inter densa tela, Ceū id est quæ admodum, sup. ser-  
runtur: duo centauri nubigenæ. i. ex nube geniti, sub specie Iuno-  
nis formata: quum. i. quō: ipsi linquentes id est deserentes: Homo-  
len, & Hothryn niuale. i. montes illos Theffalig, niuibibus opples-  
tos: linquentes dicit, sup. cum cursu rapido: dum. i. ingens syl-  
dat ipsis euntibus id est celeriter descendentibus locū, propter ve-  
tum quem secum ducunt, sup. cū magno fragore. Nec fundator  
vrbis Prænestine Ceculus. i. nomine, defuit: imo adfuit cum re-  
liquis: quia omnis etas scilicet continuata ad tempora Poetæ  
credidit genitū Vulcano id est a Vulcano: existentem regem inter  
peccata aggressa id est in agro pacis solita: & inuentū socis. i. locis,  
vbi ignis, cuius deus est Vulcanus, fouetur. Legio. i. certa multitu-  
do aggressis: quia aggressium rex erat: comitatur hunc late: quicq;  
& qui, aut quicq; viri colunt Prænesti. i. oppidum illud in Ita-  
lia, altum: & qui colunt arua Iunonis Gabinæ. i. a Gabijs summo  
pere cultæ: & Anienē. i. fluiuium: gelidum. i. frigidum: quia p syl-  
uas defluentem & saxa Hernica id est quæ Herne a Sabinis dicitur  
vrbis: rosida. i. irrigata: riuus. i. præterfluentibus: & supple illi, quos  
Anagnia, ciuitas illa: diues id est opulenta, pascit: & quos: o Ama-  
sene pater: quia deus est fluminis: aut ipse fluiuius vicinus ciuitati  
Priuernarum, sup. pascit. Arma non sonant illis omnibus. i. non  
ferunt secum arma inuasua, vt cæteræ nationes: nec clypei id est  
arma defensiva: ve, pro vel: curus quibus. i. commeatum, aut ar-  
ma ferant, aut belligerentur: sed maxima pars eorum spargit. Ge-  
fundariuendo glandes. i. massulas, aut globulos plumbi: liuen-  
tis. i. liuorem inducentis, dum tangitur. (Quia filio Vulcani sub-  
diti sunt, nisi nouitiæ sint machinæ, quas colubrinæ vocant: qua-  
draret illis glandes iecisse, quia ministerio ignis eijciunt.) pars. i.  
eorum: gestat manu bina spicula. i. iacula in morem spicarū acu-  
ta: & habent galeros fuluos. i. quoddam genus pileorum coloris  
fului, quia de pelle lupi tegmen. i. vt sint vestimentū: capiti. i. suos  
& insituere vestigia sinistri pedis nuda. i. habet sinistros pedes nu-  
dos (tales enim, vt Macrobius recitat, dicit Euripides Atholos  
incessisse: quod tamen reprehēdit Aristoteles, dicens, Dextrū pe-  
dem illis nudum fuisse.) pero. i. calciamentū: crudus. i. indigestū,  
& rudes: tegit altera. i. vestigia, hoc est dextera. At. i. sed: Mælapus  
domitor equum. i. equorum: proles Neptunia. i. filius Neptuni,  
quia per mare in Italia venit: quem neque fas: sup. erat cuiqua-  
sternere igni: nec ferro. i. qui neque ferro, neque igni extingui po-  
terat: vocat subito in arma, populos refides. i. ab armorū exerci-  
tio;

tiō: iam pridem. i. iam a plusculis temporibus: & agmina desueta bello idest aliena a consuetudine bellandi: & retracta. i. iterum tractat ferrum idest arma ferrea: hi scilicet populi, Messapo subditū: habent idest habitant: arces Fescenias idest Fescenium, oppidum Italiae: & Faliscos, idest illos populos, æquos idest iulios, vt Seruius dicit: alij dicunt, æquosq; Faliscosq;: quia equi etiam populi sunt Italij: hi habent arces Soractis. s. oppidi Apollini sacri, & arua Flauinia: & lacum Cymini, cum monte idest qui est iuxta montem: & canebant regem scilicet Messapum. Ceu idest quemadmodum, sup. canunt: quondam idest aliquando: cyni nūi idest candore nūali: quum referunt sese a passu inter nubila li quida: & dant modos idest modulos: canoros idest bene sonantes, more canentium, per longa colla: amnis scilicet iuxta quem canunt in Misia: frequenter sonat idest resonat: & Asia palus, ad differentiam regionis: pulsa, idest re percussa: a sono cynorum: sonat, sup. Nec quisquā putet acies ex tanto agmine misceri ærotas idest æreis, aut ferreis armis testas, hoc est qui dictos viros audirent canentes regem non putaret eos esse armatos, nec bellicos: sed putaret nubem æriam, idest in aere volantem: volucrum raucarum scilicet cynorum: quorum vox dulciter raucescit: virgeri idest depelli ab alto gurgite: quia quando virgentur, & volare coguntur, canere incipiunt: hoc est, qui eos videret, & non audiret, putaret cynos, non homines se audire, tam suauiter concinunt, quāq; plurimi sunt.

## PIERIVS.

¶ Fratri Tyburti dictam cognomine gētem.) In Ro. co. Tyburni,

## SERVIUS.

¶ Ecce Sabinorum prisco de sanguine. Vsurpat hoc Nā Clausus Sabinorum dux: post ex ætos reges cum quinque milibus clientum & amicorum Romam venit: & susceptus habitandam partem vrbis accepit: ex quo Claudia & tribus est & familia nominata. ¶ Prisco de sanguine. De antiquis Sabinis. ¶ Magnum Agmē.) Propter quinque milia clientum. ¶ Partem data Roma Sabinis.) Hoc de alia traxit historia. Nam post Sabinarū raptum, & factum inter Romulum & Titum Tatium foedus, recepti in urbem Sabini sunt: sed hæc lege vt in omnibus essent ciues Romani, excepta suffragij latio. nam magistratus non creabant. ¶ Amitema cohors.) De Amitemo oppido. ¶ Prisci Quirites.) Id est Sabini. Prisci autem iō, quia post foedus Titij & Romuli placuit vt quasi vnus de duobus fieret populus. Vnde & Romani Quirites dei sunt, quod nomen Sabinorum fuerat à ciuitate Curibus: & Sabinini à Romulo Romani dicti sunt. ¶ Ereti manus oīs.) Opipidum est dictum à Iunone, id est Ἰουπ, quæ illic colitur. ¶ Oliuiferaq; Mutusca.) Hæc

Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens Per Latium, postq; in partem data Roma Sabinis. Vnā ingens Amicerna cohors, prisci q; Quirites, Ereti manus omnis, oliuifera q; Mutusca: Qui Nomentum urbem, qui rosea rura Velini, Qui Tetricæ horrentis rupes, montemq; Seuerum, Casperiamq; colunt, Forulosq; & flumen Himellæ: Qui Tybrin, Fabarinq; bibunt: quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populiq; Latini: Quosq; secans infautum interluit Allia nomen. Quam multi Libyco voluntur marmore fluctus, Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis, Vel cum sole nouo densæ torrentur arista, Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis. Scuta sonant, pulsūq; pedum tremit excita tellus. Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis Curru iungit Halesus equos, Turnoq; feroces Mille rapit populos: vertunt foelicia Baccho Massica qui rastris, & quos de collibus altis Aurunci misere patres, Sidicinaq; iuxta Æquora: quiq; Cales linquunt, amnisq; vadosi Accola Vulturini, pariterq; Saticulus asper. Ostorumq; manus, teretes sunt Aclides illis Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello: Leuas cetra tegit, falcata comminus enses.

Trebia postea dicta est, quā modo Tribulam dicunt: apud quā Annibal deleuit populum Romanum. Lucanus, Cannarum iuimus Trebiæq; iuuentus. ¶ Qui Nomentum urbem.) Hoc ex sua persona dicit poeta. Nam ad tunc ciuitas Nomentana nō fuerat, vt in sexto ait, Hi tibi Nomentum & Gabios. Item hæc tunc nomina erant. Rosea ruravelini.) Velinus lacus est circa Reate iuxta agrum qui Rosulantus vocatur. Varro tamen dicit lacum hunc à quodam consule, in Narran vel Naren fluium (nam vtrūq; dicitur) esse diffusum: post quod tāta est ea loca secuta fertilitas, vt etiam perticæ longitudinem altitudo superarit herbarum, quoniam quātum per diem demptum esset, tantum per noctes creuebat. Quod virgilius ad suam prouinciam translulit, dicens,

Et

ni, legitur: quod non ignorauit, Seruius. Aduerte vero, Tiburtia, per i, prima (yllaba, non per y, scribi apud Græcos: & ita in plerisque veterum monumentis obseruatur. Est & vbi legas, Tiburtia limina. Sed, moenia, omnino agnoscantur ab eruditibus, vt ad conditores fratres treis ad ludatur, quorum vnus tantum vrbis nomen dedit. ¶ Quos diues Anagnia paciscit.) In nonnullis codicibus, paciscis, habetur per apostrophē, vt conueniat cum sequenti mēbro, Quos amasene pater. ¶ Nec clypei, currus ve sonāt.) In antiquis aliquot codicibus per, q; copulatiuam: non per, ve, disiuctiuā particulam legitur. Nec clupei, currusq;. Sed, currusve, receptū magis. ¶ Tegmen habet capiti.) In plerisque codicibus antiquis, habet, numero multitudinis notatum est. & quod superius adnotauimus, tegimen: vt, regimen. Eadem proportionem hoc quoq; loco scriptum inueni, tegimen: per proceleumaticum. sed magis placet eruditibus, tegmen, per syncopam. Sicubi enim proceleumaticus pes apud Virgilium inuenitur, ex his ille dictionibus constat, q; vocalium hiatum habeant: vel, vt ex figura aliqua, syllabæ duæ in vnam coire possint, vel ex duabus vocalibus altera consonans fieri, vt in vocabulis, parietibus, & ariete, i, potest in consonantem solidescere, & in, genua labant: u, vt nonnulli putant, pari modo pro consonante censerit. ¶ At Messapus equū dormitor.) Messapus varie scribitur in codicibus antiquis. Alijs, s; alijs, pp, geminantibus: id quia nondum a veteribus Grammaticis obseruatum, neq; in marmoribus vsq; a me lectum est: in medio relinquam. ¶ Nec sternere ferro.) In antiquis aliquot exemplaribus, Nec sistere, legitur. Sed, sternere, malunt omnes.

Et quantum longis carpēt armenta diebus, Exigua tātum gelidus ros nocte reponet. ¶ Tetricæ horrentis rupes.) Tetricus mons in Sabinis asperrimus. Vnde tristes homines, tetricos dicimus. ¶ Montemq; seuerum.) Proprium nomen montis est: sicut agri, Roseus. ¶ Casperiamq; colunt.) Foruli & Casperia ciuitates sunt. ¶ Flumen Himellæ.) Hymella fluuius est: & sic dixit Hymellæ flumen, vt Butroti urbem. ¶ Qui Tyberim fabarinq; bibunt.) Bene bibunt, nam Tyberis in Tusciam oritur: sed transit etiam per Sabinos. Vnde Bibunt, non possident dixit. Et sciendum Turnodari auxilium à tractu Piceni Samnii Campaniæ, & pro parte Apulig: omnis vero Tusciam superior & Venetiam nec præstat auxilium. Fabarim autē: quæ dicit, etiam ipse per Sabinos transit, & Farfarus dicitur. Plautus. Dissipabo te tanq; folia Farfari. Qui dius, Et amoenæ Farfarus vmbra. ¶ Frigida misit Nursia.) Piceni ciuitas. Frigida aut, aut reuera: aut certe venenosa, no cens. Gracchi namq; vbiq; in cōcionibus suis Nursinos sceleratos appellauerunt: & sciimus amare Virgilium historiarum rem per transitum tangere. ¶ Hortinæ classes.) Hortini equites qui classes dicuntur. Vnde & eorum tubas, classica dicitur: & partes populi classes vocamus, quæ quinque fuerunt. ¶ Populiq; Latini.) Qui intererant Albani montis viscerationi. ¶ Infautum interluit allia nomē.) Allia fluuius haud longe ab vrbe est: iuxta quem Galli, Brenno duce, decimoquinto calendarum Augustarū die deleto exercitu post triduum deleuerunt et urbem excepto Capitolio. Sane Allia additum est, propter metrum, vt reliquias. Lucanus bene posuit, Quas Alia clades. ¶ Marmore.) Mari. ¶ Vel cum sole nouo.) Prima estatis parte. Nam proprie sol nouus est octauo calendis Ianuarias: sed tunc non sunt arista. ¶ Hermi campo.) Hermus Lydiæ fluuius, qui superfluit

superfluis campis gignit fertilitatem. Vnde arenas aureas fingitur trahere. ( Lyciæ flauentibus aruis. ) Prouincia est fertilis frugum. ( Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis. ) Hinc Agamemnonis plerique comitem, plerique nothum filium uolunt: qui cum uenisset ad Italiam audito aduentu Aeneæ, in bellum ruit, non amore Turni, sed odio hostilitatis antiquæ. Vnde ait, Troiani nominis hostis. ( Rapit populos. ) Raptim adducit. Etiam Campaniæ loca commemorat. Nam Massicus mons est vitibus plenus. Massica autem dixit, ut Menala. ( Aurunci misere patres. ) Isti Græce Ausones noſantur. ( Sidicinaque iuxta æquora. ) Ab oppido quod Sidicinum dicitur. ( Cales linguunt. ) Ciuitas est Campaniæ. Nam in Flaminia est, quæ Cale dicitur. est & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam à perpenna commemorat. ( Amnisque uadosi Accola Vulturini. ) Fluuius iuxta Cumas cadit in mare. ( Saticulus asper. ) Populus Campaniæ asper moribus. ( Oscoꝝ manus. ) Capsenses dicit, qui antè Osci appellati sunt, quod illic plurimi abundauerunt serpentes. ( Aclides illis Tela. ) Aclides sunt tela quædam antiqua; adeo ut nec vsquam commemorentur in bello. Legitur tamen quod sint clauæ cubito semis factæ, eminentibus hinc & hinc acuminibus quibusdã: quæ ita in hostem iaciuntur religatæ loro vel lino, ut peractis vulneribus possint redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum in immensum iaci potest. ( Læuas cetra tegit. ) Scutum loꝝ reum quo vtuntur Afri & Hispani. ( Falcati cominus enses. ) Assectauit uarietatem. Nam conlequens fuerat, Dextras armant gladij falcati. Falcatus autem ensis est harpe, qua vsus est Perſius. Lucanus, Harpen alterius monſtriam cæde rubentem.

D O N A T V S .

( Ecce Sabinorum pri. de san. ) Veniebat & lausus ex gente prisca Sabinorum magnus ipse, & magni agminis ductor. ( Claudia nunc a quo dif. ) A clauso, qui ortus fuerat ab antiquioribus fabinis, claudia gens diffusa est, & tribus per omne latium, postquam Sabini admissi sunt in participationem romani imperij. ( Vna in gens amiterna co. ) Ex omnibus predictis locis auxilia pugnatura confluxerant. ( Quam multi libyco. ) Tot populi congregabatur ad bellum, quot sunt fluctus in mari, quò uadis pelagi orion occidens mergitur. Constat enim in occasu vel ortu siderum elementa turbari, aut quum sol nouus exoritur aristas siccaturus in campo hermi, aut in armis lycijs. ( Scuta sonant, pulsusque pedum tremunt excita tellus. ) Illis euntibus strepebant scuta, & pulsus pedum percussa terra contremiscebat. ( Hinc agamemnonius. ) Ex alia parte ueniebat originalis hostis haleſus, ortus ab agamemnone: quem constabat in troiæ excidio plurimum fuisse: Veniebat igitur curru ueſtus. ( Turnoꝝ feroces Mille ra. po. ) Feroces populos, inquit, mille congeſſerat, qui ferrent auxilium turno: multitudinem numerum ait, & animo truces mille populi, hoc est mille gentes accipiendæ sunt, non mille homines. ( Vertunt se. bac. Massica qui ra. ) Hoc est, ubi uites superessent florescentes uini uerberate, hi raitri uertunt humentia massica: ( Et quos de collibus altis. ) Hos omnes congregabat fauor turni. ( Teretes teli acil. te. ) Non teretes sunt tela, sed tela illis aclides sunt teretes. ( Sed hæc len. m. est ap. ſa. ) Hoc enim genus teli flagello aptatur, ut iaci possit, & destinata percutere. ( Læuas ce. te. ) Læuas tegit cetra scuti genus. ( Falcati com. ensis. ) Designando enses, ostendit dexteris manibus ferri: nec tamen rectos, ut mos est, sed curuatos in modum falcis.

A S C E N S I V S .

( Ecce Sabinorū, &c. ) Perpetuo tenore alios duces, populosque Italiam describit. Vnde, quum parum sit difficultatis, nihil a Dōato allatum dicunt, quod sit lectione dignum. ( Ordo itaque est. Ecce quasi dicat, quod mirabere, propter generis antiquitatem: Clausus existens de prisco, id est ualde antiquo sanguine Sabinorum, qui sunt populi Italiæ, non longe a Roma: agens, id est conducens magnū agmen: & ipse existens instar. i. in statum, & ualorem magni agminis: a quo & tribus, & gens, id est pgenies: Claudia, id est Claudiorum: qui Romæ nobiles erant diffunditur, id est multiplicatur, diffundendo in diuersas familias: per Latium. i. totam Italiam, postquam Roma data est. f. à Romulo, Sabinis in partem id est postquam Sabini donati sunt ciuitate Romana. Ingens cohors Amyterna, id est ex Amyterno oppido: & Quirites Prisci. i. Sabini antiqui: & omnis manus. i. multitudo Ereti, scilicet oppidi: & Muticæ. i. eius urbis: non longe à Roma, que postea Trebula dicta est: oliuifera, id est multum oliui, ac olearum ferentis: & sup. ii, qui colunt Nometum urbem, & rura Velini, id est illius lacus: roſea, pro eo quod est rorida, aut roſida. i. multo rore perfusa: & ita fertilia, quasi dicat, irrigua: & qui colunt rupes Tetricæ. i. regionis:

gionis, ubi sunt Tetrici montes asperrimi, a quibus omnes rigidi, Tetrici nominantur: unde addit, horrentis, id est rigidæ, & asperæ: & pro idest: montem Seuerum, scilicet Tetricum: & qui colunt Casperiam scilicet urbem: & Forulos, etiam oppidum: & flumen Himellæ, scilicet Himellam: & qui bibunt Tybrin scilicet fluuium: & Fabarim, etiam fluuium: qui ambo, Sabiniam trahunt: & supple. n. quos Nursia frigida, scilicet aut natura, aut moribus, quia uenefica: mittit, & classes Hortynæ, & populi Latini: & supple illi, quos Allia, infaustum nomen, scilicet propter claudem Romanorum, apud eum fluuium factam: interluit idest inter medios adluendo fluit: secans, id est diuides eos per medium: una id est simul, supple uenerunt: quos id est quantum, multi fluctus uoluntur: Marmore, id est mari Libyco: ubi id est quado: Orion scæuus id est sydus Orionis, seuum, & nymbosum: conditur, id est absconditur: uadis hybernis id est hyemalibus: uel quot, supple aristæ id est spicæ aridæ: densæ id est crebræ: torretur cum sole: uo id est recens orto: aut in principio æstatis: aut, supple. in campo Hermi id est quem Hermus fluuius Lydiæ irrigat: aut in aruis Lyciæ flauentibus id est aristis flauis: tam multa, supple & tot scuta sonant, scilicet eorum, qui in bellum congressuri sunt: & tellus est conterita pulsus pedum: quasi ipsi pessundata succumbere timeat: hinc id est post hos: Haleſus, hostis nominis Troiani: Agamemnonius id est Agamemnonis, aut socius, aut nothus, id est filius naturalis: & non legitimus: iungit equos curru id est ad currum: rapit, id est raptim collegit: Turno, id est in auxilium Turni: mille populos id est viros feroces, qui uertunt raris. Massica, id est montes Massicos: felicia, i. feraces: fertilesque Baccho, id est uino: & sup. illi, quos Arunci patres, qui sunt de antiquissimis populis Italiam: misere, scilicet in auxilium Turni: iuxta æquora Sidicina id est ab oppido Sidicino dicta: &, sup. n. qui linguunt Cales, oppidum illud Campaniæ: & accola Vulturini: amnis uadosi id est uadis pleni, & uadabilis, & panter Saticulus, popululæ Campaniæ, in Italia: asper scilicet moribus: & manus: id est multitudo Oscoꝝ, illorum populorum Italiæ, supple una uenit: Aclides id est tela, de longe iaci apta: teretes, id est in longum toruunde: sunt illis tela, id est pro telis: sed mos est, sup. ipsi: aptare hæc, id est has Aclides, flagello lento id est dum lentum, & flexibile est: cetra, id est scutum loreum: quo tunc utebantur Hispani, & Aphri: tegit læuas, id est sinistras partes corporum eorum, ceteris falcati, id est incurui, scilicet harpæ, sup. tegunt: cominus, id est de prope, quasi cum manu conferta, manus, sup. dextras. Bercoldus in Seruium errantem in descriptione Trebiæ, & Mytiscæ dicit sic. Quis non uidet Seruium, in rebus interdum leuissimis impinguere: & toto (ut alunt) errare: cælo? uel hoc potissimum in loco, quum dicit apud Trebulam: quæ dicta sit & Trebia, ab Annibale uictos esse Romanos: quod a fide historica sensus est aliter: namque Annibal, apud Trebiam, fluuium Placentinum, maximo prælio uicti consules Ro. Sempronium Longum, & Cato Scipionem Aphricani patrem ut Liuuius, Syluius, atque Polybius aperitissime, ac copiosissime narrant. & nemo illo tempore hoc inquam inficias iuit. Errat itaque euidenter Seruius, existimans Trebiam idem esse quod Trebula: quum interuallo locorum, & dissimilitudine significationis disungantur. Nam Trebia, fluuius id est notissimus, iuxta Placentiam. Trebula uero, oppidum fuit hæud procul ab urbe Romana: ut auctor est Plinius. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit a Romanis: ut scribit Liuuius in x. Trebulæ casei laudatissimi conficiebantur Trebulani cognominati. de quibus sic scribit Martialis in Xenis, Trebula nos genuit, commendat gratia duplex: Siue æuiflamma, siue domamur aqua, Trebulani fuerunt quoque populi contermini Trebulanis: sed hi nihil ad Trebiam: ubi Annibal, Romanos proſtigauit. Nec uerſus Lucani quidquam iuuerit Seruij opinionem: quum apertissime me referatur ad Trebiam Placentinorum: perperam itaque allegetur a Seruio, qui altero quoque loco, alterum Lucani carmen, parum diligenter, parumque curiose pensauit: namque super eo Maroniano uerſiculo, Infaustum interluit Allia nomen, ita scriptum reliquit: Allia: fluuius est: cui additur unum l, propter metrum: ut reliquias. Lucanus bene posuit, Quas Alie clades. non possum non uehementer admirari Seruium in erroribus, tam pueriles, tam manifestarios, tam crebro incidere. Existimant enim Lucani uerſum, referendum esse ad cladem Alie: semper: quod quod ridiculum sit, quuius animaduertere poterit, qui librum Lucani septimum diligentius introſpexerit: in quo carmine hoc legitur, Non istas habuit pugnae Pharfalia partes, Quas alie clades: cuius sensus est manifestissimus. uult enim ostendere Lucanus omnes alias clades, quas Romani superioribus temporibus



poribus passis sint non esse comparandas cum Pharsalica clade: quæ cunctas alias exuperat. & ita, aliæ, sine controuersia accipitur pro pronomine. Seruius vero credidit, aliæ clades, accipi pro Allieis clade, tanquam ab Alia fluuio deriuetur: cuius primam syllabam apud poetam semper productam reperi, quæuis Seruius reclamet Quidium, Hæc erat in fastis, cui dat grauis Allia nomen. Luca. Et damnata diu Romanis Allia fastis. Syllius, Maior & honorificis sese extulit Allia ripis. Sic a poetis omnibus sequutis naturam no minis, nulla metrica necessitate cogente, Allia, ponitur prima syl laba producta: quemadmodum a Virgilio traditum. & per gemi num II, ab eruditis scribitur.

## PIERIVS.

Postquam in partem data Roma Sabinis. In antiquis aliquot codicibus legere est, Postquam pars est data Roma Sabinis. Sed in partem vsus est superius etiam Poeta nosse: In partem, prædamque. Ereti manus omnis, oliuiferæque Mutusæ. In codi. aliquot antiquis, Heriti. Sed omnino, Ἡ Πητος, Græce scribitur. & quæuis, Ἡ Πητος Ἡ Πητος: in honorem cuius oppidum aiunt, deducatur: nusquam tamen in Græcis authoribus ad inspirationem obseruauit: parcesque in Latinis, & in antiquis Valerij Max. codi. prope vicinam Sabinæ regionis, Eretum, scriptum est absque ad inspirationem: quam dictionem nonnulli ita deprauarunt, vt Eretum, scriperint. Mutusæ, quoque varie scribitur, sed in emendate, veluti superius in plerisque codi. Lucosque Calenos: pro Capenos, inuenias. F Qui rosea rura Velini. Sunt quidem codices, in quibus Roscida, legitur: sed: rosea, agnoscit Seruius a loci nomine. Legas tamen apud Plin. Sabinis, vt quidam existimauerunt, a religione, & cultu deorum Seuini,

## SERVIVS.

Oebale. Oebalus filius est Telonis & Nymphæ Sebethidis. Hæc autem est iuxta Neapolim. Sed Telon diu regnavit apud Capreas insulam contra Neapolim sitam. Filius vero eius patrius non contentus imperij, transit ad Campaniam: & multis populis subjugatis suum dilatauit imperium. F Teleboum Capreas cum regna teneret. Cum teneret. Capreas regna Teleboum. Nam Teleboæ Capreas sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. F Sarrafsis populos. Populi Campaniæ sunt a Sarro fluuio. F Rufas Batulumque nent. Castella Campaniæ. F Arua Celens. Iunonis locus Campaniæ est Celena, facta Iunoni. F Et quos meliferæ despectant moenia Bellæ. Multi Nolam volunt intelligi: & dicitur iratum Virgilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium: & ita aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrafin, Nihillic Punica mala nascuntur, vt nunc Bella pro Nola posuerit. Alij volunt accipi, vt fit Synalopha, & legatur moenia Abellæ. F Cateias. Tela Gallica. Vnde & Teutonici ritum dicit.

F Raptus de subere cortex. Bene raptus, quia recens suberis cortex in qua vis formam tota scitur facilitate. F Montosæ Nursæ. Ciuitas in montibus posita. F Insignem fama. Bene fama, quia occiditur: vt, vsentemque, Cras cadit, & Tolumnius augur. F Horrida præcipue cui gens. Equicolum gentem dicit. & morum & vitæ qualitate prædurat. Sane aliud pendet ex alio. Ideo erant horridi, quia venabantur. Ideo venabantur, quia habebant duras glebas, id est infertiles. Nam molles, feraces sunt: vt in Georgicis docet. Et cui putre somnum, namque hoc imitatur arando. F Quin & Marrubia venit de gente sacerdos. Medea quando relictis Colchis Iasonem secuta est,

Seuini, appellati. Velinos incolunt lacus Roseidis collibus, quod dubio procul ad Virg. carmen respexisse videtur. F Quos tamen, agnoscunt Græci: vnde Rosius, & Roseus. Gentile nomen. Quare Seruius non imperite, Rosea, legit. F Casperulamque colunt. Ex antiquis codi. omnino, Casperiam, legendum. F Forulosque. In antiquis aliquot, Ferulos, habes: sed in emendate. Ita, Himillæ, pro Hymellæ. F Fabarimque bibit. Faburum, in antiquis aliquot codi. habetur: sed apud plures, Fabarim, lectione authorum cõsensu comprobata. F Voluuntur marmore fluctus. In plerisque codi. antiquis pro Marmore, littore, scriptum inuenias. Sed in Romano, Marmore: ita in Mediceo, & aliquot alijs. F Scuta sonant, pulsusque pedum tremit excita tellus. In plerisque antiquis codi. scriptum inueni, veluti prius in impressis legebatur: Scuta sonant, pulsusque pedum conterrita tellus. Lectionem vero illam, Tremi excita tellus, quam nuper eruditissimi viri publicarunt: in Mediceo, & in Porcio tantum ex manu scriptis codicibus vidi. F Oscorumque manus. Male in quibusdam antiquis codi. Thufcorum est. F Teretes sunt Aclides illis Tela. Aclidas quidem, teli genus, Commentatores tradunt: de quo tamen, nemo certum asseruerat. In quodam vero antiquo codice legimus, Alcides: quod apud Græcos, & telum, & cuspidem significare manifestum est. Forte tamen aliquis erit, qui de Aclide certius aliquid in medium ferat. Nobis enim ad plurima huiusmodi perquirenda, ocium non fuit. F Læuâ cetra tegit. In aliquot antiquis cod. læuas numero multitudinis. Sed & læuam, vnitatis numero reperitur. Cetra, quoque varie scribitur in vetustis exemplaribus. Nam & cetra, & scetra, reperitur. Sed melius ex Liuii, cetra: vnde cetrati milites.

ta est, dicitur ad Italiam peruenisse: & populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubij appellabantur, quasi circa mare habitantes: propter paludis magnitudinem docuit remedia contra serpentes. Quæquam alij Marrubios a rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam Angitiam nominauerunt ab eo quod eius carminibus serpentes angissent. Ab his nunc Vmbronem venisse dicit non regem, sed ducem. Sunt autem isti Marfos populi, F Fronde super Galeam, & foelici cõptus oliua. Frondibus cõptus fertur oliuæ. F Vipereo generi. Terrenis serpentibus. F Grauius spirantibus hydri. Atque serpentibus. Grauius autem spirantibus, solo nocentibus. Lucanus, An venena nocent. F Spargere. Conficere: vt, Et spargere venena didicerunt. F At te leuabat. Leuius est faciebat: vt. Nirmque leues quicquid laborem. F Medicari cuspidis ictu. Medicor illa re & illi res ficut modulator. F Liquidi fleuer lacus. Etiam alibi.

## DONATVS.

Nec tu carminibus. Pulchre transit ad cebali narratio nem. nam fecit quasi alterius narrationis caput, non te, inquit, præteribunt cebale carmina mea. F Quem generasse telon. Sic huius originem narrat, vt non probatum sibi aliquid dicat. sed opinione compertum. Dat tempora, vt fidem faciat auditis. F Teleboum capreas &c. F Quum iam senibus senior regnaret capreas, hunc ex sebethide nymphæ suscepit. F Patrius sed non & filius aruis Contentus. Oebalus quum præuideret, quod sibi dimiserat pater, tenuit hæc loca, & per ea dilatauit imperium, quæ superius dicta sunt. F Teutonico rito. Hi oes imitati teutonias mittebant telorum species, quæ cateie dicebantur. F Tegmina quis ca. ra. de. f. co. Vt loco galeæ tegerent capita, more suo tegmina de suberis cortex

thee procurabant. *F* Erat *p* m. peltæ. (Proscutis peltas habuerunt ære fulgentes. *F* Micat greus en.) Mirandum non est ex gre fuisse gladium. Fertur enim veteres sæpe es pro ferro habuisse. *F* Et te montosæ &c.) *V*vens quoq; partibus turni confenserat. *F* ma insignis, armis autem semper felicibus, hoc est inuictis: hæc gens fuit semper bellis intentâ: neq; vnquam viuens de suo: vt pote: quæ non delectaret nisi noua præda. *F* Quum & mar. venit de gen. sacer.) Venerat etiam vmbro ex marhuuicæ partibus sacerdos redimitus oleæ frondibus tanquam de pacis otio & tranquillitate securus. Hic tanta scientia floruit, vt serpentibus immitteret somnum, ac placaret sæuientes, & curaret quicquid venentis morsibus appetissent. his medebatur vel cantu vel manibus. Hunc autem constabat missu venisse regis archippi: fuit ipse præter scientiæ nobilitatem, fortissimus. *F* Sed non dardaniæ. &c.) Aut herbæ in regionibus repertæ marforum. *F* Te nemus angitiæ. Doluerunt, inquit, exitum tuum loca, quorum incolis profuisti frequentius.

ASCENSIVS.

*C* Nectu carminibus, &c. (Eandem rem psequitur: de qua quid Donatus dicat nihil. *F* Ordo est. Nec, idest & no: & Oebale: tu no abibis indictus. i. i. laudatus (sicut Hora. Prima dicte mihi summa dicende camœna.) nostris carminibus, idest carmina nostra, se quoque dicet: quem Telon, rex Capreatum, fertur generasse, sup. ex nympha Sebethride: sic a loco iuxta Neapolim dicta: tunc sup. quum teneret Capreas regna Telebourn, pro Teleboarum, qui sunt populi Capreatum: existens iam senior. i. prouectioris ætatis. Sed filius. i. Oebalus: non contentus aruis patrijs. i. patris: pmebat iam tum dititione. i. imperio: late, idest per latum, populos Sarraistas seu Sarraisteis: & æquora. i. plana, & æqua arua, quæ Sarnus, fluuius ille: rigat. i. irrigat. si textus est, qui rigat, ordo est & sup. pmebat Sarnum. i. accolat eius: quos, scilicet Sarnus, rigat: æquora, idest arua adiacentia, quæ æquora sunt: & sup. eos, qui tenent Rufas, & Batulum, castella illa Campaniæ: atque arua, Celennæ, idest illius loci, in Campania Iunoni sacri: & sup. eos, quos moenia Abellæ, idest Nolæ: vt quidam volunt: in ciuitatis malisere, idest afferentis multa mala: despectant, idest deorsum inspectando vident: quia in altiore sita sunt loco: ij, sup. soliti, sup ple sunt: torquere cateias. i. tela Gallica, & Germanica: ritu Teutonico. i. more Teutonum: qui & Alemanni, & Germani dicuntur: queis. i. quibus populis: tegmina capitum, supple erant, cortex, raptus de subere, idest de arbore illa cuius cortex facile flectitur, & leuis est: & queis, supple: peltæ idest scuta breuia: æratæ idest gre munita: micant idest resplendēt: & queis, seu quibus, ensibus æreus micat: & o *V*vens Nursæ, montosæ idest vrbs illa in montibus posita: hoc est, ciues eius: miser, idest miserunt (media longæ) in prelia, te insignem fama, & armis felicibus idest quibus feliciter vti solebas: cui. f. *V*venti: gēs. f. æquicola: horrida. i. aspera cul tu, & assuetu multo venatu idest frequenti venationi: duris glebis. i. ad colendas duras glebas: præcipue idest supra cæteras gentes: qui, sup. exercet terram: armati idest existentes in armis: & iuuat idest delectat, sup. eos, semper: conuectare prædas receteis, idest recenter raptas: & viuere rapto idest ex rapina. Quin idest quætiã: vmbro fortissimus, scilicet vir, existens sacerdos, de gēte Marrubia, quæ iuxta Fucinum lacum habitans, a Medea originem traxisse fertur: venit supple in prelia: missu idest ex missione regis

SERVIVS.

*C* Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius.) Theseus mortua Hippolyte Phedram Minois & Palsiphæ filiam supereduxit Hippolyto. Qui cum illam de stupro interpellantem cõtemplisset, falso delatus ad patrem est; quod ei Vim voluisset inferre. Ille Egeum patrem rogauit, vt se vlcisceretur: qui agitantem currus, Hippolyto imisit Focam: qua equi territi eum traxerunt. Tunc Diana eius casitate cõmota, reuocauit eum in vitam per Æsculapium filium Apollinis & Coronidis, qui natus erat exfecto matris vêtre, ideo quæcum Apollo au

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius, insignem quem mater Aritia misit, Eductum Ægeriæ lucis, Hymetia cir cu m Littora, pinguis vbi & placabilis ara Dianæ. Nanq; serunt fama Hippolytum, postq; arte nouerca Occiderit, patriasq; exlerit sanguine pœnas, Turbatus distractus equis, ad sydera rursus Ætherea, & superas coeli venisse sub auras, Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ: Tum pater omnipotēs, aliquē indignatus ab vmbis Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis & artis, Fulmine Phœbigenam Stygiæ detrusit ad vndas. At Trivia Hippolytum secretis alma recondit Sedibus, & nymphæ Ægeriæ, nemoriq; relegat,

regis Archippi existens comptus super galeam: fronde, & felici oliua. i. frondibus felicis, & festæ oliuæ: qui solebat spargere idest conficere, aut infundere: generi vipereo. i. viperis: & hydris. i. serpētib; aquaticis: spirantibus idest efflantibus: grauius idest ad grauiam eorum, in quos spirant somnos: cantu idest incantatione: & manu idest herbis potentibus: & qui mulcebat idest mitigabat, & sedabat: iras scilicet viperarum, & serpentum aquatico: & leuabat idest curabat, & tollebat: arte scilicet medicamentorum: scilicet serpentinos: sed nõ euauit idest ad plenum nequiuit: medicari idest medice curare: ietum cuspidis Dardaniæ idest teli Troiani, quo occisus est, neque cantus somniferi iuuere eum: in idest contra, vulnera: & herbæ Marsæ. i. quibus gens Marforum multum potest: quæ hodie quoque serpentibus dominatur: & dicit se de familia sancti Pauli: quæ fit in montibus, supple non inuenerunt eum: nemus Angitiæ, quod in illis regionibus est: Fuscinus, s. lacus: vnda vitrea, idest habens aquam vitrei coloris: & lacus: s. alij: liquidi fleuerunt te, o sacerdos. facit enim, vt commiserationem excitet apostrophon ad eum.

PIERIVS.

*C* Partis, sed non & filius aruis Contentus.) In antiquis aliquot codicibus, sed non iam, legitur. *F* Batulumq; tenent, atque antea Celennæ.) In Roma. codice, Batalum: & Celennæ: pro Celennæ, legitur: vt runque in emendate. *F* Despectant moenia Auellæ.) Antiqui omnes codices quotquot habui, Moenia Bellæ, legunt: quod vero & Abellæ, legi possit, rationem videris apud Seruium, tum etiam apud Strabonem. Abella legitur, vbi has hoc ordine ponit vrbes, τῆσ δὲ λατίνωσ δόσ, καὶ ἑ τισούσσουλαι, καὶ ἄ τῆσ λα, καὶ νόλαι, καὶ νουκερίαι, καὶ ἀκίραι, καὶ ἄ βέλλα. *F* Soliti torquere cateias.) Quia in plerisque codicibus, i. litera lōgiori forma notata est, supraq; aliarum fastigia alte producta, factum est vt in Romano codice, & quibusdam alijs, Cateias: inde, Cateilas, notatum fuerit illud enim, j longum, i. literam, qua nunc scribentes vtimur, esse crediderunt: quod ideo dictum nolui: quia Longobardica manus sæpe fallat in i literæ seripione, nisi hoc ad uerteris. *F* Miser in prelia Nursæ.) In Ro. cod. Nursæ, p y scribit, vt Cymaz p Cumaz. Sunt & plerique codices, in quibus Neris, per e, scriptum est: sed Nursæ, receptum. *F* Duris æquicola glæbis.) In plerisque veteribus cod. æquicola, pene vltima per u notata est: nam eam terminationem, quæ est in, ola, plerumque per u, scribi animaduerti, vt epistula, quod non in veteribus tantum codicibus: verum etiam in antiquis monumentis nõ semel obseruauit. *F* Quin & Marrhuia venit de gēte.) Veteres pene omnes codices, Marubia, legunt per b mutam. Romanus tamen, Marula, habet, Stephanus in ijs, quæ compilauit ex Hermolao Bizantino μαριαβάρ, sed in Sabinis ponit, verum author ille ad eo passim corruptus est, vt parce admodum ei sit adhibenda fides. *F* Neq; eum iuuere in vulnera cantus.) Antiqui plerique codices in vulnere, legunt ablatiuo casu, dum vulneraretur: idem tamen significat in vulnera. *F* Quæ fit in montibus herbæ.) Ita habetur in Mediceo. Sed in antiquis plerisque alijs exemplaribus legitur, quæ fit in montibus, absque in: leue hoc fortasse videtur multis: sed ijs, qui sese stylo exercere gaudent penitentione non inuicundum. *F* Te nemus Angitiæ.) Antiqua aliquot exemplaria, Argitiæ, legunt. Sed, Angitiæ, melius ex Solino: vt etiam habetur in codice Porcio.

disset a Coruo ei<sup>9</sup> custode eã adulterium cõmittere, iratus Cordnidem, maturo iam partu, confixit sagittis. Coruum vero nigrum fecit ex albo: & exfecto ventre Coronidis pduxit Æsculapium, qui factus est medicinæ peritus. Hunc postea Iuppiter propter reuocatum Hippolytum iterem. Vnde Apollo iratus Cyclopa fabricatores fulminum confixit sagittis. ob quã rem a Ioue iussus est Admeti regis nouem annis apud Arifrum armenta pascere diuinitate deposita. Sed Diana Hippolytum reuocatum ab inferis in Aritia Nymphæ commendauit Ægeriæ: & eum Virbius,

Virbium, quasi bisvirum ius-  
sit vocari: cuius nunc filii co-  
gnomine dicit in bellū veni-  
re: adeo omnia ista fabulosa  
sunt. Nam cum castus vbiq;  
inductus sit, & qui semper so-  
lus habitauerit, habuisse in-  
singitur filium. Re vera autē,  
& vt supra diximus, Virbium  
est nomen coniunctum Dianę,

vt matri deum Attis, Mineruę Erichthonius, Veneri Adonis.  
¶ Quem mater Aritia misit. ¶ Ciuitas iuxta Albam. Mater autem  
propter Augustum dicit, qui fuerat ex Aricina matre progenitus:  
ac si diceret, quę tanti author est generis. ¶ Ægeriæ lucis. ¶ Nym-  
pha in Aricino nemore, quam amicam suam Numa esse finge-  
bat, ad firmendam legum suarum auctoritatem. ¶ Pinguis vbi  
& placabilis ara Dianę. ¶ Pinguis frequenti sacrificio: placabilis  
autem, ac si diceret, non qualis antē fuit, vel illic vel apud. Cen-  
tauros humano gaudens cruore, quam historiam plene in secu-  
do diximus, cum Iphigeniæ incidit commemoratio. ¶ Arte non  
ueruē occiderit. ¶ Bene vim sceleris expressit sola nouerę com-  
memoratio. ¶ Pæonijs reuocatum herbis. ¶ Aut medicinalibus:  
¶ Pæone medico deorum, qui Pæan secundum Doricos dicitur:  
secundum rationem, Pæon. Aut re vera herbam Pæoniam dicit,  
cuius Creta ferax est. ¶ Et amore Dianę. ¶ Amore, id est cura.  
¶ Medicinę talis & artis. ¶ Quę etiam fata dissolueret. ¶ Poeni-  
genam. ¶ Matre Pœna genitum. Alij Phœbigenam legunt, vt  
Probus, ¶ Relegat. ¶ Commendat ab alijs segregatum. ¶ So-  
lus. ¶ In solis locis. Nam solus quomodo, qui filium dicitur su-  
cepisse. ¶ Ignobilis. ¶ Non vilis, sed ignotus. quamquam possit  
etiam ad illud referri, quod dicunt quibusdam artibus homi-  
num vitam ultra fata protendi: ita tamen vt solam habeant vi-  
tę imaginationem. videntur enim omnia facere, nec faciunt.  
¶ Vt solus vbi nomine. ¶ De re factio; vt, Oestrum Graij, veterē  
vocant. ¶ Vnde etiam Triuię templo. ¶ Exponit τὸ αἴτιον.  
Num Callimachus scripsit αἴτια: in quibus etiam hoc commē-  
morat. ¶ Haud scius. ¶ Non segnius patre. Dicit autem tan-  
te eum fuisse audacię, vt nec paternę mortis terretur exēplo.

## DONATVS.

¶ Ibat & hippolyti. ¶ Homo in dimicationibus bellicis proba-  
tissimi generis. ¶ Insignem, quem mater aritia misit. ¶ Ex aritia  
matre genitus nutritusq; est in lucis egerie, iuxta hymetia litto-  
ra, vbi dianę ara consecrata est. ¶ Nancj ferunt. ¶ Ferunt, inquit,  
quoniam audita relaturus est, vt quid fama ferebatur, videre  
tur dicere, non quod ipse plena cogitatione didicisset. ¶ Hippoly-  
tum postquam arte nouerę. ¶ Fuit fama occisum hippolytum  
reuerse in lucem, remedio herbę pœonię, & dianę amanti at-  
tilio. ¶ Tum pater omnipotens. ¶ Iratus iuppiter rediisse ab infe-  
ris ymbriis mortuum, in eius authorē facti tenebras misit, a qui-  
bus contra statutam legem reuocatus est in lucem, qui reuocari  
non debuit. ¶ At triuia hippolytum. ¶ Diana miseratione repara-  
ti iuuenis hunc in secretum nemorum abdidit, egeriæ nymphę  
commendans: vt illic latens sua transigeret tempora, quem ne-  
quissimi nominis appellatio proderet, dicit virbium voluit, ad-  
didit argumentum, quo credi posset, quod fama narrauerat.  
¶ Vnde etiam triuię. ¶ Ideo, inquit, quia hippolytus equorum  
furore decerptus est, templo & lucis dianę sacratis, equi arcentur  
in memoriam dianę factum, quo hippolytus perit, redi-  
it. ¶ Filius ardentis. ¶ Huius igitur filius non minore studio eqs  
& curru acer ruebat in bellum.

## ASCENSIVS.

¶ Ibat & Hippolyti. ¶ Idem facit, commemorans videlicet om-  
nem insignem, quos eo tempore in Italia fuisse, historici attestan-  
tur: vnde & Virbium, Virbii idest bis viri, Hippolyti filium, cum  
aius exercitum ducit. Vnde, qđ Dona. sublatu est. ¶ Ordo est. Vir-  
bium, proles pulcherrima Hippolyti: ibat & idest etiam: bello. i.  
in bellum: quem scilicet Hippolyti filium Virbium: Aritia, ciui-  
tas illa, iuxta Albam: mater scilicet generosissimę prolis: quia  
etiam Augusti: misit insignem idest clarum, & nobilem: eductū  
lucis idest syluis incaeduis: Ægeriæ scilicet nymphę, amicę post-  
modum Numę circum littora Hymetia idest Hymeti fluminis:  
vbi idest ad quę littora, est ara pinguis: quia frequenti sacrificio  
habuta: & Dianę placabilis idest mitis, & non gaudentis huma-  
no sanguine Hippolyti, dixit prolem inancj, pro quia: ferunt (ci-  
uitate plurimi: vnde fabulosum indicat: fama idest ex fama, & rela-  
tione aliorum: Hippolytum, scilicet Thesei filium: venisse rursus

Solus vbi in syluis Italis, ignobilis æuum  
Exigeret, versoq; vbi nomine Virbium esset:  
Vnde etiam Triuię templo, lucisq; sacratis  
Cornipedes arcentur equi, quod litore currum  
Et iuuenem monstris pavidū effudere marinis.  
Filius ardentis haud scius æquore campi  
Exercebat equos, curruq; in bella tuebat.

ad sydera æthera idest coele-  
stia: quia sunt etiam apud in-  
feros sydera: vnde in. vj. So-  
lemq; suū sua sydera norunt.  
& subauras superas coeli, re-  
uocatum, scilicet in vitā: her-  
bis Pæonijs idest medicinali-  
bus: a Pæone medico dictis:  
aut, herbis, quę Pæonię vo-  
cantur: & amore idest ppter

amorem Dianę. Horatius tamen dicit, neq; enim Diana pudicū  
Liberat Hippolytum reuocatum (dicit) postquā occiderit idest  
mortuus fuerit: arte idest fraudulenta insimulatione nouerę. f.  
Phedre, & postquā expleat, pro expleuerit: sanguine idest vita  
sua: poenas patrias idest a patre, aut eius nomine, illatas: existens  
distractus idest in diuersa tractus: & dissolutus equis turbatis. i.  
consternatis Phocis, videlicet ab Ægeo, illis ostensis, vnde Hip-  
polytus: licet prius sit dictus, ἀπὸ τοῦ ἵππου καὶ ἀγῶν idest ab  
hippos, qui est equus, & equa: & Iyo idest dissoluo. ferunt (dicit)  
sic interemptum, venisse rursus ad sydera æthera idest celestia  
& ad auras superas, videlicet coeli: reuocatum scilicet in vitā; her-  
bis Pæonijs idest medicinalibus, aut sic dictis, & amore Dianę. f.  
amicę Æsculapij, qui eum reuocauit. Tum idest deinde: pater om-  
nipotens scilicet Iupiter, summus deorum: idignatus idest egre,  
& indignę ferens: aliquem mortalem surgere ab ymbriis infer-  
nis, ad limina vitę: destruit ipse quasi dicat propria manu: reper-  
torem talis medicinę & attis scilicet Æsculapium: Phœbigenam  
idest a Phœbo genitum: in vndas Stygias idest infernas: fulmine  
scilicet trifurco: quod Iouis telum est, sicut tridens Neptuni. At.  
idest sed: Triuia. i. Diana: alma idest sancta, aut vitę eius alitrix: re-  
condit idest abscondit Hippolytum, sedibus secretis: ne scilicet a  
Ioue prosterneretur: & relegat idest relegatum a se commendat:  
nymphę Ægerię, quę in Italia patriam habebat: & memori scili-  
cet Ægeriæ sacro: vbi ipse solus: & ita ignobilis. i. ignotus, & tan-  
quam ignobilis: exigeret idest transigeret: æuum idest reliquum  
tę vitę suę: in syluis Italis idest Italicis, aut ignobilis italicis: exi-  
geret eum in syluis: & vbi esset Virbium, quasi vir bis effectus:  
nomine verso idest traducto ab euentu: sicut prius Hippolytus,  
quia equis solutus: vnde idest qua de causa: equi cornipedes idest  
corneos pedes habentes, quod commune est epitheton: arcentur  
idest depelluntur etiam: templo Triuię: idest Dianę, treis vias  
habentis: in coelo videlicet: vbi Luna dicitur: in syluis terrestri-  
bus, vbi Diana: & in inferno: vbi Proserpina: & a lucis, sacratis. f.  
Triuię: ideo (inquit) qđ, idest quia: ipsi equi pavidū idest conster-  
nati: monstris, videlicet Phocis: hoc est, vitulis marinis: effudere  
litore. i. per litus: currum. f. Hippolyti: & iuuenem. f. ipsum Hip-  
polytum. Filius, scilicet Hippolyti, etiam Virbium dictus: de quo,  
videlicet, nūc loquitur: exercebat haud scius, idest nihilominus:  
aut non segnius, quāuis pater ab equis interemptus esset: equos  
ardentis. i. acris, & animofos: equore. i. in equo loco, seu plani-  
cie campi, i. loci capax & ampli: & ruebat in bella curru. i. cum  
curru, aut in curru, de quo depugnabat.

## PIERTVS.

¶ Virbium, insignem quem mater Aritia misit. ¶ Sapius dictū in  
Roma. codi. familiarem esse mutationem ex i, in e, vt in veterum  
aliquot monumentis negligentia. In nūmis, Mauretania: & alia  
pleraq; ita hoc loco & Verbius, & Aretia, scriptū est. sed Verbius,  
non in hoc authore tantum, sed in alijs quocq; per e, scriptum ob-  
seruauit: per i vero scribi debere, ostendit analogia: quoniam, vt  
apud Adamantium est, eum virum bis factum esse memorant.  
Cauet vero author is, ne Viuius, litera media, per v digammon  
scribatur, quoniam bis numerus, per b mutam notetur: quum ta-  
men eo loco, quod superius attingimus: Fauium, non Fabium,  
contra nostri temporis vsum præcipiat scribi. Quantum vero  
pertinet ad vrbem, in Strabonis codicibus, ἀρτία κατὰ, τὸ εἰ-  
βαδόν, περιώτα scriptum: quum ἀρτίων τῶσ τὸν ῥήνικον χῶ-  
ρα περιήτα scribatur. Non præteribo vero loco hoc, quod ad lite-  
re mutationem attinet: obseruasse Quintiliū, vt sibe, a Messala: ita  
quale, scriptum in multorum libris: comperisset se ex Pediano  
T. Liliū: ita his vsum, qui & ipse eum sequebatur: que nos (ait  
ille) i litera finimus. Quid vero illud apud Verrium, qui Scipio-  
nem Africanum, Pauli, F, redarguisse: per e literam enunciaffe  
dicit. Contra vero Pertisum, per i, cuius meminit Lucillus: quū  
ait, quo facitior videar, & scire plus q; ceteri. Pertisum hominē  
non pertesum: dicens, serum natura genus. ¶ Hymetia circū Lit-  
tora. ¶ In Roma. codice legere est, humentia circū Littora. sed

malunt omnes Hymetria, ab Atticæ monte. Sed id quoque obfer-  
 vandum est apud Grecos, geminato ττ scribi ὕμντ ττ ἴσο nome  
 q̄ obferunt ττ, v. natura producere. Phœbigenam Stygias de-  
 trufit ad vndas. ) In antiquis codicibus, alibi, ad vndas, alibi in  
 vndas, legitur. Exigeret, verfoq; vbi. ) Plerique codices antiqui  
 abfque particula, q̄, legunt, verfo vbi: in qua diftione eruditori-  
 bus auribus iudicandū relinquo, quā venulius fit legere. Solus  
 vbi in fyluis Italis, ignobilis æuū Exigeret, verfo vbi nomine  
 Virbius efferet. ) Poffe vero verfum ita nulla collifione confiftere  
 oftendit: quod fuperius legimus, Antiqua e cedro, Italusq; , pa-  
 terq; Sabinus. & huiusmodi pleraque apud hunc eundem Poe-  
 tam.

SERVIVS.

Vertitur. ) Id est agit. Et  
 toto vertice (supra est. ) Sta-  
 tius, Et toto defpectat pecto-  
 re bellum. ) Phœnos eflan-  
 tem faucib; igneis. ) Nimios:  
 quantos habet Aetna. ) Tam  
 magis illa fremens, & triflib;  
 effera flammis, Quam magis  
 effuso crudescunt sanguine pu-  
 gne. ) Legitur in arte quod rā,  
 magis, maxime, minus, mini-  
 me, pofitio tantum iungan-  
 tur: quod tamē tunc obferua-  
 bitur, fi ponantur ad augmen-  
 tum ifte particule: tunc enim  
 vitiofam faciūt eloquutionē.  
 Cæterum fi ad exequutionē  
 pofitæ fint, poffunt vel com-  
 paratio, vel fuperlatiuo, vel  
 pro his gradibus ipfe inter fe  
 iungi. Hinc ergo est. ) Tam  
 magis illa fremens, & triflib;  
 effera flammis, Quam magis  
 effuso crudescunt sanguine pu-  
 gne. ) Non enim ad prælatio-  
 nem pofitæ funt, fed ad ex-  
 quationem. Maiores enim

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus  
 Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est,  
 Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram  
 Sustinet, Æthæos eflantem faucibus igneis.  
 Tam magis illa fremens, & triflib; effera flammis,  
 Quam magis effuso crudescunt sanguine pugne.  
 At leuem clypeum sublatis cornibus lo-  
 Auro insignibat, iam fetis obfita iam bos,  
 Argumentum ingens, & custos virginis Argus,  
 Cælataq; amnem fundens pater Inachus vna.  
 Insequitur nymbus peditum, clypeataq; totis  
 Agmina densantur campis, Argiuaq; pubes,  
 Auruncæq; manus. Rutuli, veteresq; Sicani,  
 Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici:  
 Qui saltus Tyberine tuos, sacrumq; Numici  
 Littus arant, Rutulosq; exercent vomere colles,  
 Circæmq; iugum, queis Iupiter Anxurus aruis  
 Præfidet, & viridi gaudens Feronia luco:  
 Qua Saturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas  
 Quærit iter valles, atq; in mare conditur Vfers.

noſtri vitia non in dicto, fed in ſignificatione eſſe voluerunt.  
 Hinc eſt in Salluſtio, Ita q̄, quiſq; peſſime fecit, tam maxime tu-  
 ſus eſt. Nam & hic exæquatio eſt, non comparatio. ) Id auro in-  
 ſignibat. ) Hæc Inachi filia Argiuorum fluminis fuit, Hanc ama-  
 uit Iupiter: & dum cum ea eſſet, Iuno ſuperuenit, Timens ille  
 ne deprehenderetur, Ionem mutauit in vaccam: & eam poſcens  
 ſi dedit Iunoni, ne pellicem conſideretur: cui Iuno Argum ocu-  
 latum omnibus membris Arifloris filium cuſtodem appoſuit.  
 Quem cum Iupiter per Mercurium intermiſſet, Iuno eum in  
 pauonem mutauit: Ioni vero immiſit œſtrum, quo diu exa-  
 gitata ad Ægyptum venit, & Iouis voluntate in Iſin mutata  
 eſt. ) Inſignibat. ) Signo ſito clarum eſſe faciebat, ſua pictura  
 inſignem faciebat. ) Argumentum ingens. ) Aut fabula, vt  
 Cicero, Argumenta erant in valuis, Aut re vera argumentum  
 quo ſe Græcum comprobare cupiebat. Hoc enim etiam Ama-  
 ta ſuperius dixit, Inachus Acrifiusq; patres, mediæq; Miſenæ.  
 ) Cuſtos. ) Ne reuertī poſſet in formam priorem. ) Pater Ina-  
 chus. ) Pater non tantum ipſius Iouis: ſed author originis Tur-  
 ni. ) Totis Agmina denſentur campis. ) Qui oculis poterant  
 ſubiacere. ) Denſentur. ) Denſeo denſes dicimus, aliter non.  
 ) Argiuaq; pubes. ) Et hoc ad generis, vt ſupra diximus, per-  
 tinet probationem: quod eum ſequebantur Argiui. ) Veteresq;  
 ſicani. ) Bene Veteres: nam vbi nunc Roma eſt, ibi fuerunt Sica-  
 ni: quos poſtea pepulerunt Aborigines. ) Sacranæ acies. ) Di-  
 cunt quendam Corybantem veniſſe ad Italiam, & tenuiſſe lo-  
 ca quæ nunc vrbī vicina ſunt. Et ex eo populos ducentes ori-  
 ginem, Sacranos appellatos. Nam ſacratilſunt Matrī deum Co-  
 rybantes. Alij Sacranas acies Ardeatū volunt, qui aliquan-  
 do cum peſſilentia laborarent, ver ſacrum voverunt. Vn-  
 de Sacrani dicti ſunt. ) Picti ſcuta Labici. ) Glaucus Minois fi-  
 lius venit ad Italiam: & cum ſibi imperium poſceret, nec ac-  
 ciperet: ideo quod nihil præſtabat ſicut eius pater præſtulerat  
 zonam eis tranſmittendo, cum antehac diſcincti eſſent, oſten-  
 dit ſcutum, à quo & ipſe Labicus dictus eſt: & ab eo popu-  
 lus τῶν λαβίων, quam latine anſam vocamus. ) Picti  
 autem ſcuta. ) Id eſt in bello frequenter probati. Nam apud

tam. ) Vnde etiam Triuizæ templo. ) Plures antiqui codices hnt,  
 templo Triuizæ: quod eorum curę cōmendamus, qui ſpondeum  
 duobus dactylis interiectum addere carmini maietatem agno-  
 ſcunt. ) Quod littore currum. Et iuuenem monſtris pauidi effu-  
 dere marinis. In codicibus aliquot antiquis, quo littore, legitur  
 neque obſtat Hippolytum in Attica, non in his regionibus fuiſſe  
 dilaceratum: quando Poetis ea conceſſa licentia, vt & fabulas, &  
 hiflorias, nonnunquā ex commodo ſuo peruertant. placet tamē  
 quod, vt ſit redditio cauſe. ) Haud ſecius æquore campi. ) In an-  
 tiquis plerifque codicibus, ſegnius, legitur: quam lectionem Ser-  
 uius agnoſcit, quum dicit, non ſegnius patre.

maiores virorum fortium pi-  
 cla erant ſcuta; e contra in-  
 eritum & tyronum pura e-  
 rant. Vnde eſt, Parmaq; in  
 glorius alba, id eſt non picta.  
 ) Qui ſaltus Tyberine tuos. )  
 Non originem, vt diximus ſu-  
 pra. ) Sacrumq; Numici Lit-  
 tus arant. ) Aut iam tunc ſa-  
 crum, aut Prolepius eſt, nam  
 cōſecratus eſt Numicus poſt  
 quā inuentum eſt illic cada-  
 uer Ænææ. ) Littus arant. )  
 Littus fluminis: vt, Viridique  
 in littore cōſpiciunt ſus. ) Cie-  
 cæumq; iugum. Circa hunc  
 tractū Campaniæ colebatur  
 puer Iupiter, qui Anxurus di-  
 cebatur, quali ævæ ſupæo. )  
 eſt ſine nouacula: quia bati-  
 bam nunquam raſiſſet. & ſu-  
 no virgo quæ Feronia diceba-  
 tur. Eſt autem ſons in Capa-  
 nia iuxta Terracinam, quæ all-  
 quando Anxur eſt dicta. ) Et  
 viridi gaudens Feronia luco. )  
 Non vacat quod addidit viri-  
 di. Nam cum aliquando hui-

ius fontis lucus fortuito arſiſſet incendio: & vellent incolæ exire  
 de transferre ſimulacra, ſubito reuirit. ) Qua ſaturæ iacet atra  
 palus. ) Secundum hanc lectionem re vera ſaturam paludem in-  
 telligimus, ſed alij aſture legunt: quod ſi eſt, paludem pro flumi-  
 ne poſuit. Nam haud longe a Terracina oppidum eſt Aſtura, &  
 eiusdem cognominis fluiuius. ) Quærit iter valles. ) Satis ſigna-  
 tis verbis expreſſit flumen anguſtum. Contra de Tyberino ait,  
 In mare prorumpit.

DONATVS.

Ipſe inter primos. ) Ipſe, vbi ponitur, poſterioris meriti perſona  
 ſignificatur, Deniq; ſequitur. ) Præſtanti corpore. t. Verti. ar. te. )  
 Ipſe turnus inter primos vertitur tenens arma, & totq; vertice  
 altior ceteris fuit. Poſſet etiam ſic intelligi, quod ait, ipſe, ſcilicet  
 cum quo tanta auxilia veniebant. ) Cui triplici crinita iuba. )  
 chi. &c. ) Dixit cauſam, vnde ceteris altior videbatur, habuit, in-  
 quit, galeam cum triplici iuba habentem informatam chimæra-  
 ) Item ad imaginem veritatis expreſſam, vt ethneos ignes euome-  
 re putaretur. ) Tum magis illa fremens. Habere videbatur in ſe-  
 mitu & in flammis, vt viſa crudelitate creſcere putaretur. ) At le-  
 uem clypeum. ) Deſcripſit caput, & galeam turni: dicit, quid ha-  
 bet in clypeo. Expreſſa illic fuit Jo nodum armata combus, iam  
 tamē fetis obſita, & bouis corpus oſtendens. nec argus illic de-  
 fuit, qui cuſtos virginis appoſitus fuerat & inachus pater eius ad-  
 ditus videbatur. Ornata auro vna flumen quoddam effundens.  
 ) Inſequitur nim. pe. ) Ducem turnum ſequebatur peditum mul-  
 titudo. ) Clypeataq; totis Ag. den. c. ) Quanta multitudo ſcutata  
 peditum fuit: quam quum latitudo campi non caperet, denſaba-  
 tur, vt ſuſtineri potuiſſet. Argiuaq; pubes. ) Omnes iſti ex diuer-  
 ſis locis & regionibus congregati cum turno fuerunt.

ASCENSIVS.

Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus, &c. Poſt reli-  
 quos, more ſuo, commemorat ducem, & principem exercitus vi-  
 delicet Turnum, dicens, Ipſe. i. dux, & caput belli, Turnus præſtan-  
 ti corpore. i. habens præſtans corpus: a quo eum, plus q̄ ab an-  
 mo, commendat: vertitur. i. agit: inter primos, id eſt primores, &  
 principes viros, tenens arma: & eſt ſupra, id eſt præeminet toto  
 vertice.

vertice. Cui. f. Turno galea alta: crinita triplicem iuba. i. habens qua si pro crinibus triplicem iubam idest tricam capillorum: vt est iuba in equis: sustinet chimeram, idest monstrum chimeræ simile, pro insigni, superpositum efflantem faucibus igneis Æthneos. i. sulphureos, & copiosos, quales sūt Æthnei: sic enim erat effigies chimeræ constructa, vt ex motu incenso sulphure, flammam emittet: illa. f. chimera: tam. i. tanto magis, sup. est fremens, & effera idest fremens, & indomita, ac terribilis ob id flammis tristibus: aut tristis odoris, aut tristitiam afferentibus, q̄. i. quanto. (Nam, pro eo quod est quatum, iungitur q̄, positio: & id figurate. i. cum in interrogatione admirationis conueniente, aut alia figura: & p̄ quatum, vt hic: quod tñ rarum est, iungitur cōparatio: pro valde autem, superlatiuo.) q̄. i. igitur, idest quanto magis pugne crudescunt sanguine effuso. At. i. sed, Io. f. Inachi filia, olim in vaccam mutata: insignibat. i. insigni decorabat: auro clypeū leuem. i. politū, & non asperū: cornibus sublati. i. depositi: Io (inquit) existens, iā obfita setis. i. duris pilis: & iam bos, appositorie, ingens argumentum. i. fabula, aut approbatio q̄ e Græcis oriundus esset: & Argus, vir ille oculatissimus: custos virginis, idest iuuentulæ, scilicet ei deputatus a Iunone: & Inachus pater, scilicet puellæ, & totius generis Turni: fundens amnem. i. aquam: vrna cælata. i. sculpta: quo significabatur deus fluminis. Nymbus peditum, idest copiosus exercitus, puluerulentam nubem excitans: insequitur. f. Turnum: & agmina clypeata idest clypeis munita: densantur, idest condensantur, & conspantur, totis campis: & pubes Argiua, idest iuuentus ab Argis oriunda: aut (reuera) Argiua: & manus Aruncæ

## SERVIVS.

Hos super aduenit Volca de gente Camilla. Prudēter postimpletam cōmemoratio nem virorum transit ad feminas. Ita enim & de Troianis legitur, qui vltimum Amazo ni auxilium postulauerunt. Quæ res ab Homero prætermissa est. Sane iam præfagiū est infelicitatis futuræ, quod inter ipsa principia armantur & formig. f. Volca de gēte.) De Priuerni Volcoꝝ oppido vt, Priuernum antiqua metabus cū excederet vibæ. f. Florentis ære cateruas.) Ennius & Lucretius florens dicūt oē quod nitidum est: hoc est secutus Virgilius. Aliter Acyrolōgia est. Lucretius, Florebat natibus potus. f. Calatis ve Mineræ.) Minerua & armorū dea est, & lanificij: sed Camilla animam ad arma sola cōtulit. f. Cursum pedum.) Bene pedum adiecit, ne per equum eius gloria minueretur: quod ei obijcitur. Quid tamen egregium, si foemina forti Fidis equo? f. Aristas.) Primas ipicæ partes, dictas ab eo quod primæ arefiant. f. Tinget.) Mergeret: vt, Tingat equos. f. Tuentus, turbacq; mirat matrum.) Antē, ornatum eius: post, arma dicturus est. Vnde Hysteron proteron in respondendo esse voluerunt: vt, Ornatum matres, viri vero arma mirantur. Sed melior sensus est, si sicut dictum est, accipiamus. Ea enim sexus uterque miratur quæ sunt posita contra opinionem, vt mirentur foeminae arma in muliere, viri ornatum in bellatrice. f. Inhians.) Stupore quodam in ore patefacto. f. Lyciam pharetram.) Quasi Lyciā. Vt legimus, Crentes egere sagittas. f. Pastoralem præfixa cuspide myrtū.) Non hastam myrteam, sed ipsam myrtum. Statius, Lerneam iacit ille trabem.

## DONATVS.

 praebuit. Rex igitur cum rege familiare loquendi exordium sum-  
 pſit, ea fiducia metis ac simplicitate pectoris, ut amicum se uenit  
 se euidentius comprobaret. ¶ Optime graiugenum. Haec oratio  
 satis artificiosa est, satisque subtilis. Laudat enim eum, a quo bene-  
 ficium fuerat petiturus, & beneuolum facit, dicendo. Optime gra-  
 iugenum, ut omnibus graecis ipse melior uideretur. na inde opti-  
 mus, quod esset fortunae melioris, ex eo, quod Aeneam supplicem uide-  
 ret, sed haec obliqua est querela, nam subtiliter inuiciat inimicum  
 fortunae iudicium, quae graecum addixerat Romanae felicitatis au-  
 thorem, simul asserit suum factum esse deterrimum, quo in eas  
 angustias ductus est, ut ei, qui esset ex origine hostium, perindeque  
 persequendus foret, preces supplices funderet. melior es, inquit,  
 omnibus graecis. plus est enim Aeneam rogantem uideri, quam uicis  
 se, magnaeque felicitatis est indigentibus uideri necessarium. ¶ Non  
 equidem extimui. Non, inquit, timui, quod natus es, vel quod esses  
 inter tuos potior. Quum multa congereret, primam posuit uirtute  
 suam: secundam illam sententiam, qua Terentius tenuit dicens: Mi-  
 hi spes omnis in memet sita est. Multum. n. ualet, qui non in alie-  
 na, sed in sua uirtute fiduciam ponit. Addidit huic deorum fauo-  
 rem, qui interueniens euentus bonos auxilio fortunae condupli-  
 cat. ¶ Sed mea me uirtus. Haec fuerunt, quae contra forte uirum  
 & deorum fauore munitum, nihil aduersum linerent concitari. Addi-  
 dit tertium, quo obtinere debuit, etiam si illa non essent, uirtute. s.  
 & deorum responsa. ante oculos, inquit, habuit tutum fere aduen-  
 tum meum, qui licet incognitus tendebam ad finem. Hoc genere  
 ostendit se non timuisse, quod esset graecorum stirpe progenitus rex ar-  
 cas, se magis habuisse fiduciam, quod Troianis quoque ratione sanguinis  
 uideretur annexus: in conclusione posuit, tua terris dedita fama.  
 Cessantibus quippe omnibus, quae supra dicta sunt, maiore se asse-  
 rit ipsius habuisse fiduciam, quod religiosum uel bonum nouerant  
 oes, & cuncti per terrarum partes nomen eius & beneuolentiam pre-  
 ferbant, coniungere tibi, & satis egere uolentem, significat iussio-  
 nis autoritate, cui nec ipse reniti potuit, nec debuit Euan-  
 der relucari. Postremo adiecit uoluntatem, ne id, quod agebat, inuitus ui-  
 deretur fuisse episse, quasi optasset etiam ipse nosse affinem, quem  
 summo laudis praefatio oes populi praeferebant. Tua, inquit, ter-  
 ris dedita fama: non fame respondit plurali numero: sed omnibus  
 quae posuit, antequam de fama aliquod diceret. Inducit post haec ex-  
 positionem & narrationem talem, qua Euan-  
 dri se monstrat affine: quomodo supra dixit, cognatisque patres, hanc igitur rationem san-  
 guinis stemmate collato profequitur sic. ¶ Dardanus iliace. Nec-  
 cessario posuit, ut graiugenum, ut testimonium graecorum esset in  
 confirmatione ueritatis, & Euan-  
 der homo graecus suis potius quam  
 Troianis testibus crederet. ¶ Aduehitur. ¶ Continuus sensus est  
 sic, Dardanus, inquit, natus ex Electra Atlatis filia, ad Teucros ue-  
 nit, & ipsum primum nouimus patrem. Ecce ostendit uiam originis  
 parte, uenit ad alteram. ¶ Vobis Mercurius. p. e. Ne similitudo no-  
 minis falso usurpauit uideretur, uel maxime quum adderetur & fi-  
 gnus, quod idem etiam Atlas, qui Troianis originem per electram &  
 Dardanum dederat, coeli qui sidera portaret, idem uero qui genuisset  
 Maiam, & ex ea Mercurium nepotem fuisse episset. ¶ Sic genus ambo-  
 rum. Hoc est Dardani & Mercurii. ¶ Scindit se. s. a. v. Atlantis, s.  
 qui utriusque partibus originem dederat. fm praedictam rationem, con-  
 stituamus tamen illustriorem intellectum: Electra genuit Dardanum,  
 & Maia Mercurium. Dardanus dedit Troianis principium, & Mercu-  
 rius Arcadibus: perinde uerus auus est ambobus. Dardanus. s. &  
 Mercurius. probauit cognitionem contextum, rediit ad ea, quae pau-  
 loante dimiserat, quum rationem sanguinis redderet. ¶ His fretus. ¶ His,  
 inquit, fretus hoc est illis, quae superius dixit, hoc est uirtute  
 sua, deorum responsis, spe, & fama optima ipsius regis, non legatos  
 mih, nec sniam tuam aliqua artis calliditate tacui. ¶ Memet ipse. ¶  
 Duplicatio eiusdem pronominis addidit dictioni pondus. ¶ Meusque  
 obiecti caput. ¶ Plus ait feci, ut ad fores tuas ipse rogaturus accede-  
 rem. Exponit deprecationis ipsius causas, in his ostendens, quid &  
 contra quos peteret; quod ipsum non tantum sibi profuturum osten-  
 dit, uergetiam ipsi, qui rogabatur, ut daret. ¶ Gens eadem, &c. ¶ Quid  
 tam pulchrum, tam egregium, & imperatori ipsi necessarium, quam in  
 deformatione personae hostium, ipsius partes primas ponere, quod  
 daturus uideretur auxilium: ut in ipsa donatione & dare Troianis  
 beneficium, & sumere uideretur, illud quoque quod mixte est positum;

crudeli bello, ut eum validius commoueret, quod indignius unius  
 gentis uolentiam sustinere: quae omnium conueniens merito praer-  
 terebat. hic quoque grande loquendi compendium tenuit, Euan-  
 dri partes, suasque coniungendo: nam semel dicta utriusque continet:  
 gens, inquit, eadem: dicens unam gentem, extenuauit metum,  
 qui poterat forsitan exoriri. addidit daunia, quasi abiecta, humi-  
 lis, & omni ignobilitate depressa: quae te, te quod posuit, signifi-  
 cat te, quic magnus & ab omni merito memorabilis, crudeli bel-  
 lo insequitur. duo mala coniunxit, bellum, scilicet iniustum, &  
 improbitatem hostium, quibus non suffecerat iniquitas facti, ue-  
 rum etiam persequebantur insontes. Crudeliter bellum est, quod in-  
 iusta subsistente ratione indicitur, denique & iustum aliquando di-  
 citur, & iniustum aliquando dicitur, & iniustum perinde asserit,  
 nec sibi nec Euan-  
 dro eam gentem aduersam esse debuisse, si equi-  
 tatem gens eadem natura tradente sumpsisset. ¶ Nos si pellant. ¶  
 Idcirco demonstrat expulsiōem cogitatam, ut uiam sibi in aliam  
 referret partem: quae mare inferum superumque complectitur. De-  
 buit Euan-  
 der his auditis praecautere, ne cum alijs etiam ipse serui-  
 ret. ¶ Accipe, daque fidem. ¶ Sume, inquit, auxilium, & da: quando,  
 contra quem, auxilium peto, communis est hostis: posset dici, im-  
 pares sunt vires tuae, & non tantum mihi poteris prodesse, quan-  
 tum ego tibi, occurrit priori, & ait. ¶ Sunt & nobis. s. b. p. ¶ Labori  
 enim bellico & animi uirtus & corporis substantia necessaria est,  
 ut, inquit, vos fortes esis, ita & nos, pbatio fortitudinis Troia-  
 norum robustius fuerat demonstranda. hanc impulit, dicendo.  
 ¶ Et rebus spe. iuuē. ¶ Insignis est uirtutis, inquit, quod factorum  
 probauit effectus.

## ASCENSIVS.

¶ Obstupuit tanto, &c. ¶ Docet beniuole acceptum Aeneam ad Euan-  
 drum adductum, coramque eo disertam habuisse orationem. Circa quae  
 locum, habemus ex Donato uerba haec. ¶ Quicunq;. ¶ Ad hominem  
 non ad originem referas. ¶ Coramque parentem Adloquere. ¶ Opti-  
 me summum iudicium seruat parenti & regi. ¶ Ut Graiugenum perhibet.  
 ¶ Ut hoc tuorum testimonio probem. Idem. ¶ Atlas. ¶ Ne similitudi-  
 nis nominis falso id usurpare uideretur. ¶ Obiecti. ¶ Quum petiturus  
 essem, quae etiam tibi salutaria essent, non expaui. Nam cum gente ti-  
 bi inimica, & crudeli, bellum gero, & dicens, unam gentem, exte-  
 nuat timorem belli. ¶ Accipe, daque fidem. ¶ Sume auxilium, & da. ¶ For-  
 tis peccora, & animi. ¶ Nam in bello, animi fortitudo, & corpo-  
 ris robur, requiritur. ¶ Spectata. ¶ De qua iam factum est periculum.  
 Sic ille. ¶ Ordo autem est. Pallas. s. filius Euan-  
 dri: perculsus, (seu per-  
 cussus tanto nomine, id est tanti nominis commemoratione. s. Dar-  
 daniae: scilicet enim Dardanum ab Ioue ortum: obstupuit. i. ob stu-  
 porem fixus hestit: & ait, o quicunq; es, egredere & adloquere pa-  
 rentem: coram, id est in praesentia eius: ac succedere hospitem, id est in-  
 re hospitalitatis: nostris penatibus. i. laribus: & excepit. s. Aeneam  
 e nauis manu, scilicet sua: & amplexus dextram inhaesit. i. moram  
 traxit in amplexu quod amoris indicium est: ipsi progressi, id est  
 postquam processerant: subeunt luco, id est subintrant lucum, ubi  
 sacrificia fiebant Herculi: & relinquunt fluuium: quod non uacat,  
 quia posset lucus esse ad fluuium: sed est hypallage, secundum  
 Seruium. Tum, id est deinde: Aeneas affatur regem, scilicet Euan-  
 drum: dictus amicis. i. amicabilebus. O optime Graiugenum, pro  
 Graiugenum. i. a Graecis, aut inter Graecos genitorum: cui, id est  
 ad cuius honorem & gratiam: fortuna uoluit me precari, id est hu-  
 miles preces fundere, & supplicem esse. ¶ Nam aliter diceret, que-  
 me fortuna precari, &c. ¶ & cui uoluit me praetendere, id est ut praer-  
 tenderem: ramos. s. oliuae comptos: uitta, id est fersa lanea, in fi-  
 gnum ¶ Seruius dicit inerte. aut quia alienis opus habeam  
 opibus. Equidem, id est ego quidem, hoc est certe non extimui:  
 quod, id est quia: tu fores. i. esles duellor: Danaum. i. Graecorum: &  
 Arcas, id est ex Arcadia oriundus: & quod fores coniunctus ge-  
 nitis Atridis: a stirpe, id est origine generis: sed mea uirtus, quae  
 s. dijs placuit, & fiduciam mihi fecit: & sancta oracula diuum. i. di-  
 uorum: & patres. i. maiores nostri: cognati. i. de eadem stirpe na-  
 ti: & fama tua dedita, id est diuulgata: & dimissa terris, id est per ter-  
 ras. ¶ Nam sicut dare, est dicit, & mittere: ita dedit, quasi dide-  
 re, in diuersa dicere, & mittere. ¶ contulxerit tibi me: & egere. i. im-  
 pulere me: uolentem satis, scilicet sic inuictibus ¶ quia ut dixit Se-  
 neca, Fata, uolentem ducunt: nolentem, trahunt. ¶ Quidquid au-  
 tem fatale est, quantum ad fata est necessitatis: quia etiam inuito  
 omni mortali fiet. Nam fata, uiam inueniunt: sed quantum ad li-  
 benter facientem, uoluntatis est. & ita dixit egere, quantum ad fa-  
 ta: & uolentem, quantum ad obedientem libeter: unde necessita-  
 tis est mori. Sunt tamen qui uoluntarie moriuntur: suntque qui co-  
 actum tantum. ¶ docet autem, quomodo habeant cognatos patres,  
 Virgi.  
 HHh dicens,

## ÆNEIDOS

**Æ**leus, Dardanus primus, id est qui præcipuus (nā Teucer, prior erat) pater urbis Iliacæ, id est Troianæ, & author Iliacæ urbis: eretus, id est progenitus (vt Graii, id est Græci, quasi dicat authores veltri: perhibent, id est attestantur.) Electra Atlantide, id est Atlatis sed Itali, filia: aduehitur Teucros, id est ad eos, qui & Teucri tunc dicebantur: Atlas maximus (hoc poetice: nam non Mauritaniæ rex, sed Italiæ, hanc Electram genuit. Poetarum autem est, omnia quæ vnius nominis hominibus attribuuntur, vni attribuire.) dedit, id est progenit Electram: Atlas (inquit) qui sustinet, id est sursum tenet, & portat humero: orbis æthereos, id est celos: Mercurius est pater vobis, scilicet Arcadibus (nam Mercurius, ex Nicostrata Egeandrum genuit: qui Mercurius: est, filius Iouis: qui pater Tantalus: qui Atridarum progenitor.) quem Mercurium, Maia candida: quæ vna est ex eis, quæ in stellas seipem translata dicuntur: fudit, id est progenit in Cyllenes, apothorie: vertice gelido, id est mōte frigido in Arcadia. At si nos credimus quidquam auditis (bene dubitat: quia reuera, non idē fuit Atlas.) Atlas, imo idem Atlas qui torquet, tanquam iniqui pondus, quod altius trudere conatur: sydera coeli: generat, pro eo quod est generavit: Maiam, scilicet matrem Mercurii: sic quia nos ab Atlante, per Electram descendimus: & ab Ioue, per Dardanum: & vos, ab eodē Atlante descendistis per Mercurium: & per eundē, ab Ioue: genus amboꝝ. In nostrum: scindit se, id est diuidit, in diuersos consanguinitatis ramos, ab vno sanguine. Ego itaq; fretus, id est confusus: his, scilicet dictis, vt affinitate, & causā belli: & virtute mea non pe pigi, id est non sum pactus per legatos, neq; per arte, soratoriā, aut per scripta: prima tentamenta. Id ad amicitia conciliandā pericula: sed ipse, id est egomet: obieci me, & meū caput: & veni supplex ad limina sua. Quia eadē gens Daunia, id est Rutulari: Dauni filio ducta: quæ Insequitur te bello crudeli, id est impie suscepto: contra videlicet profugum pacis amatore: & nihil iniurie molientem, si pellant nos. Id est finibus suis: credū nihil absore, id est absuturum, seu defuturum esse: quin mittant sub sua iuga penitus omnem Hesperiam, id est Italiam: & quin teneant mare, quod adluit, scilicet Italiam: supra id est ab Orientali plaga, id est mare Adriaticum: & quod adluit infra, id est ab inferiore parte, id est mare Tyrrenum: accipe, id est da. In nobis: fidem, id est sanctam compromissionem: pectora sunt nobis, id est nos habemus pectora fortia: bello, id est ad bellum gerendū & iuuentus spectata, id est perspecta, & explorata: rebus, scilicet bellis: quia decenniali bello vexata. Et ita ostendit petitionem suam honestam, vtilem, & facilem.

### PIERIVS.

**Ob**stupuit tāto percussus nomine Pallas. Ne repetā amplius, Obstupuit: eo me verā quod, percussus, in antiquis codicibus habetur, à percussio. Quod vero isti: percellere: vnde, percussus, ad animum tantum spectare dicūt, apud Ouidium. v. Metamorphoseos legas, Stipite q media positus sumabat in ara Perculit, quod quidem

### SERVIUS.

**T**otū lustrabat lumine corpus. Paterna in eo lineamenta cognoscēs. Lumine. Pro luminibus: id est oculis. Pauca refert. Non pauca, sed pauca, id est breuiter. Hoc vult dicere, multa eū dixisse, sed pauca. Agnoscoq; libens. Postquam cognouit ex habitu corporis vera esse quæ dicebat Æneas, per Anchisen eum laudat adulatione deposita. Sane inter agnosco & cognosco superfluo quidam volunt facere discretionē, vt cognoscamus novos, agnoscamus antiquos sed hæc à poetis metri necessitate variantur. Nam agnosco propter Synalopham dixit. Hefiones visentem regna foris. Vt diximus supra, Hercules euerfa Troia Hefionem Laomedontis filiam Telamoni suo comiti dedit: ex qua natus est Teucer. Priamus postea cum Salamina tenderet, ad visendum regnum foris per Arcadiam

**D**ixerat Æneas ille os, oculosq; loquentis Iandudum, & totum lustrabat lumine corpus. Tūc sic pauca refert. Vt te fortissime Teucrum Accipio, agnoscoq; libens: vt verba parentis, Et vocem Anchisæ magni, vultumq; recordor: Nam memini Hefiones visentem regna foris Laomedontiaden: Priamum Salamina petentem, Protinus Arcadiæ gelidos inuisere sinis. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta, Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipsum Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore Compellare virum, & dextræ coniungere dextram, Accessi, & cupidus Phenei sub moenia duxi. Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas Discedens, chlamydemq; auro dedit intertextam, Frenaq; bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas: Ergo, & quam petitis, iuncta est mihi foedere dextra. Et lux quum primum terris se castina reddet, Auxilio lætos dimittam, opibusq; iuuabo, Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)

### POETA

### EVAN.

quidem nulli non videatur ad corpus pertinere. Egredere d' q' cunq; es. In Romano codice, sententia non profertur per disolutum: sed coniungitur cum, Obstupuit, copulatiua particula adiecta hoc pacto, Et gradere, d' quicunq; es, ait. Sed enim, egredere, video magis eruditus placere. Coramq; parentem Adloquere. Codices pleriq; veteres, parente, legunt, ablatiuo casu: vt sit, corā parēte. Sed mihi magis placet, parentem Adloquere, vt est in Romano codi. & alijs optimis. Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhæsit. In plerisq; codicibus antiquis, Excæpitq; manu, dextramq;. & pro, amplexus, sunt codices in quibus, implexus, legitur quæ lectio cū dextra, ablatiuo conueniret. Sed enim, amplexus, plures fautores habet. Tua terris dedita fama. Preteribo quod in antiquis aliquot codicibus, debita, legitur: quū, dedita, in emendationibus habeatur: quod Seruius etiam agnoscit in codicibus emendatis: dumq; exponit, didita, diuulgata: vt illud, Didit in terea Troiana per agrina murmur. Lucretianum id quidam verbum, & in hoc significato, ab utroq; horum sæpissime positum. Maximus Atlas. In Romano, codi. maximus Atlas: de cuius scriptiois ratione pleriq; diximus in. Æneidos. Succurrit vero nunc marmor simili ratione inscriptum, quod elegantia ingenia subiectum hic non aspernabuntur.

### ASPRENANS CALPURNIVS.

### TORQVATVS PATRI SVO.

Fuisse, n. in huiusmodi noie veram lectionem, Asprenas, apud antiquiores, fatentur omnes: tum in æde diuæ Cecilie trans Tyberim, ASPRENATIS CÆSTANI: legitur, absq; n, obliquo casu. Cyllenes gelido conceptū in vertice fudit. In antiquis codicibus, partim Cyllene: partim Cylleng, legit. Et, cōceptū vertice: absq; n: quod nō placet. Auditis si quidq; credimus, Atlas. In codicibus aliquot antiquis, si cuiq; credimus Atlas, legitur. Sed, quāquam, magis placet. Atlas: absq; n, scribi dictum. Tentamenta tui pepigi. In antiquis plerisq; codicibus, Tentamenta: per, mp, legitur: quam scribendi rationem, præter omnium fere codicum antiquorum cōgeriem: in aliquot etiā marmorū inscriptionibus obseruauit: cuiusmodi ea est: EIVS MONIMENTI PARTEM ALIENARE TEMPTAVERIT. Sed enim vbi ita scriptū inuenitur: alia quoq; præter eruditorum vsum inspicuntur. Nos itaq; Tentamenta, scribamus: vt omnes fere notæ melioris homines, hodie scribunt. Me me ipse, meūq; Obieci caput. In anti. aliquot cod. memet, legitur: de primæ vero syllabæ quantitate vide Valerij Probi: & obseruatū à græmaticis, tuternet, esse da Elyde: quod eiusdē est proportiois. Missum faciā, capud, per, d, in antiquo quodā codice passim notatum. Nā de literæ illius mutatione, satis superius dictum. Quodq; adluit. In anti. abluicq; non ita placet. Est enim hic, abluere: vel, alluere: quo frequenter vitur Plinius in hac sententiam. Et rebus spectata iuuentus. In codi. nōnullis anti. e rebus, legitur. Sed enim sententia videt, &, exposcere.

Arcadiam iter fecit: & tūc ab Euandro est susceptus Anchisæ. Visentem regna. Videre rupientem. Protinus. Vno eodemq; tempore: hoc est dū pergit, vidit Arcadiam. Nam non possumus simul intelligere: cum Salamina insula sit Arcadiæ in cōtinēti. Mirabarq; duces Teucros. Hos laudat: quo melior sit ille quem præfert. Iuuenili ardebat amore. Inest enim iuuenibus studium acquirendarū amicitiarum. Horatius, Animusq; virilis Quærit opes & amicitias. Phenei sub moenia. Oppidi Arcadiæ. Homerus δὲ φένοντ' ἐνέμοντο, καὶ ὄρχομενὸν πολυμίλον. Nec nos debet mouere, quod Euander de Palanteo sic dicit Phenei sub moenia: cum sciamus poetam viduas omnes pro vna habere ciuitates: sicut de Didone facit, quam nonnunq; Tyriam, aliquoties Sidoniā vocat. Ille mihi insignē pharetram. Ius hospitij

hospitiū habet infer se remune-  
rationem: sed verecunde tacet  
Euander de suis muneribus.  
(Auro dedit intertextam.) Le-  
gitur & intertexto. (Frena q̄  
bina.) Poetice. Nā duo debuit  
dicere Bina enim secundum  
Ciceronem non dicuntur, nisi  
de his quæ sunt numeri tantū  
pluralis, Nam Cicero per epi-  
stolam culpā filium dicens,  
male eum dixisse Direxi lite-  
ras duas: cum literæ quoties  
epistolam significant, numeri  
tantum pluralis sint. Contra,

Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes  
Nobiliscum, & iam nunc sociorum assuescite mensis.  
[Hæc vbi dicta: dapes iubet & sublata reponi POETA  
Pocula, gramineoq; viros locat ipse sedili.  
Præcipuumq; thoro, & villosi pelle leonis  
Accipit Æneas, folioq; inuitat acerno.  
Tum lecti iuvenes certatim, aræq; sacerdos  
Viscera tosta ferunt taurorum, dnerantq; canistris  
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq; ministrant,  
Vescitur Æneas simul, & Troiana iuuentus  
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

epistolas binas non dicimus, sed duas. (Tuncta est mihi foedere  
dextra.) Antiquis amicitijs per Anchisæ hospitium. (Quādo huc  
venistis amici.) Siquidem amicitiam venistis. Extraneos enim ad  
sacra non licebat adhibere. Hos autem adhibet ad sacra, quasi an-  
tiquis iunctos amicitijs. Vnde infert, Et iam nunc sociorum assue-  
scite mensis. (Annua, quæ differre nefas.) Anniversaria sacrificia  
ideo non differuntur, quia nec iterari possunt. Solenne autē hoc  
esse ipse ait, Forte diem solennem illo rex Arcas honorem. Nam  
kalendaria siqua fuerint ratione dilata, possunt repeti: nec piacū-  
lum eorū intermissione committitur. (Dapes.) Epulæ deorū pro-  
pria, vt Iouis cœna. (Sedili.) Bene sedili. Nam in templo Hercu-  
lis lectisternium eē nō licebat. (Toro, & villosi pelle leonis Acci-  
pit Æneas.) Aut suscipit ad sedendum: aut pascit, vt, Illos portu-  
cibus rex accipiebat in amplis. Torum autem herbarum super  
solum fuisse intelligamus, ne sit sedili contrarium. Cōgrue autem  
de leonis pelle dicitur cooperitum, quasi in Herculis sacris. (Tūc  
lecti iuvenes.) Non vacat Lecti. In sacris enim Herculis nec ferui  
intereant, nec liberti: adeo vt Appius qui sacra hæc transtulit in  
libertos, & caruerit oculis, & intra annum omnem familiā per-  
didit Pinnariorum. (Certatim.) Id est studiose. (Aræq; sacer-  
dos.) Maxime scilicet. Nondum enim templum Herculis fuerat:  
sed ara tantummodo, quam maximam dicit ex magnitudine fa-  
bricæ. (Laboratæ Cereris.) Quæ eget laboris: vt mox, Et frumē-  
tis labor additus, vt mala culmos esset rubigo. Glandes enim si-  
ne vilo labore nascuntur. (Perpetui tergo bouis.) Aut secundum  
Homerum intelligendum, qui dicit carnes dorsi apponi solitas  
honorabilioribus, vt sit fensus talis, Posuit ante eos magni bo-  
uis carnes eas, quæ apud maiores in honore fuerunt. Aut re-  
vera perpetui. nam de hoc boue immolato Herculi, carnes carius  
vendebantur, causa religionis: & inde alter redimebatur, qui ex  
illius pretio comparatus quasi perpetuus esse videbatur. Tergo  
autem, potest à parte totum intelligi. (Lustralibus.) Aut pin-  
guibus. Moris enim fuerat completo lustro pingues victimas  
offerte censores. Aut certe de quinquennali boue, id est perfectæ  
statis. Nam Homerus dicit.

Τοῖσι δὲ βόων ἱερὸν ἄναξ ἄνδρῶν ἀγυμέμωνων  
ἀροῖα πενταέτηρον ὑπερβένει χρόνῳ ἰσχυρῶν, βόθρα κτλ  
Νόστοι δ' αὖτ' ἀρα δινυκέεσσι γέροισιν  
ἥρασ' ἀτρεδνοῦ ὑρὸ κρήνων ἀγυμέμων  
αὐτὰρ ἰπὴ πόσιος, καὶ ἐδύτοσ' ἐξέρονέυτο.

## DONATVS.

(Dixerat Æneas.) Æneas quum loqueretur, intuebatur Euan-  
der prius incognitum, & vocem eius ac singula corporis mēbra  
considerabat. (Tunc sic. p. r.) Pauca enim dici conueniunt, ne fa-  
bulæ longiores solennitati solitæ essent impedimento. pauca de-  
bemus accipere, hoc est pauciora, q̄ dici potuerunt. (Vt te fortis-  
sime. t.) Magna mens recordantis, quum nesciret hominem, hoc  
est nomen eius, aut patrem, dicit se de vultu ac voce collegisse, q̄  
ex Anchisæ genitus esset. ait ergo, quum te audio loquentē, & vul-  
tum tuum libenter intueor cupiens te cognoscere: nam plene col-  
ligere redeunte memoria puto, mecum Anchisæ loqui, & ipsū  
etiā nunc esse præsentem: subiungit gesta veteris facti, ex eo offen-  
surus caritorem futurum susceperat societatis affectum. quū patris  
eius veterem notitiam replicat, & beneuolentiam eius repetit. Po-  
terat enim Æneas querere, quo casu emergente factum esset, vt  
habuisset ille Anchisæ notitiam. (Circio ait.) Nam meminī hesio-  
nes v. r. so.) Ecce felix memoria recordantis. nam & personas ter-  
tigit, & tempus, & causam, & personarum nomina, & locorum:  
& reuera miraculum fuit, vt loquens senior, & adolescentiæ suæ  
tempus assignans ista omnia sic tenaciter dixerit, quasi proxime  
gesta viderentur. (Mirabarq; duces Teucros.) Laudaturus &  
prælaturus

prælaturus Anchisæ. præfert  
omnes, & dicit Anchisæ suis  
se præstantiorem: nec esset oc-  
casio præponendi, nisi incidit  
set p̄ma comparatio, sine qua  
laus esse præcipua non potest  
proclius quippe est bonū esse,  
meliorem vero arduum: Al-  
tiorē dixit, corporis forma,  
quoniam sic posuit. Sed eun-  
ctis altior ibat Anchisæ, hoc  
est incedebat. (Mihī mens iu-  
uenili ardebat amore.) Quan-  
uis, inquit, adolescentis ætas  
proiectiori non congruet,

tamen, quoniam est ardor quidam iuuenibus, noscendi potiores,  
ad eum accessi, & eius amicitia cupidus eum duxi sub mœnia  
phenei, iunxi dexteram meam eius dextera, amicitiamq; firma-  
ui. At humanitati meæ officijs respondens. (Ille mihi insignem  
pha.) Dedit mihi, inquit, pharetram, sagittas & frena aurea, & cla-  
mydem auro intertextam, quomodo ornauit ipsa munera, vt le-  
uia videretur: pharetram dixit insignem, sunt enim pharetræ nul-  
lius meriti, sagittas dixit lycias, vt illis regio sua tribueret orna-  
menta, chlamydem auro splendens. Frena, inquit, bina aurea,  
vt numero hæc laudaret, & qualitate materiae. Ecce addit prædi-  
cationis supplementum, horum ait apud me propter dantis me-  
ritum fuit gratia, vt quum his per senium vti non possem, tra-  
derem filio meo, & in hodiernum vsq; diem perdurant. Eodē quo-  
dam modo perseuerante dominio cum patris & filij vna persona  
laudari munera meruerunt, propter has causas. debuit. n. Æneas  
probare libenter acceptam largitatem patris sui, debuit & Anchi-  
sæ ostendi bonus largitor in speciebus pretiosis, & Euander non  
leue quidam accipere meruisse. (Ergo, & quam petitis.) Ergo, in-  
quit, propter præcedentem & præsentis temporis causam, profi-  
teor me societatem foederis habere vobiscum, & crastina incipien-  
te luce vos instructos opibus cum auxilijs dimittam, respondit  
quæsitus, & promissa non distulit in prolixum tempus, pollicens  
proxima luce se facturum, quod petitum fuerat, addens, quod  
Æneas non petit. Ipse enim Euander more boni promissionis ma-  
ius debebat efficere, quod fuerat præstiturum, hinc auxilia promi-  
sit, & victui necessaria, ne moram lucis alterius fecisset, nisi inter-  
esset sacra solennitas, & eiusdem diei pars lucis Sole currere tra-  
cta esset. (Interea sacra hæc.) Reddidit causam dilationis in alte-  
ram diem, sacra, inquit, quæ celebrari conspiciunt, nefas est differ-  
ri, vel aliqua ratione præsumpi. sunt enim annua, hoc est quæ per  
singulos annos nouantur, & hunc habent diem, quo numini red-  
duntur, hæc quoniam amici venistis, celebremus pariter. erit enim  
quædam nouæ amicitia consecratio, mensurarum auspicia sub te-  
stificatione diei præsentis exordium sumant, & ipse nos primitus  
iungant, quæ tanto dicata sunt numini. Nouemus, inquit, noua-  
re est replicatione annua nouam ex veteri facere eam rem, quæ  
promissione frequentioris cultus posset abscondi. (Hæc vbi di-  
cta.) Iubet, & reponi, non semel accipienda sunt, iubet dapes re-  
poni: iubet reponi pocula sublata. sublata, aut metus causa, quo-  
niam subito venerant Troiani, aut sublata, fatietate interuenien-  
te. Deinde ipse officio boni hospitis iunctus collocauit omnes in  
sedili gramineo. Ecce non fieri præcepit, vt longuus & rex, sed  
ipse per se humanitatis plenissima iura compleuit. Sedili, inquit,  
gramineo, quomodo in nemore conuiuium fuit, & ratio ritus  
ipsius sedendi potius quam accumbendi consuetudinem fecerat.  
Testatur hoc ipsum etiam alio loco Virgilius, deniq; septimo li-  
bro hanc tetigit partem quum diceret, hoc illis curia templum,  
hæc sacris sedes epulis, hic Ariete casio perpetuis soliti patres con-  
sidere mensis. Ecce illis nobilibus quoq; non licebat accumbere,  
propter hospites igitur iussit reponi epulas, & pocula: ipse vero  
collocauit omnes Troianos sedilibus structis ex gramine. (Præ-  
cipuumq; thoro, folioq; inuitat acerno.) Vt sededi merito discer-  
neretur Æneas, qui cæteris fuerat potior, & sublimem ei locum  
dedit, & cultiorem ornatum. Leonis ergo pellem, quod conue-  
niebat Hercules sacris, egregiam quoq; sellā, & materia preciosa  
perfectam, quæ eius dignitati congrueret, præcipuum dixit singu-  
lare & solum. (Tum lecti iuvenes. c.) Fuit quidem ciborum co-  
piosa substantia: sed bubula caro, panis & vinum. hæc portabant  
iuuenes, qui plurimum plurimis apponeret, aderat etiam sacer-  
dos ipse propter epulas sacras, ipse quoq; aliquantum cum iuue-  
nibus gestans, nulla interea, vt apud regem, ambitioe sedebatur,  
Virgi.

nullo vestium adhibito cultu, caro portabatur manibus copiosa sed bubula assa, id est non aliquibus impensis excocta, panis non argento vehabatur, sed canistris, vinum similiter ministrabatur ministris nullo cultu adornatis. Hæc non simpliciter accipienda sunt, nam sicut infra monstratum est, ritus agrorum hic erat, neq; aliud in his sacris aut alio modo exhiberi licuit, nec paupertati Euandri applicanda, ex qua inter precipuos fuit. Vescitur Aeneas. Etiam si Aeneas vel Teucris epulæ illæ displicebant: edebant tamen apposita, vel quia aliud non fuit, vel quia sacris intererant, quæ omnia præter bubulam recusabant, vt autem fuit integrum latus Tauri, sic cum extis appositum, vescitur Aeneas simul & Troiana inuentus Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis, quæ hoc pronunciamus, Aeneas nomen & Troianorum debemus extollere, quibus indigne apposita est bubula assa, nec saltim aliquo iure condita: & reuera iniuria fuit, si tollamus e medio sacrorum morè, qui alia respuebat.

ASCENSIVS.

Dixerat Aeneas, &c. Prosequitur responsum Euandri, & benivolentiam eius in Aeneam, qui cum epulis solèmbus accipit. De qua re dicit Donatus sic. Pauca. Ne longior oratio solennia impeditur. Insignem pharetrâ. Mire, munera exornat: ne videatur leuia. Sublata. Aut metus causa, aut fatietate interueniente. Sedili. Nam mos fuit non accumbendi, sed sedèdi in his sacris: vnde in vi. Hæc sacris sedes epulis, Leonis. Quod conueniebat Herculis sacris. Viscera. Nulla erat ambitio in eis: caro portabatur copiosa, sed bubula. Male autem acceptus fuisset, sitollatur sacrorum religio. Hæc ille. Ordo est. Aeneas dixerat. i. finiuerat, sermonem suum. Ille. f. Euander: lustrabat lumine. i. visu: hoc est, circumspiciebat, & annotabat: tandudum. i. ab eo tpe quo loqui coeperat: aut quum primū viderat: os, oculos, & totum corpus. reliquum: loquentis. f. Aeneas: tum. i. deinde: refert. i. respondet: pauca. i. paucis: sic. i. in talè formam: vt. i. quantū libens: o forissime Teucrum. i. Teucro: ego accipio. f. hospitiū: aut accipio. i. audio, & agnosco te: vt. i. quantum. q. d. q̄ maxime recordor. i. ad memoriā refero: verba. i. formam dicendi: & vocè. i. modū profereudi: & vultum parētis. f. tui, Anchisæ. Nam ego memini Laomedontiadem. i. Laomedontis filiū. f. Priamū: visentē. i. euntem videre: regna. id est in gratiam eius dicit: nam meretricio contubernio tenebatur à Thelamone: non, legitimo matrimonio. fororis. f. fug, Hefione: & petentē Salamina. f. patriam Thelamonis (declinat autem hæc Salamis, vel Salaminis: huius Salaminis, vel Salaminos: & est ciuitas in Achaia.) inuisere, ptinus. i. perpetuo tenere, & eadem profectioe (dicit autē, inuisere: non, inuisisse: quia, vt docet Agretius, memini, præsentis, nō præteriti temporis, verbum postulat.) sineis gelidos Arcadias. i. transire Arcadiam: iuuenta. i. iuuenilis ætas: prima. i. incipiens: vestibat, pro vestiebat: mihi tum. i. tūc: genas. i. extrema maxillarum flore. i. lanugine: hoc est, barba tenui: & ego mirabar duces Teucros. f. qui cum Priamo venerant: & mirabar ipsum Laomedontiadem. i. Laomedontis filiū: sed Anchises. f. pater tuus: ibat. i. incedebat, altior cunctis. f. reliqs: Mens ardebat mihi iuuenili amore: quia iuuenes gaudent proceritate, & elegantia corporum compellere. i. affari cū veneratione Virum: & coniungere dextræ. f. llius: dextram. f. meam: accessi. f. ad eum: & cupidus. f. eius amicitia, & cognitionis duxi. f. ipsum: sub moenia Phœnei. f. oppidi Arcadiæ: quod nomē forte pro Palanteo posuit. Ille discedens. i. quum discedere vellet: dedit mihi pharetrâ insignem, & sagittas Lycias: & chlamydē. i. vestem militarem: intertextam auro. i. filis aureis: (est aut versus spōdaicus) & dedit bina. i. duo, aurea frena: quæ Pallas. f. filius meus, habet nūc. Ergo & dextra. i. fides: quæ petis. f. a me: est iuncta mihi foedere. i. pacto sociali: & quum primum. i. vt, vel vbi primum lux crastina reddet

Ordo.

Salamis & Salamin.

J.

SERVIVS.

Postquam exēpta fames, & amor compressus edendi. Postq; & necessitati satisfactū est, & voluptati. Non hæc solennia. Variat in vno pronomine. Non hæc solennia nobis, Has ex more dapes, Hanc tantū numinis arā. Vana superstitione. Superstitio est timor superfluus & delirus. Aut ab animalis dicta superstitione, quæ multis superflues per ætatem delirant, & stultæ sunt. Aut secundum

Postquam exempta fames, & amor compressus edendi Rex Euadrus ait. Non hæc solennia nobis, Has ex more dapes, hanc tantū numinis aram, Vana superstitione, veterum ue ignara deorum Imposuit, sacuis, hospes Troiane, periclis Seruati facimus, meritosq; nouamus honores. Iam primum, saxis suspensam hanc aspice rupem, Disiectæ procul vt moles, defertaq; montis Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam; Hic spelunca fuit vasto submota recessu,

EVAN.

na reddet se terris: ego dimittā vos lætos auxilio: & iuuabo opibus. i. facultatibus, & diuitijs meis. Interea quando. i. quandoquidem: vos venistis huc. i. ad nos, sacrificantes: amici: & ita non turbatis sacra: celebrate nobiscum fauentes hæc sacra annua. i. quæ quotannis hoc die fiunt: quæ. f. sacra: nefas, supp. fit: differre. In aliud tempus: & assuescite iam nunc. i. ex hoc deinceps: mensis sciorum. i. vobis sociali foedere coniunctorum: vbi. i. postq;: hæc dicta, sup. sunt ab Euadro: ipse iubet dapes, & pocula sublata. f. timore hostilis aduentus: reponi. f. ad mensas: & ipse locat viros in sedili gramineo: ex cespite. f. facto: & accipit Aeneam precipuum. i. principem virum: toro. i. iubis intortis, & pelle leonis villosi: & inuitat, sup. eum: folio acerno. i. ex acere arbore facto: vnde fiebant & tabulæ: de quibus Martialis, Aurea qui dederit dona minora dabit. tum. i. deinde postq; concessum est: iuuenes lecti. i. egregij: & sacerdos ære. i. sacrificulus: ferunt. i. afferunt: viscera taurorum tota. i. carnes taurinus affas: & onerant. i. onerando apponūt, supp. boratē. i. panis confecti artificioso: & ministrant. i. Propinant: Bacchū. i. vinum: Aeneas, & Troiana iuuetus, vescitur simul tergo bouis perpetui. i. vnde datur perpetuum epulum: quæ eius p̄tio redimitur alter: aut p̄petui. i. integri: & extis lustralibus. i. purgatiuis, quæ ad expurgationem oblata erant.

PIERIVS.

Accipio, agnoscoq; libes. In cædi. aliquot antiqs, Aspicio, adgnoscoq; legitur. Sed plures oino, Accipio, habent: vt, Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Hefiones visentem regna. In Roma. codice Græca pronunciatōe scriptum est, Hifione, prima syllaba per i: quo sono, nunc i. t̄a litera pronunciant: i. iōiōn em scribitur. Variatq; declinatio genitiui in antiquis codicibus. Nam in alijs, Hefiones, vt i. iōiōn. In alijs, Hefione, Latino declinat: quin etiā, Hefione, per, e, simplex reperitur. Sed, Hefiones, oino doctioribus placet. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta. In codicibus aliquot antiquis, vestiebat, siue (vt Priscianus putat) mediarum vocalium transpositione: quæ postmodum in ei, diphthongo cōtrahantur. Siue magis ex Lucilli sententiā, ad, i, productam indicandam, ea diphthongus scribi solita sit. Nam in, deico, &, ameiceis: & periculeis: nulla syncretis. Sed, & iuuenta, varie scribitur. In nonnullis enim codicibus, iuuentus; In alijs quibusdam iuuentas, iuuenitur: de quibus alibi dictum. Iuuenili ardebat amore. In Romano codice, & in quibusdam alijs, Iuuenali, legitur per, a: in pene vltima: quod etiam in aliorum authorum veteribus exemplaribus obseruauit. Et agnitum à græmaticis, alibi demonstrat. Et dextræ coniungere dextram. In antiquis aliquot codicibus legere est, dextram & coniungere dextræ. Sed quatuor syllabarum per e, prolatarum, sonus, continuatioq; exilitatem quandam præ se ferunt ad fastidium vsque. Accessi, & cupidus Phinei. Phinei, multis modis corrupte legitur. Nam & Phænei, & Phœni, reperitur. Sed enim per e, Phenei, trisyllabum omnino legendum ex probatioribus exempla. Homerus d̄ φεινόντ̄ ἐνέποντο. Chlamydemq; auro dedit intertextam. In Romano codice legere est, intertexto: sed, intertextam, melius. Pallas. Nisi placeat, Pallans: vt in plerisque veterum monumentis notatum est. Et quia nomen id, n, non recipere tradit Probus: certe geminato saltem ll, scribendum erit. Auxilio lætos dimittam. In hoc etiam nomine, Auxilio variatum. Nam sunt quæ, Ausilio, per s: sunt qui per x: sunt qui per vtrunq; x, & s scribant. & superius in monumentis veterum, Auxilium, per x, & s, notatum obseruauimus. Nos, Auxilium, ex vsu eruditorum emendatiore scribimus. Sed illud magis memouerit, quod in codicibus aliquot antiquis, Auxilio tutos, legitur: sed, lætos, magis receptum.

cundum Lucretium, superstitio est. superstantium rerum, id est cœlestium & diuinari, quæ super nos stant, inanitas & superfluis timor. Veterūve ignara deorum. Duo dicit, Nō ideo Herculem colimus, aut quia omnem religionem Veram putamus, aut quæ deos ignoramus antiquos. Cautū enim fuerat & apud Athenienses & apud Romanos, ne quis nouas introduceret religiones. Vnde & Socrates damnatus est: &

est: & Chaldei & Iudæi sunt  
vibe depulsi. ¶ Nouamus ho-  
nores.) Detrahit re: nam reno-  
uamus debuit dicere, quã par-  
ticulam alibi addidit. vt, Fata  
renarrabat diuã. ¶ Suspensam  
hanc aspice rupẽ.) Cacus secũ-  
dũ fabulas, Vulcani filius fuit:  
ore ignem ac fumum vomens,  
qui vicina omnia populabat.  
Veritas tamen sũ Philologos  
& historicos hoc habet, hunc  
fuisse Euandri nequissimũ ser-  
uum ac furem. Nouimus autẽ  
malum à Græcis Cacum dici:

quem ita illo tempore Arcades appellabant, postea trãlato accen-  
tu Cacus dictus est: vt Helene Helena. Ignem autẽ dictus est vo-  
mere, quod agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdẽ nomi-  
nis prodidit. Vnde etiã facillum meruit, in quo ei per virgines ve-  
stis sacrificabatur. ¶ Suspensam rupẽ. ¶ Quasi iam, iamq; lapsuram,  
¶ Semihominis.) Feritate corrupti. ¶ Inaccessam.) Participiũ sine  
verbi origine, Accedor enim non dicimus: sed tale est, vt placita,  
nupta, triumphata. ¶ Huic monstro.) Bene mutauit casum in quo  
inerat turpis significatio. ¶ Et nobis.) Sicut iam, iamq; lapsuram, Her-  
cules profuit mostrã purgãdo. ¶ Ætas.) Beneficiũ tps: vt. Volue-  
da dies, en attulit vltro. ¶ Maximus vltor.) Non tm nã: sed oĩum  
terrarũ. ¶ Tergemini nece Geryonis.) Hanc fabulã diximus illo lo-  
co. ¶ Postq; Laurentia victor Geryone extincto Tyrinthius attigit  
arua. ¶ Spolijs q; superbus.) Atq; boues abduxerat: sed spoliũ est  
quod de hostibus tollitur. vt, Addit equos & tela quibus spolia  
uerat hostem. Item, postq; illũ vita victor spoliauit Achilles.

## DONATVS.

¶ Postq; exempta fames.) Caro illa si edẽdi delicias non habuit,  
habuit tamen famis excludendã substantiam. Postq; igitur hoc  
factum est, & edendi fastidium de satietate successit, ex illis sic cõ-  
pit loqui, moraliter positum, postq; exempta fames. nullus enim  
in conuiuiu liberent fabulas conscribit, aut audit alienas, nisi ven-  
ter fuerit plenus. Longam quippe narraturus fuerat Euander. fa-  
bulam, & ipsam non superfluam, sed natam ex eo, quod ipso tem-  
pore gerebatur, debuit habere auditores animis liberis, & nulla  
ex causa suspensis, quod procuratum est auxiliorum promissis, &  
inedia exclusã. ¶ Non hæc solẽnia no.) Dum vult originem præ-  
sentium referre, sacrorum simul & epularum genus excusat. Scie-  
bat enim quibus apparatibus tantus hospes excipi debuisset, si nõ  
obfisteret lex instituta sacrorum, & sacra ista, inquit, & epularum  
morem, & aram, quam cernis, non inanis vel rationis expers p-  
lindẽq; superfluis ritus aut terror imposuit patrum, nec falsis aut  
dubijs assertionibus ducimur, vt colamus incognita, aut minus  
probata persequamur. Vidimus beneficia huius dei, & per ipsum  
non leuib; sed sæuis periculis sumus liberati. Proinde hæc pro-  
nostra conseruatione condidimus, tantaq; huic numini pro præ-  
stitis debetur veneratio, vt quotannis nouentur ista solẽnia, ne  
vllis obscurari temporibus possint. Incipit iam respondere propo-  
sitis suis, & apertius referre, quid esset: sæuis periculis seruati faci-  
mus. perindeq; cognoscat non inaniter dictum, meritosq; noua-  
mus honores. Nouare est vt supradiximus replicãdo veterã quan-  
dam facere nouitatem, & hoc modo excludere vetustatis inui-  
diam, quã multa per desuetudinem obscurat, ac tollit. ¶ Iam pri-  
mum faxis.) Anteq; factum diceret, quod quo corrente transie-  
rat, & sola poterat relatiõẽ cognosci, primum cõcepit à teste, vt ex  
eo, quod oculis subiacebat, fides accedere posset; auditis primũ,  
inquit, hoc est anteq; audias cursum rerum gestarum, rupẽ hanc  
aspice, quam faxis facit natura pendentem. Vidi scopulos ruina-  
rum euersione dissectos, solitudo illic horrenda est memorabilis  
facti sola durã memoria. ¶ Hic spelunca fuit.) Qualis enim  
semiferi prædonis habitatio esse debuit: nisi occulta, grandis, mu-  
nita naturali opere ac tenebrosa? ¶ Facies quam dira tene.) Hæc  
etiam extrinsecus dira & horribilis, vsq; adeo vt sine tremore  
videri non posset, tanta autem immanitate fuit, vt hanc Solis ra-  
dijs nec tangerent, nec viderent. ¶ Semperq; recenti Cæde.) Hoc  
potuit leue æstimari, nondum enim speciem cædis dixerat, nec  
significauerat, quorum illic sanguis videretur effusus, necessario  
igitur addit. ¶ Foribusq; affixa superbis, &c.) Tanta illius mon-  
stri feritas fuit, vt semper recenti cæde gauderet, semper huma-  
ni sanguinis vaporibus aleretur: nec id faciebat occulte, sed ad  
ostentationem propriorum scelerum cæsarum capita figebat in  
foribus,

Semihominis Caci facies, quam dira tenebat,  
Solis inaccessible radijs, semperq; recenti  
Cæde tepebat humus, foribusq; affixa superbis  
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.  
Huic monstro vulcanus erat pater, illius atros  
Ore vomens igneis, magna se mole ferebat.  
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas  
Auxilium, aduentumq; dei: nam maximus vltor  
Ter gemini nece Geryonis, spolijsq; superbus  
Alcides aderat, taurosq; hac victor agebat  
Ingentes, vallemq; boues, amnemq; tenebant.

foribus, affixa vero tabo cor-  
rupta pendebant, fixum dura  
bat, quod solidum in ossibus  
fuit: corruptio vero carnis pẽ-  
dula remanebat. ¶ Huic mon-  
stro vul. e.) Hoc, inquit, mon-  
strum Vulcanus genuerat: Vul-  
cani incendia in pectus filij mi-  
grauerant, exibant de eius fau-  
cibus fumus, & flammæ, &  
quum ipse cõtra naturam re-  
rum non arderet, vtebat ta-  
men, quod statibus attigisset:  
nec defuit substantia corporis  
animã ferali conueniens. Ma-

gnus fuit, & ad incutiendum terrorem altissimis gressibus fereba-  
tur, quis possit tolerare magnum corpore, & ratione feritatis tu-  
tum, ac vomentem Vulcani patris incendia: hæc iccirco sunt po-  
sita, ne inertis vitium teneret incolas, qui qualescunq; monstrum  
vnum omnes non valuerunt superare. accessus enim ad eũ, quis  
esse posset? cuius anhelitus flamma fuerat, & incendium vomit-  
us: hoc genere Herculi crescebat prædicationis augmentum, qd  
solus perfecit eius insperatam necem, quam vniuersi regionis il-  
lius homines tentare non ausi sunt. ¶ Attulit & nobis.) Aduersus  
monstrum intolerabile, quum optarem auxilium compertens  
prouenire, oportuim aliquando tempus aduentum dei istius  
concessit, vt nobis quoq; prodesset in cæteris. Suscipimus igitur  
hospitem, & optatum diu probamus vindicẽ. ¶ Nam maximus  
vltor.) Occiso triformi monstro, & vindicatis regionibus, quas  
perniciose possederat, tanti mali calamitas per nos victor Alci-  
des, victor habuit transitum lætus secundis rebus & spoliolorum  
pompa gloriosus: ducebat quippe ingentem numerum bouum, in  
quibus fuit emolumentum & signum perfectæ victoriæ, hi bo-  
ues passus & foetus causa herbosam tenerant vallem & sumi-  
nis ripam, loci & istorum armentorum iccirco incerta descriptio  
est & significata innumera bouum multitudo, quoniam caco ipsa  
dederant occasione furandi, vt occultus illicita gereret, & de mul-  
tis perisse aliquos, non posset intelligi.

## ASCENSIVS.

¶ Postquam exempta, &c.) Postquam (inquit) sedata est fames:  
nam prius silentium fieri solet, cum suo quisq; intentus sit nego-  
cio: sermo habitus est ab Euandro de origine sacrificiorum Hercu-  
li institutorum: in qua enarranda, describit reditum Herculis ex  
Hispania per Italiam, vbi Cacum, furem abigeum interemerat:  
occasione cuius, ea sacra illi perpetua instituta fuerant. Vnde dicit  
Dona. sic. ¶ Postq; exempta fames.) Non liberent audiuntur ser-  
mones, nisi venter satur sit. ¶ Has dapeis.) Dum originem sacro-  
rum narrat, epulas etiam excusat. Hæc ille. ¶ Ordo est. Postquã  
fames est exempta, scilicet epulis: vt in primo dixit: & amor, id-  
est auditas: edendi. i. comedendi: compressus, sup. est idest sedata  
est. Rex Euandrus: (Nam omnia Græca in ros, apud nos exeunt  
in rus, & in er: vt Teucrus, & Teucer: Euandrus, & Euander, &  
inde duplex est vocatiuus: non per metathesim, vt dicit Alexan-  
der.) ait: Superstitio vana, idest delira, & stulta religio, quem diu  
superstitibus esse solet: ve, pro vel: ignara veterum deorum: non  
imposuit nobis hæc solẽnia: & has dapeis. i. solẽneis: ex more,  
idest quas ex more damus, & edimus: & hanc aram, scilicet ma-  
ximam (sic enim dicebatur) tanti numinis, scilicet Herculis, qui  
præcipuus est victorum deus: sed, sup. d. hospes Troiane: nos ser-  
uati. i. erepti: sæuis. i. immanibus: periculis, pro periculis. i. immi-  
nentibus à Caco, facimus, supp. hæc solẽnia & nouamus. i. inno-  
uamus quotannis: honores meritos, idest quos Hercules meruit  
seruando nos. Aspice iam primum. i. pro exordio declarationis  
meæ: hanc rupem suspensam faxis: & aspice vt. i. quemadmodum  
moles. i. saxorum: dissectæ, supp. stant. i. deuolutæ sunt: & vt do-  
mus. i. spelunca, & habitatio montis. i. quam Cacus habuerat in  
mõte: stat deserta. i. derelicta, ab habitatore interempto: & vt sco-  
puli. i. eminentia saxa traxere ingentem ruinam. i. ruendo ingentẽ  
partem, secum traxerunt. Spelunca summota. i. seposita, à frequẽ-  
tia hominum: vasto. i. valde amplo recessu: fuit hic. i. hoc loco:  
quam facies. i. effigies atq; species: dira, idest execrãda quasi deo-  
rum ira producta. Caci, illius filij Vulcani: semi hominis. i. ferita-  
te corrupti: & habetis solum figurã humanã; tenebat inaccessible-  
te non aditã radijs solis: & humus. i. fundi eius: tepebat semp recẽ-  
ti cæde. i. sanguine effuso per cædem: & ora virũ, pro virorum: af-  
fixa foribus superbis. i. tyrannicis & sæuis: pendebat pallida tristi  
Virgi. HHb ij tabo

tabo. i. e. uore. i. mudo, & sanie tristi aspectu. Vulcanus erat pater huic monstrum. i. Caco: qui vomēs ore igneis attros. i. fumosos, aut vaporosos: vñ & fulgura sūt: illius. i. patris sui Vulcani: ferebat se, sup. cū magna mole. i. vasto corpore Ætas. i. longa tēpeſtas, aut æuum illud: attulit aliqñ. i. tandem: & i. etiam: nobis, sicut, videlicet multis alijs: nobis (inquit) optātibus. i. qui anxie optabamus auxilium. i. Hercules: q; pro. i. aduentum dei, cum quo nobis auxilium venit. Nā Alcides. i. Alcei nepos: aut virtute præditus, Hercules maximus vltor. i. monstror: aderat superbus. i. magnificus, & elatus: nec. i. cæde, & interemptione Geryonis, illius regis Hispani: ter gemini. i. tria corpora habentis: per quæ treis exercitus, trium insularum, intelligi volunt: & ipse victor, agebat huc. i. ad nos: aut, ad hanc regionem: tauros ingenteis. i. valde magnos: & boues. i. vaccæ eius: tenebant. i. occupabant ryallem. i. hanc, vicinā Tyberi: & arnem. i. hunc, videlicet Tyberim.

R I E R I V S .

¶ Et amor compressus edēdi. Diximus in Romano codice, euenire sæpius, vt dictiones, quæ per geminum s; scribendæ forent: per n, & s; notatæ sint: vt hoc loco, comprehensus: Id ea de causa factum est, quod geminandarum consonantium, diuersus admodum usus apud veteres fuit: quædam enim ætate multa, quæ nos vnioco s; nunc scribimus, geminato illi: vt superius dictum est, scribebant, aulſus, imperioſus, formoſus, & similia. Cōtra fueret tempora, quibus, vt obseruatum à Verrio est, cōsonantes minime geminarentur. Vbi vero quid gemina cōsonante scribendum occurrisset, supra literam, quæ gemina scribenda erat, notam quandam ponere consueuerant. Amplius, Velius Longus Nisum authorem citat: qui, comese; & sueſe; & alia huiusmodi, simpliciter, scribēda cē fuerit: ea ratione, quod iuxta productam vocalem consonas progredi non soleat: & s; prefertim quondā minime geminauerint. Quæ vero notam, Victorinus, filichon appellat, geminandis cōsonantibus superponi solitam huiusmodi est figura, —: vt alibi monuimus. Quod apud eos, qui de ponderibus & mensuris scribūt, animaduerti. Posterioris inde sæculi imperitia factum est, vt crederent notam eā cōpendiarie scripturæ apicē esse, quæ loco lite-

ræ, n solemus interdum adlinere, Hinc comprehensus, hoc loco & in alijs codicibus, imperioſus, & formoſus, quæ nonnunq; s; geminato scribi consueuerunt, emanasse crediderim. Quamq; in, formoſus, circūflexum accentum, aut τὴν μακρὰν etiam, huic errori ansam de disse credi possit: vt alibi disputatum est. ¶ Rex Euander ait. Pauci admodum codices sunt, in quibus, Euander, legitur: sed in q̄ plurimis, Euandrus: de quo superius satis dictum. Quamuis Seruius in Geor, dicat, nomina, q̄ apud Græcos in, gros, stros, pros, cros, dros, exeunt: apud nos in er, terminari, & secundæ esse declinationis. Ex quibus duo tantū nomina designentur, codrus, & congrus, Verum hæc latius ex Carifio recitauimus li. iij. ¶ Vana superstitio, veterum ve ignara deorum. In Romano codice, & quibusdam alijs antiquis, legere est, veterumq; & ita scriptū est in Laſtantij Firmiani codicibus, vbi lib. iij. locum hunc exponit in hunc modum: Qui nouos sibi ritus assumebant, vt deorum vi ce mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos purabant, hos superstitioſos vocabant. Eos vero, qui publicos, & antiquos deos colerent, religiosos nominabant. Vnde Virgilius, Vana superstitio, veterumq; ignara deorum. ¶ Iam primū minime dupliciſſe animaduerti. ¶ Disiectæ procul vt moles. In Romano codice, Disiectæ, legitur: quod non æque placet. Disiectus enim rem ab Hercule gestam, maius nescio quid ostendit, dicendo, moles disiectæ. Loquitur vero de fragmentis illis, quæ ab Auētini Vertice, & imis radicibus auulſit Hercules, vt sibi adytum in antrum Caci patefaceret. ¶ Facies quam dira tenebat. In Romano codice, & aliquot alijs peruetustis, tegebat, legitur: sed, tenebat, receptum magis. ¶ Foribusq; affixa superbis. In aliquot antiquis exemplaribus, legere est, foribus suspensa superbis: Sed, adfixa, nescio quid atrocius ostendit. In Mediceo abique particula copulatiua, foribus affixa, legitur. ¶ Nam maximus vltor. In codicibus nonnullis peruetustis, maximum heros, legitur: Sed magis placet, vltor: quod ex ijs titulis est, qui dis adicitur: sicut soliti sunt in veterum nummis: vt Toti vltori. Et Mars vltor. Resq; ipsa gesta, titulum huiusmodi exposcere videtur.

12, n

S E R V I V S .

¶ At furijs Caci mens. Pro ingenti scelere, furijs nomen posuit. Capitale enim crimen apud maiores fuit ante poenā quadrupli. ¶ Auertit. Erat prium Abegit: sed respexit ad prædam quæ auerti dicitur. vt, Raptas ad littora auertere prædas. ¶ Atq; hos. Quoties masculinum & femininum iunguntur, hæc disciplina est, vt etiam si posterius est femininum, masculino respondeamus. ¶ Versisq; vias indicijs. Hoc est vestigijs, quod auerſi trahebantur, id est contra naturam iniiciētib; errorem indicijs. Ipsa (inquit) decipiebant indicia, quæ indicare consueuerunt. Nam indicium ab indicando nomen accepit. ¶ Signa. Et hic p vestigijs. ¶ Omne querelis impleri nemus. Non vt multi dicunt, quia cōfortes perdiderant: sed quæ vel lebatū a pascuis. Inſita enim est bobus auuiditas edendi. Vñ est, Ite domum passi, si quis pudor, ite iuueni. ¶ Et colles clamore relinquit. Cum clamore: vt, Atq; Ixionei vento rota constitit orbis, cum vento. Et hoc est melius, nā multi dicunt, Relinquebantur colles etiam clamore: hoc est tatum recesserant à collibus boues: vt nec Echo refutare, scilicet ad colles iam clamore non pueniente, quod non procedit: quia

At furijs Caci mens efferat, ne quid inaufum, Aut intentatum, sceleris ue, doli ue fuisset: Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros Auertit: totidem forma superante iuuenças. Atq; hos, nequa forent pedibus vestigia rectis Cauda in speluncam tractos, versisq; viarum Indicijs raptos, saxo occultabat opaco. Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant. Interea quum iam stabulis saturata moueret Amphitryoniades armenta, abutumq; pararet, Discessu mugire boues, atq; omne querelis Impleri nemus, & colles clamore relinquit. Reddidit vna bouum vocem, vastoq; sub antro Mugijt, & Caci spem custodita sefellit. Hic vero Alcideæ furijs exarserat atro Felle dolor, rapit arma manu, nodisq; grauatum Robur, & aerij cursu petit ardua montis. Tum primum nostri Cacam videre timentem. Turbatumq; oculis fugit ilicet orior Euro, Speluncamq; petit: pedibus timor edidit alas, Vt sese inclusit, ruptisq; immane cathenis Deiecit saxum, ferro quod & arte paterna Pendebat, fultosq; emunijt obijce postes: Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq; Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc, Dentibus infrendens, ter totum feruidus ira Lustrat Auentini montem, ter saxeâ tentat Limina nequidq; ter fessus valle refedit. Stabat acuta filex, præcisiss vndiq; faxis, Speluncæ dorſo insurgens, altissima visu, Dirarum nidis domus opportuna volucrum:

quia hoc sensus illud excludit. ¶ Reddit vna bouum vocem. Si enim tam longe fuerunt, vt nulla ratione recederēt bouum mugitus colles derelictos sciret: quemadmodū in clausis bouis est clamor auditus ab Hercule? ¶ Mugijt. More suo, p mugijt: vt, Audijt & Triton longe lacus. ¶ Atro felle dolor. Quo irascimur secundum Phisicos, vt splene tidentur. Perſus, Sed sum petulati sple ne cachino. ¶ Rapit arma manu, nudisq; grauati robur. Duo dixit, sagittas & clauem, & non vacat Que. Nam si a morum, Epexegetis est. ¶ Novbis grauatum robur. Grautum autem, pro graue posuit. Nam graue est per naturā ponderosum: grauati, quod oneratur, extrinsecus. ¶ Turbatumq; oculis. Ea parte turbatum, quæ proditrix mentis est, alij oculi legunt, & accipiunt à superioribus videre turbatum oculi. ¶ Arte paterna. Perſeuerat in fabula. Sane & alitur ferro, & alitur arte. ¶ Emunijt. Sicut & munijt & mugit, p mugit & pro emunijt. ¶ Obice postes. Hanc obicē dicimus. vt, Ecce maris magna claudis nos obice pontus. Dubitant enim multi vtrum sit masculinum. ¶ Tirynthius. A Tirynthia in qua nutritus est cunctate, vt diximus supra. ¶ Auentini montē. Vt fontē Timani, Buthoni



aras.) Id est reddūt extra. ¶ Sa  
lij. Qui tripudiantes aras cir  
cubant. ¶ Laudes Herculeas,  
& facta ferunt.) Senes tatum  
voce laudes Herculis exequē  
bantur: Iuuenes & gestu cor  
poris eius facta monstrabāt.  
¶ Prima nouercæ monstra.)  
Bene Prima. nā & alia oīa Tu  
nonis infidijs pertulit. Fabu  
la autem hoc habet, Hercules  
nat<sup>9</sup> est cum Iphiclo Amphi  
trionis filio: sed cum Iuno  
duos serpentes imississet Her  
culi, Iphiclus de cunis terro  
re lapsus suo vagitu excitauit  
parentes. qui cū surrexissent,  
viderunt Herculem angentē  
manibus angues immisos ei  
nouercalib<sup>9</sup> odijs. ¶ Eliferit.)  
Præfocauerit. ¶ Troiamq;.)  
Vt supra diximus, Troiā Her  
cules euerit propter negatos

sibi a Laomedōte equos diuino semine procreatos, & Elione nu  
ptias, quam aceto liberauerat, necato eius patre Laomedonte.  
Sane Critici frustra culpant Virgiliū, quōd presentibus Troianis  
laudari introduxit excidium, non respicientes quia hoc ratio fe  
cit hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegiū est. ¶ OEcha  
liamq;.) Eurythus rex OEchaliæ Ionam filiam denegauit Her  
culi ante promissam, ideo quōd cum fuerat filius dehortatus, di  
cens ab Hercule & Meggram vxorem, & ex ea filios interēptos,  
quod factum fuerat Iunonis instinctu. Vnde iratus Hercules p  
pter nuptias sibi denegatas, euerfa ciuitate interemit Eurythum  
& Ionem sustulit. ¶ Mille labores rege sub Eurystheo.) Cuius  
asperrima imperia sustinuerat Hercules voluntate Iunonis<sup>9</sup>. Nā  
hoc est quod dicit Fatis Iunonis, id est voluntate. ¶ Nubigenas.)  
De Ixione & Nube procreatos Centauros, vt supra diximus.  
¶ Hylæumq; Pholumq;.) Hylæum Thesens interemit. Pholus  
vero Herculem suscepit hospitio eo tempore quo ad expugnan  
dos Centauros esset profectus. Lucanus, Hospes & Alcidae ma  
gni Phole. Vnde apparet per poeticam licentiam nomina esse p  
nominibus posita. ¶ Cressia mactas prodigia.) Mactas bene ad  
leonem quem interemit referit. Nam Cretensem taurum non  
mactauit: sed incolumem ad Eurystheum perduxit. Vno tamen  
verbo vtrunq; sæpe concluditur. aliquotiens vna pars: vt, Discē  
puer virtutem ex me, verumq; laborem, Fortunam ex alijs.  
¶ Nemeæ sub rupe.) Nemea sylua est vicina Thebis, in qua Her  
cules interemit leonem. Nemea autem anapestus est: nam & ne,  
& me breues sunt. ¶ Stygi tremuere lacus.) Inferni, quo tempo  
re descendit ad rapiendum Cerberum. ¶ Ossa super recubans.)  
Aut ad terrorem dictum est: aut certe illud est quod etiam supra  
diximus Cerberum esse terram, quæ corpora sepulta consumit.  
Nam inde Cerberus dicitur est quasi ἀποβόρος. Alij pueriliter  
volunt à Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terræ se  
cundum Statium descendit ad inferos. ¶ Semefa cruento.) Se  
mensum non dicimus, sicut nec ensium, nam esum facit & com  
sum. ¶ Nec te vllæ facies.) Facies, id est species, more suo. ¶ Ipse  
Typhoeus arduus, arma tenens.) Et hoc poetice, nam si intere  
mit Centauros, quemadmodum etiam gigantum interfuit præ  
lio, qui ante innumeros annos fuisse dicuntur? Non te rationis  
egentem.) Lipotes figura, nam minus dixit, & plus intelligimus.  
hoc enim dicit, Prudentissimum te non circumuenit. ¶ Lernæus  
anguis.) Id est Hydra. ¶ Turba capitum.) Et est talis figura, qua  
lis numera nec sperno. ¶ Vera Iouis proles.) Nullus enim huma  
no sanguine procreatus tanta perficeret. ¶ Dexter adi.) Id est pro  
pitius. ¶ Pede secundo.) Omne prospero.

DONATVS.

¶ Dixerat, herculeabi. q. po. vm.) Mox troiani vel quia occasio  
fuit offensivæ iam dudum factis facere, vel quia non debuit respui,  
quod arcades magno cultu venerabantur, ne ex hoc læsi postula  
ta non faceret. herculeis se hoc est populæis frondibus coronauē  
runt. ¶ Et facer impleuit de.) Sacer iccirco posuit, quia quibus sa  
crorum cura est, habent dicata numinibus vasa, quibus obsequia  
diuina perficiunt. ¶ Ocuis omnes.) Hoc est læti libant, quod est,  
& volentes, qui enim sacra numinibus soluit, nec inuitus debet  
esse, nec tristis, Omnes ergo infundebant vinum mensis, & id fa  
ciebant,

Populeis adsunt euincti tempora ramis.  
Hic iuuenum chorus, ille senum: qui carmine laudes  
Herculeas, & facta ferunt, vt prima nouercæ  
Monstra manu, geminosq; premens eliferit angueis:  
Vt bello egregias idem dilexerit vrbeis,  
Troiamq; Oechaliamq;: vt duros mille labores  
Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquæ  
Pertulerit: tu nubigenas inuicte bimembres  
Hyleumq; Pholumq; manu, tu cressia mactas  
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.  
Te Stygi tremuere lacus: te ianitor Orci,  
Ossa super recubans antro semefa cruento.  
Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhoeus  
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem  
Lernæus turba capitum circū nstet anguis.  
¶ Salue vera Iouis proles, decus addite diuis:  
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo

PAL

adsunt euin. tem. ra.) Dixit, qui dicerentur, dicit etiam quæ ad mo  
dum coronati venissent. tecta, inquit, habebat corpora populæis  
ramis. ¶ Hic iuuenum chorus.) Patres ad cantus quærunt non  
tutpes aut ab ipsis sacerorum solenitatibus alienos, nec humiles,  
vt imperito sermone cōpositos, sed digestos cū doctissimi car  
minis disciplina honestatem quoq; cum dei veneratione testan  
tes. hic ait iuuenum chorus ille senum. vsq; adeo religiosa para  
bantur, vt senes consisterent ex vno parte, quos non deceret nisi  
sacra cantare, & iuuenes ex alia, qui suos maiores imitarentur. q  
carmine laudes herculeas, & facta ferant. Iam dictum est ipsius  
dei laudes fuisse, quod senes iuuenesq; cantabant quod generali  
ter posuit, hoc est laudes, incipit specia iter dicere. ¶ Vt prima no  
uercæ. &c.) Hoc, inquit, fuit primū in puero virtutis indicium, q  
serpentes singulos singulis manibus constrictis faucibus contri  
uit. hic multiformis est laus, quam mirandum est in puero nul  
lum pauorem fuisse non timuisse in duobus anguibus maiorem  
violentiam rudem scilicet & insuetum & inermem. tantam vero  
extitisse in ipso facto industriam, tantamq; virtutem: vt ea parte  
tenerentur, quæ hostem suum venenatis moribus appetere po  
tuerunt & occidere. eliferit inde tractum est, quia venæ maiores  
gutturis lise dicuntur, vnde elisum dicimus quicquid ipsa ex cau  
sa fuerit mortuum. ¶ Vt bello egregias.) Nondum dixit quales  
& quantas, vt innumere intelligantur & magnæ. ¶ Troiamque  
oechaliamque.) Hæ non fuerunt solæ, sed sumptæ ex generalita  
te. vt ex his apparere possit, quales vel quantæ fuerunt alię. Mul  
ti hoc loco virgillum reprehendunt, q presentibus troianis triū  
phum actum de troia non debuerit ponere quasi demum in ho  
minum gratiam duorum debeat venerationi mutulari. hoc gene  
re minueretur solēnis illa laudatio eius dei, cuius apud eos mēri  
tum in maximo atq; æterno honore fuerat consuetum. ¶ Vt du  
ros mille labores.) A qualitate duros, a quantitate mille. ¶ Rege  
sub Eurystheo.) Nūquam enim nouercæ expectat iustas commo  
tionis causas: sed nomē suum existimat causam esse læuendi. sen  
feratigitur hercules duo mala, nouercam implētem partes suas  
& eurystheum regem aptum iniquis iussionibus. ¶ Tu nubige  
nas. &c.) Quod semel dixit, manu mactas, sæpius accipiendum  
est, vt sit, tu nubigenas, hoc est centauros, qui ex dimidio hoīes,  
ex altero equi sunt atq; alter dicitur hyleus, alter pholus mactas  
manu, vt pote inuictus, Tu minotaurum mactas manu: tu leo  
nem vastum mactas manu: vastum dixit, & crudele, & magni  
tudine sublime: ¶ Te stygi tremuere lacus.) Id est lacus, p  
quem ad inferorum interiora transit, & ianitor cerberus quem  
ad superos duxit. ¶ Ossa super recubans.) In retrahendo cerbe  
ro illam dicit hercules mirabilem extitisse virtutem, vt tremue  
rit custos foribus appositus ditis læuus semper, semperq; super  
ossa recubans: Ossium significatio ex parte crudelitatem cerberi  
ostendit, qui tantum sequebat, vt consumpta carne ad ossa erodē  
da remaret: Cruentorum autem ille est intellectus, qui est descri  
ptus in caci spelunca his verbis, semperq; recenti cæde tepebat  
humus, vt etiam cerberus semper recenti præda pasci videat  
tur. ¶ Necte vllæ facies.) Non terruerunt diuersa monstro  
rum formæ: nec tibi formidinem typhoeus incullit ingentis cor  
poris mole cōfidens, atq; armis instructus. ¶ Nō te rōnis egētē.)  
Cumq;

Cumq; tibi Lernæus anguis quasi nocturnus occurreret innume-  
ris capitibus fidens, in illo extinguendo malo nec virtus tua, nec  
ingenij viuacitas defuit qui cum habuisti naturalem industriam,  
cur quæreret alienam? Salue vera io. pro.) Par est ista laudati-  
uæ materia, vt præferatur vnde ortus fit, qui laudatur. Apparet,  
inquit, esse teurcum filium iouis dum patere potentia factorum  
nobilitate respondet. Decus addite, diuis.) Nec ideo factus es  
deus, vt ornaretis ex alijs dijs: sed vt illos accessione tuæ societa-  
tis ornaret. Et nos, & tua dexter adi.) Summa nostræ deprecā-  
tionis est, vt adis nobis prospere & sacris tuis propitijs interes-  
se digneris.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat, Hercule bicolor quū populus vmbra, Velauitq; co-  
mas, folijsq; innexa pendit. Et facer impleuit de. &c.) Recitat  
quo ritu, & quo carmine, Herculea sacra instaurata sunt. De qua  
re hoc solum est Donati. (Secunda.) Id est prospera. ¶ Ordo igitur  
est. Dixerat, scilicet Euander: quū, id est quādo: populus, id est  
arbor illa: bicolor, id est duorum colorum, scilicet subalbi. intrin-  
secus: & subnigri, extrinsecus: hoc est corona populea: velauit. i.  
cooperuit in morem veli: comas. i. eius: & cæterorum vmbra Her-  
culea, i. qua Hercules, refocillatus erat: hoc est, populea: & pepen-  
dit innexa folijs. i. habens folia innexa, seu frondeis innexas: hoc  
est, implicatas, & insertas: & scyphus. i. poculū magnū: facer. i. Her-  
culi sacrum: impleuit dextram. i. Euandri libaturū vina. Omnes. i.  
Arcades: & Troiani, qui sacris intererant, libant ocuis. i. celeriter:  
in mensam. i. secundum ordinem mensæ, cui astabant, aut fundūt  
in mensam libantes: & precantur. i. inuocant diuos. Vesper. i. stel-  
la vespertina: quæ & Hesperus, & Vesperus, & Vesperugo dicitur:  
fit interea, ppior. i. vicinior: & hoc Olympo deuexo. i. coelo in no-  
ctem inclinalo: aut, vt fit datiu casus: fit ppior. i. appropinquat:  
olympo deuexo. i. deorsum vexo: hoc est, cepit occidere, & occa-  
sum apparere: nā Vesper, videtur in occasu: Lucifer, in ortu: & sa-  
cerdotes ibant iā. i. more solēni. & Potitius, primus. i. sacerdotū:  
cincti pellibus in more. i. sacerdotum sacrificantium: & gerebant  
flāmas, & instaurant. i. innouāt, & in statū priorem reponūt: epu-  
las. i. solēnels: & serunt. i. afferunt: dona grata mensæ secundæ, q̄  
pomorum erat: aut quia in sacrificijs illis, binis mensis: carniū vte-  
batur: altera ante hymnos: altera post hymnos: aut potissimum  
quia propter aduentū Troianorū duplicabant sacrificia: vnde di-  
xit, Instaurāt, &c. nihil enim de pomis meminit: vnde subdit, &  
cumulat. i. augmentant aras: hoc est, reddunt extra lancib. onera-  
tis. i. oppletis, pōdere, & onere magno. Tū. i. deinde: Salij (qui p-  
prie, sacerdotes Martis sunt: postea Romæ Numa instituti) i. sa-  
cerdotes, more Saliorū, cū hymnis saltantiū: adsunt ad cantus, &  
circū altaria incēsa: eiuēti tempora. i. habētes tempora euincta,  
ramis populēis. i. populi arboris, Herculi sacra: vnde in Bucoli.  
Populus Alcīdē gratissima, &c. hic. i. alter: erat chorus. i. coetus,  
canentium, & trepidantiū iuuenū: ille. i. reliquus, erat, sup. chorus  
senū, qui ferūt. i. efferūt, & extollunt carmine. i. hymno rhythmi-  
colaudes Herculeas, i. Herculanās: aut ipsius Herculis: & facta,  
supp. Hercula. i. egregia facinora eius, videlicet: vt. i. q̄liter: ipse  
premens. i. cōprimens: manu eliserit. i. strangulauerit: prima mō-  
stra nouerit. i. Iunonis: q̄, pro. i. angueis geminos. i. duos, & pa-  
res: Id enim factū Herculis, quod adhuc in cunis iacens gessit,  
principiū laborum eius fuit: & vt. i. qualiter. i. Hercules, aut Alci-  
des: dissecerit, aut deicerit: bello. i. expugnatione: vrbes egregias  
scilicet

SERVIVS.

¶ Sup oia Caci.) Id est hoc  
factum laudant vltra omnia.  
Et sic est dictum, Vt est, Et te  
super oia dona Vnum oro. Et  
bene quātum ad ipso p̄tinet,  
rem maiorem & vtiliorē ser-  
uare post omnia. ¶ Obfitus  
æuo.) Ætate inuolutus, vt  
Terentius, Annis p̄nīs q̄ ob-  
fitus, ¶ Facilesq; oculos fert  
omnia circum.) Physiici dicūt  
ex vino mobiliores oculos  
ferri. Plautus, Faciles oculos  
habet, id est mobiles vino.  
¶ Capiturq; locis.) Delectat,  
id est vno loco diutius retine-  
tur. ¶ Romæ conditor ar-  
cis.) Conditor Pallantē, vbi  
nunc

¶ Talia carminibus celebrāt: super omnia Caci POE.  
Speluncam adiiciunt, spirantemq; ignibus ipsum.  
Consonat omne nemus strepitu, collesq; resulant.  
Exin se cuncti diuin. s rebus ad vrbem  
Perfectis referunt: ibat rex obfitus æuo,  
Et comitem Ænean iuxta, natumq; tenebat  
Ingrediens, varioq; viam sermone leuabat.  
Miratur, facileisq; oculos fert omnia circum  
Æneas, capiturq; locis, & singula lætus  
Exquirītq; auditq; virum monumenta priorum.  
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis,  
¶ Hęc nēora idigenē Fauni, nymphēq; tenebat, EVAN.  
Gensq; virum truncis, & duro robore nata,  
Quis neq; mos, neq; cultus erat: nec iungere tauros,

scilicet. Troiā sub Laomedonte: vnde in. j. Satis vna, sup. et q; Vi-  
dimus excidia, & captæ superauimus vrbi: & Oechaliā. i. vrbe,  
Eurysthei regis: & vt. i. qualiter: ipse pertulerit. i. perpeffus sit: mil-  
le. i. valde multos, duos labores. Falios, sub Eurystheo rege, qui  
eum iussu Iunonis ad talia impulit, ac misit: satis. i. volūate Iu-  
nonis iniquæ: canentes, sup. in hęc formā: tu, o Hercules inuictē,  
tu mactas. i. occidis manu: nubigenas. i. Centauros, ab Ixione, e  
nube genitos: bimēbres. i. duplicium membrorū: quia vmbilico  
tenus equina habebant membra: & superna, humana. quod fētū  
putatur, quia primi in equis conspecti, talis formæ a longe vidē-  
tibus censebantur: nubigenas (inquit) Hyleum, & Pholum, giga-  
tes illos: tu, sup. aufer prodigia. i. monstra: Cressia id est Creten-  
sia, videlicet taurum indomitum: & tu mactas leonem vastum  
id est valde amplum: sub rupe Nemeæ scilicet syluæ, in Pelopon-  
neso: vt Beroal. docebit. Lacus Stygij tremuere id est tremuerunt  
te cum tremore: quum scilicet ad inferos descēderat Pirithoum  
liberaturus: vnde Cerberum abstraxit: vnde addit, ianitor id est  
custos ianux: Orci id est inferni: omnia vrgentis. i. Cerberus: recu-  
bans super ossa, quia carnes deuorauerat: vnde & carniū orax di-  
citur: semesa id est semi absumpta, sup. in antro: cruento id est cruo-  
re, & sanie asperso, sup. tremuit te. Nec vllę facies id est species, &  
figuræ monstrorum, sup. terruerunt te: ipse Typhoeus. i. gigas, a  
Ioue fulmine prostratus: non terruit, pro non terruisset, te: etiā  
si in bello giganteo affuisses: aut quem etiam affuisse censet, pu-  
tantes eundem esse, Martem, & Herculem: Mars autem in bello  
giganteo fuit: sed quomodo Alcmenæ filius dicitur, Mars: dice-  
mus ergo poetice dictum. aut eundem Herculem prius fuisse: nō  
enim labores Herculis, omnes vni cōuenire possunt. nec placet,  
si dicatur Typhoeus visus, sub Inarime mōte: aut (vt Qui. vult)  
sub Ætna: quia illic religatus iacet. hic autem dicitur, arduus te-  
nens arma. Anguis Lernæus id est hydra (quā i Lerna palude exiit)  
fit) circūstet te turba id est multitudine capitum: non egentem  
rationis. i. non exanimatum, nec confusum animo: sed prudentis-  
simum, & circumspectissimum. Igitur, o sup. Hercules: adde di-  
uis decus id est ornaementum, salue, existens vera soboles Iouis:  
& adi. i. aggredere in auxiliū veniendo: pede secundum. i. prospero: Nema-  
nos, & tua sacra. Beroal. de Nemeæ, dicit in Seruiū sic: Nemea,  
sylua est in Peloponneso, inter Cleonas, & Philium: in q̄, Argi-  
ui, sacra celebrare consueuerunt, quę, Nemea cognominantur: vt  
authores sunt Strabo, &c. Diodorus, Thebæ vero sunt, i. Bœotia,  
maximo interuallo, a Nemea sylua disiunctę.

PIERIVS.

¶ Et facer impleuit dextram scyphus.) In codicibus aliquot in-  
tiquis legere est, Et dextrā impleuit sanctus scyphus. Sed vulgata  
lectio receptior. ¶ Flāmasq; ferebant.) In codicibus aliquot au-  
tibus, flammam, numero vnitate. ¶ Euincta tempora.) In codi-  
cibus aliquot antiq. & vincti, legitur: quod nō ita placet. ¶ Hic iu-  
uentium chorus, ille senum.) Neque quidem placet quod in non  
nullis codicibus, atq; senum, legitur: admissa Seruij distinctione.  
¶ Dissecerit vrbes.) In vetustis aliquot codicibus, deiecerit, legi-  
tur. sed maiorem vim & impetū ostendit, dissecerit. ¶ Nemeæ sub  
rupe leonem.) In Romano codice, Nemea, legitur. Sed enī Ser-  
uius, Nemeæ, legendum ostēdit: quia Nemeæ, deriuatiū sit.  
Apud Grecos tamen vtrunque reperitur, ὀ νεμῆος, καὶ νεμαῖος:  
vt obseruatum a grāmaticis. ¶ Semesa cruento.) Est etiam in Ro-  
mano codice, semesa: pro, semesa: errore illo familiari.

nunc palatium est: quod non  
est re. vera arx, sed tenet reū  
omnium principatum. ¶ In  
memora indigenæ fauni.) In-  
digene, id est inde geniti. Et  
sciendum secundum Hesiodi  
theogoniam primo deos ge-  
nitos, ide hemitheos, p̄d̄i be-  
roas, inde homines innocen-  
tes, vltimo sceleratos: quem  
hic nunc ordinem seruat.  
¶ Truncis, & rupto robore na-  
ta.) Hoc figmentum ortū est  
ex antiqua hoium habitatio-  
ne, gante factas domos, aut  
in cauis arboribus, aut in spe-  
luncis manebant: qui cū ex-  
de egredēretur, aut suam edu-  
cerent. sobolē, dicti sunt inde  
p̄creari.

procreari. Neq; cult<sup>o</sup> erat.) Id est nullam sui curam habebant. Componere opes.) Referuare, ordinare. Parcere parto.) De die, inquit, viuebant, nec inuenta seruabant. Ramj, atq; asper victus venatus alebat.) Cognato quodammodo victu alebant: aut venatu montium, aut arborum ramis. Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo.) Hoc dicit secundum poetici morem. Nam Saturnus rex fuit Cretæ, quæ Iupiter filius bello pepulit. Hic fugiēs, ab Iano est susceptus, qui regnabat in Italia: quem cū docuisset vsum vinearum & falcis, in partem est admissus imperiū, & sibi oppidū fecit: postea suum repetiuit imperiū. Pro indocile genus indocile.) Pro indocile, nam indocile est quod penitus non potest discere: indocilem, quod nondum didicit.

Hos autem dicit compositos: vnde apparet quia Indocile dixit pro indocile. Hoc autem est quod dixit Cicerō in primo Rhetorico, Feros adhuc homines magni cuiusdam viri oratione cōpositos. Legesq; dedit.) Atqui dixit aut vindico, nec legibus æquā. sed intelligamus Saturnum dedisse leges, quibus adeo obtēpera uerunt, vt iam ita per naturam sine legibus uiuerent. Latiumq; vocari maluit.) Bene Maluit, nam & Saturnia dicta est: vt, Et nomen posuit Saturnia tellus. Et Virgilius Latium vult dici, quod illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini. Sic placida populos in pace regebat.) Vt merito aurea secula crederentur. Decorætas.) Vitiōsa. In omni enim vitiōso corpore inest pessimum color. Et alludit ad naturam metalli, quā cernimus discolorē: nec immerito suprā enim dixerat Aurea secula: ideo nunc dicit ætas decolor. Tunc manus Aufoniæ.) Omnes terræ habitatores, aut indigenæ, aut aduenæ, aut conuenæ, indigenæ sunt inde genti, vt de Faunis dixit, aduenæ, de vno loco venientes: vt Saturnus, conuenæ, de diuersis, vt Aufones & Sicani. Sicani autem secundū nonnullos populi sunt Hispaniæ à fluuio Sicori dicti. Lucanus, Hesperios inter Sicoris non vltimus annis. Hi duce Siculo venerunt ad Italiam, & eam tenuerunt exclusis Aboriginib<sup>9</sup>. Mox ipsi pulsi ab illis quos antè pepulerant, insulam vicinam Italiæ occupauerunt: & eam Sicaniam à gentis nomine, Sicilia vero à ducis nomine dixerunt, quāquam Tūcydides dicat de Sicilia Italum regem venisse: & ab eo esse Italiam appellatā. Immani corpore Tybris.) Hic Tyberim rex fuit, qui iuxta hunc fluuium pugnans cecidit: & ei nomen inposuit. Alij volunt istū ipsum regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas: & trāsecuntibus crebras iniurias intulisse. Vnde Tybris quasi ὕβρις dictus est, ἡ τῶν ὕβριος ὕβριος, id est ab iniuria. Nam amabant maiores, vbi aspiratio erat, sponere, vt ἡ πρῶτη, septem, vel f, vt ἡ ἑλῆνη, selena. Alij vt supra diximus, volunt eos qui de Sicilia venerunt, Tyberim dixisse ad similitudinem fossæ Syracusanæ, quā fecerunt per iniuriam Afri & Athenienses iuxta ciuitatis murū. Nam quod Liuius dicit, ab Albano rege Tyberino Tyberim dictum, non procedit: ideo quia etiam ante Albam Tybris dictus inuenitur. Albulā nomen.) Antiquum hoc nomen à colore habuit. Me pulsum patria.) Aut, vt diximus suprā, propter paritiduum: aut certe oraculorum necessitate compulsus. Pelagiūq; extrema.) Per extrema pelagiū actum, aut, vt dicit Donatus, per pelagus extrema sequentem, aut Pelagiū aduerbium. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.) Secundum Stoicos locutus est, qui nasci & mori fati dant: media omnia, fortunæ. Nam vitæ humanæ incerta sunt omnia. vnde Et miscuit, vt quā si plenum ostenderet dogma. Nam nihil tam contrarium est fati & casus: sed secundum Stoicos dixit. Egere.) Coegerunt, vt quā si ostēdat inuitum. Carmentis nymphæ monita.) Matris eius. Nymphæ autem maritæ dixit. Nam Græce sponsa ὑμῆναι dicitur: hæc autem non vere Nympha fuit, sed vaticinatrix. Author.) Scilicet oraculorum.

Aut componere opes norant, aut parcere partos: Sed rami, atq; asper victu venatus alebat. Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo, Arma Iouis fugiens, & regnis exul adeptis: Is genus indocile, ac dispersum montibus altis Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris, Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuere Sæcula, sic placida populos in pace regebat. Deterior donec paulatim, ac decolor ætas, Et belli rabies, & amor successit habendi. Tum manus Aufoniæ, & gentes venere Sicanae, Sæpius & nomen posuit Saturnia Tellus. Tum reges, asperq; immani corpore Tybris, A quo post Itali fluuium cognomine Tybrin Diximus, amisit verum vetus Albulā nomen. Me pulsum patria, pelagiūq; extrema sequentem Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum His posuere locis, matrisq; egere tremenda Carmentis nymphæ monita, & deus author Apollo,

## DONATVS.

(Talia carminibus ce.) Talia, inquit, hoc est quorum ipsi non fenserat cōmodum generationis causa laudabāt. super omnia scilicet, quæ supra dicta sunt, caci speluncam adiiciunt, spirantemq; ignibus ipsum. Ab his quæ hercules in alienis regionibus gesserat, ad caci speluncam recte peruentum est, debuerant quippe et sui commodi meminisse, qui tanto malo per ipsius virtutem fuerant liberati. Consonat omne nemus strepitu, collesq; resultat.) Vbi ventum est ad ea, quæ sibi fuerant præstita, creuit omnium vox & laudationis affectus in tantū cumulatū est, vt exultantiū clamor emissus in nemore, pueniret ad montes. resultat, exultat, quod magno ictu illiditur, & tremit quasi remissum. Exin se cuncti.) Vbi vo-

ta perfecta sunt, recesserunt omnes ex luco, & ad urbem cœperunt remeare. quin & hora propinquantis noctis ad sedem propriam reuocabat vniuersos. Ibat rex obitus quo.) Ibat, inquit, rex contra meritum potestatis: ac ne esset obscurū, quid sit, ibat non vehebatur, inquit, sed ambulabat suis pedibus tenex, qui & itineris laborem, quem longæuus ferre non poterat, remedio tolleraret. Comitem eneam iuxta natumq; tenebat Ingreddiens, i. ambulans. duorum adminiculo innitens, ipse medius. nā ex vna parte æneam, ex altera filium retinebat. Variōq; viam ser. le.) Vnum fuit adiumentum, qd itineris labor duorum auxilio iuuebatur. Accesserat aliud, quod veniebat ex varietate fabularū: & vere nulla alia res sic animum leuat, aut animi tædium reficit, vt sermonis alterna collatio aut diuersitas visus. sermonis varietas euandro datur, facilitas visus æneæ partibus applicatur. Deniq; sequitur. Miratur, facilesq; oculos.) Illo fabulante, hoc est euandro, æneas circumferebat oculos admirans ea, quæ forte cōspexisset vnde descenderent, quid sit inuentis facilitas, ipse virgilius docet. Nam facilitas oculorum & confabulatio prouenit ex securitate & lætitia animi. Tam enim auxiliorum promissum retinebat. Deniq; annexum est. Et singula lætus. &c.) Inde lætus, quia securus de auxilijs fuerat redditus. Cæterum si hoc non esset, culparetur æneas, qui in tanta cura positus locis capiebat, & veterum fabulas cupiebat audire. Tum rex euandrus.) Euander, quum aduertisset hominem origine veterum delectari, ne interrogando aut respondendo tarditas oriretur die iam in oc casu constituto, ipse vltro quasi super omnibus interrogatus plene exoritur est, ostēdurus singula & eorum originem narraturus, coepit sic. Hæc nemora indigenæ.) Ista, inquit, nemora primitus fauni tenebant & nymphæ, & aliud virorum genus natū ex arborum truncis aut robore. robore quod ait, aut genus ligni significauit, aut arboris consuetudinem. indigenæ, inde genti, hoc est in ipsis locis, quod potest & ad faunos & ad nymphas pertinere, vt omnes sint indigenæ. dicto necessario subnectitur, quomodo se inter initia gesserint. Quis neq; mos.) Omnes populi aut legibus tenentur, aut moribus leges imponuntur. Mos vero ex voluntate nascitur incolarum, & est per regiones diuersus, & perinde obseruatur vt lex: isti tam rudes fuerunt, tam asperi, vt nec lege vlla nec aliquo more tenerentur: cultum quoq; nesciebant: qd sit cultus ipse, poeta ponit. Nec iungere tauros.) Hoc est terras inuenter: & si fuisset ei opum magna substantia, nesciebant ea vti, eamq; elegantius ordinare. Aut parcere parto. Vel insularum seruare ppter necessitatum varietatem. ordinationem more suo executus est. primo dixit nec, & in medio posuit, norant: vt esset, nec norant tauros iungere, nec norant opes componere, nec norant parcere parto. Ac per hoc vsum hominum qui postea successit nec esse scilicet, nec procurare vt esset, & si esse posset; seruare non nouerant. Componere opes, quid esset, ignorabant. Componere opes, est vti bona veste, panem conficere, vel cibum accurate præparare, habere suppellectilem & cultum: posset dici si omnia genus

hoc hominum nesciebat, quomodo alebatur? ait ipse. ¶ Sed rami, atq; af. vi. ve. a.) Pascebantur his, quæ siluestres rami naturaliter procreabant, & quæ illis laboriosa venatio dabat. ¶ Primus ab æthereo.) Primus, inquit, saturnus violentia iouis exclusus, non dixit filij, vt & historiis tangeret, & impietatem in patres non doceret, perditis cœlestibus regnis ad hæc delatus est terras, atq; in his delituit, quo ex facto latium appellauit scilicet, qd hic tutus latuisset, idest saturnus: Id genus indocile. Indocitū, & qd doceri non posset. ¶ At dif. mon. al. Com.) Dispersum, per mōtes vagum: Composuit, formauit humanis persuasionibus & institutis. ¶ Legesq; dedit.) Vsq; adeo ad humanitatem perduxit, vt etiam leges timere, & legibus seruire didicissent. Quanta saturni industria: qui tale hominum genus durum, indocile, asperum, in humanum institutum melioribus ad humanum cultū egregia magisterij arte conuertit, & teneri legibus fecit: qui sub legibus non fuerunt. ¶ Latiumq; vocari Maluit.) Et saturnus hic potius latium dici voluit q̄ alibi, quoniam ibi tutus fugiens iouem latuerat. Aureaq; (vt perhibent.) Sæcula, inquit, quæ a tereo nomine appellari consueuerunt, fuerunt ipso regnate: ¶ Sic placida populos in pace regebat.) Additur ad saturni laudem, potuissent alijs modis & institutis asperis regi homines, sed lenitate superare ac pace potius frenare voluit q̄ potestatis imperio redigere in vnum dispersos & vagos, & contra insitam feritatem placide societatis amore coniungere: populorum significatione nominatur omnes, populorum quippe appellatione multa nature ac morum diuersitas demonstratur, quam regere sine metu imminenti pœnæ & legum felicitatis est plena. ¶ Deterior donec.) Deterior etas & decolor illorum scilicet, qui fuerunt post saturnum, deterior dicitur, qui ex bono in contrarium mutatur, & fit malus, decolor vero, qui ex optimo colore & splendido in sordidum aspectum conuertitur. Etatem dixit aut succedentium hominum, aut sequētis tēporis, bene autem addidit, paulatim. Longa enim beneuolentia consuetudo non potuit semel abruptum. Recedente igitur imperio saturni felicitas seculorum eius insueti statu manere non potuit, successerat enim ætās deterior, hoc est pessima hominum ac temporis ratio, quæ homines a beneuolentia vsu in malam viuēdi consuetudinem verteret. hic virgilius bene vel male viuēdi rationem non rectorum vult esse, sed tēporum, nam supra dixit, aurea secula extirrisse: nunc dicit, deterior ætas successit. Felix tamen est, cuius imperio nature cursus arripit. Infelix vero cuius administrationi temporū, iniquitas deputatur. Et belli rabies, & amor successit habendi: quorum alterum sine altero esse non potest: sicuti multis locis plene tractatum est, habendi cupiditas sine crudelitate & scelere non potest procurari, nam vbi quis animo hauserit aliena, hæc crudelitatis & sceleris adiumento consequitur, crudelitas quoq; & perpetratio sceleris sine avaritia esse non potest, quia raro aliquis sine lucro malus est. ¶ Tum manus ausonia emergentibus, inquit, malis crudelitatis, & avaritię, quum diuersarum gentium populi in hæc loca venissent, felicitas morum simul cum nomine præcipui rectoris oppressa est, & ausonia vocitari coepit, quæ saturnia dicebatur. ¶ Tum reges &c.) Deinde coeperunt, inquit, reges succedere, successit & tybris grandis corpore, atq; animo ferus, ex cuius nomine fluuius dictus est tybris. ¶ Amisit verum ve. al. no.) Et amisso albulae nomine, tybris coepit nominari, ¶ Me pulsum patria.) Etiam se memorat esse peregrinum, atq; id fuisse non hominum culpa, sed fato atq; fortuna, vt genitalem patriam perdidisset. Ac ne esset vitium in eo, qd dixit, me pulsum patria, nemo enim patris terris bonus excluditur: vel ne quæreret præcedens causa, mox subiecit, fortuna fecisse omnia, vt mutare tentans, & in arcadia partibus locaretur, addidit omnipotentem fortunam, & fatum ineluctabile, vt ostenderet se nec fortunam virtute, nec fatum luctando superare potuisse, perindeq; consensisse potioribus: ¶ Matrisq; egere tremenda.) Ex occasione alia commēdat originem suam, qd dea fit matre progenitus, & hanc exæquat appollini, ad hæc, inquit, loca perductus sum post expulsionis factum, quum fortuna impelleret, truderet fatum, apollo præciperet, mater vrgeret. In vocabulo matris, quantum pondus est? Tuebatur mater & dea mater, quæ filium contra pietatis meritum monere non posset, matris habens nomen, & pronuntiandi substantiam, cessit, ait, omnibus: & dubitationem, quæ existere potuit, horrendum iudiciū matris abruptum.

ASCENSIVS.

¶ Talia carminib; &c.) Recitat quomodo peractio sacrificio, & re diuina, Euander Æneam eluco, in regiam suam perduxit: qui intereundum, singula loca disquirat: eoq; tendit Euantri interro-

gati responsio, vt locus vbi Roma postmodum condita est, diis semper gratus, acceptusq; fuisse demonstratur. Recitat præterea Euander, aduentus sui in Italiam causas. De quibus hoc solum memoratu dignum ex Donato dicitur deceptum. ¶ Me pulsum.) Non sua culpa patria caruisse, sed datorum demonstrat: quæ, vt dicit, sunt insuperabilia. ¶ Matris.) Nam & mater, & dea, quæ contra pietatis meritum mouere filium non posset. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Sacerdotes, & iuvenes, cæteri q; qui in sacris intererant, celebrant idest celebra faciunt: carminibus talia scilicet facinora Hercules: & adiciunt super omnia idest post omnia, aut præcipue, speluncam Caci scilicet ab Hercule expugnatam: & ipsum scilicet Cacam: spirantem idest emittentem anhelitum, sup. cum ignibus idest simul ignes: omne nemus consonat. ¶ canentibus psonum Echus: & colles resulant strepitu scilicet tantissimi, & psallentium. Exin, i. ex eo loco & tempore, omnes referunt se ad vrbem: rebus diuinis perfectis idest postq; res diuinæ essent perfectæ. Rex. f. Euander: obitus quo. i. annosus: ibat. sin vrbem: & in grediens, tenebat Æneam comitem, i. comitantem: & natum. i. filium suum Pallanta, iuxta. s. incedentem: & leuabat vrbem. i. onus itineris, & molestiam viæ: sermone vario, i. de varijs rebus: vnde in Mimis Publij, Comes faciendus in via provehiculo est. Æneas miratur. s. omnia: & fert oculos facileis. i. mobileis & agileis, ac vagantes: facili ter circum omnia. f. quæ occurrere debent: & capit. i. delestat, & afficitur: locis idest amenitate locorum: & ipse laetus idest voluptate affectus: exquirat singula. i. singulas res: & audit. s. ab Euandro, abs quo disquisiuerat. monumenta idest vestigia, & indicia relicta: ad memoriam veterum virum, pro virorū priscorum. Tum idest tunc: Euander rex conditor idest primus ædificator arcis Romanæ idest palatii: quod arcis loco habetur, propter rerum principatum: quauis tunc Palanteum vocaretur, inquit, sup. indigenæ idest inde geniti, & qui aliunde non adueniant: vt Fauni, & nymphæ: tenebant hæc nemora scilicet dum ipse illuc adueniret: & gens. i. genus, aut generatio: virum, pro virorum: nata robore duro: aut in robore idest in trūco arboris vetustate exeso, & id secundum historiam: aut de robore, & id secundum fabulam, aut vulgi opinionem, quam sæpe poetę sequuntur. vt admirationem faciant: nō quod licet esse credant. Quis. i. quibus, viris, aut gentibus: neq; erat mos. i. consuetudo conuulsi di ab antiquo instituta: neq; cultus. s. sui, atq; agrorum erat: nec norant iungere tauros. s. ad iugum, vt arant, aut currum trudent: aut cōponere. i. cōgerere, & accumulare: opes. i. diuitias: aut partere parto. i. acquirit: hoc est in diem viuebant, non cogitantes de crastino: sed rami, sup. alebant eos. i. bacca, & acini siluestres: & venatus asper. i. difficilis exercitationis: alebat eos, sup. visum. Saturnus vēit primus. s. in Italiam: ab Olympo æthereo. i. de cœlis, quum eius originem nesciant: aut ab Olympo, monte Cretę æthereo. i. sublimi: fugiens arma Iouis. s. filij sui: & exul adeptus idest ablatis a filio regnis. s. q̄ possederat. Is. s. saturnus: cōposuit idest cōgregauit: genus. s. hominum: in docile. i. indocitū, aut difficultus docile: ac dispersum altis montibus (Videmus q̄ manifestatius fuerit illorū error. Nam si Saturnus, primus deorū fuerat, imo primus hominum: mirandū quos populos in Italia inuenerat: quosue in Creta dereliquerat: sed philosophi non minus errantes, putauerūt, e limo sole calefacto, quasi per putrefactionē vt nonnulla animalia procreantur, procreatos primos boies.) & Saturnus dedit leges. s. ijs populis, quos illic offenderat: & maluit vocari Latium. s. q̄ suo, aut pristino nomine: qd illi erat: quoniam ipse latuisset in his oris. i. regionibus: tutus. s. a filio: & secula aurea fuerunt (vt perhibent. i. vt plerique omnes attestantur) sub illo reges. s. Saturnus: regebat enim sic populos in pace placida, vt. s. aurea censeretur secula, donec ætas deterior. i. minus bona: & decolor. i. degenerans a colore auri: paulatim. i. per paulū, hoc est successiue: & i. simul: rabies belli, & amor habendi. s. diuitias, & opes: ac regna successit. s. in locū placidę pacis, & parimonie, ac asperi vicijs. Tum. i. deinde: manus Ausonia. i. ab Ausone, Vlyssis filio denominata: & gentes Sicanae. i. Siculae: venerūt, venerūt, sup. in Italiam: & tellus Saturnia. i. a Saturno primū refta, & denominata: posuit. i. deposuit: nomen. s. vetus: accipiedo. s. nouum. vnde Itali, Oenotrii, Ausoni, Latini, Hesperij, Arunci, Sabini, Tyrrheni, Etrusci, Tufci, & alijs multis nominibus, p. di. uerfis temporibus, & locis appellati sunt. Tum. i. deinde, sup. venire reges: & Tybris, sup. præcipue: vt se pareat, more suo, principem a cæteris: asper. i. acer: imani. i. valde magno corpore, a quo nos Itali diximus: postea: fluuium cognomine. i. cognominatum: nam Tyberis, aut Tybris dicitur: Albula vetus. s. nomen: aut Albula vetus. i. antiquissimus, qui nunc Tyberis dicitur.

tur: & tunc ab albedine aquarum, Albulam dicebatur: amifit verū nomen. i. nomen ei ex re conueniens. Fortuna omnipotentis. f. fe cundum Epicureos: de quibus Iuuenas. Sunt qui in fortunæ iam calibus omnia ponant. & fatū ineluctabile, f. cōm Stoicos, qui dicunt contra fatum inanem eſſe luſtam: poſuere his locis me pul ſam patria, f. mea, oraculorum neceſſitate: nam paricidii non cō ſitebatur: & ſequentem extrema. f. peſſima queq; & duriffima pe lagi. i. q. in pelago pati ſolemus: vnde in. ij. Viuo equidē, & vitā extrema per omnia duco. q. pro &: monita matris. f. mea: Car mentis nymphæ. i. ſponſæ, ac vatis nymphis equiparandæ: tre/ menda. i. reuerenda, & cum religione ſuſcipiēda: & Apollo deus, author. f. monitorū, & oraculorum matris: egeret. i. copulere, ſup. me, ad hęc loca: aut ſubſidere his locis.

## PIERIVS.

(Nec iungere.) In aliquot antiq. neque, particula ea ter repeti/ ta:

## SERVIVS.

(Mōſtrat & aram.) Quam matri fecit extingē. Eſt autē iuxta portam quæ primo à Carmento Carmentalis di/ cta eſt: pōſt Scelerata à Fabij trecentis viris, qui per ipſam in bellum proſecti, non ſunt reuerſi. f. Vatis fatidicæ.) Be/ ne addidit Fatidicæ, nam va/ tem & poetam poſſumus in/ telligere. Vnde ſolumplenum nō erat. Ergo tale eſt, vt illud in Salluſtio, in tugurio mu/ lieris ancillæ. Non quia mu/ lieris, ſtatim & ancillæ. Si autē ancillæ, ſtatim & mulieris.

(Quæ prima.) Quæ poſtea à Sibylla dixit. f. Nobile Pal/ anteum.) Futurum ſcilicet, ſi cut & Aeneades. f. Aſylū Ret/ tulit.) Poſtq; Hercules migra/ uit à terris, nepotes eius timē res inſidias eorū quos auus aſſuxerat Athenis, ſibi primi Aſylum, hoc eſt templū miſe ricordie collocauerunt, vnde nullus poſſet abduci, quod et Statius dicit, vt, Herculeos fa/ ma fundiſſe nepotes. iō ergo ait, Quem Romulus acer Aſylum. f. Rettulit.) Hoc eſt fecit ad

imitationem Athenienſis Aſyli: quod ideo Romulus fecit, vt ha/ beret aduenas plures, cum quibus conderet Romam. Iuuenalis, Et tamen vt longe repetas, longe q; reuoluas, Numen ab infami gentem deducis Aſylo. f. Gelida monſtrat ſub rupe Lupercal.) Sub monte Palatino eſt quædam ſpelunca, in qua de capro lue/ batur, id eſt ſacrificabatur. vnde & Lupercal dictum nonnulli pu/ tant. Alij quōd illic lupa Remum & Romulum nutrierit. Alij (quod eſt verifimilius) locum eſſe hunc ſacratum Pani deo Arca/ dia. Cui etiam mons Lycæus in Arcadia eſt conſecratus. Et di/ ctus eſt Lycæus quōd lupos non ſinat in oues ſquire. Ergo ideo & Euander deo gentis ſuæ ſacrauit locum, & nominauit Luper/ cal, quōd præſidio ipſius numinis, lupi à pecudibus arcerentur. f. Parrhaſio dictum panos de more Lycæi.) Ordo eſt, Mon/ ſtrat Lupercal Panos Lycæi dictum, de more Parrhaſio, id eſt oſtendit Lupercal Panos Lycæi dicatum ex more Arcadico. Nam Parrhaſia, Arcadia eſt. f. Dictum.) Dicatum, conſecra/ tum. f. Panos Lycæi. Huius Panos, genitiuus eſt Græcus. & Panos Lycæi ſic dictum eſt vt Iouis Olympi, Apollinis Del/ phos. f. Sacri monſtrat nemus Argiletū.) Sacri, execrabilis. Sane Argiletum, quaſi argiletum multi volunt à pingui ter/ ra: alij à fabula. Nam Euander Argum quendam ſuſcepit ho/ ſpitiū. qui cum, de eius cogitare interitu, vt ipſe regnaret, Equā dro hęc non ſentiente ſocij intellexerunt, & Argum necarunt. Cui Euander & ſepulchrum ſecit, & locum ſacrauit: non quod ille merebatur, ſed hospitalitatis cauſa. Bene autem in hac re Euander immortalis, & docet cauſas ne apud hoſpitem veniat in ſuſpitionem. Ergo Argiletum ab Argo illic ſacratum & ſepulto. f. Teſtatur locum.) Iurat non ſua culpa iura hoſpiti eſſe violata. f. Aurea nunc.) Nunc ad vtrūq; pertinet, & ad aurea, & ad Tar/ peiam

f. Vix ea dicta, dehinc pgreſſus, monſtrat & arā, POE.

Et carmentalem Romano nomine portam:

Quam memorant nymphæ priſcū Carmētis honorē

Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros

Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum

Rettulit, & gelida monſtrat ſub rupe Lupercal,

Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Nec non & ſacri monſtrat nemus Argiletū

Teſtaturq; locum, & letum docet hoſpitis Argi.

Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit

Aurea nunc, olim ſylueſtribus horrida dumis.

Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes

Dira loci, iam tum ſyluam, ſaxumq; tremebant.

Hoc nemus, hūc (ingr) frōdoſo vertice collē, EVAN.

Qui deus, incertum eſt, habitat deus: Arcades ipſum

Credunt ſe vidiffe Iouem, quum ſape nigrantem

Ægida concuteret, dextra, nymbosq; cieret.

Hæc duo præterea diſiectis oppida muris

Reliquias, veterumq; vides monumenta virorum.

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem,

Ianiculumq; huic, illi fuerat Saturnia nomen.

diſſe: & quod ipſi ſunt *πρωτογεννητος*, id eſt ante Lunam creati, vt Statius, arcades aſtris, Lunæq; priores, licet dicat Salluſtius pri/ mō Cretenſes inueniſſe religionem: vnde apud eos natus ſingi/ tur Iuppiter. f. Ægida concuteret.) Hic diſtinguendum, nam egi/ da, id eſt pellem Amaltee capræ, à qua nutritus eſt, i ſiniſtra Iup/ piter tenet. f. Dextra, nymbosq; cieret.) Et de dextra fulmina cō/ moueret, nam mō nimbos pro fulminibus poſuit, quæ de dex/ tra iacit. Ægidis autem concuſſio commouet pluuias. f. Diſiectis oppida muris.) Vnum Iani, aliud Saturni, iam tunc vetuſta. f. Monumenta virorum.) Hoc ſermone oſtendit etiam Satur/ num virum fuiſſe.

## DONATVS.

(Vix ea dicta dehinc.) Quasi quodam tranſitu nouauit narra/ tionem, ne continua pareret ſœditatem. pulchre enim ambulātis latini poeta interpoſuit moram, propter audiendi tædium. pro/ greſſus ergo monſtrauit, & portam materni meriti teſtem, aram quoq; vt ex hac probaret deam. f. Quam memorant nymphæ.) Hanc arā vel hanc portam iccirco conſtituerunt, & ideo hoc no/ mine appellari voluerunt, q. in his honor nymphæ videat eſſe cōſtitutus. Interea et hoc pertinuit ad ſupradictā morā, vtambu/ lans ſparſa per oēm viam monſtret, non vno in loco cōgeſta, vt oē iter haberet fabulæ diuerſæ recreationē, quā euander multa gereret, aiocq; monſtraret, aut diceret, Vatis fatidicæ, & deā dixit, & matrē, & fatidicā fuiſſe cōfirmat, hęc addēdo. f. Cecinit q. pria futuros.) Ipſa, ingr, pria magnos futuros i his terris aeneadas, & nobile pallanteū cecinit. Ecce apertū documentū, quod deam & nympham & fatidicam euander habuit matrē: q. ipſum potuit aeneas libenter audire: q. dea, quæ pria pronuntiaſſet, futuros ma/ gnos aeneadas. quod autem prima hoc ipſum dicta eſt ceciniſſe, hanc habet gratiam & fidem, ne præcedentia reſponſa ſecuta vi/ deantur.

peiam ſedem, nam Tarpeia ſe/ des dicta eſt à Tarpeia virgi/ ne. cū. n. Romulus cōtra Sabi/ nos bella tractaret, & Tarpe/ iō cuidam dediſſet arcem tuē/ dam, eius Tarpeia filia aqua/ tū profecta in hoſtes incidit quam cum hortarentur ad p/ ditionē, illa pro præmio po/ poſcit ornatum manuū ſini/ ſtrarum, id eſt armillas. Facta itaq; arcis proditione, hoſtes ingenioſa morte, promiſſa ſol uerunt. Nam ſcuta, id eſt ſini/ ſtrarū ornatū, ſuper illam ia/ cientes, eam luce priuarunt: quæ illic ſepulta, Tarpeiz ſe/ di nomē ipoſuit. f. Religio.) id eſt metus ab eo q. mētem religet dicta religio. f. Dira.) Magna: vt, An ſua cuiq; deus ſit dira cupido? Hoc nemō.) Bene vbiq; Nemus dixit, nā tunc ædificia non erant. f. Ip/ ſum credunt ſevidiſſe Iouē.) In hoc ſcilicet nemore. Sane ad illud alludit quod primi dicuntur Ioui tēpla ſeciſſe: nec enī longe ſunt à monte Olym/ pico, vnde eos dicit locum vi

deantur. ¶ Hinc lucum ingentem, monstravit & lucum, qui postea a romulo asyli nomen accepit: monstravit & lupercal sub tupe gelida. Rupes dicuntur saxa composita & prærupta & erecta naturaliter in altitudinem immensam. Lupercal vero illud ostendit, unde luperci & lupercalia sumpserunt nomen. ¶ Parrhasio dictum. Parrhasium montem esse memorant, & eius incolas parthasios dictos: unde lycæum ferunt extitisse, cuius ex more cultores sacra reddebant. panos unde, singulari numero pan dicitur: hunc enim arcades plurimum venerantur. ¶ Nec non & sacri. Testatur quem locum, & letum docet hospitij argi. Monstravit lucum in quo interemptus est argus. sacer hoc est crudelis & pessimus. Unde & ignis sacer dicitur morbus, q̄ hominē perniciose persequitur. Unde & aurisacra fames, hoc est detestanda. Letum autē ipsius argi & leti causam referebat euander. quō argus ex hospite professus sit inimicū, nec eundē euandrum pudebat hospitij auribus intimare alterius hospitij necem, pp̄ quā reddebat facti ratio. q̄ mortis suæ ipse extiterat causa, & vim pertulisset iustæ vltionis, qui iniustam parauerat violentiam. ¶ Testaturq̄ locū. Testimonium adhibens loci, vt probaret scelerati hominis mentem, q̄ hospitalis immemor religionis, non amorē reciprocum, sed hostilē animum scelerate suscepit. ¶ Hinc ad tarpeiam sedē. Ad tarpeium scilicet montem. ¶ Et Capitolia du. Au. Nunc, id est quum hoc scribebatur a poeta. ¶ Olim syl. hor. du. Erant tunc, inquit, in illo luco capitolia, non aurea, non culta, vt nunc. nō magnifica, sed siluestribus dumis obfessa, quod dixit, duxit eum ad tarpeium montem, & capitolia dumis obfessa, fieri non potuit. vt fenex, & qui alieno adminiculo niteretur maxime imminente iam vespere iret ad montem, & ad loca, quæ sentes occupassent. Ergo intelligendū est possibile aliquod, possit ex subiectis cōprobati, vt monstrando duxisse eum videatur, non ambulando scilicet, vt videret oculis procul, quo iri non poterat. ¶ Tam tum religio. Dixit iam tum, hoc est, quū esset locus ille humilis atq̄ desertus, iam habuit numen. Eratq̄ illic quod terreret accedētes, & his incuteret horrorem maxime rusticanis, qui pauore naturali omnia metuunt, & vniuersa formidant. hoc genere ostendit numen, quod in aureis capitolijs tēporibus cæsaris habitabat. post se etiā tunc, quū locus ipse videretur abiectus, & conditorem melioris fabricæ numini iam illic habitanti detulisse, qd̄ fecit quum numen secutum esset ambitioſis insignia. ¶ Hoc nemus. &c. Hic manifestum fit, non illum circumfisse loca singula, sed demonstrasse, quum dicit, hoc nemus constitutum in frondoso collis vertice. non enim illo ascenderat. quis deus, inquit, inhabitet, incertum est: est illic tamen deus. ¶ Arcades ipsum. Arcadibus illic apparuit, qd̄ ostenderet deum in terra, & coniectura currenre crediderunt iouem se vidisse præsentem. Dicit, unde hoc suspicari poterint, vel certe conijcere. Tum, inquit, se vidisse arbitrati sunt. ¶ Quū sæpe nigramem Ægidia concuteret de. Proinde quia iupiter pluuiam facit, iupiter tonat, iupiter fulmina emittit. Et tūc, quū hoc fieret, visus est: visi sunt sibi deum vidisse in loco, inde crediderunt iouē illic gratissime cōmorari. ¶ Hęc duo præterea. Hęc duo oppida, quę ruinatum labem murorū dissipatione testantur, reliquię sunt veterum conditorum. ¶ Hanc ianus pater. Quum dicit, fuerat, ostendit etiā nomina, quum oppidorum manibus abdita.

ASCENSIVS.

¶ Vix ea dicta. Docet quomodo: deinde ostēdit loca, in quibus nunc est Roma: etiā tunc religiosa: & veneratione digna. Unde dicit Donatus sic. ¶ Cecinit quæ prima. Magnum argumētum, quod dea fuerit, & fatidica. Quū prima cecinerit Æneas futuros magnoſ, & Pallateum futurū nobile. ¶ Lucum. Qui postea a Romulo, asyli nomen accepit. ¶ Lupercal. Unde luperci, & lupercalia dicuntur. ¶ Argileti. Ab Argo, qui ex hospite factus est inimicus: unde non erat pudendum, si hospitem talem interemisset, qui hospitalis religionis oblitus fuisset. Ducit ostendendo, nō autem ambulando: nam fenex, Ardua nō ascendisset, vespertino tempore. Hęc ille. ¶ Ordo est. Ea, scilicet quę dicta sunt: vix, (sup

SERVIVS.

¶ Passimq̄ armenta videbant. Quę post mortem Caici passim multo timore vagabantur. ¶ Romanoq̄ foro. Romanum forū est, vbi nunc rostra sunt, ¶ Lautis mugire carinis. Carinę sunt edificia facta in carinarum modum, quę

¶ Talibus inter se dictis, ad tecta subibant  
 Pauperis Euandri, passimq̄ armenta videbant,  
 Romanoq̄ foro, & lautis mugire carinis.  
 Ve vētū ad sedes. ¶ Hęc (inquit) limina victor EVAN,  
 Alcides subijt, hęc illum regia caput.  
 Aude hospes contemnerē opes, & te quoq̄ dignum

POE,

EVAN,

ple erant dicta: & sup. Euander: progressus, id est procedens, aut postq̄ processerit: monstrat & id est etiā: aram, scilicet dicatū Carmentis: & portam quā memorant, id est in memoriam reuocando nominant Carmentalem, Romano nomine, id est sicut ipsam postea Romani nominarunt, appositorie, prius cum honore Carmentis nymphæ: & vatis, id est poetricę, & cantatricis: fatidicę, id est etiā vaticinantis, & fata enunciantis: aut si legendum est, qua, ordo est: qua, id est per quam portam memorant prius honorem Carmentis nymphæ vatis fatidicę, quæ cecinit prima futuros. ¶ In Italia: Æneas, i. viros ab Ænea oriūdos, magnoſ scilicet sine cōparatione, vt sunt Iulius, & Augustus, & prius Romulus: & Pallanteum, sup. futurum: nobile. ¶ per accessione Æneadarum. Et monstrat, sup. hinc: lucum. i. incæduam syluam, quę sacram: ingentem. i. valde magnum: quem Romulus acer. i. strenuus, vindex in Amulium, & fratrem: rettulit. i. in moram asyli Atheniensis effecit: asylum. i. talem, vt ab eo nemo abstrahatur: sed immunitatem haberet, quam nunc Phanis sacris, & terris vicinis consecratis, Christiana concedit religio: & monstrat sub tupe gelida Lupercal. i. locum sic dictum: aut ab luenda capra, aut a lupa Romuli & Remi nutrice, vt docet Seruius: dictum. i. appellatum sic: de more Parrhasio. i. Arcadice: Panos. i. dei Arcadium (unde in Bucoli. Pan deus Arcadia mecum si iudice certet.) Lycei. i. monte Lyceo, qui in Arcadia est, versari soliti. Necnon, id est etiā, monstrat nemus Argileti. i. illius loci: a leto. i. morte, Argi hospitij, sic dictū: sacri. i. ipsi hospitij. interempto consecrati, in recompensam vitæ: & testatur. i. obtestatur: locum. i. loci consecratione se immunē a leto hospitij: & docet letum. i. necem: hoc est causam, & formā necis: Argi hospitij. i. sui: & ducit hinc ad sedem Tarpeiam. i. quę postea Tarpeia dicta est, a Tarpeia virgine, & p̄ id est capitolia, a capite dicta: aurea nunc. i. quæ nunc. i. tpe nostro (inquit Poeta) sunt aurea: olim. i. iam, tunc horrida syluestribus dumis: hoc est penitus inculta ab hominib. sed ira. i. magna, & terribilis religio loci: tenebat iam tum. i. tunc tēporis, agrestes patridos. i. rerū diuinarum, quia ignotarum: stupor enim, & pauor, ex ignorantia sæpe rerū proueniunt: dum. i. maior, aut magis videra, q̄ ignoramus, q̄ sint putamus: & tremebant. i. religioſe obteruabant iam tum: syluā & saxū. i. rupem, vbi postea Tarpeia, ara, & capitoliū erat, sup. Euander (inquit) deus, sup. aliq̄: sed, sup. incertū est quis deus, habitat hoc nemus: & sup. hunc collē. vertice frondoso. i. habentē verticem frondosum: Arcades. i. ij. qui mecū ex Arcadia venerūt: credunt se vidisse, sup. in hoc nemore, ipsum Iouem: unde in capitolio postea Iupiter, & Minerua colebant: quū. i. qn̄: concuteret sæpe. i. sinistra: Ægida. i. pellem Amaltheę capræ nutricis suę: nigrantē. i. subnigrā, aut de longe visam: aut propter nubes & tonitrua q̄ illic concitabat, nigrantē dicit: vñ addit, & quū ciceret. i. concitaret: dextra. i. manu: nymbos. i. nubes ventos, quas sæpe tonitrua cōcomitantur. Præterea, tu vides hęc duo oppida. i. q̄ olim erant oppida: muris difiectis. ¶ nunc. i. reliquias & monumenta veterū viroz. i. q̄ antiquissimi viri reliquerant monumenta sui. Ianus pater cōdidit hanc urbem. i. q̄ nunc diruta est, & nomen fuerat huic. i. vrbi, a Iano conditę, Ianiculi. Saturnus condidit hanc. i. aliam urbem: & nomen fuerat, tunc illi. i. vrbi, a Saturno conditę Saturnia.

PIERTVS.

¶ Nobile. In Ro. co. legitur, nomine: veluti dixerat, Carmentalem Romano nomine portā. Sed omnino, nobile, magis placet, ob antiqua tot eo de loco monumenta. ¶ Et letum. In codi. alij quot legere est, & mortem. Sed magis placet, letum: vt perſect in nominis adlusionē de Argileto. Quāuis non ignoro esse, qui ab Argola, quodam viro non ignobili, qui fuerit ibi sepultus, locum dictū velint. Alij ab argilla, quod ibi id genus terrę affatum fuerit. ¶ Tam tum syluam. In Ro. syluas. In q̄busdam alijs, iam iam syluā. Sed, iam tū, magis omnino placet. ¶ Vrbe. In co. aliquot ant. arcē: non, vrbe, legas. quod est historie propius. nisi, vrbe, dictum sit ad ampliationem, & honestiorē rei nuncupationē: siue ad id respexerit, quod Roma inde κατ' ἐφοχῆν, vrbs, appellata est.

quę erant intra templum Teluris. ¶ Lautas) autem dixit, aut propter elegantiam edificiorū, aut propter Augustū, q̄ nat' est in cunis veteribus, & nutritus in lautis carinis. ¶ Viſor Alcides subijt. i. ἐυρύβολον, id est bonū omen. ¶ Aude hospes cōtēnere

Ordo.

contēnere opes.) Bene Aude, quasi rem arduam & difficile. (Dignū finge deo.) Compo- ne te in similitudinem numi- nis. (Non asper.) Non asper- nator, id est fastidiosus. (An- gusti subter fastigia tecti in- gentem Æneam duxit.) Ex contraritate quaesitus orna- tus. ait enī, Angusti tecti sub- ter fastigia ingentem Æneam duxit. (Pelle Libystidis vr- sa.) Species pro genere, nam cuiuslibet ferę possimus acci- pere. (Exterrita mater.) Iō territa, quia mater. (Dicitis di- uinum inspirat amorem.) Pe- titura pro filio de adulterio procreato, orationem suam ingenti arte composuit: quod ē Vulcanus ipse testatur di- cens, Quid causas petis ex al- to: Non enim aperta est eius petitio: sed longo proemio p- uersam amore mariti circūue- nit mentem. Ergo quaesitionē hanc quæ nascitur ex petitio- ne Veneris ipudica, soluimus his modis: Primo q̄ Vulcanū amore circumuenit. Deinde quōd nacta est occasionem eius tem- poris, quo mariti arma faciebat, quem fuisse sciebat adulterum: per quod datur intelligi Vulcanum iam omnem suspicionem & iram, quam habuit circa Venerem, deposuisse, ad eū vt arma etiā ipsi fabricaret adultero. Præterea Vulcanum vxorū fuisse tes- tatur & ipse Virgilius dicens, Tunc pater eterno satur deuinctus amore. Et Statius, vbi Martem Venus alloquitur: vt, At non ea- dem Vulcania nobis Obsequia, & læsi serui tamen ira mariti. Nā quod dicit Donatus potuisse fieri, vt cum Anchisa concumberet Venus antequam Vulcano nuberet: non procedit. Constat enim a principio Venerem vxorem fuisse Vulcani. (Debita.) Fataliter ad exitum destinata. (Miseris.) Atqui honestum est miseris sub- uenire, sed hoc dicit, cur te fatigarem pro hominibus, fati necessi- tate perituris? (Priami deberem plurima natis.) Scimus q̄ Pa- ridi tantum debuit: sed hoc idem habet ad aliarum cōmemora- tionem personarum ne ex turpi causa Paridi debuisse videatur. (Æneæ fleuisse sepe laborem.) Bene post Pergama, post Troia- nos, Priami liberos, cum excusatione cōmemoratio fit Æneæ. Dicit enim se eius in sollicitate commotam. (Iouis imperio.) Ne videretur impudens, si aliena regna deposceret: & hoc latēter di- cere videtur, Faue huic, cui etiam Iupiter fauet. (Eadem.) Quæ nunc scilicet filii. (Arma rogo.) Hic distinguendum, vt cui pe- tat non dicat: sed relinquit intelligi. (Genitrix nato te filia Neri.) Thetis quæ Achilli arma impetrauit. Et bonis utitur comparatio- nibus dicendo filia Neri, cum ipsa Iouis sit filia. Item vxor Ti- thonia, cum ipsa sit Vulcani. (Neri) autem, pro Nerei. Omnia enim quæ in eis, ex eunt hodie, apud maiores in es, exibant, vt, Nereus Neres: Tydeus Tydes. & genitium in eis mittebant: vt, Tydeus Nereis. Sed quia plerunq̄ s, in latinitate, detrahatur, re- manebat ei. hinc est filia Neri, Immittis Achillei. Item in Sallu- stio, Ad bellum Persei Macedonicum, sic asper. (Tithonia con- iux.) Aurora petiuit pro Memnone. (Clauis ferrum acuant portis.) Dixit enim superius, Quinque adeo magne positus incu- dibus Vrbes. (In me.) Artificiose arma petit etiam sibi profu- tura. Nam à Græcis fuerat vulnerata. Vnde est, Equidem credo mea vulnera restant.

## DONATVS.

Quo hæc inter se essent locuti. nō. n. solus euāder locutus est, sed æneas et. nā supra dixit, & singula lætus exgritq̄, auditq̄ vi- rū monimenta priorū. Ad tecta subibant, ingt. Nō subibant tecta, vt ingredi sed iam vt p̄iores fieri viderent, pauperis euandri, hinc euandri memoria p̄dicabilis, q̄ pauper & inde merito præ- ficiendus. Quia magna eius gloria extitit in paupertate regnasse: atq̄ in regni ptate positum, nec quaesisse nec auxisse diuitias. Sic tamen pauperem debemus accipere, nō egestate oppressum, sed congruentem regi non habuisse substantiam. describit, quid sit, q̄ dixit passim, vel qualis fuerat ipsa paupertas. passim, inquit,

Finge deo, rebusq̄; veni non asper egenis.  
[Dixit, & angusti subter fastigia tecti  
Ingentem Æneam duxit, stratisq̄; locauit,  
Effulctum folijs, & pelle Libystidis vrsæ.  
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.  
At Venus haud animo nequidq̄; exterrita mater,  
Laurentumq̄; minis, & duro mota tumultu,  
Vulcanum adloquitur, thalamoq̄; hæc cōiugis aureo  
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem.  
[Dum bello Argolici vastabant Pergama reges  
Debita, casurasq̄; inimicis ignibus arces:  
Non vllum auxilium miseris, non arma rogauit  
Artis, opisq̄; tuæ: nec te charissime coniux,  
In casu me tuos volui exercere labores,  
Quauis & Priami deberem plurima natis,  
Et durum Æneæ fleuisse sepe laborem:  
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris:  
Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numen  
Arma rogo, genitrix nato: te filia Neri,  
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux.  
Aspice qui coeant populi, quæ moenia clausis  
Ferrum acuant portis, in me, excidiumq̄; meorum.

POE.

VE.

boues errare videbantur in fo- ro, vt per locorum penuriam non esset discretio inter homi- nes & boues, & vbi hominū strepitus esse debuerat, illic ar- menta lautis carinis mugie- rent. Carinarum fecit cōme- morationem, vt significaret loci nomen non vt veras na- ues in foro fuisse monstraret, (Vt ventum ad sedes.) Ecce aperitur, quod supradictum est, ad tecta subibant, vt nō ad ipsa tecta, sed prope ipsa ostē- derentur venisse. nunc ergo p- uentum est ad ipsas sedes: quo facto. (Hæc, inquit, limina victor Alcides subiit.) Quo- niā non tanta merita fuerant euandri, vt per se laudari po- tuissent, vt factum est, quum latini regia præferuntur, quæ fuit euander suis laudem ex persona herculis, & debemus nosse qualem unq̄; domum regis regiam dici posse. Regiā enim illam vsu hominū ora- tius vocat, non quæ dignitate aut magnitudine operis cete- ra præcedat, sed in qua commaneat rex. Ait ergo hæc limina vi- ctor Alcides subiit, personam herculis posuit, meritumq̄; victo- ris, vtracq̄ humilibus tectis incongrua, & tamen quum aliud nō esset, illum fuisse contentum, ac mente potius hospitis, q̄ ipsius hospitis angustias tractauisse. Hæc illum reg. ce. Non ideo regiā dixit, q̄ parietum eius aut, cultus aliqua fuisset ambitio: sed tan- tam illius dei voluit ostendere beneuolentiam, vt magnum pu- taret, quo fuisset ingressus. (Aude hospes contemnere.) Quan- tum eneæ laudibus euander dedit? quale circa ipsum votum suæ mentis ostendit? quando eum herculi, ostendēdo domum suam his vigere auspicijs, vt lætos semper victores aspiciat? Quod ve- ro ait, aude hospes contemnere opes, ostendit contemptum opū esse difficilem: debere tamē eū tolerare pauperem, vbi de tempo- rali hospitio non de diuturna habitatioe tractatū est. Et te quoq̄; dignū finge deo, & sic posito factu, fac, quod deus fecit: rebusq̄; veni non asper egenis. sic putatur positum, vt ad res egenas non aspere veniret: sed non ita est, non enim euander de egestate, sed de paupertate fatebatur. pauper est enim, cui deest maior copia familiaris rei, & tamen aliquantum sibi substantiæ est. egenarum autem rerum significatio miserias exprimit, & mendicitatem ple- nam. Quid ergo asserimus euandrum dixisse? vt hoc non sit, q̄ ita diximus intelligendum. Ne asper venias, inquit, aut offensus ex eo, q̄ ingrederis pauperis domum, ego enim si copiosus non sum, nec abundans p̄ merito tuo, non sum tamen mendicus aut miser. Quapropter quum dicimus, rebusq̄; veni non asper ege- nis. non bis debemus accipere, vt sit non asper veni, vsurus re- bus non egenis. (Dixit & angusti subter,) Ingentem dixit corpo- re & dignitate, locauit eum stratis, quo posset vespere iam ver- gente dormire, dicitur iam quale stratum habuit pauper. (Efful- ctum folijs & pelle.) Iacebat vir tantus folijs fulctus & pelle, hoc enim solum paupertas potuit exhibere, ne tamen in totum deprimeret, quod tanto viro præbuerat, pauper addidit. (Liby- stidis vrsæ:) Vt ex pretio bestiæ aliquid stratis ipsi gratiæ potuis- set accedere. (Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.) Des- cribitur non iam noctis initium: sed nox ipsa plena, & tenebris densior. (At venus haud animo.) In ordinatione verborum hu- ius loci est intellectus. hac enim cessante fiet vt in periculo sibi nec aio mota sit venus, & tanto existente tumultu coniurationis italiæ nequicquam videatur exterrita. Sicigitur currit ordinatio, & venus mater haud nequicquam animo exterrita minis Lau- rentum. Item aut nequicquam mota tumultu duro: Dedit ergo tantum solitudini maternæ, quantum debuit: quæ etiam ex leui- bus causis sunt suspectæ pronatis. huius autem mentem nimius turbauerat terror, quum aduersus æneam tanta ac tam dura pa- rarentur. hæc poeta specialiter commemorare non debuit. quo- niā superius dicta sunt omnia, scilicet coniurasse omnem ita- liam, auxilia multarum gentium cateruatim congregata venisse,

Virg.

I Ii cum

tum turno etiam camillam acrem in dimicatione bellorum, & ve-  
nisse cum multitudine instructa. Missum quoque ad diomedem ve-  
terem troianorum hostem. (Vulcanum alloquitur.) Filii quidem  
victricum, sed tamen maritum suum; tantum habens spei quan-  
tum vxor postulans mereri de coniuge debuisset, tñ ponens in  
desperatione, quantum ostendebat odium, quod inter priuignos esse  
conuenit, & victricos. hec igitur venus tractans se apud victricum  
pro priuigno inefficaciter locutura: consulto occasione teporis  
rapuit, vt extorqueret fraude, quod quidem alia rone non poterat.  
Tepori interea sociavit & locum perindeque personam vxoris loci & te-  
poris suffragabatur occasio. Iccirco dixit. ¶ Thalamoq; hæc co-  
¶ Vt mater blandimenta & amplexus ac secreta lectuli ab eo qui po-  
terat nolle, alienus extorqueretur affectus, fieret alio modo pos-  
sibile, quod odio condito personarum repugnantium poterat perne-  
gare. ¶ Et dictis diuinum aspirat amore:) Persuasionem dictorum in-  
spirabat, quod se humanis peccatoribus diuino quodam dono con-  
sueuerat inferere. Diuinus amor, que dat natura, quam nascimur,  
quo fit vt amemus parentes aut liberos, fratres, coniuges, & cæte-  
ros, qui nobis aliqua sanguinis rone iunguntur. Diuinus amor non  
est in amicis & cæteris, quo voluntate diligimus aut commodi ali-  
cuius aut benevolentie causa; hec igitur loquendi arte laborat, vt ta-  
lem victricum redderet, quales esse debent patres in periculo fi-  
liorum. Incipit ergo ductus ex alto principio loqui, ex eo osten-  
dens, quod sit difficile priuignum victrici iuvari auxilio. Cæterum si  
hoc non obstat, debuit vt fiducia coniugis, & ab ipsis rebus in-  
cipere. ¶ Dum bello argolici vastabant pergama reges. Debita, ca-  
sura. ¶ Dum pergama, inquit, reges & argi bello vastabant; &  
urces incendio vastabant, dixit vasta faciebant: quo alio loco di-  
ctum est. Et campos, vbi troia fuit, vt sic vastata nosceretur in ea  
nullum fuisse ædificium: debita, hoc dicto asruit causam non pe-  
titi tunc auxilii ipsam fuisse, quia ducibus grecis fatorum ratio-  
ne troia debebatur excidium. ¶ Non vllum auxilium mi.) No-  
lui, inquit, tunc aliquid a te petere quonia satis aduerfantibus pe-  
rituros iuuare non poterat. ¶ Quauis & priami.) Licet me, inquit,  
arctaret affectus quod succurrere debebam filiis primi, hoc propter  
creusam potest videri dixisse, que filia priami fuit, & ipsius vene-  
ris nurus: dolerem quoque vehementer laboribus pneg: nolui tuos  
labores effundi. Ecce ostendit se marito obsequentem, ac se hoc  
genere commendat, quod in petendis beneficiis nec assidua fuit, nec  
perinde odiosa, neque hoc impetrandi diffidentia factum, sed ne  
troiani quum vulcani beneficiis interiret. hoc idem illius quoque  
profecit partibus. Ideoque asseritur tunc tacitum: vt consilium fue-  
rit siluisse, non desperato impetrandi. sic enim prouocari ad lar-  
gendum præfens beneficium vulcanus potuit, si verecundia in  
eo probasset vxoris, vt mariti operam non inaniter quæreret.  
Non vllum auxilium miseris non arma rogavi Artis opisue tue.  
Arma voluit pertinere ad artem, auxilium vero ad opem ipsius  
dei. Interea satis asruit perisse imperium troig, quod ipsius vi-  
tio veneris constabat erasum, vt inuidiam satis tergeret, & vita-  
ret causam filii sui, secundam fecit, in qua maximè sustinebat do-  
lorem, quoniam quæ potiora sunt melius collocantur in fine.  
¶ Nunciouis imperijs.) Ecce necessaria inuentio, & utilis ad per-  
suadendum, qui enim iouis imperio italiam venire compulsum est,  
non iuuabatur incassum, perindeque constabat & illam oportu-  
no tempore postulare, & illum non efficaciter præstiturum. ¶ Ergo  
eadem supplex ve.) Eadem, hoc est, que tunc tacui, nunc neces-  
sario & opportunius rogo. Genetrix nato, dicendo non hominum sed  
necessitudinum nomina, maiorem miserationem mouit, ac sub-  
tiliter dicere visa est, Si vxor non essem, tamen gamater pro filio  
peto, etiam si extraneum rogarem mereri debueram: certe quan-  
tum fuit subtile remouere odiosa nominum victrici atque priu-  
igni quasi & illud dixisse videtur. Ego vxor a te impetrem pro  
filio meo, quod priuigno tuo non fueras præstiturus. Arma, inquit,  
rogo quibus & ille tutus esse possit, & quæ tibi sit procliuè præ-  
stare. ¶ Te filia nereis &c.) Extranearum personarum datur exem-  
plum, vt quod illis facile præstitum est, facilius præstetur vxori.  
¶ Aspice qui coeant populi.) Epilogica dictio, quam iccirco ad fi-  
nem distulit, vt melius partes miserationis impletet: dicendo au-  
tem, qui populi, & quæ vrbes, multitudinem & feritatem gen-  
tium, & vrbiarum magnitudinem in pronominibus duobus vo-  
luit significare, quod vero in perfecta iam spem dixit, coeant, illud  
expressit, quod adhuc colligerentur, quæ res creabat maximum  
metum, quum per dies singulos metuenda crescebant. hoc idem  
significat & acuant, quicquid enim imperfectum est, plus habet  
timoris, dum malorum sperat augmentum. Addidit aspice, pro-  
pter fidem dictis suis faciendam, vt probarent oculi eius, que do-

lentis animum mentesque feriebant. Hæc omnia clausis portis  
fieri maiore metu affirmabant insistentibus, qui gladios inclusi  
acebant, vt nullus scriberet quid gereret, in petruicem meam meo-  
rumque, inquit, parari vniuersa manifestum est. hæc magna arte  
sunt addita in me excidiumque meorum. Iunxit enim negotio et  
personam suam, vt magis magisque mariti mentem in suas par-  
tes adduceret, nouerat quippe ipse vulcanus apud illum vulne-  
ratam venerem diomedis ausu, quod cauere debuerat, ne iam in  
italia fieret.

## ASCENSIVS.

¶ Talibus inter. &c.) Docet quomodo tandem susceptus est ho-  
spitio, & ad frugalitatem inuitatus, quasi vero iam tunc locillius  
cultores, parsimonia, & frugalitate, rerumque modicitate præter-  
quibus statibus, res Romana postmodum diu creuit: donec seuior  
armis luxuria incubuit: vnde dicit de paupertate Luca. Et munera  
nuda intellectu deum, si enim paupertatis bona intellexissent  
Romani, non sic eam abiecerunt. Seneca autem pertractas hoc aurei  
verbum, Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum Fin-  
ge deo, dicit, nullum dignum deo, nisi paupertatis amator. Dona,  
ad hunc locum dicit sic. ¶ Ad testa.) Vt iam appropinquasse osten-  
dat: non autem testa, ne ingredi viderentur. ¶ Regia.) Quæcumque do-  
mus, modo a rege habitetur, regia, iure dicitur. ¶ Aude hospes.)  
Multum tribuit Æneæ, quum Herculi comparat. ¶ Rebusque veni non  
asper egenis.) i. ne asper veni, rebus non egenis. Sum enim pau-  
per, cui & si copia desit, aliquantæ tamen substantiæ sunt: sed non  
sum egenus. Ille enim, in miseria est & egestas. Ergo, non bis re-  
petendum. ¶ Libydidis vrsæ.) Vt ex pretio bestie, aliquid gratiæ  
illi strato adderet. ¶ Vulcanum adloquitur.) Tantum habes spei,  
quantum vxor de viro concipere debet: & tantum desperationis,  
quantum odium inter victricum & priuignum esse cõsuevit. Ergo  
illum fraude adoritur. ¶ Thalamo. (Vt inter secreta lectuli extor-  
queret, quod ille nollet. ¶ Diuinum.) Quem humanis peccatoribus  
dono inferere consuevit. Nam amor, qui est ex voluntate nostra,  
humanus est. ¶ Priami natis.) De Creusa maxime intelligit. La-  
borat autem, vt verecunde videatur petere: ne mariti auxilium ina-  
niter rogaret, in rebus quæ moueri non possent. ¶ Eadem.) Que  
tacui. ¶ Genetrix nato.) Maiorem miserationem mouet nominis  
necessitudinum, quod mouisset nominibus proprijs. ¶ In me.)  
Iunxit personam suam, vt magis moueret. Hec ille. ¶ Ordo est.  
Æneæ, Euander, & Pallas, subibant ad i. iuxta: testa. i. domicilia  
Euandri pauperis: ergo & testa tunc modica erant: & videbitur  
menta passim. i. fere per singulos passus, circa regiam Euandri mu-  
gite, scilicet tunc: foro Romano. i. vbi postea Romanum forum  
fuit: ad rostra. s. & carinis. i. ædificijs, ad modum catinarum factis:  
lautis, id est mundis, & splendidis, que erant ad viam sacram: vbi  
nunc sunt diui Petri vincula: vt. i. postquam: ventum, sup. est: ab eis,  
id est postquam venerant ad sedes. s. regias, id est ad domicilia Euan-  
dri: Euander, inquit, Alcides, id est Hercules: victor, scilicet mon-  
strorum, vt Gertone: & Caci: subijt. i. subintravit, hec limina: &  
hec, scilicet tam modica: regia, id est regis domus: cepit, id est ac-  
cepit, aut suscepit, seu recepit illum, scilicet tantum deum, & vi-  
ctorem, Iouisque filium. Et ideo, o hospes Æneæ, aude: quasi rem  
terribilem, & præter hominum opinionem paradoxon, prædicet  
contemnere opes, id est diuitias: & finge, id est effice, & compone,  
seu ostende factis: te quoque, id est etiam te, dignum deo. i. qui  
deo habearis: quia deorum est, humanas opes continere: aut finge  
te dignum deo, id est illius hospitio susceptus illi æqueris: &  
veni non asper, id est benignus, & placidus, facilisque: reb. egenis,  
id est in res modicas: aut (vt Dona. vult) rebus non egenis. quæ  
uis non luxuriosis, vt bis dicatur, non dixit, & duxit Æneam in-  
gentem, subter falsigia, id est culmina: angusti tecti, id est modici  
domicilij, & arcti, si ad dignitatem Æneæ respexeris: facit ergo an-  
tithetism: nam antitheta sunt, ingentem, & angustum, quod ornatum pa-  
riunt, alijs nimis affectat: vnde Persius, Librat i antithetis, &c.  
& locauit. i. constituit eum: stratis. i. lectu sternijs: effultu. i. iustis  
tatum: solijs. s. arborum: & pelle vrsæ Libydidis. i. ex Libya. Nox  
ruit interea. s. dum coenarent: & amplexitur. i. circūplectitur tellu-  
rem. i. terram: alis fuscis. i. vmbris eius. s. telluris. At. i. sed: Venus  
mater. s. Æneæ, exterrita: haud. i. non: nequid. i. frustra: sed gra-  
uij de causa: & mota minis Laurentum. i. Laurentium populorum:  
& tumultu duro, id est difficili sedatu: adloquitur Vulcanum. s. ma-  
ritum suum: & incipit hic. i. hunc sermonem, exorditur aereo. i.  
ornatissimo thalamo, coniugis. i. mariti sui: & aspirat dictis. i. ver-  
bis suis: diuinum amore. i. gratiæ diuinitatis suæ. Dum. i. quando:  
aut donec: seu quando reges Argolici. i. Greci: sed precipue Argoli-  
ci: vastabant bello, Pergama, id est Troiam debita. s. ex fati, igni-  
bus



bus inimicis: & arces. I. Iij: casuras. i. que cadere debebant, igni-  
 bus inimicis: ego non rogavi miseris. i. Troianis: vllum auxiliū,  
 scilicet abs te. & non rogavi arma tuę artis, & opis. i. facultatis.  
 nec. i. & non: & ego, o clarissime coniux, nō volui exercere te: ve,  
 pro vel: tuos labores incassum. i. frustra: quāuis ego deberē pluri-  
 ma natis Priami, precipue Paridi, qui pro ea iudicarat, cōtra Mi-  
 neruam, & Iunonem, & Creusā, q̄ Æneā nupserat: & quāuis fle-  
 uissem sæpe laborem durum. i. vix tolerabilem, aut diu duratu-  
 rum Æneā: qui, sup. constituit. i. constitutus est nūc: imperijs To-  
 uis. i. per imperia, & voluntatem Iouis: oris. i. regionibus, Rutu-  
 lorum, illorum populorum, Turno subditorum: ergo, quia nūc  
 in summo periculo versatur: & tamen illi succurri potest, quia fa-  
 ta non obitant: ergo eadem: quæ. s. prius, nihil cōtra fata molita  
 sum: venio supplex. s. ad te: & o numen sanctum. i. obseruandum  
 mihi: ego genitrix. i. mater: rogo. i. expeto: nato. i. filio meo, arma  
 vt pia sit petitio. Seruius tñ, q̄a marito tristi, esset subuenire filio  
 vxoris ex adulterio cōcepto: vult ordinē esse, Ego eadem rogo  
 nunc, o sanctū mihi numē, arma. nō dicēdo. s. cui, aut pro quo vr:  
 tū satis inuere cui, quia p̄miserat: & durū Æneę fleuissim sæpe fa-  
 borē: si tñ Seruiū sequamur qd̄ non placet. dicamus, filia Neri. s.  
 Thetis: genitrix. s. Achillis: potuit fletere nato. i. filio suo Achilli,  
 hoc est ad cōmodū eius: te lachrymis. s. suis: & cōiux Tithonia. i.  
 Aurora:

Aurora: potuit te fletere lachrymis: vt. s. Memnoni filio ei' arma  
 fabricares: vñ in. j. Nūc qbus Auroę vēisset filius armis. & abbi,  
 Et nigri Mēnonis arma. Aspice q. i. q̄les ppli, coeant. i. cōgregent.  
 Hic manifeste docet: se p̄ Æneā rogare: & q̄ mōxia acuant ferrū  
 i. arma: q̄a dictū est, qd̄ qnq; vides: portis. i. ciuitatū clausis: vt in  
 graui bello fit: i. cōtra me: & i. i. ad: excidiū. i. destructionē meoꝝ  
 P I E R I V S.

(Carinis.) In Roma, cod. legif, cauernis, errore scedo. f̄ Subter  
 fall. te. In gētē Æneā duxit.) In co. aliquot ant. subest, legif. sed,  
 subter. lecho castior vr. ar. In gētē Æneā duxit, ip̄secta rit ofo.  
 f̄ Aspirat.) In aliquot an. co. inipirat. Sed & adpirat, iuenif: qd̄  
 nōnullis placet. f̄ Opis ve.) In ant. aliquot co. opusue: vt sit, Ar-  
 ma, opusue artis tuę. Nā nō tā armoz p̄fidū, q̄ et artificij vifen-  
 dam pulchritudinē, admirabitur poeta, in armis ipsis. Est etiam,  
 opis q̄, legere. f̄ Imperijs Rutuloꝝ.) In Oblon. cod. & qbusdam  
 alijs ant. imperio, vnitatis numero, legitur: qd̄ etiā apud Ser. ad  
 uertas. Missum vero faciam, qd̄ in plerifq; co. & hic, & alibi, Ru-  
 tiloꝝ, secūda syllaba per i, nota. f̄ Genitrix.) Ex anti. co. scriben-  
 dū, genitrix, media syllaba per e. vt alibi monuimus. f̄ Nerei.)  
 In co. aliquot ant. Neerei, legit. In nōnullis Neres. Super quo de  
 clinatu multa Ser. memorat. Prī. vero in hmōi noibus, positū,  
 ait, datiuū pro genitiuo. Quare, Nerei, scribēdū erit. Sed, Neri, p̄  
 nūciare non incōgruū, facta syngrapha in u, Græcā diph.



Virg. Iij ij Seruius



SERVIVS.

**C**unctantem.) Scilicet de promissione, quam rem par amplexum suum imisso amore persoluit. **F** Accepit solita flammam.) Alludit ad rem naturam. **N**aq; ideo Vulcanus maritus fingitur Veneris, qd Venerium officium non nisi calore consistit. **V**nde est, Frigidus in Venerem senior. **F** Labefacta possit.) Si ossa labefacit, quanto magis aiunt? **A**tpolim.) Fere vt solet, nam non est aduerbium tpsis. **F** Ignea rima micans.) Id est fulmen, cuius naturam expressit. **N**aq; nubes vento coactae plerūq; rumpunt, & ex se fulmen emittunt. **F** Formae conscia coniux.) Intellexit se dolis & pulchritudine peruertisse mentem mariti. **F** Deinctus.) Hoc sermone ostendit eum posse cuncta concedere. **F** Ex alto.) Argumentatione longe repetita. **F** Nec fata vetabant stare.) At qui supra ait, debita. Sed scidum scdm aruspiciam libros & sacra Acherontia, quae Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri: qd nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. Ergo non est contrarium: nam fata differunt tantū, nunquā penitus immutantur: quod et Iuno dicit, **A**tp; immota manet fatis Laetitia coniux, **A**ttrahere atq; moram tantis licet addere rebus. **F** Si bellare paras.) Quia dixerat, **I**n me excidiūq; mebrū. **P**ossim promittere curae.) Quicqd in me curae est, id est officij & sollicitudinis. **F** Liquido electro.) Puro: & scdm Plinium in naturalihistoria, sunt tria electri genera: vnū ex arboribus, qd succinū dicitur, aliud quod naturaliter inuenit, tertium qd fit de tribus partibus auri & vna argenti: quas partes et si naturam resoluas, inuenies. **V**nde errant qui dicunt melius esse naturale. **E**lectri autem natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emittit, & varios ad dissimilitudinē reddit colores. **F** Animae.) **V**enti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. **H**oratus, **I**mpellunt animae linthea Thraciae. **V**nde & aia dicitur, quae scdm aliquos ventus est, vt, **A**tp; in ventos vita recessit. **P**recando viribus indubitare tuis.) **I**d est dubitare, nā in vacat, & hoc dicit, **P**recum nimietas, postulationis signat dubitationem. **F** Coniugis infusus gremio.) **H**oc est, ante concubuit, & sic quietuit. **P**robus vero & **C**arminius, ppter sensum **C**acephatae, infusum legunt, vt fit sensus, **D**ormiunt cum coniuge dormiente, id est petijt soporem infusum etiam coniugis gremio. **F** Curriculo.) **T**empore modo: aliās loco: aliās officio. **F** Colo.) **H**unc se quimur: nam huius coli dicimus, nō vt **S**tattius, hulus colus. **F** Tenuiq; **M**inerva.) **E**t non filo tenui, sed paruo pretio lanificij. **E**t alij hic distinguunt, & subaudiunt mos est, aut placet, vt fit sensus, **C**ui tolerare colo vitā, tenuiq; **M**inerva mos est, vel placet, & sic inferunt. **F** Impositum cinerem, & sopitos suscitāt ignes.) **V**t ecōtra **H**oratus, **I**ncedis per ignes suppositos cineri dolofo. **A**lii sic legunt, **T**enuiq; **M**inerva impositum: id est, cui haec necessitas est fataliter data. **F** Noctem addens operi.) **P**er transitum ostendit noctem esse partem diei. **F** Exercet penso.) **F**atigat. **T**erētius, **P**rimo haec vitam parce, ac duriter agebat, **H**inc ergo traxit **V**irgilius vt diceret, **C**astum vt seruare cubile. **F** Ignipotens.) **V**ulcanus, vt diximus, ignis est: & dicitur **V**ulcanus quasi volicanus, quod per aerem volat. **I**gnis enim ex nubibus nascitur. **V**nde etiam **H**omerus dicit eum de aere precipitatum in terras: qd omne fulmen de aere cadit: quod quia crebro in **L**ernum infulam iacitur: ideo in eam dicitur cecidisse **V**ulcanus. **C**laudius autem dicitur: quia per naturam nunq; restus est ignis. **F** Ad fabrilia surgit.) **D**ura: & ex contrarijs epithetis fecit ornatū, dicēs, **M**ollibus ē stratis opera ad fabrilia surgit.

**D**ixerat, & niueis hinc atq; hinc diua lacertis  
**C**unctantem amplexu molli fouet: ille repente  
**A**cccepit soliram flammam, notusq; medullas  
**I**ntrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit:  
**N**on secus, atq; olim tonitru cum rupta corusco  
**I**gnea rima micans percurrit lumine nymbos.  
**S**ensit leta dolis, & formae conscia coniux.  
**T**um pater aeterno, satur deuinctus amore.  
**Q**uid causas petis ex alto? fiducia cessit  
**Q**uo tibi diua mei? similis si cura fuisset.  
**T**um quoq; fas nobis **T**eueros armare fuisset.  
**N**ec pater omnipotens **T**roiam, nec fata vetabant  
**S**tare, decemq; alios **P**riamum superesse per annos.  
**E**t nunc, si bellare paras, atq; haec tibi mens est:  
**Q**uidquid in arte mea possum promittere curae,  
**Q**uod fieri ferro, liquido ve potest electro,  
**Q**uantum ignes, animaeq; valent: absiste precando  
**V**iribus indubitare tuis. **E**a verba loquutus,  
**O**pratos dedit amplexus, placidumq; petiuit  
**C**oniugis infusus gremio per membra soporem.  
**I**nde, vbi prima quies medio iam noctis abactae  
**C**urriculo expulerat somnum: ceu foemina primum  
**C**ui tolerare colo vitam, tenuiq; **M**inerva,  
**I**mpositum cinerem, & sopitos suscitāt igneis,  
**N**octem addens operi, famulasq; ad lumina longo  
**E**xercet penso, castum vt seruare cubile  
**C**oniugis, & possit paruos educere natos,  
**H**aud secus ignipotens, nec tempore segnior illo  
**M**ollibus ē stratis opera ad fabrilia surgit.

POE.

DONATVS.

**D**ixerat, & niueis.) Ecce quantum veneri profuit obseruasse loci, teporis, & personae rationem. non enim tantum commouerunt vulcanum veneris verba, quantum necessitas ipsa poscebat. deniq; posuit cunctantem. sed hoc non fuerat parum. Si enim non ple- ne tamē vterq; commotus est. in huiusmodi cunctationibus quid sperandum sit, Terētius docuit, qui ait. **D**um in dubio est animus paulo momento huc vel illuc impellitur. **N**ecessarium igitur aliquod fuit inuentum, vt dubitantem venus ab incerta sententia celerius reuocaret. **F**uit, inquit, in amplexus eius vxor, & inde magis obtentura, & pulchra hominem circūdedit brachijs niueis, delicatis, mollibus. **P**escit arte, qd alio tempore atq; alio loco non poterat. **I**lle vero totis medullis ac membris sic amoris calores accepit, vt nulla pars corporis eius non dissoluta mansisset. **T**antū potuit fraudis inuētio, vt vis hūm p omne corpus perq; corporis venas & medullas excurtens totū extorqueret marito cunctanti, quod vicius negare potuerat, accedente et notitia veteris affectus, quae in concitandis animis plurimū valet. **F** Non secus, atq; olim.) **P**oetarum more inseruit comparationem vt ostenderet qua vi per venas & medullas vulcani amoris incendia peruolauerint: quemadmodum, inquit, solent missa fulmina ruptis nubibus tre tota celeritate per nimbos. **F** Sensit leta dolis.) **T**ristis antea de incerto, vbi maritum aduertit esse superatum. **F** Et formae con. con.) **E**t illum vicium esse forma potius qd verbis vxoris laetata non immerito est, dolos suos plenis effectibus profecisse. **F** Tum pater aeterno.) **P**atrem dixit, qui loco fuerat pneg profuturus: licet illum venus alia ratione vinctū set. **F** Quid causas petis &c.) **Q**ua circūtionē ait vti voluisti verborum? dubitasse te de mariti voluntate ostendisti? **S**ic exosus est, quasi non ipse esset, qui paulo ante cunctabatur: ita se facilem praebet, & tanq; veneris non intelletus ingenio bonum fe satis & beneuolūm praestat, quantum illum fecit libido subiectum? **S**i considerares, inquit, esse te coniugem meam, & quid vxor de marito mereatur, aduerteres, non duceres ex alto principia, nec petitionem tuam circūtionē munires. **D**iffidentis hoc signum est: nū quā enim inter coniunctas religione personas petitionem futurā sermo laboratus anteuenit, nisi quum honestatis ratio non superpetit, aut desistitur meritis persona possentis. **V**elim igitur eius diffidentiae nosse rationem, cuius erroribus ducta verborum superfluus anfractibus impetrare contendis, quod summoa posses loquacitate praesumere. **F** Similis si cura fuisset.) **R**eprehendo sit perioris & praesentis temporis diffidentiam. **P**rocliuem se monstrat effectum, ait quippe & tunc si suggessisses aliquid tuis fuisse necessarium, hos potuisses competenter armare, non enim sumrum exitum rerum aliquis poterat nosse. **D**icendo & tunc, ostendit se nihil in presenti negaturum. **F** Nec pater omnipotens.) **H**ic tractat poeta, factorum vim quidem non posse subuerti: posse tamen imminens malum aliqua ratione differri. **E**t si peritura, inquit, fuerat troia, posset tamen aliquando adhuc tempore perdurare, hoc iuppiter & fata poterant finire. **S**i etiam tunc diligentia habuisses, & curam, vt in eo constitueretur beneficij comōdum, si quod celerius perijt, tardius interiret. **F** Et nunc si bel. pa.) **R**espondit ad praeterita, & ad praesentia benignior venit. **I**ta enim & ille si bello comprobatur vtilem se troianis exhibere posse, si praesentia necessitati spondeat profutura. **S**i vere, inquit, bellare disponis, & hauius gerendae rei tua fixa sententia est. **F** Quicqd in arte. m. po.) **A**ltera pertinet

VVL.

POE.

pertinet ad firmitatem, alterum ad pulchritudinem: plurimum enim terrorem hostibus incutit etiam splendor armorum. Ecce plus promittit, quā petierat venus. debet atque quippe postulantem sola arma ex ferro promittere, hic addidit dicens laciam ex ferro, & quod ultra necessitatem est, electro ornabo, quod fecero. ¶ Quāto ignes, anti. q. va.) Dabunt, inquit, mecum operam, ignes, & veteri animas quippe dixit ventos, quibus ignis animatur, ut fortius calescat ferrum. ¶ Abhiste precando.) Abhiste, diffidentiam tuam monstrare, dum rogas. proinde quā quicquid possum tuum sit, remotis precibus utere viribus tuis. Ea verba locutus optatos de dit amplexus. vbi verbis talibus plenus promittit effectus iuit in amplexus vxoris. per amplexus cætera quocq; consecuta intelligenda (sunt. ¶ Placidum q. petiuit coniugis inf.) Significatio gremij diuersitatem tenet. gremium. n. intelligitur nō solum fedetis sinus, verum etiam quicquid homini ad requiem prestiterit locum. Deniq; hoc ipsum et alio loco tetigit poeta, quā de eadem venere & de alciano loqueret. At venus, inquit, alciano placidam per membra quietem ingerit, & totū gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos. gremium dixit sinum, quē parauerat dormituro. Item, hæc oculis, hæc pectore toto hæret, interdum gremio fouet, hoc est reficit sinu, quasi eum qui pedibus suis peruenisset ad patrem. Et coniugis in gremium late descendit, quia quum pluit, excipit terra quicquid de summō descendit. Ecce & hic coniugis in gremium, memorat infusum vulcanum: hoc est totum proiectū in corpus vxoris. Bene posuit infusum in vxoris sinum, quā supra dixit, ille repente accepit solitam flammā, notisq; medullis. Intra iit calor, & labefacta per ossa cucurrit: infundit ergo quā amoris liquefecerat calor. ¶ Inde vbi prima quies.) Vbi, inquit, medium noctis exactum est, & satiatus somno vigilauit, non dum cōpleto sensu, quo ostenderet poeta vulcanum surrexisse ad conficiendam armorum fabricam, induxit in medio cōparationem, & fecit saltum. peractūq; eius descriptionē rediit ad eundē. ¶ Cum foemina pri. Cui tol. co. vi.) Quemadmodum solet foemina labore & honestate lanificij necessitatibus domesticis subuenire non tēporibus lucis, castum seruatura mariti coniugium & pastura liberos suos, non grauius vigilare per noctē, conficere ad lumē stammina, & exercere famulas suas. sic & vulcanus placiturus vxori mollia strata deseruit laborem præferens voluptati, ut instanti vulcani armorum preparatiōe poeta describeret. comparauit et foeminam pauperē, quæ non in alimoniam suā verum etiā natum sollicitudine tangeretur, & castitatem mar tali toro debitā cuperet custodire. huic famulas dedit, nocte vigilantes, quæ laborabant. Adhuc facti ipsius cām in qua vera pauperties demonstratur, castum vt seruare cubile coniugis, & possit paruos educere natos: melius existimas lanificij & labore victum, qui nō erat liberis paruulis, q̄ corrupta & violata matrimonij fide congrere. Ecce quantum animus amoris, quantum proficit artificij veneris, excitatur vulcanus noctis medio, relinquunt pulchra vxor, & blandi talis foeminae deferuntur amplexus: præponitur quieti labor, celo spelunca, & strato molli contempto fabrilis artis difficultas elicitur. hoc enim desiderabant ratio tps & graues estus vxoris, ut submota omni segnitie pfectis opportune armis gratior rediret ad coniugem. Describitur locus, in quo vulcani fuerat officina.

## ASCENSIVS.

¶ Dixerat, & niueis, &c.) Recitat quō Vulcanus, Veneris illeclus blanditijs & valido ireritus amore, ad fabricanda arma consensus. De qua re dicit Dona. sic. ¶ Accipit solitam flammam.) Ostedit plus profuisse loci, tps, & personæ obseruationē, q̄ verba. ¶ Patet.) Qui loco patris / Eneæ esset profuturus. ¶ Quid cas?) Ita loquitur, quasi non ipse esset qui paulo ante cunctabatur. ¶ Ex alto.) Longa circuitus verborū. ¶ Nec pater omnipotens.) Non posse penitus subuerti, sed posse differri fata, ostendit poeta. ¶ Ferro.) Ad robur pertinet. ¶ Electro.) Ad pulchritudinem. Sed armorum splendor, vehementer terret hostes. ¶ Animæ.) Venti, quibus ignis animatur. ¶ Gremio.) Intelligimus gremium, non solū fedentis sinum, verum etiā quicquid homini ad requiem præstiterit locum. Ita alibi, Et forum gremio dea tollit in altum. ¶ Famulas.) Pro manibus accipiamus, quibus vice famularum vtuntur pauperiores: quibus ad cōparandas famulas, pecunia nō est. Hæc ille. ¶ Ordo est. Diua. f. Venus: dixerat, idest finiuerat orationem suam: atque fouet molli amplexu, lacertis niueis. i. candidis: hinc, atque hinc. i. vtrinque circumplectentibus. Vulcanū. f. cunctantem, idest dubitantem: an pro filio ex adulterio concepto obsequi deberet: ille. f. sic cunctans Vulcanus: accipit flammam. f. amoris, solitam. i. consuetam illi: & calor notus. i. solitus. f. amoris,

ris, intrauit medullas: & cucurrit per ossa labefacta. i. mollificata, & labentia: non secus. i. non aliter: ac. i. q̄: rima. i. fissura, aut p fissuram exiliens ignea. i. fulmen, quod per rimas nubium exilit: micans. i. resplendens: percurrit lumine corusco. i. tremulo: nym bos. i. nubes ventosas. Coniux læta dolis. f. suis. i. artificiosa circūuentione, & conscia formæ. i. confidens de forma sua. sensit. i. percipit, Vulcanum amore captum & labefactū. Tum. i. tūc pater. f. Vulcanus, / Eneæ patris loco futurus: deuius. i. obligatus, Veneri æterno amore satur, sup. sic. Quid. i. ad quid: petis causas ex alto: idest longe petitas, per circūloquutionem, & insinuationē. Qui. i. quō (aut quo, legatur) o diua: fiducia mei. i. quā prius habuisti de me: cessit, sup. tibi. i. recessit a te: si similis cura fuisset, sup. tibi. i. sollicitudo de armis habendis: fuisset nobis fas. i. licitū: quoque. i. etiam: tum. i. tūc, scilicet quum Argolicus reges vastarent Pergamā, armare. i. armis instruere: Teucros. i. Troianos: nec pater omnipotens. f. Iupiter: nec fata vetabant Troiam stare, idest diutius: & Priamum superesse, idest extare, per decem alios annos: quia tot in obsidione erant Græci. Et nunc, si tu paras bellare. i. bella gerere: atque si hæc. i. huiusmodi mens est tibi: abhiste indubitare tuis viribus. i. diffidere de tuis viribus, aut dubitare in tuis viribus precando. i. suppliciter orando: qui enim præcat, significat se non posse, nisi per eum quē precatur, abhiste (inquit) indubitare: quidquid curæ. i. sollicitæ diligentia pnt promittere in mea arte: & id quod pot fieri ferro: ve pro vel: electro liquido, idest puro. Et est versus spondaicus: nam (vt Ladinus docet) licet iueniatur apud Lucretium potestur, qui ait in. ij. Quod tñ exple ri nulla ratione potest. tamen hoc loco non pot dici potestur: eo quod electrum, primā productam habet: scribitur enim per h r r quod semper producitur: sic, ἤλεκτρον de quo per Politianū statim videbimus plura: & quantum ignes, & animæ. i. venti: valēt, sup. efficere in fabili arte. Vulcanus, sup. loquutus ea verba, dedit amplexus optatos. i. quos plurimum iam infamatum optauerat: & infusus gremio coniugis, petiuit placidum soporem: per membra. f. singula. i. post coitum placidæ dormiuit in gremio coniugis: inde, idest deinde: vbi prima quies abacta. i. transacta, & absumpta, iam medio curriculo noctis. i. per hoc quod mediū curriculum noctis transferat: hoc est tps quo nox currit: ceu, idest veluti foemina: cui primum, idest precipuum est: tolerare. i. sustentare: colo. i. nēdo: & Mineruā tenui. i. exercitio Mineruæ, hoc est textura tenui, vitam. f. suam, suscitāt cinerem impositum. f. super ignē, & igneis sopitos. i. cooperptos cineribus, addens operi, idest operationi: noctē. i. partē noctis impartiens: & exercet penso longo. i. fatigat stamine penso: ideo ad pondus dato, aut lino, seu lanitio colo, imposito ad lumina. f. lucernarū, famulas, scilicet manus suas aut pauperulas ancillas: ut possit seruare cubile coniugis, scilicet sui castum: ita vt non cogatur turpi q̄ssu vitam defendere: & educere, idest educare: & in matrimonium, aut aliam familiam docere: paruos natos, idest liberos suos. Si est quum foemina primum, ordo est. Quum, idest quando: foemina cui, &c. suscitāt primum, &c. sed quia sequitur haud secus, &c. dicerem ceu, vt reperi. Haud secus. i. non aliter, ignipotens. f. Vulcanus, deus ignis: nec segnior, scilicet quā foemina diæta (Laurentius tamen Vallensis, sed meo iudicio, non recte sentit ordinē esse: nec segnior ille tempore: sed melior est) surgit illo tempore. f. quo foemina surgit et stratis mollibus. f. vbi Venerē dereliquit ad opera fabrilia, quæ nimirum dura sunt: & ita est antitheton in epithetis saltem.

Verba Politiani sunt, Pudet referre q̄ manifestum: sed nondum tamē a quoquā quod sciam, nisi nobis indicibus animaduersum mediū Virgilianis codicibus inoleuerit lib. / Eneī. viij. Quod fieri ferro, liquido potestur electro. Ceterū in volumine illo, quod est in intima Vaticana bibliotheca mire vetustum: & grandibus characteribus perscriptum, nō potestur offendas: sed pot vstitius verbū, quē et verior esse lectio: vel inde probat, qd electū vbi que prima syllaba longa, tam apud Græcos ponitur, q̄ apud nostros: neque quidq; interpretes super verbo, potestur, alioquin nouo, inusitatoq; loquunt. Haud tamen præterit me veteres hoc quoque protulisse, sicut Pacuuium in Chryse: sicut et Lucretiū, quemadmodum & poteratur, lectum a Nonio Marcello est in Cecilianis annalibus. Sed & alter locus itidē vitio confimili laborat apud eundem Poetā, Sceptra Palatini. sed q̄ petiuit Euan dri. Quum in volumine eodē non petiuit, trissyllabum: sed, petiit, dissyllabum scriptū inueniatur. Quod & metri vis cogit: alio qui prima syllaba Euandri, contra omnem vel rōnem, vel cōsuetudinem, breuis foret. Est vero in vtroq; versu, spōdeus in quinta sede. In verbo aut petiit, syllaba ipsa posterior: vel quia fit in fine, vel quia coalescit vna ex duabus iure producta est. Martianus aut Virg. Iij ij Capella,

Capellae, syllabam docet ubiq; esse commune, quae desinat in litera: sicut in illo cernimus Virgi. Nam tibi Tymbræ caput Equi durius abstulit ensis.

PIERIVS.

Cunctantem amplexu molli fouet.) In Seruii verbis aliqd defyderatur: & vt illi etiam suppetias seramus, Nonius Marcellus locum hunc exponens ait, Cunctantem, dubitantem. Quare ita etiam apud Seruii legendum crediderim, Cunctantem, dubitantem. f. de promissione. Deest enim dubitantem, in Seruianis scriptis. Et labefacta per ossa cu.) In plerisque codi. anti. calesacta, legitur, labefacta, Serui. agnoscit. Quae phrasid Catulliana est, non nullam rare labefactes munere vestis. Tum pater aeterno, satur deus amoris.) In Roma. codi. & in quibusdam alijs. peruectibus, deuinctus, legitur: quod amoris proprium est, & vinculu in mysticis significationibus colligere denotat. Neminem enim facilius ad te trahas, & arbitrio colligaris tuo q; amantem: poeta vero passim amoris laqueos, & retia decantant: vt saepe apud Lucretium, Nam vitare plagas in amoris ne laetamur. Non ita difficile est, q; captum retibus ipsis, Exire, & validos veneris pererrum pere nodos. Quid causas petit ex alto: fiducia cessit. Quo tibi diua mei? Legitur vtroq; loco, quid: vt repetitio sit, Quid causas petit ex alto fiducia cessit, quid tibi diua mei? Sed, quo, aduerbiu, secundo

SERVIUS.

Insula Sicaniu iuxta latus, Aioliamq; Erigitur Lipare.) Physiologia est cur Vulcanus in his locis officina habere fingatur inter Aetneam & Liparem. s. propter igne & ventos quae apta sunt fabricis. Aiolia autem ideo Liparem, quia vna est de illis septem insulis, in quibus Aiolus imperauit. (Antra Aetna tonant.) Magnitudinem icluu ostendit, quibus etiam vicini montes resultabat: aut certe Aetna quasi Aetne dixit. Auditi referunt gemitus.) Per echo: & breuiter significauit. Stricturae chalybibus.) Strictura est terra ferri in massam coacta. Chalybes autem proprie populi sunt, apud quos nascitur ferrum: vt, Ipe ad Chalybes nudi ferrum virosque Pontus Castorea. vñ modo Chalybum posuit stricturas, p ferri massis. Hoc tunc.) Id est huc tunc: & hoc pro huc posuit scdm antiquum morem. Nam antea hoc aduerbiu loci fuit, qd nunc aboleuit. Nam crebro in antiquis lectionibus inuenit, sicut in epistolis probat Verrius Flaccus exemplis, autoritate, rone, dicens in aduerbijs pro u, o plerumque maiores ponere consueverunt: & sic pro huc, hoc veteres dicere solebant: sicut p illuc, illo dicimus. Vnde etiam hoc, o longu esse apparet, sicut illo dicimus, qd pro illuc ponit. Brontesq;.) Quid facturi sint, ex noibus docet. Na Brontes a tonitru dictus est, & πρὸ τῆς βροντῆς. Steropes.) A fulgetra. ἀπὸ τῆς στροπῆς. Pyracmon) veto, quia quae a calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἀμμοῦ νοσ. Na πυρ ignis est, ἀμμοῦ incus. F Nudus membra.) Per hanc et ceteros nudos fuisse significat. F Informatum.) In quandam formam designatum & compositum Dicit autem in fulmine parte non perfectam, partem iam politam

Infula Sicaniu iuxta latus, Aioliamq; Erigitur Liparen, sumantibus ardua saxis: Quam subter specus, & Cyclopuum exesa caminis Antra Aetna tonant, validiq; incudibus ictus Auditi referunt gemitus: striduntq; eaueris Stricturae chalybum: & fomacibus ignis anhelat: Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus. Hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto: Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon. His informatum manibus iam parte polita Fulmen erat, toto genitor quae plurima caelo Deiecit in terras, pars imperfecta manebat. Treis imbris torti radios, treis nubis aquosae Addiderant, rutili treis ignis & alitis Austri. Fulgures nunc terrificos, sonitumq; metumq; Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras. Parte alia Marti, currumq; rotasq; volucres Instabant, quibus ille viros, quibus excitat vrbes: Aegidaq; horrificam, turbatae Palladis arma Certatim squammis serpentum, auroq; polibant: Connexosq; angueis, ipsamq; in pectore diuæ Gorgona, defecto vertentem lumina collo. Tollite cuncta (inquit) ceptosq; auferte labores VVL. Aetnei Cyclopes, & huc aduertite mentem: Arma acri facienda viro, nunc viribus vsus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra: Precipitate moras. Nec plura effarus: at illi Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem Sortiti: fluit aë riuis, auriq; metallum: Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquefcit. Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra Tela Latinorum, septenosq; orbibus orbis Impediunt. alij ventosis follibus auras Accipiunt, redduntq;: alij stridentia tingunt Aeralacu. gemit impostis incudibus antrum. Illi inter sese multa vi brachia tollunt In numerum, versantq; tenaci forcipe massam.

POE.

mentum si in pectore numinis fuerit, egis Vocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. Turbatae.) Pro turbantis, nam timuit Homocoeleu

secundo loco magis placet. illud aut, quod est ex alto. Serui. exponit, argumentatione longe repetita. Nonius, ex vetusto & antiquo interpretatur. Quod fieri ferro li. potestur ele.) Potestur, omnino in codi. aliquot antiquis reperitur: & in aliquot etiam duae vitulae literae abrafactae sunt. In Roma. tamē, & in quibusdam alijs codi. ipsa vetustate venerabilius, potest, habetur. Quod magis placet, vt duo declinemus euitanda, potestur, illud quod Lucretiana temporam iam obsoletum. & primam in dictione, electro, correptam: quae natura longa est: vt, Sudat electra Myricae. Ηλεκτρον enim Graece, per, vocalē omnium porro consensu longā, scribitur. Placitūq; petiuit Coniugis infusus gre. per me. so.) Sunt codi. admodum veteres, in quibus, infusum, legitur, quod non aequae placet. Ceu soc. pri. Cui to. co. vi. tenuiq; Minerua.) Quia sequit infusum, haud secus ignipotens, crederent nonnulli, Ceu foemina, legedum. Sed enim codi. pleriq; veteres, cum his, qui apud me sunt, quum nō ceu, legūt: spectat enim comparatio ad tempus etiam ante Lucanum, quod & Volcanalia nūcupat: quare addit, Nec tempore segnior illo. Sed hoc vtcunq; placeat, non laboro. Quod vero super tenuiq; Minerua: tam multa congerantur ab interpretibus, in loci huius expositione excogitata, aliter nonnulli codi. ad modū antiqui legūt, vbi, calathisq; Mineruae, habetur. Sed enim, tenuiq; Minerua, in Ro. co. est: in Me. & alijs quibusdam: eaq; lectione magnoscunt Aru. Messus, & Priscia.

lita fuisse. Toto genitor quae plurima caelo.) Toto caelo, ab omni parte caeli. Na dicitur physici de sexdecim partibus caeli iaci fulmina. (Quae autem, qualia: vt, Hunc ego te Euryale apicio. i. talē. Ergo hoc dicit, Faciebant fulmen in eorum similitudinē: quae Iupiter iacit toto caelo, hoc est diuersis partibus caeli. f. sexdecim. Treis imbris torti radios.) Costricti & coacti in grandine. Statius, Siccos quos asper hiatu Praefolidat Boreas. Et sciendū hoc eum velle ostendere, toto anno iaci fulmen in partibus, Periphraſis gra ostendit anni totius, quae & quatuor esse & ternos mēses hēre manifestū est. Vñ dicit, Treis imbris torti radios: hoc est grandinis quae abūdat per hyemē. Treis nubis aquosae.) Hoc est veris, quo tempore nimiae sunt pluuiae. vt, Et ruit imbriferū ver. Rutuli treis ignis.) Hoc est aestatis. Et alitis austri.) Id est Autūni, quo vētorum crebra sunt flamina. Et prudenter his noibus naturā exprimit fulminis: qd necesse est vt per nubes nascat & vētos. Fulgures nūc terrificos. Quas fulgetras dicunt. Sonitumq; metumq;.) Per Sonitū, tonitrua ostendit: per metū, fulgetras. Et hunc ordinem sic posuit vt hominibus videtur. Nam re vera prior est collisio nubiu, vnde ignis micat. Nos autem ideo prius fulgetras videmus q; tonitru audiantur, quia velocior oculorum q; aurium sensus est. Sequacibus.) Persecutricibus. Aegidaq; horrifera.) Aegis proprie est mimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munus

don, & fecit supinum significationem. Alij ad fabulam referunt, quia dicitur in bello gigantum arma perdidisse turbata, vt quasi ipsa nunc reparet. cuius dicti nullus autor idoneus inuenitur. ¶ Squamis serpentum, auroq; polibant. Aegida horrifera auricis squamis serpentum certatim polibant. Alij volunt re vera de corio serpentū dicere arma esse leuigata. ¶ Connexoq; angues. Gorgonijsq; scilicet capiti. ¶ Defecto vertētē lumina collo. Aut sua lumina circūferentem, & mortis indignatione quærentē quorum se interitu posset vlcisci. Aut certe intuentum lumina in faxa vertentem. Hoc autem caput ideo Minerua fingitur habere in pedore, quod illic est omnis prudentia quæ confundit alios, & impios ac saxeos comprobat. ¶ Tollite cuncta, inquit. Vile est quod plerique dicunt propter arma Martis iratum esse Vulcanū, presertim cum & arment Mineruam & fabricent fulmina Cyclopes: & Vulcanus dixerit, Cuncta tollite. Ergo tollite, aut differte est, aut celerius terminate. ¶ Cœptosq; auferte labores. Quia dixerat, His informatum manibus iam parte polita Fulmē erat. ¶ Aethæi Cyclopes. Vt Aethæos fratres. ¶ Nunc viribus vsus. Nunc est vestrarum virium exercitium, id est, tempus est exercendæ virtutis circa arma viri fortis. ¶ Arte magistra. Ambitiosius quam si magistri diceret, rem personæ in artem transtulit: vt si dicas, opus est peritia medicinæ, nō medici. ¶ Præcipitate moras. Præcipitante, id est festinanter abijcite. ¶ Nec plura effatus. Si cut festinantem dicebat. ¶ Ocyus incubuere. Quam ille præceperat. ¶ Pariter. Pari modo. ¶ Sortiti. Diuiserunt inter se labores officium: vt, Sortiti remos. ¶ Vulcanicusq; chalybs. Populū apud quos nascitur, pro ferro posuit. Et. ¶ Liquefit) dixit. apprie. Nam ferrum non soluitur, sed mollescit. ¶ Informat. Designat. ¶ Ingentem) autem & magnitudine, & soliditate. Nam &. ¶ Clypeum) dixit, qui magnitudine corpus furatur. Vnde & clypeus dictus est ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. & dicturus est. ¶ Septenōsq; orbibus orbis impediunt. Id est veluti septem scuta facta in vnitatem connectunt. ¶ Accipiunt, redduntq;. Iungendum. vno enim eodē tempore partim reddunt, partim ventos accipiunt. ¶ Stridentia tingunt. Tingendo stridere faciunt. ¶ In numerum. In ordinem: vt, Tunc vero in numerum Faunōsq; ferāsque videres ludere. ¶ Forcipe. Forcipes sunt quibus incidimus: forcipes qui bus aliquid foruum tenemus, quasi fori capiens. Nam foruum est calidum. Vnde & formosus dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

## DONATVS.

¶ Insula ficanium iuxta latus &c. (Quid de tali loco exire potuit, vel sonare nisi fumus, ignis, & gemitus, strepitusq; tunden- dum ferrum? Lipare, inquit, insula fuit iuxta fines siciliæ, hoc est opportune proxima. Deinde alludit ex his quæ in eadem verte- bantur. Aeolia illic erat, inquit, scilicet propter ventorum necessa- rium flatum, & ipsa in sublime tollitur satis fumantibus, & in al- titudinem suapte natura perductis. ibi cum artificis nixu in effe- ctus celeres etiam natura certabat, quam subitus specus & cyclo- pum exera caminis Antra æthæa tonāt. In locis enim vacuis & inanis atq; conclusis nata vox, aut emergens strepitus dupli- catur. Deniq; non sonant dixit, sed tonant. Validiq; incedibus ictus. Validi ictus, utpote cyclopei, auditi referunt gemitum, in- cessus ictus audiebantur quum illiderentur: illis tamen non soni- tum sed gemitum reuocabant. Magnitudo speluncæ descripta est, propter multorum operum molem, & operantium cyclope- um validitatem. Striditq; cauernis stricturnæ chalybum, & for- nacibus ignis anhelat. Ferrum quippe quum validum igni exar- serit, stridit, ignis autem quum assiduis ventorum flatibus verbe- ratur, anhelitum quendam spirat, ac mittit. Vulcani domus ac vulcania nomine tellus. Aptus locus, in quo vulcanus commo- rari debuisset, & regio ipsa conueniens, quo non immerito vulca- nia diceretur. ¶ Hoc tunc ignipotens. Augmentum illorum, quæ superius dicta sunt. reliquam coniugem formosam, & blandam, stratum molle medio noctis desertum, laborem delicijs præposi- tum. Vulcanus enim in tali negotio & urgente tempore in ea cau- sa, quæ vehementer urgebat, vxore in periculo filij suspensa non misit aliquem, sed ipse coelo relicto perrexit. hoc est pronuntian- dum, producenda est, o, vt aduerbium loci sit, & fiat vitium, vt sit hoc coelo id est eodem in quo gesta sunt, quæ superius dixit. Ceterum si speluncæ locum significare voluisset, diceret huc de- scendit. ¶ Ferrum exercebant. Quum venisset ad speluncam, in- uenit cyclopes in alijs operibus occupatos, quæ res futuris re- bus addidit gratiam. Inuentum est quippe vt propter genæ me- ritum postponi debuisset: verum quia supra dixit antra æthæa tonant, Dat cyclopius nomina, quæ tonitruis & motibus coele- stibus

stibus conuenirent. Brontes a rûgitu, qui existit quum fabricæ opus exercetur & velut tonitrua meditatur. Steropes propter scintillas, quæ in modum stellarum mittuntur, quum ardens massa contūdatur. Et pyragmon nudus propter ignem, sine quo duci in formas ferri species non potest. Quod ait, nudus, ad tres cyclopes intelligendum est pertinere. non enim vnus operam fa- bricis dabat nudus vestitis alijs: ac per hoc nudus brontes, nu- dus steropes, nudus pyragmon, ferrum exercebant simul om- nes. ¶ His informatum manibus iam par. po. Ful. erat. &c.) Om- nium istarum specierum descriptio ad laudem posita est: inde enim crescit ænæ meritum, quum ipsi necessaria diuinis præpo- nuntur operibus, & inde maior eius gloria est, quum ipse pri- mo perficienda mandatur tantorum deorum speciebus sine ali- qua perfectione reiectis. Iccirco sic vulcanus exorsus est, dicens. ¶ Tollite cuncta. Cuncta, hoc est vniuersa, quæ speciatim supe- rius enumerauit fuisse in manibus cycloporum. Ecce quantus ar- dor perficiendi, quæ vxor postulauerat pro filio suo. Tubetur omnia remoueri, nec saltem persona iouis excipitur, qui deorū omnium retinet imperium. Quumq; alloqueretur cyclopes, & remouenda vniuersa perciperet, & remotionis ipsius causas mu- taret, & cogeret edicere, non prius aliquid protulit, q̄ mone- ret attentius audienda, quæ fuerat narratura. Aethæos cyclo- pes, laudis causa posuit. hoc enim illi honore gloriabantur. De- buit quippe hoc genere etiam beneuolos facere, vt lenitas laudis auctoritatem iubentis attolleret. ¶ Arma acri faciem. vi.) Quam ci- to, & quid fieri oporteret, dixit? & tetigit licet sub generalitate personam asserens acrem? vt in eo exprimeret, qualia arma fieri conuenirent. Interea quum loqueretur, & remouenda vniuersa mandaret, & remotionis ipsius causas afferret, quod secretum inter se & vxorem suam fuit breuitatis ratione ductus simul, & pudoris sui causa, contexit. Turpe enim fuit dicere & satis proli- xum, vxorem se petijt, vt filio eius arma faciam. Iccirco veni, ne animum ipsius lædam, si non fecero, aut tardius fecero. Omnia igitur expressit, nec venerem in eo, nec ænæam nominauit, ne in causa priuigni, qui ei per naturalem malitiam carus esse non po- tuit, vxorem se magis offenderet, & probaret. Ait igitur est vir acer, cui volo arma fieri: virum dixit, qualem in themate posuit dicens. Arma virumq; cano. virum enim etiam hoc loco dixit, non vt sexum significaret, sed meritum eius, & corporis. Deniq; acri addidit vt ostenderet dignum, quem ipse vulcanus arma- ret, vt merito videretur dixisse cuncta, & omnes de medio cœpto- rum operum labores auferte. ¶ Nunc viribus vsus.) Tria posuit, vires, manus, & artem. His enim ferrarium opus potest explica- ri. Præcipitate moras.) In beneficijs quippe vel maximi belli præ- stantis non solum factum sed & facti ipsius maturitas grata est. præcipitate moras, ad omnia pertinet, hoc est & ad remotionem speierum, & ad fabricam, & ad pulchritudinem armorum. So- let enim diligentia mora comitari, vbi enim volumus aliquid re- ctius fieri, necesse est, interueniat mora, quæ ne fieret, præuenit di- cens, non tantum bene fiant, quæ iubeo, verum etiam cito. ¶ Nec plura effatus.) Tanta quippe necessitas demonstrata est, vt neces- saria potius strictum q̄ superflua plurimis dici debuissent, vel ma- xime, quum breuitas ipsa nihil subtraxerit causæ, quum dictum sit, fiant arma magistra arte, hoc est sortia & decora, & omni per- fectione compleantur. ¶ At illi Ocyus incubue. om.) Hic ostensa est mandatorum memoria, & iubentis auctoritas: omnes simul laborem aggressi sunt, hoc est nullus ipsorum remasit in mora, & cum omni celeritate incubuerunt. hoc enim maxime iter mā- data vulcanus dixerat curandum, quod ait, incubuere, ostendit cyclopes opus iussum totis viribus aggressos. ¶ Pariterq; labo- Sor.) In hac enim arte, vt in alijs, diuersa sunt officia faciēdi, quæ in vnum dehinc collecta vnam speciem reddunt: necessarium igitur laborem sortiti sunt, hoc est sortis iudicio diuiserunt. ¶ Fluuit æs riuus.) Interfluit & liquefit plurimum differt. fuit enim quod sic soluitur vt currat effusum. deniq; fluuit, inquit, riuus scilicet vt aqua. hoc pertinet ad æs atque aurum: ferrum vero quoniam est materia durioris, liquefit, dixit, hoc est tantum mollior, vt per- dita duritie, quæ est in eo. in liquore vi caloris ardeat: vt ne- que constrictum sit neq; fluere possit vt solutum. Ecce dixit quo modo laborem operis diuisissent. alijs, inquit, constabant æs, alijs aurum, alijs ferrum mollebat. non enim fieri poterat, vt diuer- si generis metalla in vnam fornacem congererentur: sed vt om- nia vno tempore futuris speciebus parata peruenirent. alijs igitur alijs operam dabant: vnam interea fornacem, quam dixit va- stam, sic debemus accipere, vt vna singulis non omnibus pari- ter videat fuisse deputata, perindeq; vt vna auri fuerit, alia æris,

alia ferri. ¶ **Vulnificus** q̄ cha.) Tunc vulnificus, quia præter fabri candos gladios parabatur. cæterum si erit in nauale opus aut rusticum aut simile aliud, non erit vulnificus. ¶ Ingētē clypeum infor.) Hic simul sunt omnes, vt informaret vna species maior. ¶ Vnum omnia cō. re. lati.) Exposuit quod dixit, ingētē clypeū. posset gestator occurrere etiā si latinis omnibus simul iacere tela contigisset. Sed hæc ex persona poetæ debemus accipere. Ceterum nesciebant cyclopes, cui vel contra quem arma illa pararentur. post seuti igitur formam contextus eius consequenter ostenditur. ¶ Septenosq̄ orbi. or. Impe.) Quatuordecim circulis sic clypei textam curtebant ordinatis orbibus, vt seinuicem necere & impedire viderent. Incipit rursum exponere, qd̄ sit, pariterq̄ laborem sortiti. ¶ Alij ventosis fol. au. Accipiunt, red. q̄.) Non, q̄ ventum habeant folles ventosi dicti sunt: sed, q̄ ventum admittant, vbi auras acceperint. ceterum si non moueantur, nullus ex ipsis ventus existit. ¶ Alij stri. tin. Æra lacu.) Emitterit quippe stridorem ferrum accensum, quum in aqua fuerit missum.) Gemit imposi. incudi. an.) Gemit ab omne antrum crebro verberatis in cudibus. ¶ Illi iter se. mul. vi bra. tol. In nūme. &c.) In numerum tendebant, in numerum maxima versabant, ordinatis scilicet vicibus ferendi atq̄ versandi, ne ictus illiderēt ictibus, aut massam tempore importuno conuerterent: Quia incudibus dixit pluralem numerum tangens, & hic singulari numero posuit forcipem & massam: responsū omnibus debet intelligi. non enim vnam massam plurimi tenebant aut versabant: sed qui singulis incudibus præerat aut tundebant in alueis: aut vnusquisq̄ massam, quam in opere habuit, forcipe versabat.

A C E N S I V S .

¶ Inſula Sicanū. &c.) Docet ergo, vbi Vulcanus fabricam, & officinam suam habebat: & quibus fabris utebatur: & quo in opere tunc versabatur, quū adueniret. Vnde, quia res facilis est, & nihil habemus Donati. ¶ Ordo est. Inſula. f. vbi d̄ Vulcani antrū: erigitur. i. eminet, & extenditur: existens ardua faxis fumantibus. f. ex ardore intrinsecus proueniēte: erigit dicit inter latus Sicanū idest Siciliensē latus, hoc est inter Ætnam, & Liparen. f. insulam: Æliam. i. quæ est vna ex Æoli regionibus: subter quam. f. insulam arduam: specus, & antra Ætne. i. similia Ætneis, & eis vicina: exefa caminis. i. fornacibus, aut ipsis ignibus Cyclopū: tonant. i. vehementē sonitum edūt: & ictus validi. i. vehementes auditi: in cudibus. i. quia super incudes fiūt: referunt gemitū. i. ingentem sonum, ex imo, & stricturne. i. massæ teneræ iam compactæ chalybum. i. ferri chalybum, aut eis similis, stridunt cauernis. i. per cauernas: & ignis anhelat. i. quasi respirat, & anhelitū defessus emit tit: fornacibꝫ. f. fabrilibus: appositorie, domus. i. qui locus est domus Vulcani: & tellus est nomine. i. nominat Vulcania. Ignipotens. f. Vulcanus: descēdit tūc hoc. i. ad hanc dictā insulam: ab alto cælo. f. de thalamo Veneris, per sphaeram ignis: & Cyclopes. i. fabri, ipsius famuli: vnū cyclum. i. oculū latum in fronte habētes. f. Brontes, & Steropes, & Pyracmon: nudus mēbra. i. habēs membra nuda (quæ noīa, ab officio ficta sunt, vt Seruius docet. Hefiodus pro Pyracmonē, Harpen ponit.) exercebant ferrū. i. fabricabant, & mulcebant se: exercentes in antro. f. Vulcani: vasto. i. valde amplo: sulmen informatū. i. adhuc informe: & nondum perfectam formam habēs: sed parte iam polita, erat his. f. dictis fabris, sup. in manibus: quæ. f. fulmina: genitor. f. hoīum: deorūq̄: Iupiter deijcit toto cælo, plurima in terras: & pars manebat imperfecta, quia nondū absoluerant: ipsi addiderant. i. commiscuerant. f. prius: tres radios imbris torti. i. cōstricti, in grandinē: & tres radios nubis aquosæ. i. in aquā resolubilis: & tres radios ignis rutili. i. rutilantis, & resplēdentis: & tres Austri. i. venti, hoc est aeris: & exhalationis alitis. i. volatilis: & miscebant. i. cōmiscabant, nunc. f. quū Vulcanus adueniret: fulgores terrificos, & sonitū, & metū: poetice rem physicam describit: & miscebant operi, & flammis sequacibus. i. persequutricibus: iras. i. vim prosterne di, qualis est in iratis. Et ipsi instabant. i. instanter faciebant alia parte: quia prior, naturalis: hæc, artificialis erat Marti: vñ patet Veneris potentia, quæ maritum ad hoc impellere potuit, vt adultero operam prestaret: & currus, & rotas volucres, qbus. f. in bello vta. Et ipsi polibant, pro poliebant: certatim squāmis serpentū. i. in modum earū,

S E R V I V S .

¶ Dū hæc properat. ) Prope rāter facit: & honesta elocutio. ¶ Æolijs.) Nā, vt diximꝫ, Vulcania vna est de septē Æolijs, ¶ Lemnius.) Quia in Lemnium

Hæc pater, Æolijs properat dum Lemnius oris, Euandrum ex humili tecto lux suscitāt alma, Et matutini volucrum sub culmine cantus, Conſurgit senior, tunicaq̄ inducitur artus,

ear, quas habent serpentes, & auro. i. squāmis aureis: ægida horrificam. i. secutum terribile, appositorie, arma Palladis turbata. i. qñ turbatur: & polibant angueis connexos: & ipsam Gorgona. i. Medusam, cuius capilli in angueis versi erant: in pectore. i. q̄ penderet de pectore, diuæ. f. Palladis (bene aut Marti, & Palladi, morem gerit: quia vterq̄ est, de natura ignis.) Gorgona (inquit) vertentem lumina. i. oculos, ex indignatione collo: defecit. i. enſe diuiso. Et, sup. Vulcanus inquit, o Cyclopes Ætnei: tollite cuncta. f. hæc: & auferte labores cceptos: & aduertite mētem huc. i. ad hoc quæ dicam: per qd̄ verbum, innuit rem artificiosam, & arduam velle fieri. Arma, sup. sunt faciēda: viro acri. i. strenuo: non dicit, cui: ne turpe sit pro adulterino filio: ex cōiuge quidq̄ facere: sed innuit poeta, per hoc, quantum possent blanditiæ mulierum in viros: qui nisi dedecus obſtet, vltra honestatem sæpe morigerent. Vius. i. utilitas, & opus est nunc: viribus (alijs legunt, viribus vñ: vt sit, vos vñ, &c.) præcipitate, scilicet viris validis: & opus est nunc, manibus rapidis, idest raptim operantibus, vrgebat enim necessitas: & opus est nunc, arte magistra: vt, scilicet vtiliter cito, & scienter fiant. Præcipitate. i. præcipitanter abicite moras. Nec Vulcanus, sup. effatꝫ est plura: at illi, scilicet Cyclopes dicti: incubere, idest operam dedere: omnes ocyus, idest valde cito, & fortiti sunt pariter laborem: æs fuit riuus, idest per riuos: & metallū qd̄ auri. ipsum aurum fuit riuus: & chalybes. i. ferrum durissimū qd̄ chalybes temperant: vulnificus. i. vulnera facere solitum: liqueſcit. i. liquefit, formæ vasta: & informant. i. valde formant, & artificiose faciunt: clypeum ingentem. i. valde magnum: vnum. i. qui solus sit contra omnia tela Latinorum: & imediunt. i. implent: septenos orbis orbibus, scilicet singulis. Alij. i. quidam ex illis: ergo plures erant, q̄ dicti tres: accipiunt follibus ventosis auras idest ventos: & reddunt. f. acceptos, idest efflant, aut expellūt cōpressi. Alij, tingunt lacu. i. aqua in morem lacus stantis: æra stridētia: dum, scilicet intinguntur: antrum gemit incudibus imposiſeis: illi. f. fabri, tollunt multa vi inter se in numerum. i. secundum proportionem rhythmicam, brachia. f. sua: & versant massam. f. illius, cōmixti ex ferro, ære, & auro: forcipe. i. instrumento, quo foruum. i. calidum, capitur e fornacē tenaci. i. fortiter tenenti: vñ a quibusdam, tenella dicitur.

P I E R I V S .

¶ Quā subter spe.) In vetustis aliquot exemplis. Quam subter, habetur. ¶ Stricturne chal.) Stricturna (inquit Ser.) est terra, ferri in massam coacta. Nonius Marcellus locū hūc citat: exponitq̄, stricturne, sunt scintille, a stringenda vero acie, vocabulum stricturnis imposiſitū, ait Pli. lib. xxxiiij. ¶ Huc tūc ig.) Huc, quidē in pleriq̄ vulgatis cod. habetur: sed pleriq̄ veteres, hoc, legunt: quod Ser. agnoscit, pro, huc, posuit. Circūferunt vero epitaphium, quod extat Capuæ, in quo de more huiusmodi scriptū sit. Inferni hoc non licet, nisi quorum noīa scripta sunt, & quibus cauero. ¶ Deū cit in ter.) Antiqua aliquot exemp. Deicit, vnico i. legunt. Longe vero plura, Deicit, pene vltima correpta: eaq̄ dictio, pñti tpe, pluribus locis ita scripta, Deicio, deiecis: non, deicio, scribi aliqui solitum ostēdit: ac de mutatione quidē literæ, i. in e, satis superius disputatum. Hoc vero loco, No. Marcellus, Deicit, mittit, interpretatur. ¶ Fulgores nunc te.) In Ro. & oibus fere alijs veteribꝫ cod. Horrificos, legere est. Et vbi inferius habet, Ægidaq̄ horricam idem oēs quot viderim codi. Horrifera, legūt, vno cōſensu. ¶ Polibāt.) In aliquot anti. polebant: de qua scribendi rōne, satis superius disputatum est. ¶ Defecit ver. lu. col.) Sunt co. in q̄ bus, difecit, legatur. In aliqbus, difecit. In Roma. defecit. Sed, defecit, magis placet: vt in Med. est. ¶ Cceptos q̄ au.) In cod. ali quot ant. certos, legitur: hoc est, qui quotidiana opera exercēt, qui olim instituti qui vobis præcipue soliti. Nam alia q̄ solent ex cedere, nūc opera impetraturus est. Non tamē displicet, cceptos: vt co. aliquot etiam manu scripti legunt. ¶ Præcipitate mo.) In aliquot ant. moram. Sed numero multitudinis magis placet, quod maiorem ostendit festinationem. ¶ Forcipe massam.) Sūt quidam cod. in quibus, forſice, legatur. Sed enim Ser. agnoscit forcipe: & vtriusq̄ diuersum ostendit vsū. Carifius, forcipe, lo co hoc posuit a Virgilio tradit: quāuis de forſice: cum Seruio nō sentiat. Quod vero exemplaria, massam, habēt, in Carifij cod. eius loco, ferrum, legitur,

nū insulam, vt diximus, cædit, à Iunone ppter deformitatem deiectus: quā acere conſtat eē ex quo fulmina pcedunt. Ideo aut Vulcanus ex amore Iunonis fingitur natus quod

Ordo.



quod fulmina de vno aere na  
scitur: quod et Lucanus dicit,  
Fulminibus terre ppior succē  
ditur aer, Pacē summa tenēt.  
¶ Volucrū sub culmine.) Pōt  
& gualiter volucrū quarūuis  
accipi: pōt & specialiter, vt hīc  
rūdīnū. ¶ Tyrrhena vincula.)  
Tusca calceamēta. Et dicit cre  
pidas quas primo habuere se  
natores, post equites Roma  
ni, nūc milites. ¶ Tegeazum en  
sem.) Arcadicū gladiū. ¶ De  
missa ab læua pantheræ terga  
retorquens.) A sinistro hume  
ro pellē demissam habuit, quā

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.  
Tum lateri atq; humeris Tegeazum subligat ensē,  
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.  
Necnon & gemini custodes limine ab alto  
Procedunt, gressumq; canes comitantur herilem.  
Hospitis Æneæ sedem, & secreta petebat,  
Sermonum memor, & promissi muneris heros.  
Nec minus Æneas se matutinus agebat.  
Filius huius Pallas, olli comes ibat Achates.  
Congressi iungunt dextras, medijsq; residunt  
Ædibus: & licito tandem sermone fruuntur.  
Rex prior hæc.

retorquēs & in dextra reuocās partē se amiciebat. ¶ Gemini cu  
stodes.) Hoc & in Homero lectū est: & in historia Romana quæ  
ait, Syphax inter duas canes stans Scipionē appellauit. ¶ Sermo  
num memor.) Scilicet promissi auxiliij, vt, Auxilio tutos dimittā  
opibusq; iuuabo. ¶ Heros.) Hoc nomen non tantum præsentis  
cū virtutis: sed & præteritæ, vnde est q̄ Euandrum Heroem di  
cit,

cit, cum sit virtutis emeritæ  
plerunq; heros & generis est.  
¶ Matutinus agebat.) Rē tem  
poris ad personam transulit.  
¶ Licito tandē sermone.) Tan  
dem, quia amborum desyde  
rio nox fecerat moram.

## DONATVS.

¶ Hęc p̄ æolijs pperat.) Ex  
Æneæ victico pte fecerat do  
lus vxoris. deniq; p̄ris ad ple  
nū dū fungere officio, & p̄fi  
ciēdis armis instāter operā da  
bat. ¶ Euandrum ex humili te  
sto.) Scientia futurorū attol  
lens famā, & fata nepotū, læ  
tabatur futurorum nescius, portans posterorū suorū fata, & mul  
torum curricula sæculorum: atque hæc vno humero atque vno  
scuto quantum ad clypei rationem pertinet, quod sub Ænea fa  
ctū asseritur, futura cōtinebat: sed oīa tēporibus Cæsaris præteri  
ta et facta numerabantur, quæ futurorū p̄scius Vulcanus in cly  
peo expresserat: poeta vero de rebus iam gestis & ipsis triūphis  
Cæsaris

caesaris docta & p̄cipua inuētiōe textū ipsū descriptionēq; cōple-  
xus est, vt caesaris praesentis gesta laudaret. Reliq; desiderant.

ASCENSIVS.

¶ Hæc p̄r. &c.) Narrat, qd postero die ab Euadro, Æneaq; dictū  
& factū sit: & quō in colloquū venerat. Vñ q̄ sup reliquā huius li-  
bri p̄tē nihil extat Dona. ¶ Ordo est. Dū p̄r Lēnius. i. in Lēnū infu-  
lā p̄cipitatus. i. Vulcanus, f. fabroꝝ p̄r: & Æneꝝ p̄na an-  
fectiōe obsequēs, p̄perat. i. p̄peratē facit: hęc. i. p̄s dicta: in oris  
Æolijs. i. q̄b⁹ Æolus p̄fidet: lux alma suscitāt Euadrū ex tēsto hu-  
mili: & cātus matutini volucrū. i. p̄cipue hyrūdinū, s̄m Hēsiodū:  
sub culmine. i. q̄ sub culmine nidificāt, sup. suscitāt Euadrū. Ipse se-  
nior cōsurgit, & inducit artus. i. hēt artus inductos & vestitos: nō  
staret versus, si legat, induit: tunica. i. teriore: & circūdat vincula  
Tyrhena. i. calcemata Tusca: plātis pedū. i. q̄ ligabant, & munie-  
bat plātas pedum. Tum. i. deinde: subligat ensem Tegeæum, idest  
Arcadicū, lateri, atq; humeris: ita vt ligatura, per latera depēde-  
ret: retorquēs terga p̄atherē, illius aialis maculosi: demissa. i. deor-  
sum

SERVIVS.

¶ Nunquā Res equidem Tro-  
iæ victas.) Satis mature equi-  
dem dixit, idest ego quidem  
Troiam te viuo victam non  
arbitror, quantum est in opi-  
nionē mea ¶ Pro nomine tan-  
to.) Pro tui nominis gloria.  
¶ Et murum circumsonat ar-  
mis.) Et breuitatem sui ostē-  
dit imperij, & hostilem neces-  
sitate: ob quam se penitus  
exarmare non poterat. ¶ Am-  
ni autem claudimur Tusco, id  
dixit: quia ipse fuit Romani fi-  
nis imperij. Iuuenalis, Et quæ  
imperij fines Tyberinum vir-  
go natauit. ¶ Sed tibi ego.) Ar-  
tificiose ait, vt etiam quę mon-  
strantur auxilla, ipsius videan-  
tur esse. ¶ Ingentes autem po-  
pulos.) non sine causa dixit.  
nam Tuscia duodecim Lucu-  
mones habuit, idest reges qui-  
bus vnus præerat. Vnde est,  
Gens illi triplex populi sub  
gente quaterni. ¶ Quam fors  
inopina.) Hoc beneficium ca-  
sus præstat, q̄ efficit vt eo tem-  
pore quæras auxilium, quo  
Tyrtheni ducem requirunt.  
¶ Fatis huc te poscentibus as-  
fers.) Perge illuc poscentibus  
fatis, nam talis est sensus. Si  
legeris affert, similiter iungit  
fortunam fato: vt supra vbi  
ait, Fortuna omnipotens &  
ineluētabile fatum. Si autem  
legeris affert: sensus erit talis,  
Fati necessitate fatum est vt  
venires: fortunæ beneficio vt  
illi ducem requirant. Legimus  
ergo & affert & affert. ¶ Sa-  
xo colitur fundata vetusto.  
Antiquo opere: vt, Templo  
dei saxo venerabar structa ve-  
tusto. ¶ Urbis Agillinae sedes.)  
Quæ nunc Cere dicitur. ¶ Ly-  
dia quondam gens.) Quon-  
dam infēdit, non quondam  
bello præclara, nam etiā tunc  
florebat. Sane etiam supra di-  
ximus, Mœoniā prouinciā  
esse, cuius dum breuitas duos  
fratres Lydum & Tyrthenum  
ferre non possit, ex forte Tyr-  
rhenus cum ingenti multitu-  
dine profectus partem Italiae  
tenuit,

¶ Maxime Teucrium ductor, quo sospite nunq̄  
Res equidem Troiæ victas, aut regna farebor,  
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto  
Exiguæ vires: hinc Tusco claudimur amni:  
Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.  
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq; regnis  
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem  
Ostentat, fatis huc te poscentibus affers.  
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto  
Urbis agillinae sedes, vbi Lydia quondam  
Gens bello præclara, iugis infēdit Etruscis:  
Hanc multos florentem annos, rex deinde superbo  
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.  
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni  
Effera: dii capiti ipsius, generiq; referuent.  
Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,  
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora:  
Tormenti genus: & sanie, taboq; fluenteis  
Complexu in misero, longa sic morte necabat.  
At fessi tandem ciues, infanda furentem  
Armati circumstant, ipsumq; domumq;  
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.  
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros  
Confugere, & Turni defendier hospitis armis.  
Ergo omnis furij surrexit Etruria iustus,  
Regem ad supplicium præsentī Marte reposcunt.  
His ego te Ænea ductorem millibus addam:  
Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes,  
Signaq; ferre iubent, rerinet longæuus Aruspex,  
Fata canens. O Mœoniæ delecta iuuentus  
Flos veterum, virtusq; virum, quos iustus in hostem  
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira,  
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem,  
Externos optate duces, tum Etrusca resedit  
Hoc aciēs campo, monitis exterrita diuum.  
Ipse oratores ad me, regniq; coronam  
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarcon,  
Succedam castris, Tyrthenaq; regna capeffam,  
Sed mihi tarda gelu, sæclisq; effocta senectus  
Inuidet imperium, seræq; ad fortia vires.  
Gnatum exhortarer, ni missus matre Sabella  
Hinc partem patriæ traheret, tu, cuius & annis,  
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,  
Ingredere o Teucrium, atq; Italum fortissime ductor.  
Hunc tibi præterea spes, & solatia nostri,

sum missa: ab Igu. i. pte. Necnon & canes gemini. i. duo, & pares:  
p̄cedūt ab alto limine. i. respectu canū: sed respectu regum erat hu-  
milia limina: aut erat alta p̄ naturā, q̄a in colle sita: & humilia per  
artificiū: p̄cedūt (inqt) exilētes custodes: & comitantur gressum  
herilē. i. heri, ac dñi sui. i. Euadrī. Et ipse heros. i. Euader: petebat se-  
dē. i. cubile: & secreta. i. locū remotū à turba, vt illic quietius collo-  
queretur: hospitis. i. sui Æneæ: exilētes memor sermonū, & mune-  
ris p̄missi. i. auxiliij. Nec minus. i. cōsimiliter: Æneas agebat. i. eri-  
gebat: se existens matutinus. i. mane surgens: Pallas filius ibat co-  
mes huic. i. Euadro: & Achates ibat comes olli, idest illi. i. Æneꝝ: &  
ipsi cōgressi iungūt dextras: & residūt. i. sedem capiunt, & cōsidēt  
medijs ḡdibus: & fruuntur tandē. i. postq; amoti essent arbitri, &  
satellites: sermone licito. i. quē non nisi fidissimis cōicare licebat.  
Rex. i. loci: Euander, sup. dixit prior, hæc. i. sequentia.

PIERIVS.

¶ Demissa ab læua.) Antiqui aliquot codi. à læuo, legūt. vt subin-  
telligatur humero. Sed, ab Igu, scilicet parte, vel manu, magis re-  
cepta lectio.

tenuit, & Tyrtheniam nomi-  
nauit. Hi diu piraticam exer-  
cuerunt, vt etiam Cicero in  
Hortensio docet, Cum capti-  
uos nouis poenis affigerēt oc-  
cisorum, eos religantes cada-  
ueribus: quod Virgilius dat  
Mezentio, sciens esse lectum  
de gente Tyrthenorum. Sane  
illo tempore Tyrtheni dicti  
sūt: post Tusci, ἀπὸ τοῦ θύειν.  
Lydij autem à Lydo rege fra-  
tre qui in prouincia remanse-  
rat. ¶ Quid memorem infan-  
das cædes.) Figura oratoria  
quæ Paralepsis vocatur. Ci-  
cero, Nam illa nimis antiqua  
prætereo. ¶ Effera.) Cruenta.  
¶ Di capiti ipsius.) Vt, Quod  
dij prius omen in ipsūm Con-  
uertant. ¶ Tormenti genus.)  
Exclamatio est inuenti suppli-  
cij, & detestatio. ¶ Sanie, ta-  
boq;.) Sanie, mortui est: ta-  
bo, viuientis, scilicet sangui-  
nis. ¶ Confugere.) Confugie-  
bat: & vt diximus, historicus  
filius est. ¶ Defendier.) Defen-  
di, idest defendebatur. Et ver-  
tit historiam, nā vt diximus,  
Turnus magis cōfugit ad Me-  
zentium. ¶ Præsentī Marte  
repscunt.) Sine aliqua dila-  
tione. ¶ Addam.) Aut dabo:  
aut re vera addam habentibus  
Tacentem. ¶ Longæuus aru-  
spex.) Argumento ætatis vult  
doctū videri. ¶ Externos opta-  
te duces.) Votis scilicet. ¶ Hoc  
acies campo.) Quasi iam in  
bellum parati. ¶ Regniq; co-  
ronam.) Insigne: non re ve-  
ra coronam quam Tusci nun-  
quam reges habuerunt, ergo  
species est pro genere. ¶ Man-  
datq; pro insignia.) Aut mit-  
tit insignia, idest omnia orna-  
mēta regalia. Aut re vera man-  
dat insignia. i. magna, vt Ca-  
stris succedam & capeffam re-  
gna Tyrthena. ¶ Sed mihi tar-  
da gelu.) Occurrit tacitis quæ-  
sitionibus, dicens se nō esse p̄-  
pter ætatē senilem: filiū verō  
propter missū genus per origi-  
nem matris. Vnde Æneam di-  
cit ire debere, cui etas & origo  
regna cōcedunt. ¶ Sæclisq; el-  
scia



(scita senectus.) Notandum di-  
sta secula etiã in vno hoie fm  
eos qui dicũt seculum tringenta  
annos habere. Nam alij volũt  
centũ & decẽ: alij mille annis  
putant seculũ cõtineri. ¶ Inui-  
det imperiũ.) Bona elocutio,  
vt Liber pãpineas inuidit col-  
libus vmbas. ¶ Quẽ numina poscunt.) Vt, Externos optate du-  
ces. ¶ Italiũ fortissime ductor.) *ἰσχυρότατος* iam ductorẽ Italię  
vocat. ¶ Eneã. ¶ Spes, & solatia.) Spes, quia multa sibi de eius vir-  
tute promittebat pater: solatiũ, quia amissa coniuge, vnici filij vte  
batur solatio. ¶ Tolerare.) Quasi rem asperam & difficilẽ. ¶ Mire-  
tur.) Imitetur. Lucanus, Miratoremq; Catonis. Optima. n. inge-  
nia necesse est vt ea quę mirantur imitetur. ¶ Suo nomine.) Bene  
in omnibus filij gratiã facit, nam dicit, dat tibi Pallas milites du-  
centos suo nomine: ipse vero à me accipit ducentos.

## ASCENSIVS.

¶ Maxime Teucrorum, &c.) In hac Euãdri oratione, ostenditur  
paupertas, & benivolẽtia eius: doceturq; amici officii, quod effia-  
git, vt quibus opibus possimus, amicos iuuemus: & si non satis  
amplis, consilio saltem: vt i Euãder facit, qui filium cũ quadringẽ-  
tis Arcadibus pollicetur, & ad Thuscos ire cõsulit: quandoquidẽ  
illis opus esset duce externo, contra Mezentiiũ tyrannũ & deorũ  
contemptorẽ: in quẽ, vt iustum, Etruscorũ doceat odium, recitat  
nõnulla immanitatis eius facinora. Quia vero Donatus non extat.  
¶ Ordo est. O maxime ductor Teucrorum, quo sospite. i. existẽte  
incolumi: equidem. i. ego quidẽ: nunq; fatebor res Troiã victas,  
aut regna Troij victa. i. succubuisse, aut penitus deleta: exiguę vi-  
res, sup. sunt nobis ad auxiliũ belli: pro nomine tãto. i. p. tui nomi-  
nis gloria, aut pro tanto debito: tracta metaphora à debitoribus,  
quorũ noia inscribũtur. Nos claudimur hinc. i. ex vna parte amni:  
Tusco. i. Tybrj, qui per Etruriã fuit: Rutulus. s. populus ferox: p.  
mit. s. nos: ne limites augeamus hinc. i. ex altera parte: & circumfo-  
nat murum armis. i. facit arma sua sonare circũ muros nostros: &  
ita opus sibi significat p̄sidio: sed ego paro. i. intẽdo, & meditor  
iungere tibi populos ingẽtis, & castra opulẽta regnis. i. per diuer-  
sa regna: quia in Etruria erant duodecim reges, quos Lucumones  
appellabat: quã salutem, vel ò quã. i. quãlẽ salutem: vel q; .i. ò quan-  
tũ fors inopina, ostentat tibi salutem: tu affers te huc. i. ad has oras:  
satis poscentibus. i. opportunissime, aut iuxta oracula Etruscis fa-  
cta. Sedes vrbs Agillina, quã nunc Cærete dicitur: fundata faxo  
vetusto, colitur haud procul. i. non longe: hinc. i. ab his locis: vbi  
gens Lydia. i. quã cũ Lydi fratre Tyrrheno ex Mœonia venerat,  
p̄lara bello insedit. i. sedẽ cepit, supp. in iugis. i. mōtibus Etruscis.  
Mezentius rex. s. Etruscũ tenuit hanc. s. gentem: florentẽ multos  
annos. i. postq; multos annos floruerat: deinde imperio superbo,  
& sæuis. i. violẽtis, & tyrannicis armis. Quid. i. ad quid memores?  
q. d. frustra, quum notissimã sint: infandas. i. tam detestabiles, vt  
de eis fari non debeat: cædes. i. occisiones: quid memorẽ effera. i.  
immania facta tyranni: quę, sup. dñ, referuent capiti, & gni ipsius.  
Quinetiã. i. nã p̄ter cetera, iungebat etiã viuus corpora mortua:  
coponens manibus. s. defunctorum: manus. s. viuẽtiũ: atq; oribus  
defunctorũ: ora. s. viuẽtiũ: & ecõuerso. (vbi annotandũ, q; etiã  
oribus dixit.) Tormentũ genus, exclamatio. q. d. ò quãle tormenti  
genus: sed non profert ò, quia p̄sẽns nõ est, in quẽ exclamabat:  
& ipse necabat sic longa morte: suẽtes sanie. s. mortuorũ: & tabo. s.  
viuẽtiũ: in complexu misero. i. tãdiũ cogebat se complecti, dum  
vivorum sanguis in tabem cõuenteretur, & defunctorum plus in  
sanem. At. ciues. s. eius, fessi tandẽ, citius fuit armati, ipsum futen-  
tem infanda. i. infando mōre: & circumfistunt domũ. s. eius: & ob-  
truncãt socios. i. complices eius: & iactat ignẽ ad fastigia. i. culmi-  
na domũ eius. Ille. s. Mezentius, elapsus inter cædes. s. sociorũ: i.  
dum socij, & complices eius cõderentur: cõfugere, sup. coepit: aut  
cõfugiebat in agros Rutulorũ: ad Turnum: & coepit defendier. i.  
defendi, aut defendebatur armis: Turni hospitis. i. cui iure hospita-  
litis erat deuinctus. Ergo, omnis Etruria, idest Tuscia: surrexit. s.  
contra Mezentium: iustus bellus. i. tumultu iuste suscepto: & repo-  
sita p̄sẽnti Marte. i. bello regem. s. suum Mezentium, ad suppli-  
cium. i. tormentũ mortis. O Eneã, ego addã te ductorẽ his milli-  
bus. Nancy, pro qui: puppes. s. Etruscorũ cõdẽsẽ, fremunt toto lit-  
tore: & iubent ferre signa. s. bellica, hoc est vexilla. Aruspex lon-  
geus, & ergo peritus, & seuerus retinet. i. imoratur eos, ne exeãt  
in bella: canens fata. i. volũtates deorũ sibi reuelatas: ac dicẽs, sup.  
ò iuuetus delecta. s. ad expeditionem p̄sẽntem, aut prius à Tyr-  
rheno: hos & virtus veterum virum, pro virorũ: qui optimi ha-  
biti sunt: quia vt quisq; vetu-  
stissimus, ita optimus est habi-  
tus: & quos iustus dolor fert in  
hostem: & Mezentius accen-  
dit ira merita. s. contra se: nul-  
li. i. non vlli nõ est fas vlli Ita-  
lo subiungere. i. subiugare: tan-  
tam gentem. s. Rutulorum &  
Latinorum: quibuscum Mezentius nunc sœdus percussit: opta-  
te. i. deligite, duces externos. Acies Etrusca resedit. i. quieuit hoc  
campo: vbi, scilicet erat: nec processit existens exterrita monitis  
dium. Ipse Tarcon, scilicet qui electus erat, eorum dux: misit ad  
me oratores, idest legatos: quos vulgo, ambafatores vocant, &  
coronam regni cum sceptro, idest virga regali: & mandat insignia  
s. cætera, vt faces licitorum: & reliqua, quã Romani postea accæ-  
perunt ornamenta: vt. s. succedant: castris. i. ad castra, veniam: &  
capeffam, idest eam captum regna Tyrrena. i. Etruriam, in quam  
Tyrrhenus venit ex Mœonia. Sed senectus tarda gelu, idest fri-  
gore immutato, scilicet sanguine: & effœta. i. viribus exhausta: sæ-  
clis, idest temporibus, & senio: inuidet mihi imperium, & vires. s.  
meã: serã. i. tardã: ad sortia, sup. gerenda, inuidet mihi imperiũ  
ego exhortarẽ gnatum, idest filium meum: nisi. i. nisi: ipse mixtus,  
scilicet generi Italorũ: matre Sabella. i. ex Sabinis: traheret hinc. i.  
ex matre: partem patriã. i. nisi pro parte materna esset Italus: tu  
cuius annis, quia floridus es: & generi, quia Phrygius, vtroq; pa-  
rente. fatum indulget. i. indulgenter concedit, regnum Etrurię: &  
quem numina. i. deorum oracula: poscunt. s. ad Etruriã ductum:  
ingredere. i. procede in bellum: ò fortissime ductor Teucrũ, atque  
Italum. i. Teucrorum, atq; Italorum. i. qui & Teucros & Italos  
duces. (Reguntur autẽ genitiui, à verbali ductor: non, à superlati-  
uo fortissime Italum, quia non erat Italus: quod si propter ori-  
ginem dicendus sit Italus, fata eum non poscerent.) Ego p̄terea  
ea iungã tibi hunc, scilicet Pallanta, filium nostrum: appositorie,  
& spes, & solatia nostri. (Valla diceret, nostrũ: aut potius nostra.)  
vt, sup. assuescat tolerare sub te magistro, militiam, & graue opus  
Martis. i. bellum: & assuescat cernere tua facta. s. egregia: & mire-  
tur. i. propter a. i. admirationem imitetur te ab annis primis: ego da-  
bo huic equites Arcadas bis centum. i. ducentos: appositorie, ro-  
bora. i. fortia corpora: pubis. i. iuuentutis: lecta. i. electa: & Pallas,  
sup. dabit tibi: totidem suo nomine. i. alteros ducentos: & ita erũt  
quadringẽti equites, qui pauci visi sunt cõtra tot inimicos: vnde  
subditur, Vix ea, &c.

## PIERIVS.

¶ Premit, & murum circumsonat armis.) In codi. aliquot antiq.  
circumsonat accens, legitur. In aliquot alijs, Arums: vt non vnus  
nominetur hostis, ad maiorem timoris exaggerationem: seq; ho-  
nestius excuiet, quod modico eum auxilio iuuet. Mihi autem, ar-  
mis, vt in codicibus emendationibus habetur, nequaq; displicet.  
¶ Taboq; fluentes.) In antiquo cod. fluenti quippe tabo, legitur.  
¶ Ille inter cædes Rutulorum.) In Vaticanis omnibus co. cædẽ,  
vnitatis numero legitur: non ita in plerisq; alijs. ¶ Nulli fas Ita-  
lo.) In anti. aliquot cod. mutato numero legitur, Fas Italo nul-  
li. Sed principium à spondeo, versum omnino grauiorem red-  
dit. ¶ Mandatq; insignia Tarcon.) In antiquo cod. Tarcho. Alibi  
vero ex C. Iulij Rom. & quorundam aliorum sententia, nullum  
nomen Latinum, on, literis finiri monuimus: quãuis Plinius no-  
mina quãdam dicit, proprios gẽtis suã vultus, formãq; apud  
nos etiam custodire. De nominibus autẽ huiusmodi, Fab. Quin-  
tilianus ait, vt Palerno, Thelamo, & Plato (Nam sic eum Cicero  
quoq; appellat) diceretur, retinuerunt: quia Latini, quod o, & n,  
literis, finiretur, non repperiebant. ¶ Et generi fatum indulget.)  
In Med. cod. plurali numero, fata indulgent, scriptum est. ¶ Hũc  
tibi p̄terea.) In aliquot antiq. legere est, Nunc tibi. Sed prono-  
men illud indicatium, longe plus ponderis & energię habere  
videtur, dicendo, Hunc Pallãta. Nam & in pronome ipso, & in  
proprio nomine, emphasis est. ¶ Primis & te miretur ab annis.)  
Sunt cod. antiqui, in quibus legere est, te imitetur, absque synale-  
pha. Sed oĩno, miretur, magis placet, quia plus est mirari, in quo  
rei, q; vix te assequi posse speres, magnitudo ostenditur. ¶ Arcades  
huic equites.) In antiq. & emendatis cod. Arcadas, per, as, scriptũ  
est, metro ita suadente. Nam accusatiuus pluralis in, es, Latinus  
esset: & non nisi producta vltima poneretur. ¶ Robora pubis Le-  
cta dabo.) Antiqui aliquot cod. corpora pubis, legunt. Sed omni-  
no longe melius est robora. ¶ Totidẽq; suo tibi nomine Pallas.)  
In cod. aliquot ant. legere est, suo tibi munere Pallas. Sed eni Ser-  
uius, nomine, agnoscit.

SERVIVS.

Tristi cum corde.) Propter breuitatem auxiliorum. ¶ Cœlo aperto.) Sereno, vt Aperta serena prospicere. ¶ Improuiso.) Nullum enim indicium præcesserat nubium. ¶ Fulgor.) Fulgetra. ¶ Cum sonitu.) Tonitru scilicet. Et vt diximus supra, ordinem tenuit qui nobis apparet, vt fulgetras dicat potes, cum sint ante tonitrua. ¶ Ruere omnia.) Sic enim sonat vt videatur ruina: alibi, Cœliq; ruina. Bene autē temperauit dicens. ¶ Visa repente: Tyrrenusq; tubæ mugire per æthera clangor. Tyrrenum clangorem dixit tubæ: ideo quia apud Thucos tubam constat inuentam esse. Ergo Tyrrenus clangor, sonus Tyrrenarum tubarum. Et bene congruis omnibus arma nunciatur per sonos tubarum. ¶ Fragor intonat ingens.) Fragor est proprie armorum sonus, quod autem dicit intonat, illic spectat, Fulminat Æneas armis, & vult fragore tonitrua, splendore fulgetram imitari. Non autem mirum est à Venere allatis armis inesse fulgorem. Nam & Homerus dicit à Thetide oblata arma habere motum quandam & spiritum: quæ duo in aqua esse manifestum est. Thetidem autem nouimus Nympham. ¶ Inter nubem.) Per nubem, more suo. Et dicit in serena parte cœli fuisse nubem, per quam arma portata sunt. ¶ Per iudum.) Sudum est quasi sub vdu, serenum post pluuias, vt ver sudum. ¶ Agnouit sonitum.) Hoc est quid sonitus significaret. ¶ Diuæ promissa parētis.) κατὰ τὸ σιωπῶμενος intelligamus Venerem ei promississe. ¶ Hospes.) Et qui suscipit, & qui suscipitur, hospes vocatur, vt hoc loco Euander. Item supra, Hospitis Æneæ sedem. ¶ Ne quere vtro profecto.) Ambæ particulæ ad ornatum pertinent tantū. ¶ Porteta.) Modo bona omnia. ¶ Ego poscor Olympo.) Aut de Olympo poscor, idest hæc signa causa mei sunt: aut certe in Olympo poscor. ¶ Diua creatrix.) Rerum omnium generaliter. ¶ Heu.) Adeo de victoria fretus est, vt etiam hostium miseretur, & hinc nascitur ille sensus, Non hæc à Pala dederas promissa parētis. Itē Æneas, Hi nostri reditus, expectatiq; triumphi, hæc mea magna fides: ¶ Fœdera rumpant.) Quæ se facturum Latinus promiserat, non enim erant facta.

ASCENSIVS.

Vix ea, &c.) Docet Æneam ex tali responso sane perplexū esse eum, quum parum sibi opis ab Euandro paratum videret: nam quid quadringenti contra tantam manum fortissimorum bellatorum? Verum consolatus aduentu matris, quæ illi Vulcania obtulit dona, videlicet arma radiantia, quibus & materno auxilio fretus nihil dubitabat in hoste progredi. Sed ne multis agam. ¶ Ordo est, Euander, supp. vix erat fatus ea. Quæ dicta sunt: & Æneas Anchisades i. Anchisæ filius: & Achates fidus. i. Æneæ comes: defixi. i. in terram: tenebant ora. i. vultus suos in terram, vt anxii, & cogitabundi facere solent: & putabant. i. voluissent: cum suo tristi corde. i. quū hoc, qd cor triste habebant (nam nisi concomitantia significet, abundet: quū non enim instrumentum denotat.) multa dura. i. aduersa difficulter tolerabilia: nisi. i. nisi. quæ fuissent dura: nisi Cytherea. i. Venus: dedisset signum. i. aduētus sui, aperto cœlo. Nanq; pro quia: fulgor vibratus. i. vibrando concussus: ab æthere improuiso venit cum sonitu: & omnia sunt visa ruere repente: quod

SERVIVS.

Herculeis sopitas ignibus aras.) Hypallage est, idest suscitauit aras Herculeas, in quibus erant ignes sopiti. ¶ Hæsternumq; larem.) Cui pridie sacrificauerat, & est iteratio, nam male quidam externum legunt, idest extraneum. Post hinc

Vix ea fatus erat: defixiq; ora tenebant Æneas Anchisades, & fidus Achates Multaq; dura suo tristi cum corde putabant, Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto. Nanq; improuiso vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repente, Tyrrenusq; tubæ mugire per æthera clangor. Suscipiunt iterum atq; iterū fragor intonat ingens: Arma inter nubem, cœli in regione serena Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare. Obstupere animis alij: sed Troius heros Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis. Tū memorat. [ Ne verò hospes, ne quere profecto, ÆNE. Quem casum portenta serant: ego poscor Olympo: Hoc signum cecinit missuram diua creatrix, Si bellum ingrueret, Vulcaniaq; arma per auras Laturam auxilio. Heu quantæ miseris cædes laurentibus instant: Quas pœnas mihi Turne dabis: q̄ multa sub vndas Scuta virum, galeasq; & fortia corpora volues Tybri pater: poscant acies: & fœdera rumpant.

POETA

ficat satis Venerē aliquā promississe. Tū deinde memorat. i. narrat: ac dicit, o hospes vero. i. certe, & profecto: ne (inquit) quere pro eo quod est, q̄ras, sup. doceri: quæ casum. i. quæ euentum, & rei exitū: hæc portenta. i. prodigia, tem nouā portendentia: serant. i. afferant: ego poscor. i. exoro: Olympo. i. de cœlo: aut potius in cœlū. Diua creatrix. i. generabilium omnium: Venus cecinit. i. quodam oraculo prædixit, sup. se missuram hoc signum: si bellū ingrueret: q; proi. cecinit sup. se laturam. i. allaturā: auxilio. i. in auxiliū meū, per auras: arma Vulcania. i. à Vulcano, marito suo, fabrefacta. Heu, com miserantis vox: sicut illa Esa. j. Heu ego cōsolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Quatæ. i. q̄ magnæ cædes q. d. maximæ: instant. i. imminēt: Laurentibus miseris: quia Turnum fortitū sunt duكتورem contra fata. Quas. i. quales pœnas, dabis mihi, d̄ Turne? q. d. grauissimas: d̄ Tybri pater, q̄. i. quantum: multa scuta virum. i. fortū interemptorū: non quæ abijcient, sed qui cum eis abijcientur in fluuium: & galeas, & corpora fortia. i. robusta dum viuerent: volues sub vndas. i. tuas? Poscant. i. Laurentes, quantum velint: & est amara concessio: acies. i. exercitus instruiti: & rumpant fœdera. i. que cum Latino iniisset Æneas, nisi Turnus omnia turbasset: cōmoto prius populo per furiam instinctu Iunonis, vt prius visum est.

PIERIVS.

Defixiq; ora tenebant.) Vetus quædā exempla legunt, intonatiq;. Sed enim, defixi, magis placet: quod præ se fert etiā stuporem quendā. ¶ Fragor intonat ingens.) Antiqui pleriq; codi. i. atica: nq; omnino, cum Medi. & Porcio, increpat, legunt: quauis, intonat, ea ratione Seruio placet: quod alibi dictum à Poeta, Fulminat Æneas armis. Quod vero paulopost sequitur, pulsa tonare. in anti. aliquot, sonare, legere est. Sunt etiam vetusti admodum codices, in quibus, fragor intonat aures, legatur. sed hoc alio iudicio relinquemus. ¶ Agnouit sonitū, & diuæ.) In Ro. cod. non habetur, & vt per appositionē legas, diuæ promissa parētis: eruditis tamē auribus vulgata lectio, Sonitū & diuæ, magis ad blanditur. ¶ Ne verò hospes, ne quere profecto.) In cod. aliquot anti. legere est, Ne quere hospes, ne quere profecto: vtraq; lectio & venusta est & à Virgiliana phrasi nō aliena. ¶ Quam multa sub vndas.) In Ro. cod. legere est, sub vnda: quod non displicet, in loco enunciatu voluenda sunt. Sed, sub vndas, ad locum omnino vehemētius est.

POE.

Hinc ad nauis graditur.) Vnū vacat, aut post, aut hinc: vt, Post hinc digredies iubeo frōdientia capris, Tale est & illud, Primus ibi ante omnes. ¶ Qui sese in bella sequantur.) In expeditionem & bellicam præparationem. nam vt supra diximus, bellum est tempus

quod signum aduentus nuntius etiam in. iij. posuit, & clangor Tyrrenus. i. à Tyrrenis, & Lydijs inuētus. i. tubæ, sup. visus est mugire per æthera. Æneas, supp. & Achates: suscipiunt. i. auribus captant, clāgorem illū: aut ad se capiūt, & ratum faciūt prodigiū: & fragor ingens intonat iterū, atq; iterū. i. frequenter: &, sup. vident: arma rutilare. i. resplēdere, & micare: per sudū. i. serenū, & scotum ab vdo, regione cœli existente serena: inter nubē. Quā Venus assumperat: aut qui arma attulerat: & vident arma pulsa sonare. i. sonum tonitruū imitari: alij obstupere animis: sed heros Troi. i. Æneas, agnouit sonitū: & dona diuæ parentis. i. Veneris: promissa. i. arma allata esse, q̄ Venus promiserat: vbi tū & qn non constat ex Poeta, sed multa & dicta & facta, inter matrē & filiū esse possunt, quæ scripta non sunt, sed promissa, dicēs nūc, significat

hinc ad nauis graditur.) Vnū vacat, aut post, aut hinc: vt, Post hinc digredies iubeo frōdientia capris, Tale est & illud, Primus ibi ante omnes. ¶ Qui sese in bella sequantur.) In expeditionem & bellicam præparationem. nam vt supra diximus, bellum est tempus

pus omne quo vel preparatur aliquid pugnae necessarium: vel quo pugna geritur. Praelium autem dicitur confictus ipse bellorum. Vnde modo bene dixit, Qui sese in bella sequantur, non in praelium, na ad auxilia petenda vadit, non ad pugna. Quaeq; etiam si diceret, qui se in praelium sequantur, non valde ab re esse videbas. Hi enim equites, cum a Tarchoe accepisset Aeneas auxilia, cum alijs Hetruscis equibus per terram missi, obutos statim habuere bellates: & qsi iam hinc recta pergere videntur in praelium. Vnde etiam a Cymodocea nauigati Aeneae dicitur, Ia loca iussa tenet forsi permissus Hetrusco Atcas eques. Segnis. sine remigio. Et respexit ad descendentes, de quibus ait, Remigio noctemq; diemq; fatigant, licet fuerit iellissimus fluuius. Reg. Quas gesserat. Patris. Vbi esset. Exort. Aeneas. Per id quod non est factum, quod factum est indicatur, per exortem autem, optimum & praecipuum significat. Pellis obit totum. Pellis ostenditur magnitudo in hoc, quod dicitur totum obit. Vnguibus aureis. Aut quia vngues ipsi cum aruerint, aut imitantur colorem, aut quae solebant deaurari. Statius, Aut romanuenerat vngues. Sublico vulgata. Cur iubito ipse dicit, quasi per partuam urbem. Ocyus. Positius antiquus est, id est celeriter, nec enim potest esse comparatiuus vbi nulla est comparatio. Vota, metu duplicat matres. Bene duplicat metu, nam inest semper in matribus votum. Propiusq; periculo. Id est ad periculum vicinus: aut certe It timor propius periculo, pro propior, nam matres quod timent, hoc putant liberis posse contingere. Iam apparet. Adhuc illis pergentibus iam praelium cogitabatur a matribus. Dextram complexus euntis. Filii scilicet quia dixerat pater. Heret in expletum. Multi hic distinguunt, vt sit, in expletus helit, & talia locutus est lachrymans, Alii legunt in expletus lachrymans. Honestus tamen est in expletum lachrymans, vt sit nomen pro aduerbio, id est in explebiliter. O mihi praeteritos referat si Iupiter annos. Et o & si, optatus sunt: quae nunc iunguntur, nam singula ante ponebantur. Vt, Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus. Ergo vnum vacat quantum ad antiquitatem, & notandum votum de praeterito fieri. Qualis eram, cum primam aciem. Aut vt sum talis, qualis tunc eram quando ista perfecti. Aut certe laudantis est, Qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa Strai. Scutorumq; incendi, victor aceruos. Hoc traxit de historia. Tarquinius enim Priscus victis Sabinis in honorem Vulcani eorum arma succendit quem pothea secuti sunt ceteri. Cui treis animas. Per transitum ostendit illam Platonis & Aristotelis contentionem, qui dubitant vtrum quatuor, an tres animae sint in homine, φρονιμη, ομοθυμιμη, θυμη, θυμη, θυμη. Hoc autem loco per tres animas magnum & perfectum indicat virum. Nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas propter tria habuit corpora, attendendum est sane hoc sibi Euandrum vindicare quod fuit in Hercule. Nam vt ille Geryonem extinxit, ita hic Herylum occidit, inde est quod paulo post dicit, Neque finitimo Mezentium vnquam Huic capiti insultans. Hercules enim mos fuit, vt etiam non rogatus laborantibus subueniret.

Quorum de numero, qui sese in bella sequantur, Praestantes virtute legit, pars caetera prona Fertur aqua, segnisq; secundo defluit amni, Nuncia ventura Ascanio, rerumq; patrisq; Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua; Ducunt exortem Aeneas, quem sulua leonis Pellis obit totum, praeflugo vnguibus aureis. Fama volat paruam subit vulgata per urbem, Ocyus ire equites Tyrrhena ad littora regis. Vota metu duplicant matres, propiusq; periculo It timor, & maior Martis iam apparet imago. Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Haeret, in expletum lachrymans, ac talia fatur. O mihi praeteritos referat si Iupiter annos, Qualis eram, quum primam aciem Praeneste sub ipsa Strai, scutorumq; incendi victor aceruos, Et regem hac Herylum dextra sub Tartara misi, Nascenti cui treis animas Feronia mater, Horrendum dictu, dederat: terna arma mouenda, Ter leto sternendus erat, cui tum tamen omneis Abstulit haec animas dextra, & totidem exiit armis. Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsq; Nate tuo, neq; finitimis Mezentius vnq; Huic capiti insultans, tot ferro saena dedisset Funera, tam multis viduasset ciuibus urbem. At vos o superi, & diuum tu maxime rector Iupiter Arcadij quaeso, miserescite regis, Et patrias audite preces, si numina veltra Incolumen Pallanta mihi, si fata reseruant, Si visurus eum viuo, & venturus in vnum, Vitam oro, patiar quenuis durare laborem. Sin aliquem infandum casum fortuna minaris, Nunc nunc o liceat crudelem abrumpere vitam, Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri, Dum te chare puer, mea sola, & fera voluptas Complexu teneo, grauior ne nuncius aures Vulneret. Haec genitor digressu dicta supremo Fundebat, famuli collapsum in tecta ferebant.

teniret: Tunc enim sicut & Varro dicit, omnes qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur: licet eos primo, xliij, enumerauerit. Hinc est quod legitimus Hercules Tirynti Argium, Thebanu, Libym, Feronia mater. Nympha Campaniae, quam etiam supra diximus, haec etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Cuius rei etiam Plautus facit mentionem in Amphitryone, Quod vtrumque ille faxit Iupiter, vt raso capite portem pileum. Terna arma mouenda. Figura poetica, nam trina debuit dicere. Arma enim numeri sunt tantum pluralis, mouenda autem vel contra ipsum, vel ab ipso. Finitimo. Aut in finitimo: aut finitimo capiti. Viduasset ciuibus urbem. Scilicet viris fortibus peremptis, & proprie viduasset dixit, quia urbs grauis est foeminini. Horatius abusiue & satis incongrue in genere masculino posuit dicens, Viduus pharetra refit Apollo. At vos o superi. Iam hinc quasi pater loquitur, diuisa enim est haec allocutio, & vltima pars eius habet parentis affectum, quod & ipse ostendit dicens. Et patrias audite preces. Prima vero viri fortis est: vt, Qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa Strai. Durare laborem. Ipsi scilicet senectutis. Terentius, Senectus ipsa morbus est. Durare autem est sustinere. Horatius, Ac sine funibus vix durare carinae Possunt imperio: sius aequor. Infandum casum. Parens est nolle memorare quod formidat. Crudelem vitam. Quae filio est super-

stes. Sola, & fera. Quia vnus erat, & ferus susceptus.

## ASCENSIVS.

Haec vbi dicta dedit solio se tollit ab alto, Et primu Herculeis sopitas ignibus aras Excitat, hesternumq; larem, paruosq; penates Lat. &c. Recitat quomodo Aeneas, socios praemisit ad Ascaniu, nauibus quibus aduectus fuerat: & quomodo ipse cum Palante post moestum vale discessit ad Euandro, equos ad Etruscos. Ordo est. Vbi. i. postq; Aeneas dedit, id est eloquutus est haec dicta: suscitavit primum aras sopitas, ignibus Herculeis. i. igneis Herculeos, sopitos in aris Herculeis, scilicet per hypallagen: & larem, id est ignem: hesternum, id est pridianum: quo pridie eius diei, in sacrificijs Herculis vsi erant: & ipse latus adit penates paruos, id est deos domesticos, pro fortunae tenuitate, modicos: & maclat bidentes, scilicet oues: lectas. i. de grege: more. i. iuxta ritum: quia boues intacti, & oues lectae, & sues eximii maclandi erant rite sacrificantibus: & Euander, supp. maclabat pariter: & iuuentus Troiana maclabat pariter cum Aenea, scilicet & graditur post, id est postea: hic, id est ex loco sacrificij: ad nauis, scilicet vbi socij erant quibuscum aduectus erat: & reuisit socios, de quorum numero legit praestantes, id est praestiores, & meliores: qui sequantur sese. i. elegantem Aeneam ad bella: caetera pars. i. sociorum: fertur aqua prona. i. defluta, & existens segnis, quia sine remigio: aut tardior ad bella defluit. i. deorsum fuit: amni. i. Tybris: secundo. i. a tergo sequente, hoc est defluente ventura, id est vt veniat Ascanio nuncia. i. annuatiatrix: rerum. i. gestarum a patre, & patris. Equi dantur. i. ab Euandro, vt promiserat, auxilio laetos dimittat: opibusq; iuuabo Teucris, petentibus atua Tyrrhena. i. qui cum Aenea, & Palante

lante in Etruriam profecturi erant. Et, sup. Arcades ministri regis Euandri: ducunt, quia propter nobilitatem equi, & dignitatem Aeneae non incidebant: sed ducebant ad manum Aeneae, id est ad Aeneam, & ad utilitatem eius, sup. equum: exortem. i. extra for- tem dandum, hoc est egregium, & non de communi sorte: quae. i. equum: pellic leonis fulua. i. fului coloris: praefulgens vngibus aureis. i. inauratis, aut aurei coloris: obit. i. circumdat, & operit to- tum. Fama vulgata subito ideo subito, quia per paruam vrbem. i. Pallanteum: volat equites ire ocus, id est celeriter: ad littora re- gis Tyrreni. i. ad Tarcontem: matres. i. Arcadam, qui cum Aenea profecturi erant: duplicant. i. duplicia faciunt: vota metu, id est p- pter metum. Et timor est propius. i. propior: periculo. i. ad pericu- lum: & maior, id est euidentior: imago Martis, id est belli: apparet iam. i. quum abiret iuuenes. Aut imago Martis. i. deus, hoc est sumu lachrum eius: apparet iam maior, id est extensius, & infatius solito, in signum commotionis & iracundiae: sed absolutior lenis est, quod iam apparet maior apparatus belli. Tu, id est deinde, Euan- drus: nam vtrunque dicitur Euandrus, & Euander: complexus dextram. i. Aeneae: euntis, id est abire parantis: haeret, id est inhae- ret, aut adhaeret ei lachrymans: inexpectum. i. inexpectabiliter: ac fa- tur talia: d fr, id est vitina: Iupiter referat mihi annos praeteritos: hoc est, vt filius talis qualis eram: quum, id est quando: ego strau, id est prostrau: primam aciem. i. Italorum, ipsum expellere: aut repellere volentium: sub ipsa Praeneste. i. vrbe: & quum ego victor incendi. i. comburere feci, aceruos scutorum. i. prostratorum ho- stium: & mihi hac dextra. i. manu mea: regem. i. Praenestinum: Herylum. i. nomine: sub tartara. i. ad inferos: cui Feronia mater. i. eius: & dea Libertinorum in Hetruria: dedit nascenti, id est quum nasceretur, id est naturam humanam fortiretur, treis animas, quia erat tricolor, sicut & Geryones fuisse fingitur: horrendum di- ctu. i. quae res est horrenda dictu: & in quo, sup. terna arma erant mouenda. i. admonenda: aut cui. i. in quem: tria arma erant mouenda. i. concitanda: sed prior modus praestat: vnde sequitur, & qui supple erant sternendus, ter leto. i. morte. i. singulorum morte corporum cui haec dextra. i. mea, nunc quidem inualida. Absit tamen. i. nihilominus: tunc. i. quum solidum robur haberem om- nis animas: quia de tribus dicimus, omnes, Aristotele teste: & exiit, sup. corpora: cuius totidem. i. etiam tribus armis, quia sin- gula singulis docet, quare id optauerit, dicens, d gnate, id est quia d filii, ego non diuellerer vsquam a tuo dulci complexu, semper in complexu tuo essem, & tecum proficiscer: neque Mezentium insultas. i. per irrisionem huic, id est meo capiti: finitimo. i. sibi, hoc est irridens me, & vitis meas propter senium: dedisset vnq; ferro tot saeva funera. i. nunq; occidisset: seuienter tot bonos ciues: nec viduasset, id est orbasset: vrbem. i. suam tam multis ciuibus. i. q; multis nunc viduauit. At, id est sed vos, d superi: & tu, d Iupi- ter, maxime rector diuum. i. diuorum ego quaeso, miserecite re- gis Arcadij, hoc est mei, qui rex sum populi, & praecipue colen- tis: & audite preces patrias, id est quas ego pater pro filio effun- do: si vestra numina i. diuinis potestates: & si fata reseruant mihi Pallanta. i. filium meum: incolumen. i. saluum redditurum: & si ego viuo visurus. i. qui adhuc videam eum: & si viuo venturus. i. qui veniam in vnum. i. locum: cum ipso oro, id est peto a vobis: vitam. i. ad id tempus duraturam: & patiar durare, id est duriter tolerare: quenuis, id est quenlibet laborem, aut quenuis laborem: durare, id est permanere: sin. i. sed si, d fortuna, tu minaris alique infandum casum: no audet propter malum omen dicere, necem filij, & mire inuit, bona a dijs dari: mala, a casto obuenerit: d. i. vti nam liceat. i. licitum fit: & permittatur nunc abrumpere vitam eru- delem. i. quae crudelis esset, si appetat durare vsq; ad mortem filij mei. Nunc (inquit) dum curae sunt ambiguae, scilicet inter spean, & metu: & dum spes futuri est incerta: aut dum. i. donec, spes est incerta futuri. i. de futura. Et du, d chare puer, mea sola & sera voluptas: ego teneo te meo complexu: ne. i. nuncius: grauior. i. molestior, & durior, seu tristior, q; facile pati possem: vulneret au- reis. i. meas. Genitor, scilicet Euander, fundebat haec dicta, id est ex animo eloquutus est: haec, sup. in supremo digressu: famuli fere- bant in terra. i. in regiam suam: collapsum. i. postquam pro dolore coniderat: quae tristitia, tam vehemens mali fuit, nimirum omni- nis, vnde & Pallas casturus est in praelio.

P I E R I V S.

Heracleas fopitis ignibus aras Excitat.) In anti. plerisq; co. Su- scitat, legitur non inepte, quam lectionem agnoscit Ser. J Hester- numq; larem.) Placet Seruio, hesternum, cui pridie sacrificauerat Improbataq; externum. Quod tamen & in Ro. cod. & quibusdam alijs peruetustis codicibus inuenitur. Sunt qui paruos penates,

externos intelligant: quum solitus sit Poeta, Aeneae penates, ma- gnos deos appellare: vt eo loco, Ferox exsul in altum cum socijs, Gnatoq; penatibus, & magnis dis: & per magnos penates iurat Acanius in. ix. dixerat tamen Euandrus, Comueneq; vocate deu, de quo plura Macrobius. P Euander pariter, pariter Troiana iuu- tus.) In antiquis plerisq; cod. Euandrus: per terminationem us- scriptum est: quod hoc loco perplacet, quia sic dicitur Aeneas: cuius- cuitatur: quae tribus continuis dictionibus haberetur in er, si Eua- der etia legereur. Quid vero veteres de nominibus huiusmodi tradiderint, alibi recitatum est. P Otius ire equites Tyrreni ad lit- tora regis. Antiqui aliquot codices, ad limina, habent. Sed, litto- ra: peritioribus placet. Nam inde nauibus in castra prouecti sunt. Id etiam obseruandum, quod Seruius ait, Otius, positumum an- quu est. i. celeriter. Nec enim potest esse comparatum, vbi nulla est coparatio. At quo modo positumum cuius masculinum, otior, fit: vt Fulminis otior alis. Quare dicendum potius comparatum esse pro positum, ita tamen, vt in solitu quiddam significet. Ita ibi, Adloquitur Venus tristior, q; solita fit: P It timor, & maior Mart- tis iam apparet imago.) In Ro. cod. & timor, & maior. Sed id for- te solito more. Sunt et vetusti codices, in quibus absq; particula, iam ita legitur, Maior martis apparet imago. Nostra tamen ara- tis ingens, iam, illud interpositu magis aridit: quod nescio qd addat carminis maiestati. P Haeret inexpectum lachrymans.) No placet, quod in quibusda codi. antiquis, inexpectus, legitur: quan- uis agnitum veterum etiam temporibus. In aliquot alijs: in am- plexus lacrimans, habetur. Sed inexpectum, agnoscunt eruditi omnes. P Quum primam aciem.) In antiquis codicibus primu, legitur. Sed melius, primam aciem. P Regem hac Herylum.) In Romano codi. Erulum, per u, more suo: vt, sibulla, pro sibylla: Thrafullus, p Thrayllus: & alia huiusmodi passim apud Tacitu & aliquot alios. P Neq; finitimus Mezentium vnquam Huic capi- ti insultas.) In antiquis aliquot codicibus, finitimo, legitur: vel mi- hi, vel huic capiti. & Exultas dedisset funera, legitur & vsqua; in codicibus aliquot antiquis: quod pertinet ad repetitiois ornatu, si cui ita legere placuerit.

Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam Gnatu tuo: neq; finitimo Mezentium vsquam Huic capiti insultans, tot ferro saeva dedisset Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem.

Quo loco Seruius ait proprie, viduasset dictu a Virgilio: quia vrbis est, generis feminini. abusiue vero & satis incogite ab Ho- ratio dictu, Viduus pharetra risit Apollo. Quia. i. putat ipse viduus quasi viro idua dici. At qui sunt ex gramaticis, quoru authoritas minime cotemenda est: qui, viduus, a ve, & ditate, dictu velint: sicut velanus, non sanus, atq; ita non incongrue dixerit Hora. Vi- duus Apollo. At vos, d superi, & diuom tu maxime rector Tu- piter Arcadij, quo miserecite regis, Et patrias audite preces.) In anti. admodum codice lectio haec variat in hunc modum.

Diuom tu maxime rector Iupiter Arcadij quaeso reminiscere regis. Exaudiq; preces patrias.

Vulgata tamen lectio plures habet fautores: quia sequitur, Si numina vestra Incolumen Pallanta mihi, si fata reseruet, apollo- phe ad plures: P Si visurus es viuo.) In codicibus aliquot antiq; viuum, legitur: quod no ita placet. Na ad id, qd nonnulli obijciunt, recte, viuum, positum: quia praeter vota vidit eum postmodum: sed non viuum, resposum fecerim, satis esse, quod iam dixerat, Si numina vestra Incolumen Pallanta mihi, si fata reseruet. Et quia no satis erat, desyderio patris, filiu esse incolumem: nisi & iucundis- simo eius frueretur aspectu, eiusq; complexus peteret adiecit, Si visurus es viuo, & venturus in vnum. P Patiar quenuis durare la- bore.) In antiquis pene omnibus codicibus, patior, est praesentis tempore: quod auget assensum: & rem iam actu esse subinnuit, vel ad incommoda senectutis respicit, quae p seipsa moribus est, de qua Comicus ait, κατὰ τὸ γῆρας ἴσ' ἀνθρώπων βίβωσ. P Nunc tu, d liceat.) In antiquissimo codice Romano, & quibus- da alijs, legere est Nunc d nunc liceat. Quod quantum praefereat venustatem & elegantiam, nulli arbitrator ambiguum esse. P Mea sola, & sera voluptas.) In Mediceo, & in Porcio, transpositis ver- bis, legere est: Mea sera & sola voluptas: quod maiori cum ora- tionis ortu, si diligenter inspicias, factum animaduertes. Est vero hoc cuiusmodi filiu Homeris vocat, τῆλε γενετὸν, τὴν ὕψιστον, καὶ μόνον γένν. P Complexu teneo.) In Romano codi. legere est per participium, Complexus. Dum te complexus. Sed enim, Com- plexu, omnino melius. P Grauior ne nuncius aureis Vulneret.) In codicibus antiquioribus scriptum est, Nuncius auris Vulneret. Ex-

ponit vero Marcellus, grauior, tristior. ¶ Famuli collapsum in te-  
cta secebant.) In antiquis codicibus, conlapsum, habetur: præpo-  
sitione incolum, in istar eius inscriptionis, quæ Romæ adhuc su-  
perat in monumentis Læptimi Seueri pp.

ARCVS CÆLYMONTANOS PLVRIFARIAM  
VETVSTATE CONLAPSOS ET CON-  
RVPTOS A SOLO SVA PECVA  
NIA RESTITVERVNT.

ARCVS

SERVIVS.

¶ Iamq; adeo exierat. ¶ Adeo  
ad ornatum pertinet tantum.  
¶ Ipse agmine Palas In me-  
dia.) Hic enim mos fuit vt ty-  
rones poneretur in medio, &  
ambirent viri fortes exercitū.  
Aut certe honoris est medium  
locum in exercitu tenere, vt  
ipse albi, Medio dux agmine  
Turnus. ¶ Conspicuis.) Con-  
spicuis, conspicabilis. Nam  
pro nomine participium po-  
nit. ¶ Ante alios astrorum di-  
ligit ignes.) Venus in coelo ha-  
bet vnam propriam stellam  
quæ oriens Luciferum, cecidit  
Vesperum facit. Inde Sta-  
tus, Et æterno deprehenditur.  
Venus in ortu. Habet et duas  
alias, vnam in signo Tauri, &  
vnam in Septentrione. Vnde  
etiam Taurus domus esse di-  
citur Veneris, Ideo dixit, Quæ  
Venus ante alios astrorum di-  
ligit ignes. ¶ Sacrum.) Venera-  
bile. ¶ Tenebras.) autem resol-  
uit propter iubar, quod sola  
possidens aliquod efficiat lu-  
men. ¶ Agmine facto.) Agmine  
proprie est exercitus ambulans  
quicquid fuerit aliud, abusive  
dicitur. ¶ Prope Cæritis am-  
nem.) Agylla ciuitas est Tu-  
scie à conditore appellata, cui  
ex iustitia Romana aliud est  
inditum nomen. Nam cū Ro-  
mani euntes per Tuscanam in-  
terrogarent Agyllinos quæ di-  
ceretur ciuitas, illi vt pote Græ-  
ci quid audirent ignorantes,  
& optimum ducentes si prius  
eos salutarerent, dixerunt χαίρειν  
quam salutationem, Romani nomen ciuitatis esse putauerunt, &  
deinde aspiratione eam Cære nominauerunt, vt dixit Iginus in  
vrbibus Italicis. Amnis, autem, Minio dicitur: vt, Qui Cære do-  
mo, qui sunt Minionis in aruis. ¶ Late facer.) Hoc est non solum  
colebantur à ciuibus, sed etiam ab accolis. ¶ Nigra.) Umbrosa:  
more suo. ¶ Veteres sacrasse pelagos.) De his varia est opinio. Nā  
alij eos ab Atheniensibus, alij à Laconibus, alij à Theffalis dicunt  
originem ducere, quod est propensius. Nam multas in Theffalia  
Pelagorum constat esse ciuitates. Hi primi Italiam tenuisse per-  
hibentur. ¶ Aruorum pecorisq; deo.) Publica ceremoniarum opi-  
nio hoc habet, pecorum & agrorum deum esse Syluanum. Pru-  
dentiores tamen dicunt eum esse ὕλκων θεόν, hoc est deum τῆσ  
ὑλκῶν. Hyle autem est sex omnium elementorum, idest ignis  
fordidior & aer, item aqua & terra fordidiora, vnde cuncta pro-  
creantur: quam ὕλην, Latini materiam appellauerunt: nec incon-  
grue cum materia syluarum sint. Ergo quod Græci à toto, hoc  
Latini à parte dixerunt. ¶ Lucumq; diemq;.) Hoc à Romanis tra-  
xit, apud quos nihil fuit tam solenne quàm dies consecrationis.  
Hinc est illud, Nostrosq; huius meminisse minores. ¶ Tarco &  
Tyrheni.) Tarco Latinus nominatius est de Græco veniens ab  
eo quod est Tarcon: perditio v, & ω commutata in o, vt ἀπόλα-  
ον Apollo, & πλατόων Plato. aliter versus non stat. ¶ Tuta te-  
nebant castra locis.) Hoc est & natura & industria munitissima.  
Sed nouimus castra per naturam munita esse non posse, nisi in  
collibus fuerint, quod si in montibus sunt, quomodo procedit,  
Latis tendebat in aruis? Ne sit ergo contrarium, intelligamus  
quod hodieq; videmus & legitimus, hanc collium fuisse natu-  
ram, vt planities esset in summo, in qua castra inerant Tarcon-  
tis.

Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis,  
Æneas inter primos, & fidus Achates:  
Inde alij Troiæ proceres: ipse agmine Pallas  
In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis:  
Qualis, vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,  
Quem Venus ante alios astrorum diligit igneis,  
Extulit os sacrum, cœlo, tenebrasq; resoluit.  
Stant pauidę in muris matres, oculisq; sequuntur  
Pulcream nubem, & fulgentis ære cateruas.  
Olli per dumos, qua proxima meta viarum  
Armati tendunt, ut clamor, & agmine facto  
Quadrupedate putrę sonitu quatit vngula campum:  
Est ingens gelidum lucus prope Cæretis amnem  
Religione patrum late sacer, vndiq; colles  
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt:  
Syluano fama est veteres sacrasse Pelagos  
Aruorum pecorisq; deo, lucumq; diemq;  
Qui primi finis aliquando habuere Latinos  
Haud procul hinc Tarco, & Tyrheni tuta tenebant  
Castra locis: celloq; omnis de colle videri  
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis,  
Huc pater Æneas, & bello lecta iuuentus  
Succedunt: fessiq; & equos, & corpora curant.  
At Venus æthereos inter dea candida nymbos  
Dona ferens aderat, natumq; in valle reducta  
Vt procul egelido secretum flumine vidit,  
Talibus affata est dictis, seq; obtulit vltro.  
¶ En perfecta mei promissa coniugis arte  
Munera ne mox, aut Laurentes nate superbos,  
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.  
¶ Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit,  
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

VEN.

POETA

tis. Quamquam multi velint,  
Celsosq; omnes de colle videri  
Iam poterat legio: ad Æneā  
referri, vt intelligamus ve-  
nientes in collibus fuisse Tro-  
ianos: Castra vero Hetrusca  
in campis. Quod si velimus  
accipere: quemadmodum p-  
cedit, Tuta tenebant Castra  
locis: idest per naturam lo-  
corum. ¶ Tendebat in aruis.)  
Vt, Hic (scelus tendebat Achil-  
les. ¶ Et bello lecta.) Quia ait  
supra, Qui sese in bella sequan-  
tur, Præstantes virtute legit.  
Aut lecta proprie, quia dele-  
ctus militum est. ¶ Fessiq; &  
equos, & corpora curant.)  
Ingenti arte quod sequebatur  
omisit, redditurus in decimo,  
nanque si vellet dicere venis-  
se Æneam, vidisse Tarcontem,  
petisse auxilia, satis longum  
fuerat, & peribat illud quod  
ait supra, Toto nancq; fremite  
condensę littore puppes: cum  
& Hetruscorum festinationā  
dicentis breuitas congruat. Ve-  
rum hoc quod in isto loco præ-  
termisit, reddidit in decimo,  
dicens, Nanque vt ab Euand-  
ro castris ingressus Hetrus-  
cis, Regem adit, & regi me-  
morat nomenq; genusq;. ¶  
Ætherios nymbos.) per æ-  
tem numinum scilicet purga-  
torem qui circa deos est, ἡ δὲ  
ὑψῶν ἱκανέσθω παρὰ δῶρα  
ἑσποῦσα. ¶ Reducta.) Secre-  
ta. ¶ Egelido secretum flumi-  
ne vidit.) Egelido, idest nimitū  
gelido: & est vna pars oratio-  
nis, vt, Eduamq; pirum, idest

valde duram. Et sic dixit Secretum flumine egelido, hoc est præ-  
sidio fluminis: vt dicimus, secretus est monte vel syluis. Latens  
ter autem ostendit Æneam non nisi flumine ablutum, numen  
videre potuisse. ¶ Obtulit vltro.) Idest deam confessa, vt in se-  
cundo dixit, & est ordo, Obtulit se, & locuta est. ¶ Promissa.)  
κατὰ τὸ σιωπώμενον: vt supra, Hoc signum cecinit missuram di-  
ua creatrix. ¶ Laurentes superbos.) Vt, Quos illi bello profugos  
egere superbo. ¶ Acere Turnum.) Fortē, & proprie apud nos acer  
est qui ἀνδρῶν apud Græcos dicitur, nā fortē, & vehementem, &  
asperum, & amarum potest significare. ¶ Poscere.) Prouocare. Ci-  
cero, Poscunt maioribus poculis, idest prouocant.

ASCENSIVS.

¶ Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis, Æneas inter pri-  
mos & fidus Achates: Inde alij Troiæ pr- & c.) Docet, quō profes-  
si sunt ad Tarcontē: seu Latine, Tarcontē, Etruscorum ductorem  
vtq; Venus Æneę Vulcania obtulit arma: ipsum complectens: atq;  
cohortans. Vnde: quia Donati nihil habemus. ¶ Ordo est. Equita-  
tus. i. coetus, aut classis equitū: exierat iam adeo. i. scilicet iam:  
oīno portis apertis. Exierat (inquit) videlicet Æneas, & Achates  
fidus. i. Æneę comes, inter primos. Inde. i. deinde, sup. exierant  
alij proceres Troiæ. Ipse Pallas conspectus. i. conspicuus in me-  
dio agmine: in, sup. chlamyde & armis pictis, quæ. s. à patre ob-  
tinuerat, sup. exierat talis, qualis Lucifer: vbi. i. postq; ipse perfu-  
sus vnda Oceani. i. lotus, s. m opinionem vulgi, Oceano. i. Oriens,  
quem. s. Lucifer: (est enim stella Veneris) Venus diligit ante alios  
igneis. i. fulgores astrorum: extulit cœlo os. i. conspectum suum:  
sacrum. i. venerabilem: & resoluit tenebras, scilicet nocturnas, vñ  
Lucifer, q. lucem afferat, dicitur. Matres pauidę stant in muris, &  
sequuntur

Requiritur oculis. i. obtutus: quia pedibus stantes, non poterant, nubem puluerem. i. pulverulentam, ex pulvere pedum collectam: & cateruas fulgures græ. i. armis græis fulgētib; inter nubem illam. Olli. i. oēs illi armati: tendunt per dumos. i. loca inuisa. scilicet, qua proxima meta. i. proximū compendii viarum, sup. erat: clamor. scilicet, instigantium: it. i. diffunditur per aera: & vngula. scilicet, equina, quatit campū putrē: sonitu quadrupedantibus. i. quaternis pedibus, incedentibus eqs factus: & hoc agmine. i. ordine militariter procedenti: factus. i. instituto. Ingens lucus est prope amnē gelidū. i. sub frigidū propter syluam: C. grætis. i. vrbis Agillinae: saceni. venerabilis: late. i. in latū religione. i. obseruatiā, & religioso cultu patriū. i. maior. Colles. i. monticuli: caui. i. habentes vālem interiācentē, includere, sup. lucū illū: vndiq; .i. ex omni parte: & cingūt nemus abiete nigra. i. vmbrosa. Fama est veteres Pelasgos. i. Græcos, qui in Italia venerant: sacrasse. i. dicasse, Syluano, deo aruorum, & peccatis: & lucū, sup. illum: & diē, sup. solennē, & sacrum. Pelasgos (inquit) qui primi habuere. i. possederūt aliqñ, sineis Latinos, Tarco: & Tyrtheni. s. populitenebant haud procul hinc. i. non longe ab hoc luco: castra tuta locis. i. munitione locorum: & oīs legio. scilicet, Tyrhenor: poterat iam videri. Lab. Aeneas: de colle celsio. i. arduo, & difficulter accessibili: sed planiciē latam habente, aut, omnis legio Aeneas venietis poterat videri à Tarconte de colle excelso, vbi excubias fecerat: licet in valle munita, exercitū haberet, & castra. Sed prior modus, quia placet Seruio, placet & mihi, eo quod sequitur: & tendebat. i. tentoria habebat: sicut in. ij. Hic Dolopū manū, hic seuus tendebat Achilles. i. in aruis latis. i. late se extendentibus, in planicie collis. Pater Aeneas, & iuuetus lecta. i. delecta, aut electa: bello. i. ad bellū: succedunt huc. i. ad hūc collē, vbi erat Tarcon: & ipsi fessū curant. i. reficiunt & reparat & æquos & corpora sua. s. priusq; ad Tarconē accederent. At Venus dea candida. i. refulcēs: inter nymbos. i. nubem; ethereos. i. lucidam, & quasi cœlestē: aderat, ferēs dona. scilicet, arma, à Vulcano fabricata: & vt. i. postq;

SERVIVS.

(Deq; donis.) Propter arma. (Tato lætus honore.) Quod manifestam viderat matrem, & plenam nūminis sui. (In terq; manū & brachia versat.) Iungendum est, vt intelligas Aeneā manibus minora, brachijs maiora arma considerasse, vtputa lorica & scutum: hec. n. sunt arma maiora, minorā vero, galeā, gladiū, ocreas. (Versat.) Considerat. Vt: Huc illic vincloꝝ inmensa volumina versat. (Rigētē, sanguinea, ingentē.) Distinguedū, ppter plura epitheta. (Solis inardescit radijs.) Irim Physica ratiōe describit, quæ fit cum aquosam nubem solis ardor irradiat. Nec est incōgrua hæc comparatio, cum lorica de diuersis metallis fieri pletunq; consueuerit. (Leueis ocreas.) Nitida tibi alia. (Recocto.) Saepē purgato. Sic Homerus.

αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεύξε σάκος μέγα τετυγμένον, τεύξε ἄρα οἱ θάρηνα φανύοντα πύρρον ἀγυῖον. τεύξε δ' αἰμόρυσσά βριαρὴν κροτάφοισι ἀραρυῖαν. Καλὴν δ' αἰδαλέην, ἐπι δὲ χρύσειον ἄλφρον ἵκεν.

Teύξε δὲ οἱ κνήμιδα σὺν ἑαυτοῦ κασσίδι τέροιδ.

(Non enarrabile.) Bene non enarrabile. cum enim in clypeo omnem Romanam historiam velit esse descriptam, dicendo Illic genus omne futurę Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella: carptim tamen pauca commemorat sicut in primo ait, Videt Iliacas ex ordine pugnas, nec tamen vniuersa descripsit. (Haud vatū ignarus.) Futurorū non inscius. (Venturūq; in seius æui.) Nō quē, sed quę in æuo erant futura. (Viq; ad Augurūm Cæsare.) Mauortis in antro.) Potest accipi, & fecerat lupā

Mauortis,

ipsa vidit natum. i. filium: in valle reducta. i. inter duos colles in clusa: vidit (dicit) procul. i. de longe: secretum. i. diuissimū ab exercitu aliorum: furtiue egelidoi. multum & eminētē gelido. nūm nomen eius: affata est, sup. eū talibus dictis: & obtulit se. i. videri: dam cōspectui eius: vltro. i. non requisita. En munera perfecta, ut conuigis mei. s. Vulcani: promissa. i. quam ipse mihi promiserat aut quam me promissam tibi perfecta, daturam arma: aut quā mihi promissam dixi à marito: sed hoc vltimum resellit, & petiitum resellit ex eo, qd Venus in oratione sua nō meminisse promissionis. dicemus ergo, medium. s. Venere, promississe: hæc se laturā, arma perfecta, arte mariti sui: vnde dictū est, At Troius heros Agnouit sonitū, & diuę promissa parentis. ne o nate, dubites poscere. i. prouocare, in plia, Laurentis. s. populos: superbos. s. ppter virtutē suam bellicam, aut propter ductores suos: aut Troium acrē. i. strenuum, ductorem eorum, & capitalem tibi inuicem: Cytherea. i. Venus: à Cytheris montibus Cyprī, dicta: diuina finit, orationē: & petiuit amplexus nati. i. filij sui: & sup. positū sub q̄rcu aduersa. i. è regione: & ex aduerso sita: arma radiantia, resplendentia, & quasi radios emittentia.

PIERIVS.

(Sequuntur.) In pleriq; vetustis codic. secuntur, notatum obserues. Sed enim per q scribendum, Victorini sententia est. Alij quidam q, in verbo, sequuntur, & loquuntur, ita adamarunt, vt eorum etiam participia, secutus, locutus, per q, sequutus, loquutus, scribere voluerint: præcipientes horum scriptionem ad ongi nem referri debere. (Tuta tenebant Castra.) In aliquot codicibus quis legere est, cuncta tenebant Castra: quod si admittas, Seruū omnis ambiguitas tollitur. Nāq; omnis furij surrexit, Ebraiā iustis, quæ castra eo loco metata erat. (Egelido.) In Ro. codic. hæc gelido: vt fit. hæc. s. Venus: quod incomptū videtur in alijs, & in alijs, e gelido, separatim legitur. Placet vero vnica distinctio, egelido, per compositionem particulæ, quæ valde significat.

Mauortis, & Mauortis in antro. Dicēdo autē: & ostēdit multa alia fuisse depicta. (Procubuisse.) Id est pma parte se inclinasse: quod Græci πρὸς τὴν γῆν τῖνα dicunt: vt inclinatio corporis vbera præbrect infantibus. Nā si procubuisse, iacuisse accipias, contrariū est quod dicit, Ludere pedētes pueros. Sciendū tamen est voluisse eū gestū proprie exprimere, quē in ipsius lupæ cernimus huius. (Geminos huic.) Reuera geminos modo: alias similes. Sane totus hic locus Ennianus est. (Ludere.) Moueri. Terentius, Cōgrum istum maximū in aqua finito ludere, id est moueri. (Pendent.) Cessantes. Vt, Pendent opera interrupta, minaq; . (Matrē.) Quasi matrem, cuius affectū pueris exhibebat. (Tereti cerulce.) Rotunda cū longitudine. Vt, Incubēs tereti Damon sic capiti oliuæ. (Mulcere alternos.) Nō quod in pictura erat dicit: sed id quod intelligimus factū fuisse. Vt, Ter circū Iliacos raptauerat Heftora muros. (Et corpora fingere lingua.) Id est tergere. Cicero i Feltiana, spōghis sanguis effingebatur, id est tergebatur. (Nec procul hinc Romam.) Congruē iuxta proprios conditores. (Raptas sine more Sabinas.) Raptas spectaculo sine vilo exemplo. (Cōfessu caueæ.) Cauea est vbi populi spectant. (Magnis Circensibus actis.) Magnis, quantum ad paupertatē pristinā pertinet. Nā legimus propter equorū inopiā diuersis eos vfos animalibus. Raptæ aut sunt Sabine Cōsualibus, hoc est mens Martio. Confusus aut dicitur esse consilio: qui ideo templū subterito habet vt ostēdatur testū esse debere consilium. inde est quod & Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides testā esse debet.

debet & velata. Ideo autem dicato Consi simulachro rapuerunt Sabinas, vt tegetetur initu de raptu consiliu. Iste Consus & eques Neptunus dicitur: vnde et in eius honore Circenses celebrantur. Errant ergo qui dicunt magnis Circēfibus, aut Megalefiacis, aut Romanis quos constat fieri ante kalendas Ianuarias. Actis, autē, cum agerentur: quia non erat præfens à passiuo participium. vt, Et qua veclus Abas. ¶ Circēfibus.) Circenses dicti vel à circuitu: vel q̄ vbi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur quos circumibant, dicti Circenses sine adiectione ludorum, cum ita dicamus ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos Circenses. ¶ Romulidis.) Hic datiuus pluralis venit ab eo quod est hic Romulida. ¶ Curibus q̄; seueris.) Mire dixit seueris. Cum enim filias perde rint Cetinenses, Antennates, Cruftumini, & Sabini, ceteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt: qui interuenientibus postea triginta sceminis iam enixis de illis quæ raptæ erant, pax facta est: ex quarum nominibus Curia appellata sunt in communem etiam mulierum honorem. Calendæ eis dicatæ sunt Martiæ. Horatius, Martij cælebs quid agam calēdis? Iuuenalis, Munera sceminis tractat secreta calendis. Nec enim aliter congruit Martias calendas esse sceminarum, nisi quia (vt diximus) sceminæ bella sedarūt. Sane sciendum omnes virgines raptas excepta Herfilia, quam (sublatam à marito, sibi Romulus fecit vxorem, ¶ Posito certamine.) Finito: vt, Ante diem claufo componet vesper Olym po. ¶ Iouis ante aram.) Ante templum Iouis statoris, quod fecerat Romulus postquam orans elatis armis meruit ne suus exercitus fugeret. ¶ Iungebant foedera porca.) Foedera, vt diximus supra, dicta sunt à porca foede & crudeliter occisa: cuius mors operabatur ei qui à pace resillisset. Falso autem ait porca. Nam ad hoc genus sacrificij porcus adhibebatur, ergo aut vsurpauit genus p̄ genere. Vt, Timidi venient ad pocula damæ: cum has damas dicamus. Item supra lupam, cum artis sit hic & hæc lupus. Aut certe illud offendit quia in omnibus sacris sceminæ generis plus valet victimæ. Deniq; si per marem litare non possent, succidanea dabatur scemina. Si autem per sceminam non litasset, succidanea adhiberi non poterat.

## ASCENSIVS.

¶ Ille deæ donis.) Comemorat quæ arma Æneas à matre susceperat: & potissimū clypei describit sculpturā, res Romanoꝝ præcipuas vsq; ad Augusti tempora continentē: vnde & Augusti egregia facinora, opportunitatem nactus cōpendio, ingeniosus Poeta percurrit: quam ob rem est explodēda eorum opinio, qui poetam cōstituisse dicūt, ad Augustum vsq; perducere opus, & illius gesta recensere. quod si esset, non hic & in. vj. tam diligēter ea percurreret. Potuisset tamē, si superuixisset Augustum, alio opere insulari istius cecinisse: quod in Bucō. & Georgi. pollicitus videtur. ¶ Ordo autē est. Ille. natus Veneris, Æneas: lætus donis deæ. s. matris: sed potius, deq; q̄si, à mortali talia cōferri nequirent: & lætus tanto honore, quia mater ipsum suo complexu dignata erat: aut tanto honore, quantus est: tam insignibus armis fulgere, nequit experi. i. satuari, videndo: atq; voluit oculos per singula. s. armarum: & miratur, sup. ea: & versat inter manus & brachia, galeam. i. cassidē terribilē: cristis. i. habentem terribiles cristas, & vomentē flammam: sicut de galea Turni dictū est: & ensē satiferum, id est letiferum, aut mortiferum multis: & loriam. i. thoracem: rigentem. i. sere stantem & rigidam: ex ære. i. squāmīs æreis: sanguineā sanguinei coloris: & sup. ingentem. i. valde magnam, sup. talem: qualis, sup. est: nubes cœrulea. i. cœrulei coloris: quum. i. quando: inardescit. i. resplendet: radijs solis. s. ex aduerso incubentibus, & arcum cœlestē producentibus: & resulget lōge. i. resulgere videtur, præcipue à longe stantibus: tum, sup. miratur: & versat ocreas. i. munimina crurū: leuis. i. polita, nō aspera, aut politas, & leuigatas, si ad ocreas refert, sup. factas, ex electro, & auro recocto. i. iterum fuso, & ita purgato: & hastā, & textum. i. texturam, & sculpturam clypei: nō enarrabile. i. difficile enarratū: declinat ut ergo hoc textum, texti: pro re ipsa contexta. Ignipotens. s. Vulcanus: haud ignarus vatū. i. vaticiniorū, à vatibus editorū: aut officij vatū non incius: q̄, pro, id est: nō incius æui futuri: fecerat illic. i. in illo

## SERVIVS.

¶ Citæ Metium in diuersa q̄; digne. Donatus hoc loco cōtra metrum sentit dicēs, Citæ: diuisa: vt est in iure, erecto, non citā. i. patrimonio vel hereditate non diuisa. Nam Citus cū diuisus significat, c. longa est. Ergo

Haud procul inde, citæ Metum in diuersa quadrigæ  
Dustulerant (at tu dictis Albane maneres)  
Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus  
Per sylvas, & sparsi rorabant sanguine vepreis.  
Necnon Tarquiniū ciectum Porlēna iubebat  
Virgi.


Virgi.

in illo clypeo, res Italas, & triumphos Romanorum: & fecerat illic omne genus stirpis. i. progeniei futurae ab Afcanio: & fecerat in ordine bella pugnata. i. vt bellata. i. bello gesta erat: & lupā fecerat. i. enixam: nuper procubuisse. i. prima parte se inclinasse: in viridi antro Mauortis. i. Martis. i. vbi erant Martis filij, Remus, & Romulus, & ab ea nutriendi: & geminos pueros pendentes circū vbera ludere huic. i. in huius applausum. s. lupæ: & matrem. i. quæ tanquam matrem se gerebat. s. lupam: lambere, sup. pueros. s. Remum, & Romulū: impuidos. i. imperterritos: quo indicio, Martis filij, pbabatur: nā pueri, naturaliter sunt pauidi. Aut ordo est, & pueros impuidos lambere. i. dulciter fugere: matrem. i. lupā, pro matre: & illam. s. lupam, reflexā ceruice tereti. i. rotūda in longum: mulcere. i. mitigare, aut placare lambendo alternos: vt catulos suos solent lupæ: quæ res, quum vna esset sculpi, aut fingi nō poterat, nam si alterum visā est lambere, aut mulcere: non potuit alterum etiam mulcere: sed sic, sculpta erat, vt lambisse visā, alterū alterū festinaret: & fingere. i. tergere, & solidare corpora. s. infantum, lingua. s. sua: quod vsus proprius est. Nec. i. & nō: & addiderat non procul hinc. i. ab hac sculptura iam dicta: Romam: & Sabinas. s. virgines, & matronas raptas. s. à Romulo, & cohabitatoribus eius, postquam à finitimis coniugia impetrare non poterant: sine more. i. exemplo, quia noua inuentione: dum enim consualia Neptuno agerent. i. hausticos ludos, quæ haustidia nonnulli vocant, cōuocatis vicinis ad spectacula: vbi conuenissent suam sibi quisq; rapuit: vnde dicit, raptas confessu caueæ. i. in loco concauo, vbi cōfederant in circuitu spectantes: & hoc magnis Circensibus. s. ludis, qui idcirco fiebant actis. i. dum agi deberent: & addiderat nouum bellum cōsurgere subito Romulidis, & Tatio senij, & curibus seueris. i. inter Romulidas, ex vna parte: & Tatiū, duces Sabinorum: & inter ciueis Curientis, quos Seueros vocat: quia cæteris quiescentibus, iniuriam vlcisci voluerunt: & tria bella cum Romanis gesserūt. Est autem hæc Cures, harum Curium, ciuitas olim Sabinorū: vnde Numa Pompilius erat. Post. i. postea iidem reges. s. Romulus, & Tatius: certamine posito. i. sedato inter se, stabāt armati ante aram Iouis: & tenētes pateras. s. quibus Ioui libabant: & iungebant. i. inibat: foedera porca caesa. i. iecta, & percussa foede. Nam qui foedus percipientes, porcum inibat, dicebant antequam ferirent: Iupiter: populum. N. sic ferito, vt ego hunc porcum ferio: tantoq; magis ferito, quāto magis potes: pollesq; si. s. foedus non seruaret.

## PIERIVS.

Dalmatis, & de Alexandrinis: sacrabat. In sculpturis clypei: diis  
Italici votum immortale. i. quod perpetuo tempore perman-  
sum est in re persoluta: per votum. Inter centum: maxima delubra  
idest templa, per totam urbem, apta potius per totum orbem: vie. j.  
compita, & triuia: fremebant. spartam Victoriæ, lætitiæ, & lu-  
dis, & plausu chorus matrum, idest matronarum supplicij, sup-  
ple erat in omnibus templis: & omnibus aris, idest ad omnes aras:  
& iuueni cæsi, idest mactati ad sacrificium: strauere, idest equaue-  
runt corpore suo terram ante aras: aut, cæsi ante aras, strauerunt  
terram corpore suo. Ipse. Augustus: sedens, supple in limine ni-  
ueo, idest de candido marmore facto: Phœbi, idest Apollinis: can-  
dentis, idest resplendentis: recognoscit, idest recenset, & (vt dicit)  
reuisitat: dona populorū, idest quæ populus in templa noua con-  
ferbat: & aptat, idest adiungit, & affigit ea: postibus, idest portis  
superbis, idest magnifice extructis. Gentes victæ. Sab Augusto, in-  
cedunt longo ordine: quia tandem monarchiam obtinuit: vnde,  
Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt de scriberetur vniuersus or-  
bis: secundum Lucam, quam, idest quantum: variæ, sup. incedunt  
gentes: victæ linguis, idest loquelis: tam, idest intantum, sup. va-  
riæ habitu, vestis, & armis. Et Mulciber, idest Vulcanus: finxerat,  
idest sculpserat: hic, idest in hac parte: aut hinc, idest post hæc di-  
ca. Genus Nomadum, idest Nomadarum, populorum Aphri-  
cæ: & Aphros. Reliquos: discinctos, idest minime accinctos, &  
imparatos ad bellum: & finxerat hinc Lelegas, idest populos il-  
los, non Thessaliæ, sed Asiæ: & Caras, idest eosdem populos qui  
peculiari nomine Barbari, vocantur: vt autoritate Beroaldi  
statim comprobamus: & Gelonos, populos Scythiæ: sagittife-  
ros, idest sagittas, quibus plurimum valēt in bella ferētes. Euphra-  
tes, fluius ille Armeniæ: ibat iam mollior, idest lentior vndis. i.  
suis, quasi demissis animis: quia se victum sentiebat, si autem hæc  
sculpsit

Maxima tercentum totam delubra per urbem,  
Lætitiæ, ludisq; viæ, plausuq; fremebant:  
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aris  
Ante aras terram cæsi strauere iuueni.  
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,  
Dona recognoscit populorum, aptatq; superbis  
Postibus: incedunt victæ longo ordine gentes,  
Quam variæ linguis habitu, tam vestis, & armis.  
Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Aphros,  
Hic Lelegas, Carasq; sagittiferosq; Gelonos  
Finxerat, Euphrates ibat iam mollior vndis,  
Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,  
Indomitq; Dax, & pontem indignatus Araxes.  
Talia per clypeum Vulcani dona parentis  
Miratur, rerumq; ignarus imagine gaudet,  
Attollens humero, famamq; & fata nepotum.

sup. ibat mollior quia se quoque domandum sentiebat ab Augu-  
sto: Æneas miratur talia dona parentis, idest matris suæ, per cly-  
peum Vulcani. Seruius dicit, parentis honoris esse, quæ sit ordo  
miratur per clypeum Vulcani parentis, idest patris loco, honoris  
di talia dona: & ipse ignarus rerum, idest nesciens quas res signi-  
ficarent. nondum enim erant: gaudet imagine, idest sculpturis &  
cælaturis. s. rerum, quia pulchræ visæ sunt: gaudet (inquit) attol-  
lens, idest erigens humero: famam, idest gloriam: & fata nepo-  
tum, idest res futuras, haud dubie nepotibus, idest posteris suis.  
Verba Beroaldi in Seruium sunt hæc: Sæpe admonuimus multa  
deprehendi in commentarijs Seruii, quæ ad geographiam perti-  
nent: non satis exacte, nec adamussim pensitata: quæ virgulta cen-  
soria notari mereantur, quale est hoc. Nam Cares, non sunt insu-  
lani: vt ipse autumat: sed in continenti: & populi sunt Asiatici, iux-  
ta Mæoniam, Lyciam, atque Ioniam collocati: vt Plinius, Stra-  
bo, & Mela, tradiderunt. Cariæ, toti imperauit olim Mausolus:  
vt author est Victorius in secundo. In Caria, fuit Halicarnassus,  
& Mausoleum illud celebratissimum: quod inter septem orbis  
spectacula, meruit annumerari. Nec Lelegas sunt in Thessalia, vt  
incuriosè refert commentator. Sed Leleges, & Cares idem sunt  
populi: vt meminit Strabo in. vij. nonnulli geographi tradunt  
eos esse finitimos, atque in multis Cariæ locis sepulchra Lelegū  
& monumenta Lelega nuncupata ostenduntur: & olim Ioniam  
Asiaticam, Cares, & Leleges incoluerunt. Cares peculiariter,  
Barbari sunt cognominati. Cæterum (vt ego arbitror) videtur  
exillimasse Seruius, Lelegas esse Thessalos: quoniam versu Lu-  
cani, quem ipse allegat, ostenditur Lelegas agrum Thessalicum  
quondam tenuisse. At qui Lucanus ideo videtur hoc tradidisse,  
quoniam Leleges fuerunt populi errabundi, & diuersis in locis ha-  
bitarunt. Nam, vt scribit Aristoteles in politicis, Acatnanum, Eto-  
lorum, Leucadiorū, Leleges hæc omnia loca incoluerūt, & olim  
etiam Thessaliam tenuerunt, sed non ipsi Thessali fuerunt. Ouidius,  
Caras, & Lelegas ita carmine coniunxit, sicut & Virgilius, quo-  
niam videlicet sunt inter se contemini. versus Ouidii, ex libro. ix.  
Metamorphoseon hic est: Caras, & armiferos, Lelegas, Lyciæq;  
pererrat. Scribit Plin. in. v. Miletum Ioniam caput Lelegeida fuisse  
nominatam. Idem Seruius existimat, Thermodoonta, fluium  
esse Thraciæ: quum sit Capadociæ: quæ regio est Asiatica: vt Plin-  
ius Strabo, atq; Iustinus meminerunt: iuxta quem, olim Ama-  
zones confederunt: quarum regina (vt author est Diodorus) in  
ostijs Thermodoontis, urbem condidit, Themiscyram nuncupa-  
tam. Inde pugnas Amazonum Thermodoonticas appellat Pa-  
pinus in primo syluarum: & Propertius in tertio sic ait, Qualis  
Amazonidum nudatis bellica mammis Thermodoontis turba  
lauatur aquis.

PIERIVS.

¶ Lætitiæ, ludisq; viæ.) In Oblongo codice, lusu, legitur: quod  
non æque placet. ¶ Omnibus in templis matrū chorus omnibus  
aris.) In antiquis omnibus codicibus quotquot habui, legere est,  
Omnibus aræ, quod longe magis placet. Aræ enim ad preces ex-  
tribuantur. ¶ Incedunt victæ longo ordine gētes.) In codicibus  
aliquot antiquis, matres: non, gentes, habetur. Sed, gētes, rem su-  
cit ampliore, & statim ad earū species descendit, genere iam po-  
suro. ¶ Hic Nomadum genus.) In antiq; pleriq; codicibus, Nu-  
midum,

midum legitur. Quo pacto gentem eam ab Romanis appellatam tradit Appianus: vt alibi diximus. ¶ Sagittiferosq; Gelonos Finxerat.) In Romano cod. Tinxerat. In aliquot alijs, Finxerat, vtrūq; librarium negligentia. ¶ Indomitiq; Daci.) Nomen huius gentis varie scribitur in antiquis codicibus. Nam codices omnino sunt, in quibus, Daci, scriptum habeatur. In aliquot, Dacæ. In Roma. cod. Dahe, aspiratione interiecta, vñ factum vt etiam, Dache: veluti accidit in nihil, alicubi notatum iueniatur. Sed. n. Daç, recipitur ab eruditiss, qui sunt Scythiæ populi. Hermolaus Byzantius, vt ex Stephani cõpendio legitur, δακαι σκυθικὸν ἔθνος, ἵσασι δὲ Νομάδες, λέγονται, καὶ δάκαι μετὰ τοῦ κ. In quo aduertendum est, impressos codices corruptos esse. Sed. n. & Daci, ex regione Dacia, iuxta Borysthenem dicuntur, quos a Græcorum cõsuetudine in comædijs, Dauos appellamus, pro ferorum nominibus. Eos Attici, δαούσ dicunt. Vergunt illi in Germaniam & ad Istri fonteis. vt idem author est Hermolaus. ¶ Talia per clypeum Vulcani.) In antiquis, per clupeū Volcani, de cuius vtriusq; ratione satis superq; superius disputatum.

OCTAVI LIBRI.  
FINIS.



ASCENSIVS.

**N**onus habet, &c.) In viij. libro, intermissa narratione de Turno, actum est de Ænea. & de eius ad Euandrum profectio, & illinc reditu. In hoc autem. ix. reditur ad Turnum: ostenditurq; qd absente Ænea in castris Iulij actum sit. Nam significatum est in. j. Æneam iecisse fundamenta nouæ Troiæ castrorum in morem. Vt vero totum argumentus sub oculos referamus verficulorum id explicantium. Ordo est. Nonus, supple liber Æneidos: habet pugnas, scilicet Turni, oppugnantis Troianos: nec ipse dux scilicet Æneas: adest tumultu, pro tu multui, aut i tumultu, aut tu multuante exercitu. & hoc est Monostichon, seorsum legendum. Reliquum argumentum est. Atq; dum ea quæ ab Æa sunt, geruntur scilicet ab Ænea parte penitus diuersa scilicet a Turno & Ascanio: Turnus festinat se in hostem scilicet exercitum Troianum, monitu Iunonis, quæ ad hoc Irim demisit: & hoc Rutulis scilicet populis, Turni. iaculantibus ignem in nauis Teucrorum. ipse, sup. naues,

IN IX. ÆNEIDOS LIBRVM  
MONOSTICHON.

Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.  
IN EVDDEM MODESTINI  
RISCONS. ARGVMENTVM.

Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur, Iunonis monitu Turnus festinat in hostem. Teucrorum in nauis Rutulis iaculantibus ignem, Nympharum in speciem diuino numine versæ. Euryali, & Nisi coeptis fuit exitus impar. Pugnatur, castra Æneadæ, vallumq; tuentur. Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus. Fit via vi, Turnus Bitian, & Pandaron altum Deicit: & totis victor dat funera castris. Iamq; fatigatus recipit se in castra suorum.

ALIVD IN EVDDEM.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris, Instigatq; animos, acies mouet ille, Phrygasq; Obsidet, in nymphas versa est Æneia classis. Euryalus, Nilusq; luunt nece prælia noctis. Vi Turnus potitur castris, mox pellitur inde.

& ipse victor dat funera totis castris idest per tota castra. Et ipse Turnus fatigatus scilicet a cæde, & strage, quam fecerat: recipit se in castra suorum scilicet castra Troianorum obsidentium.

SERVIVS.

**A**tq; ea diuersa penitus dum parte geruntur. In hoc libro est mutatio omnium rerum. Nā & aliæ personæ, & loca alia sunt, & aliud negotiū incipit. Ab Ænea enim transit ad Turnum, à Tuscia ad Ardeam, à petitione auxiliiorū ad bellū: quem transitū quidam culpāt, nescientes Virgiliū prudenter iūxisse superioribus negotijs sequētia per illam particulā, Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur. Scilicet dum offeruntur arma, dum dātur auxilia. Sane formatus est iste liber ad illud Homeri, vbi dicit per noctem egressos esse Diomedem & Vlysem cum capto Dolone castra penetraverunt. nam partem maximā & economiæ & negotiorum ex inde habet. Diuersa penitus. Valde diuersa, & longius remota. vnde paulo post dicit, Nec satis extremas Coriti penetravit ad vrbes, Lydorū que manū. Irim). Iris quasi p̄ dicta est. nuncq; n. ad conciliationem mittitur sicut Mercurius, sed ad disturbancem. Et est ministra non tantum deorum, sed & deorum & Virgilius hoc probat dicens, Aeriam cælo nam Iuppiter Irim demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem. Audacem ad Turnum. Fortem, sine sollicitate, sicut de Pallante diximus. Parentis Pilumni. Pilumnus & Pithumnus fratres fuerunt, & dij horum. Pithumnus vsū stercorendorū inuenit agrop: vnde & Sterglinus dictus est. Pilumnus vero pinfendi frumenti vnde & à pilistoribus colitur. Ab ipso etiā pilū dictū est. Sacrata valle. Ideo Sacrata, q̄ vt diximus, nunquā est lucus sine religione. Sede bat. Vt Asper dicit, erat. quæ clausula, antiqua est, & de vsu remota. Secundum Plautum sedere, est consilium capere, qui inducit seruū

P. VIRGILII MARONIS  
ÆNEIDOS LIBER  
NONVS.



Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur POE. Irim de cælo misit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum, Iulico tum forte parentis Pilumni, Turnus sacrata valle sedebat: Ad quem sic roseo Thaumantias ore loquuta est.

Turne quod optanti diuum promittere nemo IRIS Auderet, voluenda dies en attulit vltro. Æneas, vrbe & socijs, & classe relicta, Sceptra Palatini, sedemq; petiuit Euandri. Nec satis, extremas Coryti penetrauit ad vrbes, Mydorumq; manum, collectos armat agrestes. Quid dubitas: nunc tēpus equos, nūc poscere currus: Rumpe moras omnis, & turbata arripe castra.

tis Tusciæ: quia vt diximus, nomen accepit a Corito rege, cuius cum vxore concubuit Iuppiter, vnde natus est Dardanus. Armat agrestes. Ne ei formidinem injiciat, agrestes esse commoratur. Et turbata arripe castra. Aut arripe, & turba: aut turbata inuade per absentiam Æneæ.

DONATVS.

**A**tque Ea diuersa penitus dum parte geruntur. Quum hæc, inquit, diuersa & longiori parte agerentur, hoc est, qui armis cælestibus & auxilijs instrueretur Æneas, quos actus habuerit Turnus, poeta describit. Vult. n. ostendere cōparatiōe facta, qualis Æneas in cogitationibus belli, & qualis fuerit Turnus. In prima quippe parte octauo libri competentem viro dardanio

nauis, versæ sunt in speciem nympharum: numine diuino. scilicet matris deum: quæ hoc illis procurauerat, quia i Phrygio monte Ida, creuerant arbores vnde factæ erant. Exitus idest finis Euryali, & Nisi: fuit dispar coeptis, idest inceptis, & principio quia in principio, victores: in fine vlti erant. Pugnatur, scilicet a Turno: & Troianis: Æneadæ tuentur, idest defendunt castra: & vallum, idest munitionem castrorum & tentorio: Iulus pulcher dat leto. i. morti: Rutulum. i. quēdam nomine Numanum, cognomen Remulum, audacem, quia, Is primā ante aciem digna, atq; indigna relatu Vociferans, tumidusq; nouo præcordia regno Ibat & ingentem se clamore ferebat. Via, idest irruptio in castra: fit vi, idest impetu Turni: Turnus deicit, idest profermit, Bitian, & Pandaron altum idest, sublimem vtrumq; Troianum:

seruū dicentem. Sine iuxta arā sedeam, & dabo meliora con filia. Sed scdm augures, sedere est auguriū captare, nanq; post designatas cæli partes a sedentibus captant auguria: qd & supra ipse ostēdit latenter inducens picū solū sedentem, vt, Paruaq; sedebat succinctus trabea. Aut erat, aut consilia capiebat, aut augurabatur. Thaumantias. Scdm poetica, Thaumantis filia. Ceterum ex admiratione hoc nomē accepit, quæ admiratione de eicoloribus nascitur. Diuū promittere nemo. Nemo p̄ nullus posuit. & est Acyroglogia. nam diuū nemo non posuit. mus dicere, cū pprie nemo sit nec homo. Auderet. Docet per transitū multa interdū tēporis rōne prouenire, q̄numina prestare nō p̄nt: qd etiam paulo post in Matris deū petitione Iuppiter p̄bat dicens, Cui tanta deo Permissa potestas. Voluenda. Pro volubilis. Nec satis. Quia occur rebat ab Euandro eū facile posse remeare. Coriti. Mon-



danio sollicitudinem dedit, describens eum sic tota mente fuisse suspensum, vt quum esset nox, & omnia silentio & somni regie tenerent, solus ipse vigilaret sub caelo & loco gelido constitutus procumbens in ripa fluminis non iacens, vbi ex vicinitate frigidarum aquarum acerrimum frigus & durissimum fuit, tardiusq; dormisse, non voluptatis, vt apparuit, causa. sed vt cum eo deus ex occasione loqui, eumq; securum reddere, & firmare consilio potuisset. Ecce & hic laborem maximum suscepit, perrexit ad remotas penitus partes. Inuentus instructior. Interea propter eos, q ab intellectu manifesto diuersi sunt, & putant diuersam partem quasi aduersariorum dixisse virgilium. Addamus exemplum, vt ostendamus diuersa parte longius separata significare. Quippe in quodam libro ait, Quo diuersus abis? iterum pete saxa Menete, hoc est plurimum a meta & cursu necessario separatus. Item in hoc libro sic positum est, diuersa in parte furent, hoc est a troianorum castris longe discreta, turbantq; viros perfertur nuntius hostes Feruere caede noua, & portas prebere patentes. non enim mittere nuntius, nisi ad eum, qui longius ageret, & cum suis talia geri nesciret. Et in presenti probat poeta ipse, quid sit diuersa parte. nam sic induxit irim loquentem, vt ipsa exponat, quid sit hoc ipsum, vt omnes ambiguitates excludat. ¶ Trim de caelo misit fatum iuno Audacem ad turnum. Ecce quia ea, quae diximus aeneas gereret, quam cautiorem turnum facere debuisset inimici propinquitas, nulla bellici certaminis tangitur cura. Sedere autem vel maxime hoc loco non tantum corpore verum etiam otiosum animo esse significat. Volunt tamen aliqui quasi tractatibus necessarijs vacante dici, sed non ita esse multis documentis apparet. nam & illius quoque inertia vult poeta per comparationem aeneas laudes extollere. deniq; vt aeneam ipsum praetulit a loco & frigore fluminis, sic hinc loco obtreccionem constat. sedebat, inquit, & sedebat in luco, vt amoenitas eum & opacitas nemoris delectaret; & tunc sedebat, quum pro ratione suspecti temporis discursibus necessarijs vacare debuisset. sedebat in luco parentis pilumni, quasi demum illum aut pilumnum mortuus, aut vallis consecratio iuuare potuisset. Hunc igitur vsq; adeo poeta desiderium norat, & in periculo suo satis incautum, vt ipsi quoque iunoni displicuisset. nam haec fuit causa, vt ad eum irim mitteret: quae torpentem ad aliqua faciendam compelleret. quicq; hoc esset satis notabile, addit ei & crimen audaciae. non enim hoc faceret iuno, si ille in periculo positus partes suas recte tractaret. Audacem ergo inconsultum & temerarium accipiendum est. nam qui tales sunt, vt incerta per certis teneant, non possunt videri pbatae sententiae. Ipsa quoque iris reprehensione eius loquedo, psequit, & incusat ignauiae: ¶ Turne, inquit, quod op. di. pmi. ne. Auderet. Turne, inquit, qui saluti tuae profutura tractare non nosti, vltro occurrisse non sentis, quod optatum multiplicibus votis, etiam si faueret numina, praestare non possent: non arripis, quod sponte detulit dies opportuna, dum se voluerit? ¶ Aeneas vrbe, &c. Hec dictio intellectum multiplicem tenet: habet enim ex vna parte exhortationem: terrorem vero & obiurgationem ex alia. nam, quod dicit aeneam longinquum petiuisset tanto labore, vt vsq; ad euadrum tyrrenhosq; peruenire potuisset. obiurgatio eius est, qui nesciebat inimici tractatus & res gestas. Ille enim impigre vigilabat prouidens partibus suis, turnus sedebat periculum suum non cogitans, trahens otium quasi quies omnibus. Quod vero armati populus, & cogi dixit agrestes ad bellum, inueniendi terroris causa est. Exhortationis partes sunt haec: ¶ relicta vrbe, nauibus, ac socijs longinqua penetrauit aeneas. monet igitur iris tempus esse, vt anteq; instructus veniat, inuadatur praesentes, quos rector abscessit. quod ipsum confirmat consilio futurorum, vt q securus quum auxilijs venerit, snorum stragem funeracq; reperiat. Eoq; fiat, vt sicut accessu duplicaturum se credebatur exercitum, solos inueniat superesse, quos duxit. Rursus ex eo inicit metum. nam si beneficium est quod aeneas videbatur abesse, apparet, id fieri non posse, quum instructior venerit. Ecce quanta aeneae praedicatio, solus abest, & troianorum omnium timetur interitus, quasi demum ipse omnes & defendere possit, & tegere. Solius aeneae rursus timetur aduentus, ne rebus integris redeuntis impetum turnus sustinere non possit. Haec, vt apertius exponantur, ipsa sigillatim iris verba tractemus. Turne, cepit a nomine, quasi excitaret dormientem, quod optanti diuum nemo promittere auderet. voluenda dies en attulit vltro, nihil interim specialiter iudicandum, fecit attentum, simulq; commendat. quod erat dictura. Magnum esse vtile, necessarium, & omni celeritate rapiendum. Attulit tibi, inquit, volubilitas dierum, quod si a numeribus multis precibus posceres, nec consequi posses, nec illi prestare valuissent. aeneas, & magnum pondus in nomine, qui n.

metui, qui tueri socios, qui armis obtegere propria qui obfistere audentibus posset, vrbe, & socijs, & classe relicta discessit, atq; ita vt longinqua & procul remota tetenderit. Vnde magnum beneficium tuis quaesitum est commodis, quod abest, & omnia sub tua ditione deseruit. Vrbe, inquit, ipsa scilicet prima, in qua fuit virgo, quae patre actroianis oppressis potuit tolli. nam quid profuit facta vrbs commemoratio? nisi quia fuit in ea quod specialiter aeneas ferre potuisset socijs, & classe relicta? plena victoria potiri possit ostendit, nisi interciperentur naues, & ois interiret exercitus. Diximus, quae dimisit aeneas, dicamus ad quae perrexit. In his quippe & maior metus potest ostendi, & obtinendi turno maior occasio. Sceptra palatini, sedemq; petiuit euandri: nec satis, hoc est, non eius intentioni sufficit vig; eo tetendisse, extremas coriti penetrauit ad vrbes, Lydorumq; manum, collectos armat agrestes. Armat lydorum manum, armat collectos agrestes, metus est. Sceptra palatini, sedemq; petiuit euandri. Potuit leue & minus formidolosum videri, quia sciebat turnus, euandrum non magnis opibus fultum. Addit, extremas coriti penetrauit ad vrbes. nec dixit quas, nec dixit quatas. In hac enim infirma generalitate metus esse potuit maior. Lydorumq; manum, collectos armat agrestes. manum dixit singulari numero, & collectos agrestes plurali: proinde speranda sunt haec collecta atq; coniuncta. ne vitium per genera & per numeros faciant. Quid dubitas? dubitare timentis est signum. tanta, inquit, personae & temporis occasio non est deliberationibus differenda. non enim tractandum est, faciendum ne sit aliquid, an non faciendum. iam dicit, quid faciendum sit. ne ille capiendo consilium perderet tempus. Nunc tempus equos, nunc poscere currus, Rumpere moras omnes & turbata arripere castra. Iam, inquit, debes equos & currus petere, & arripere castra turbata. Turbata dixit, indisposita & sine refflore.

## ASCENSIVS.

Atq; ea diuersa penitus, &c.) In principio igitur. ix. libri, redit Poeta ad narrationem gestorum Turni: interea dum Aeneas in Etruria manum colligeret: dicitq; ad monitum ab Iride, missa a Iunone, ad deturbanda, imo expugnanda, si posset, castra Troianorum, interea dum Aeneas abesset: quae res summopere vergit in gloriam Aeneae. Nam sicut Homerus in gloriam Achillis, docet, eo bellante, Grecos victores: & cessante, victos fuisse: vt constaret, quanta esset eius vnus virtus: ita Maro. in gloriam Aeneae trahit: quod non nisi eo absente esset Turno, expugnandi castrorum spes, atq; fiducia, etiam Iunone id exhortante: per quam quidam ambitionem intelligunt, quae fere ad regna aliena inuadenda mortales instigat. Perdissequa autem Iunonis, dicitur Iris: quia in inferiore regione regione aeris, quam Iuno representat, tantum conspiciunt: vnde varietas colorum, in iride, & pauone, quasi a Iunone producti videtur, quum sine illuminato aere non conspiciantur. Sed Donatum audiamus, cuius verba sunt. ¶ Diuersa. A Troianorum castris remota. sic in. v. Quo diuersus abis? a me remotus. ¶ Sedebat. ¶ In otio erat, & non tractibus necessarijs vacabat: vt multi volunt. Vult enim Poeta, illius inertia laudes Aeneae per comparationem extollere: & vt Aeneam laudat a loco & frigore fluminis, sic hunc vituperat, quod in loco ameno otietur, quum Aeneas per laborem subisset memora. & longinquas partes petiisset. Misit ergo Irim Iuno, vt torpentem excitaret. ¶ Audacem. ¶ Inconsultum, & temerarium. Iris vero, hinc hortatur, illinc obiurgat. ¶ Turne. ¶ Nomine excitat: & proponit occasionem vtilem non omittendam. ¶ Aeneas. ¶ Magnum pondus in nomine. ¶ Nunc tempus e.) Monet, quid faciendum, ne ille in consultando perdat tempus. Haec ille. ¶ Ordo autem est. Atq; dum ea, scilicet quae in. viij. narrata sunt: geruntur, scilicet ab Aeneae: & Eudandro, supple in parte: penitus diuersa, id est remota, a Troianorum castris: Iuno Saturnia, id est Saturni filia, & inimica Aeneae: misit Irim id est deam, arcus coelestis pedisse, quam suam, de caelo: ad Rutulum audacem, id est temerarium, & confidentem nimis, nec rebus suis prospicientem ob temeritatem. Turnus sedebat, scilicet otiosus forte: tum id est tunc: forte, id est quia fortuitum erat, quod tunc in valle Pilumni parentis i. progenitoris. vnde postea, Cui Pilumnus auus: &c. Nam Datus erat pater eius, sacra, scilicet illi: quia pro deo habitus est: & ita illi lucum consecrauerant. Ad quae scilicet Turnus, illic sedet, Thaumantias, id est Iris, Thaumantis filia: loquuta est sic ore roseo. i. subrubro, & venusto. Turne en dies voluenda, id est volubilis, id est tempestas ipsa: attulit vltro, id est non requirente te: id quod nemo, id est nullus diuum auderet promittere: quia contra

fatum videtur, per oblatam occasione, Troiani, Italia posse de-  
 pelli, & penitus deleri: quod nullus diuina auderet, promittere: Aeneas  
 petit, pro petijt, seu petiuit: (Nā Politianus, vt in viij. vidimus:  
 docet verbum non stare, si legatur petiuit: verūq; lectione esse, pe-  
 tit, per syncopam, aut coalitionem duarum vocalium in vnam syl-  
 labam longam: vnde spondaicus est versus: laborē, & molimen  
 Aeneae depingens), scepra, & sedem Euandri: Palatini. i. Palatiū,  
 & Palanteum oppidum tenentis: & hoc vrbe. s. noua, in morem  
 castrorū extructa: & locijs, & classe relicta. zeugma ab inferiore.  
 Nec satis, sup. est Euadrū petisse: penetrauit, sup. in super: extre-  
 mas vrbes Corythi. s. mōtis Thusciae, aut quas Corytus rex olim  
 tenuerat: & armat agrestis collectos, appositorie: manum. i. exer-  
 citum: Lydorū. i. Tyrrhenorū, qui ex Lydia oriundi sunt. Quid  
 dubitatis. s. inuadere castra: aut quid quasi dubitans immoraris: tē-  
 pus est nunc poscere. i. ostendit, equos & currus: rumpe moras  
 omneis: vnde dicit Lucanus, Tolle moras nocuit semper differ-  
 re paratis: q; pro &: arripe castra turbata, id est quae facile turba-  
 re potes: aut turbata, propter absentiam: & diurnam moram  
 Aeneae. Nō sit s. ynalephe: turbataq; arripe: est tamē verior lectio  
 q; & turbata arripe, &c.

Pierius.

SERVIVS.

Secuit sub nubibus arcū.  
 Hoc dixit vt, Ille viā secat ad  
 naues. Et re vera arcus ipse ē  
 varijs coloribus sectus. Bene  
 aut sub nubib; quia sine nu-  
 bis beneficio arcus nō videt.  
 Agnouit iuuenis. Irim tā-  
 tū agnouit, non & a quo mis-  
 sa esset, vtrum a Ioue an à Iu-  
 none. Hinc est qd dicit, Quis  
 te mihi nubibus actam Detu-  
 lit in terras? Repete. Item  
 aliud augurium. Nā cū Iris fi-  
 ne nubibus non possit videri,  
 post eius abscēssum statim est  
 secuta serenitas. Clara aut be-  
 ne addidit, quia tēpestat τὸν  
 μέσων ē. Discindere coelū.  
 Chasma dicit factū, id est subi-  
 tam aeris disruptionē & quē-  
 dam recessum, per quē vult vi-  
 deri chasma tum Irim se rece-  
 pisse, Mediu autē bñ dixit:  
 nam est & sūmum. vñ est, sic  
 vertice coeli Constitit. Nubes

autē in medio sunt, vbi omnia sunt signa quae dicit, id est Iris, se-  
 renitas, chasma: nā si in summo fieret, nullus videre potuisset.  
 Humani enim oculi altiore & nimium splendore ferre non  
 possunt. Sane chasma est (ita enim Plinius vocat) disruptio &  
 quidam coeli discēssus. Pallantesq; polo stellas. Bene Pallan-  
 tes, quasi in alienū tempus errore venientes. Omina tāta. Scili-  
 cet caelestia. Quisq; in arma vocas. Vel Iuno, vel Iuppiter.  
 Onerauitq; athera votis. Iterum atq; iterum est vota pollicit-  
 us. Locus autem iste dictus est secundum augurū morem, apud  
 quos fuerat cōsuetudo, vt si post acceptum augurium ad aquā  
 venissent, inclinati haurirent: exinde manibus & fufis precibus  
 vota promitterent, vt visum perseueraret auguriū, quod aquae  
 intercessu dirumpitur. Vnde etiam in duodecimo, visum augu-  
 rium quod aquae intercessu dirumpitur, firmum est: quia cygnus  
 dimissus ab Aquila in fluuium cecidit, vt, Praedamq; ex vngu-  
 bus ales Projecit fluuiō. Hinc videtur etiam Turnus minime po-  
 tuisse liberari. Iamq; omnis campis exercitus ibat. Intelligi-  
 mus hunc exercitum primo confuse in campos ruisse: post dige-  
 stum in ordines, vt sit sequentium fluminum congrua compara-  
 tio: quae flumina dicit post camporum inundationem in alueos  
 suos reuerti. nam hoc vult dicere, vt de capis flumina in alueos  
 suos redeunt, sic digesta est in acies militū multitudo, quae fue-  
 rat antē diffusa. Diues equū. Per genitiuū frequentius vtimur  
 hac figura, q; per ablatiuum. Coercent. Cogunt, colligunt.  
 Altus per tacitum Ganges. Fluuius Indiae est, qui secundum  
 Senecam in sinu Indiae nouem alueis fluit, secundum Melonem  
 septem: qui tamē & ipse commemorat nonnullos dicere quod tri-  
 bus alueis fluat. Virgilius tamē Nilo eum iungens septē alueos  
 habere significat. Hanc varietatem Donatus fugiens logum Hy-  
 perbaton

PIERIVS.

Sceptra Palatini: sedemq; petiuit Euandri. In Romano codi-  
 ce, in Mediceo, & in quibusdam alijs, legere est, Palantini, a Pallā-  
 te, vno expuncto I, vt syllaba prima corripitur. magis tamē vi-  
 deo placere: Palatini, sed hoc parui refert. Longe vero maioris  
 momenti est, quod sequitur: petiuit, sed enim & pro, sedem, regnū  
 in codicibus aliquot manu scriptis obseruau. quū tamen & Ro-  
 manus, & pleriq; alij codices, sedem, legant. In Romano p̄terea  
 codice, petit, pro petijt, more suo, vnico i scriptum est, vt versus  
 sit spondaicus Nam, Euandri prima correpta nusq; quod memi-  
 nerim, obseruau. Lydorūq; manū, collectosq; armat agre-  
 stis. In codicibus aliquot antiquis legere est, Ludorūq; ma-  
 nū & collectos armat. In nonnullis: absq; vlla copulatiua secūdo  
 membro, Lydorūq; manū collectos armat agrestis. Nunc  
 tēpus equos, nunc poscere currus. In Mediceo, & aliquot alijs  
 currū vnitate numero legitur, Rumpere moras omneis, turba-  
 taq; arripe castra. Trochaeus ille ex, turbata: vel, q; particula,  
 absq; collisione seruata, multis negotiū facessit. Sed enim in codi-  
 cibus omnib; Vaticanae bibliothecae, in Mediceo, & aliquot alijs  
 peruerteribus legi, Et turbata arripe castra: quam lectionē ab eru-  
 ditis receptam iam animaduerti.

POETA

Dixit, & in coelum paribus se sustulit alis,  
 Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.  
 Agnouit iuuenis, duplicesq; ad sidera palmas  
 Sustulit, ac tali fugientem est voce sequutus.  
 Iri decus coeli, quis te mihi nubibus actā  
 Detulit in terras, vnde hāc tam clara repente  
 Tempestat video medium discindere coelum,  
 Palantesq; polo stellas, sequar omina tanta,  
 Quisquis in arma vocas. Et sic effatus ad vnda  
 Processit, summoq; hausit de gurgite lymphas,  
 Multa deos orans, onerauitq; athera votis.  
 Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis,  
 Diues equum, diues pictae vestis, & auri.  
 Messapus primas acies, postrema coercent  
 Tyrridae iuuenes, medio dux agmine Turnus  
 Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.  
 Ceu septem surgens sedatis amnibus altus  
 Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,  
 Quum refluit campis, & iam se condidit alueo.

TVRNVS

POE.

perbaton facit, dices, Ceu sur-  
 gens septem amnibus Nilus  
 aut Ganges. Altus per ta-  
 citum altus, hoc est per p̄sun-  
 dam altitudinem, nam licet  
 crescat, inter ripas tamen est,  
 nec superfunditur campis. vñ  
 de Asper distinxit Altus p̄-  
 citum. Pingui flumine Ni-  
 lus. Nilus dictus est q̄si vñ  
 i. vñ, hoc est nouū limum tra-  
 hens: quod volens exprimere  
 dixit Pingui flumine. i. fluore:  
 quae res fecunda efficit ter-  
 ram, quod & ipse in Georgi-  
 cis ostendit dices, Liguuntur  
 mōtibus amnes, Fœlicemq;  
 trahunt limum. Item, Et viri-  
 dem Aegyptum nigra soccun-  
 dant arena.

DONATVS.

Dixit & in coelum. Vbi im-  
 pleuit partes suas, obiurgauit  
 turnum, terruit, instruxit, hor-  
 tata est, & quid facere debe-  
 ret, ostendit. alis paribus remeavit ad coelum, bene addidit pari-  
 bus, nisi enim pari nixu volaturo praestare non possunt, nā si vna  
 est debilis, incolumis vero alia, perinde sunt, ac si ambae vexatae  
 sint. Agnouit iuuenis. Duplices dixit, nō duas, neq; enim vltra  
 duas habuit, neq; habere potuit: sed ambas simul crexit, qd fuit  
 signum plene agentis gratias. Ac tali fugientem est vo. Eo illud  
 tendit, vt ostendat repentiam precē non meditatione collecta  
 deniq; tanta fuit celeritas subsecutae vocis, vt fugiens abscēssum  
 hoc est celeriter recedens, vox turni fuisset subsecuta. Quā iocū-  
 da autem gratiarum actio est, quando iris ante inuenit, q gratias  
 ageret, q; ipsam ad sedem propriam reuenire potuisset? Iri de-  
 cus coeli. In breuitate ista putamus exiguum, pro iris laudibus,  
 deinde cum plene & nouo genere praedicationis expressisset. Vo-  
 luit enim definire in laude ipsa, iris quid sit, & in ipsa definitione  
 totam complexa est laudem, inquit, decus coeli. Ornatae coeli,  
 quanti est meritis pulchritudinis quā ē vbi tot sidera suo quaeq;  
 splendore radiantia parent soli, & tamen quum iris extiterit, om-  
 nia illa cum ipso sole vincuntur, neq; obscuratur radijs solis, sed  
 coloribus diuersis pingit coelum, & ipsum solem gratia fulgoris  
 exuperat. Hec pro voluntate dicta sunt eius, qui agebat gratias,  
 nō quo reuera ipsa sit potior sole. Quis te mihi nubis, act. Detu-  
 lit in terras. Intelligo, inquit, multum me meruisse de superis, quod  
 dimissis regionibus coeli, quorum es ornamentum, ad ter-  
 ras mei causa venire potuisti, ac mei causa viduare tuis orna-  
 tibus, quod decorare consueuisti. Vnde hāc tam clara repen-  
 tempestat? Hoc iam ad irim non pertinet, completo enim eo,  
 quod ad ipsam loquebatur, disputare coepit de diuersis motibus  
 coeli. Vnde, inquit, hāc repentina tempestat & cur clara hoc  
 est sine caligine aut nubis alicuius obtentu? Video medium  
 discedere

discedere coelum, Bal. q. p. stel.) Cur rescinditur sine nubibus coelum? cur reductis nubibus aperitur? cur stellae radijs solis ex more non caedunt? & rupta lege naturae alienis temporibus in luce venire non dubitant? Quomodo haec tractarent, collecto eo quod tot signa monstrant, incipit iudicare de oibus. ¶ Sequor, inquit, omnia tanta. Quisquis in arma vocas.) In illis signis facile fuit sciam dicere, quia bellum iam in manibus fuit. Et tamen iste non tam futuro bellum dixit ostendi, sed euentus eius prosperos demonstrari. Itaque ait. ¶ In capu vocor.) Sequor prouocante, quoniam laeta nuntiantur & prospera. fecit hoc qui potius dixit hominum more, ut se intelligeret, quod reus exitus probauit aduersum. Signa quippe illa constabant esse contraria: sed turnum gratiosa coniectura fallabat: quia putabat interitum hostibus non sibi portendi, & prouocantem imminere perniciem. Quia dixit sequor omnia tanta, quisquis in arma vocas, quoniam ipsum constaret priorem arma sumphisse. ¶ Et sic effatus ad vna, ¶ Pro. sum. q. h. & c.) Fecit turnus, quae solent facere, qui dubia subituri sunt: tunc vberius rogant, quam numinibus potiora persoluant, & maiore sibi fauore superum promerendo conciliant. ¶ Tamquam ois campis.) Tamquam, celeritatis significat executione, eius qui ducturus fuerat exercitus, oem semel effusum, maiore quippe multitudinem camporum maior potuit capacitas ferre. Capis apertis dixit, in magna latitudine iacentibus, nulli impedimento lignorum aut speciei alterius. Diues equum, diues pingui vestis, & auri. pretium. n. & multitudo cultus in bello auget hosti terrorem. Dixit ire exercitus, qua pergerent, qui cultus & quilibet eorum esset inaccessus. nunc describere incipit ea, quibus illa multitudo ducibus regeatur: ¶ Messapus primas acies.) Dixit, quod esset in prima exercitus parte, quoniam curaret postremam, ut consuetudine multitudo pergeret non vltra quam necesse esset effusa. In medio vero turnum fuisse. ¶ Ptas. n. maior in medio est: quod quoniam fit & primis est posita, & a postremis non longe disuncta. ¶ Ceu septem surgens. se. am. al.) Post dispositionem instructi exercitus dicit, quod leuiter se habuerit ut militare artem euidentissime demonstraret. Silentio quippe fuerat veniendum, ut insperati effusos & incautos hostes inuaderent. Ecce igitur, quae tacito agmine incedebat turnus, comparationem dat poeta duorum fluminum gangis & nili, quoniam ganges quum sit copiosus & septem diuisus in flumina, semper lenis est: Nilus vero tunc magis mitis, quum ex maxima caporum latitudine in alueum redit, & inde actu molliori impellit. Descripta est pars turni, & ars ducendi exercitus demonstrata. Videamus quales aeneas recessurus praefecerit suis.

## ASCENSIVS.

¶ Dixit, & c.) Recitat consequenter, quoniam Turnus ab Iride excitatus, expeditionem in Troianos assumpsit. Vnde dicit Dona. sic. ¶ Dixit.) Nam obiurgata est. ¶ Terruit.) Instruit, hortatur est. ¶ Deus coeli.) Quanta est laus ornare coelum. & meritum, & pulchritudo. Per comparationem, ostendit magno silentio iuisse Turnum, ut improuisus opprimeret incautos: tamen ingens puluis, illos manifestauit. Haec ille. ¶ Ordo est. Iris, sup. dixit. i. finiuit orationem suam, qua partes oratoris depleuerat: obiurgando, terrendo, instruendo, & hortando: & sustulit. i. sursum tulit se in coelum: alis paribus. i. pleno volatu: & secuit sub nubibus ingentem arcum suum. simul quum fugeret. Iuuenis. i. Turnus: agnouit. i. Irim, fuisse ex arcu coelesti: & sustulit, id est extulit, & erexit, ad sydera palmas: duplices. i. complicatas manus: ac sequutus est, fugieter. i. Irim: tali voce. i. oratione. O Iri, decus. i. ornamentum coeli pro specimen colorum: qui detulit. i. demisit te, aetiam nubibus. i. per nubibus in terras: vnde, supple orta est haec tam clara tempestas repente. id est subito: quia Iris sine nube videri nequiverat: quae ergo adueniens, attulerat nubem, eandem fugiens abstulit: & serenum reliquit coelum: ego video discindere. i. diuidere coelum medium aut coelum medium discindere, sup. se. ¶ Video stellas pallantes. i. oberrantes: & diuagantes: polo. id est per polu: ego sequar tanta omnia. i. prodigia tua: quisquis vocas. i. quicumque es, qui vocas in arma: quia sciuit Irim, non nisi nuntiam & interpretem esse. Tum, id est deinde: ipse effatus. i. loquutus: effata. i. auguralia verba, augurium acceptum significantia: processit ad vnam. i. fluentem: & hausit de summo gurgite. i. purissimas, & defecatissimas lymphas, id est aquas: orans deos multa. i. multa aut multas res: & oneravit

oneravit aethera votis. i. pollicendo, si victoriam consequatur. Et iam, id est post vota & preces Turni, & postquam suos admonuerat: ois exercitus, scilicet Turni in. vij. descriptus ibat iam apertis capis: exillens diues equum, id est equorum: & diues vestis picta. i. pictae: & auri Messapus. i. equum domitor: Neptuni filius, supp. coercent primas acies: & iuuenes Tyrrhidae. i. Tyrabei, magistri pecorum filij, coercent extrema, sup. agmina, aut extremae partis exercitus: Turnus dux. i. totius exercitus: vertitur. i. circueoluitur, sup. in medio agmine: tenens arma. i. hostilia: & est. i. iminet: supra. i. reliquos toto vertice. Ceu. i. quemadmodum: Ganges, fluvius ille Indig, ex Caucauo Oriens, iurgens altus septem annibus: sedatis, id est compressis: refluit per tacitum. i. tacite, postquam sedati sunt amnes: aut ceu Nilus, quoniam refluit flumine pingui. i. per inundationem, arua vicina pingua faciens: & condidit se iam alueo. i. suo, sup. in medio fluctuum, profluit impetuoso, sed ordinato agmine aquarum. Vult ergo comparatio Turnum sic in medio numeri exercitus sui processisse, ut nullus diuagaretur: sed intra ordinem suum se quisque teneret, ut fluctus Gangis, dum septem amnes quos recipit, sedati sunt: ita ut non cogatur effluere: & Nilus, dum se intra alueos suos recipit, tunc. n. ordinato quasi agmine uterque fluit: sed tamen adhuc impetuoso fertur.

## PIERIVS.

¶ Dixit & in coelum paribus se sustulit alis.) In aliquot antiquis codici. pariter, habetur: ut sententia sit, simul atque ita loquuta est, ab uolauit. ¶ Dupliceisque ad sydera palmas sustulit ac tali.) In antiquis aliquot, duplicis ad: absque, quae, & sustulit & tali. Sed reliqua utcumque legeris, facile tulerim. Auferri vero ex hoc loco, quae particula nunquam probauerim. ¶ Video medium discindere coelum.) Antiqua fere omnia exemplaria legunt, medium video discindere coelum. Sed illud, medium video: aut, video medium: parui refert. Discedere vero proprie dicitur coelum, in huiusmodi signis, dum aperiri videtur. Vt ut eadem elocatione M. Tullius in libro de diuinatione. Nam & coelum discessisse visum est. Quae locum, ut ingenue (hoc est, more meo) loquar, mihi in memoria rededit Io. Bap. Sanga, ciuis meus, in quo tam admirabilis quaedam morum integritas, quam styli grauitas, & elegantia certare quodammodo videtur, siue oratione velis. Cuius ego quodam vsus sum, dum antiquissimum illum codicem Vaticanum notae maioris euolebam. Vique adeo studium ille in hac re meum semper approbavit, ut mecum interdum labores hos tolerare non aufugerit. ¶ Sequat omnia tanta.) In plerisque codicibus vetustis, sequor, praesenti tempore legitur. Quod magis placet, promptiore. n. ostendit animum ad obsequendum. ¶ Quisquis in arma vocas.) In codicibus aliquot antiquis, vocat, persona tertia notatum est. Sed, vocas, non improbat. ¶ Oneravitque aethera votis.) Plerique veteres codici. manu scripti, oneravit aethera, absque particula, quae legunt. Neque defunt grammatici, qui figuram tueantur: ut eo loco facere contendunt, Cum clamore Gyas reuocabat, ecce Cloathum, & quod paulo ante legebamus, Turbataque arripe castra. Sunt quos aethera, per digressum legant: ut apud Ouidium, Tertia post illos successit Aenea proles. Sed enim & eleganter, & absolute, oneravitque aethera, positum videtur: ut quae necessaria fuerant ad augurium confirmandum, tribus iniuicem colligatis membris efferantur. Ad vnam Processit summoque hausit de gurgite Ilymphas, Multa deos orans, oneravitque aethera votis. ¶ Diues pingui vestis, & auri.) Locutus ex illis quatuor: in quibus ea digressi Virg. sit vsus, ut notat Probus. ¶ Aut pingui flumine Nilus Quum refluit campis, & iam se condidit alueo.) Profuerit interdum etiam, quae sciam dilucidior reddunt interferere, ut hoc loco qui doctissimis etiam ingenij negotium successit, quum videantur aduersa, atque inter se pugnantia capis refluere, & iam alueo se condere. Alludit vero hoc ad visum magnitudinis Colossium Nilij, qui quauis per arua longe, lateque diffundi videtur, bona tamen corporis parte alueo demersus effert. Estque illud, & iam pro, & et. ut alio loco. in. Georg. exponit Comminianus: vbi, Inualidus: & iamque tremens, & iam inscius aui scriptum ait, & iamque atque esse, iam, pro et. Quae quidem sciam sanior esse ostendit id, quod de Turno paulo ante dixerat: Meo pro dux agmine Turnus vertit arma tenens, & toto vertice supra est. Hic vero versus totus in codicibus aliquot antiquis desyderatur.

## SERVIUS.

¶ Quis globus.) Id est quantus. admirantis enim est, non interrogantis. nec enim interrogat qui nuntiat, ¶ Hostis adit, eia.)

Hic

Hic subitam nigro glomerari puluere nubem  
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.  
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus.

¶ Quis globus o ciues caligine voluitur atra? CAICVS

Hic distinguendum, ut eia militum sit properantium clamor: & est Ennianum, qui ait, Eia macheras. Ergo eia ingenti clamore dicentes, ad portas ruant.

bant. *Alis.* Hostis adest, eia legunt. *Nanq;* ita discedens preceperat. *Excusatio* Troia nonne portas clausisse timore videantur. *Optimus armis.* Perius armorū, dux egregius q; & futura provide ret. *Si q;* interea fortuna fuisset. *Scilicet* bellicus casus. *Pudor,* iraq; monstrat. *Lia* cet eos hortare ira & pudor. *Tardū* agmen. *Peditum* dicit, qui egum cōparatiōe tardū sunt. *Urbi.* Troiæ quā fecerat *Æneas* castrorū in morē. *Maculis* quem *Thracius* albis. *Novæ* albas maculas dixit, cum proprie macularum hæc sit natura vt obscuritate sua album aliquid infuscent. *Cristaq;* tegit galea aurea rubra. *Duo* ablatiui sunt, & duo nominatiui, quos metri ca rōne discernimus. Nam rubra crista, longæ sunt vltimæ, ga ablatiui sunt casus. Sane huiusmodi versus pessimi sunt. *Principiū* pugnæ. *Hoc* de Romana solēnitate tractū est.

Cum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc est princeps foederalium p̄ficiebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solēnia, clara voce dicebat se bellum indicere propter certas causas, Aut quia socios læserant, Aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc clarigatio dicebatur à claritate vocis. Post quā clarigationem hasta in eorum fines immissa, indicabatur iam pugnæ principium. *Clamorem* excipiunt socij. *Clamorem* excipiunt socij. *Clamorem*, sensus erit talis, *Hæc* iactū socij clamore comitantur. *Clamorem*, intelligimus Turni eos clamorē excepisse, & cū fremitu eū sequunt. *Inertia* corda. *Nō* re vera: sed sicut hostib; videbat. *Aditūq;* p̄ auiā q̄rit. *Eriā* per auiā. Sane exprimit. *Turni* volētia. nā via p̄ auiā nullus regit.

DONATVS.

*Hic* subitam nigro. *Ibat* quidem tacitis gressibus exercitus turni, sed nihil procuratum silentium profuit, prodidit quippe quāuis tacitosis puluis, & troianis semper absente rege diligenti cura sollicitis, quasi quidam nuntius aduentum insidiosus hostis indicauit. Videbant igitur atrī pulueris nubem accedente multitudinē glomerari, & tantæ lucis excessum tenebras campis incubere. in imperfectis maior semper est terror. illud enī quod iam accepit statim de perfectione potest habere dispositum animum. illud vero quod adhuc in augmentis est & habetur incertū, quæ admodum euasurum sit, plus terret q̄ necesse est. deniq; malum illud, quod sic per momenta crescebat, vt primo in modum nubium glomeratio tetra, dehinc tenebræ nō agrorum angustia sed campos obtegere cernerentur, addebant terrorem inuentibus. *Primus* ab aduersa. *Aduersa* dixit, vnde videre poterat, qui contra veniebant. *Primus* caicus, p̄ esset longe superior & vidit & nuntiauit dicens hæc. *Quis* globus o ciues. *In* vna eademq; persona diuersi extitere tractatus, videntibus quippe troianis nihil q̄ suspicantibus mali solum profuit, caicum vidisse, qui primus hostium intellexit aduentum: & tamē etiam ipse sic exorsus est, vt fateretur se primo dubitare, hoc est quod quasi interrogans locutus est. *Quis* globus o ciues caligine voluit atrā vbi nullus intellexit, nullusq; respondit. ipse rursū confirmato animo ait. *Ferte* citi ferrum, date tela, scandite muros. *subnectitur* causa faciendi. *hostis* adest, atq; vt mature fieret, accessit *hortatio*, & dictum, eia. *Hunc* locum more suo poeta executus est, in his. n. quæ habent aliquam perturbationem, primo dicit faciē q̄, dehinc adicit rationem, propter quam debet fieri, vt in quarto libro, præcipientes vigilate viri, & confidite transiris, Soluite vela citi. *Ecce* dixit, quod pro rerum necessitate fieri debuisset. *de* hinc ostendit iustionis suæ rationem, deus, inquit, æthere missus ab alto, Festinare fugam, tortosq; incidere fuses, *Ecce* iterum simulat: hoc consiliū hanc tenet substantiam commodi, necdum prius referat causam, medium tempus celeritate hostis & velocitate præuentum necessaria non sunt opportune disponi.

*Ferte* citi ferrum, date tela, scandite muros; *Hostis* adest. *Eia* ingenti clamore per omnes *POETA* *Condunt* se Teucri portas, & mœnia complent; *Nanq;* ita discedens præceperat optimus armis *Æneas*: siquā interea fortuna fuisset, *Neu* struere audent aciem, neu credere campo, *Castra* modo, & tutos seruarent aggere muros. *Ergo*, & si conferre manum pudor, iraq; monstrat, *Obijciunt* portas tamen, & præcepta faciunt, *Armati*q; cauis expectant turribus hostem. *Turnus*, vt anteuolans tardum præcesserat agmen *Viginti* lectis equitum comitatus, & vrbī *Improuisus* adest: maculis quem *Thracius* albis *Portat* equus, cristaq; tegit galea aurea rubra. *Ecquis* erit mecū iuuenes, qui primus in hostē? *TVR.* *En.* *Ait.* Et iaculum intorquēs emittit in auras, *POE.* *Principium* pugnæ: & campo sese arduus infert. *Clamorem* excipiunt socij, fremituq; sequuntur *Horrifono*: Teucrum mirantur inertia corda, *Non* æquo dare se campo, non obuia ferre *Arma* viros, sed castra fouere, huc turbidus: atq; huc *Lustrat* equo muros, aditumq; per auiā quærit.

*Ait* igitur, *ferte* citi ferrum, festinandum enim fuit hostibus in proximo constitutis, proximitatem quippe istam nuntiabat magnitudo pulueris, & nubes atra præbebat indicium. *date* tela, nō hoc idē qui dandum dixerat ferrum, ferrū quippe alterius speciei potest habere significatiōem, & tela alterius, nam sunt gladij, sunt sagittæ, certe & sic accipi potest hoc dictum, vt ferrum primo videatur diuise preparandum in hostes sagittis & gladijs, tela vero in quibuscunq; speciebus, quæ occidere hominem possent, vt sunt lapides, fustes, & cetera huiusmodi, quibus repelli hostis queat, aut superatus occumbere. cui quidem semel positum, nos omnib; diebus aptemus; quo melior intellectus appareat: vt sit, citi ferte ferrum, & citi date tela, & citi muros ascendite. non enim in tanta perturbatione fuit ex illis aliquid, quod segnius cu-

rari debuisset. Ecce nouissima interuenit causa. hostis, inquit, adest, non dixit affuturum, ne daret occasionem differendi, sed iam adeste, vt præsens videretur virgere. Nouissimum fuit eia, quod dictum hortantis est potius, q̄ iubentis: *Ingenti* clamore. *Congesserunt* se omnes intra septa castrorum, & oppleuerunt portas & mœnia. *Crimen* potuit duci, & manifestum timoris indicium videri, quod veniente hoste sese clauerint, potiusq; instruxerint aciem. hoc genus obfectionis ne viris fortibus inhereret, purgat honesta excusatione virgilius, dicens. *Nanq;* ita discedens. *Æneas*, inquit, affuturus, qui tractare nosset incerta bellorum, tale suis mandatum dederat, vt si aliqua emerisset certandi necessitas, non audent struere aciem, non audent campo committere, sed solum aggerem tuerentur, & castra, quæ securitatem illis plenam præstare potuissent. Magnam interea exilimans esse victoriam, si suos remeans incolūmes iuueniret. *Ergo*, & si conferre ma. pu. *Duas* illis virtutes lēdit: vnam, ne imbelles viderentur: alteram, ne iuxta regis præcepta incumbentes ignaui viderentur. nam pugare cupiebant sed mandatorum contemplatione reuocabantur, melius exilimantes pudorem ferre, q̄ contra regis præcepta reatum temeritatis incurere. Quapropter munierunt portas firmis obidibus, & armati, quid hostis moliretur accedens, vigilanter speculabantur. huius præcepti etiam caicum memorem fuisse verba eius ostendunt, nam dixit, date tela, ferte ferrum, muros ascēdite, non dixit eam ad campum, occurramus hosti, & certamen pugnandi subeamus. *Turnus* vt ante volans. *Non* tardum fuit agmen, aut tarde ambulabat: sed comparatione tardum putabatur. *Turnus* enim vt cæteros præueniret, ductis secum equitibus viginti electis egressis itineri modum, quo congregata multitudo vel consuevit ambulare, vel potest, celerius venit. Tanta maturitas fuit, vt ante vrbem improuisus apparuisset: non iam itinere, sed quasi quodam volatu peruectus. Quum verò equū eius describeret, dixit, caput eius fuisse galeatum: quā galeam fulgentem auro & rubra fuisse memorauit: vt longe appareret regem fuisse, qui venisset. continuo autem suos hortatur ad initium belli, & hastam primus misit. hoc est quod ait. *Etia* iaculum intorquēs. *Iecit* telum, lege scilicet obseruata bellorum, nulli enim fas est mouere arma vel telum iactare priusq; mittat qui ducit exercitum: non autem, vt aliquem feriat, sed vt solēniter compleat, & legē. *Deniq;* Turnus in auras emittit, nō in hominem contorsit. *Hyperbaton* hic debet aduertī, cuius causa, quum pronūtiatur, totū debet vno tractatu suspendi, & illic finiari, vbi primo verbo responderit ex fine. *Cœpit*, n. sic, atq; ita ordinatur, turnus vt anteuolans venit. *Et* quis erit iaculum iuuenes, & misit telū. *Clamorem* excipiunt socij. *Ecce* quo loco ridet vniuersis, q̄ fecerūt, hyperbaton. *Descripti* sūt actus rutulorum. *Videamus*, quid troiani post hæc non mouebantur. *Denique* sequitur.

equitur. Teucrum mi.in.cor.) Pro animo suo rutuli quū aeneae  
consulta mandataq; nescirent, inertes teucros iudicabant, quum  
illi prudentissimi regis sui, praecpta seruantes non se crederet ca  
po, sed castra diligentius custodirent. ¶ Huc tur.a.h.) Fremens  
turnus, q; contra spem hostis copiam non haberet, circuibat mu  
ros exploras, qui ad eos existeret ingressus, quem negabat  
castror; firma constructio. Describit per parabolā, quo turnus clau  
sos hostes & muros; firmitate munitos non valebat iuadere.

## A C E N S I V S .

¶ Hic subitā, &c.) Docet quō exercitus Turni ab Aeneadis visus  
sit: utq; illi iuxta imperium Aeneae, sese intra castra tenebant. Itē,  
vt Turnus primam hastā in limites hostiles iulit. & Teucros in  
apertum capum prouocare conatus est. De qua re dicit Dona. sic.  
¶ Quis globus.) Primo dubitauit, deinde cognouit esse hostes.  
¶ Tela.) Etiam lapides & omnia missilia dici pnt. ¶ Nāq; ita disce  
dens prę.) Aliter enim timidi poterant videri Troiani, qui instru  
ta acie non exirent contra hostes: Aeneae preceptum propter in  
certos fortunae casus sapiens fuit. Ergo duas dedit virtutes: alte  
ram, ne imbelles viderentur; alteram vt regi parerent. ¶ Tardū.)  
Non q; tarde ambularet: sed cōparatione Turni. ¶ Taculum.) De  
dit principium pugnae. Id enim signum fuit ante quod nulli lice  
bat arma mouere. Hæc ille. ¶ Ordo est. Teucri prospiciunt hic. i.  
hoc tempore quo Turni exercitus prodibat: aut hic. i. in hoc Tur  
ni exercitu nubem subitam. i. de repēte ortam: glomerari idest in  
glomum, aut globos colligi: puluere nigro idest denso, & ita vni  
brofo: aut e terra: ac respiciunt tenebras insurgere campis ex pul  
uere. s. per aerem resperfo. Caius, vir ille Troianus: conclamat  
primus ab aduersa mole, idest specula magna, ex aduerso sita. O  
ciues, quis, idest qualis, aut quantus, quasi dicat di; boni, q; ma  
gnus globus. i. cumulus incedentium, in globum collectorum:  
voluitur idest cum molimine incedit: atra caligine idest cum nu  
be puluerulenta, & nigra. Et quū hoc dixisset, paulopost agnouit  
hosteis: & dixit, Ferte citi ferrū. i. arma repulsiua: date tela, quę. s.  
longe iaci possunt: scandite muros, quia sup. hostis adest. Bene rei  
praecipiti dat orationem congruā, sublatis conjunctionibus: Teu  
cri condunt. i. includunt se, per omnes portas: dicētes, sup. eia. i.  
se mutuo cohortando, ingeri clamore: & complent moenia idest  
murorum pugnacula. Nam Aeneas optimus. i. peritissimus ar  
mis, idest de bello gerendo: discedens, idest quum discederet, prę  
cepit ita: si qua fortuna, idest insulturnus hostilis: fuisse interea. s.  
idum abesset neu. i. vel ne: auerent struere, idest instruere aciem:  
nec auerent credere, idest committere, sup. se: campo. s. patenti,  
& vtrifq; partibus equo: sed, supple seruarent modo. i. duntaxat,  
& solūmodo castra. & pro idest: muros tutos, idest munitos tu  
te: aggere. i. accumulatis terris, & vallo. Ergo & si, idest quāquā  
pudor & ira, quæ duo plurimum (Homero teste) ad bellum va  
lent, monstrat, idest indicat eis: & cohortat cōferre manum. s. cū  
hostibus insultantibus: tamen ipsi obijciunt. l. hostibus, portas:  
& facessunt, idest faciunt: pręcepta, scilicet Aeneae: & ipsi armati  
expectant hostem, supple in turribus cauis, idest propugnaculis  
capacibus factis in extremitatibus castrorum. quæ in morem vt  
bis extruxerat: Turnus adest improuisus. i. priusquam ab eis, aut  
videri, aut animaduerti possent: quia videbat ingentem globum  
illum adhuc longe abesse: sed adest Turnus vrbis, improuisus. s. se  
cundum quod ipse anteuolans pręcesserat: agmen tardum. i. tar  
de,

## S E R V I V S .

¶ Ad caulas.) Munimenta &  
septa nouium. Est enim Græ  
cum nomen e detracto. Nam  
Græci aulas vocāt animalū  
receptacula. ¶ Nocte sup me  
dia.) Vltra mediam noctem,  
id est maiore eius parte trāsa  
ta. Et est bona eloquutio fa  
cta p Syllepsin. vt si dicas, Le  
gi nocte super media: id est vl  
tra mediā noctē. Nulla. n. Syl  
lepsis est quæ nō & casus mu  
tet, & eget subauditione. Vt,  
Hanc ego nūc ignaram huius  
quęcuq; pericli est. ¶ Sæuit in  
absentes.) Fantasia sæuitiæ ex  
pressit: quia lupi sic circa caulas  
fremunt vt in ipsis animalib;  
solēt. ¶ Ex longo rabies.) Ab  
soluta

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,  
Quum fremit ad caulas, ventos, percessus & imbreis  
Nocte super media, tuti sub matribus agni  
Balatum exercent: ille asper, & improbus ira  
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi  
Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces,  
Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti  
Ignescunt iræ & duris dolor ossibus ardet.  
Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos  
Excitiat Teucros vallo, atq; effundat in æquor.  
Classiem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,  
Aggeribus sæptam circum, & fluuiatibus vndis,  
Inuadit, sociosq; incendia poscit ouantes,  
Atq; manum pinu flagranti seruidus implet.  
Tum vero incumbunt, vrget præsentia Turni;

de, id est militariter incedentem: aut tardum, quātum ad ardorē  
Turni: adest inquam comitatus. i. stipatus: viginti equitum. i. ex  
equitibus, quos plureis q; viginti habebat: vnde genitiuo multa  
tudinis vltus est Poeta: lectis. i. electis ex omnibus alijs: quem. s.  
Turnum: equus Thracius, idest e Thracia: vbi dicti sunt optimi:  
& ferocissimi equi, ppagati ab equis Diomedis Biffonīs, vt quos  
Rhesus in Troiam inuehere cupiebat: albis maculis, idest habens  
albas maculas: & quem galea aurea, idest ex auro facta: crista ru  
bra. i. habēs cristam rubrā tegit. s. a capite: & ait, o iuuenes, ecquis  
erit, an erit, supple aliquis: qui primus in hostem, sup. insultet, aut  
inuehatur mecum: & attorquens iaculum, idest hastam, quam se  
ciales Romani in fineis inimicorum, in principio belli inijcere po  
ssea instituerunt: emittit, supple ipsum iaculum, aut ipsam hastam  
in auras appositorie principium. i. quod factum erat exordium  
pugne: & ipse arduus, idest eminens, infert se campo, quasi expe  
ctaturus hostem, quem iniectioe hastæ prouocauerat. Socij ac  
cipiunt clamorem, idest acclamant, & applaudunt illi factio: & se  
quuntur, scilicet Turnum: fremitu horrifono: & mirantur corda  
Teucrum, idest Teucrorum: inertia. i. ignauiā, & demissa s. m Ru  
tulorum opinionem: quos latebat mandatum Aeneae. s. nō dare,  
idest q; nō darent, nec crederent se capō: equo. i. equaliter, vtrifq;  
patenti, & vbi neuter altero munitior esset: & ipsos viros. i. quū  
viri sint non ferre arma obuia: sed fouere castra, sicut gallinæ ni  
dum fouent: & supple Turnus turbidus, idest cummotus ira: lu  
strat, idest circūspicit: vagando huc, atq; huc. i. in diuersos angu  
los: muros. s. castrorum, aut vrbis, in morem castrorum extrui:  
coepit: æquo, idest in equo, aut super equum: & querit aditum. i.  
accessum: per auia. i. loca inaccessa.

## P I E R I V S .

¶ Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.) In Romano co  
dice, in Mediceo, & quibusdam alijs, legere est, & scandite. In Ob  
longo, ascēdite: quia, scilicet veriti sint, tela, vltimam corripere,  
quum nōnulli iudicauerint, s. in scandite, & similibus, spiritū esse  
potius, quam literam, vt eo loco, Ponite spes. Sed enim quauis  
non negarim, s. aliquando solitam elidi, hoc tamen loco facere  
positionem crediderim, potius q; vel & scandite vel ascendite, le  
gerim. Ipsa enim loquentis festinantia cum trepidatione, mem  
bra hæc dissoluta exposcere videtur. Quauis sint non ineruditi  
viri, qui verum dicant pleniorē, ac numerosiorē, s. & scan  
dite, legatur. ¶ Ne struere auerēt acies.) In quibusdam antiquis  
codicibus, aciem, singulari numero legitur: quod poeticum ma  
gis est. Præterea in Mediceo, & nonnullis alijs manu scriptis,  
Neu struere auerent aciem. quod in alijs, Ne, legitur. ¶ Et tu  
tos seruarent aggere muros.) In Oblongo codice, tuto aggere le  
gitur. In alijs, tutos: quod tantundem est. ¶ Qui primus in ho  
stem.) In Mediceo codice, quis primus habetur. ¶ Et iaculum in  
torquens.) In aliquot manu scriptis codicibus, torquens, legas.  
Sed in Romano, in Mediceo, & plerifq; alijs, attorquens. Illud  
vero minime placet, q; pro, emittit in auras: euerit legif. ¶ Et cā  
po sese arduus infert.) In Ro. codice, campis. Et pro, infert, sunt  
codices qui legant, affert: qd non eque placet. Addam & arduos  
inueniri alicubi, de quo superius satis dictum. ¶ Clamorem exci  
piunt socij.) In Romano codice, clamore, septimo casu legitur:  
quod etiam superius habuimus. Loquitur enim de sociorum ad  
clamatōne, quæ fieri solet, quum regi adplauditur.

luta eloquutio, vt si dicas, Il  
le fatigat fame ex longo. ¶ Et  
qua via clausos.) Qua, ad  
uerbium loci est, non pronom  
en: nam non stat versus si  
Via septimus sit, non nomina  
tius. ergo Qua via: per quā  
partē viae vallo Troianos ex  
cutiat. Legitur tamen Et quæ  
via, & est sensus absolutior.  
¶ Facibus pubes accingitur  
atris.) Armatur, instruitur.  
¶ Piceū fert fumida lumen.)  
Sordidior enim ex tedis &  
ignis & fumus est.

## D O N A T V S .

¶ Ac veluti pleno lupus.)  
Et hic hyperbaton est, nam  
proposito capiti respondet in  
fine, vnde totum debet in  
pronūtiatione

**ÆNEIDOS;**

pronuntiatione suspendi. Media enim pronuntiationis sunt. Sic, inquit, turnus circuibat muros, quomodo lupus exagitatus fame & ouilia infesta

re contendit, nec potest aditum reperire. Ouilia sunt loca, in quibus oues manent. aulas dixit, ambitum ipsum, quo tutæ aduersus insidias continentur: improbus, abruptus scilicet & immoderate sæuiens, plus enim irarum accedit, quum in manus venire non potest, cui irascimur: quod ne fieret troiani consulto præueniant, ille autem quærebat, quo consilio posset eos è turribus in planum fundere, arbitratur enim profuturum sibi, quod hostis formidabat. ¶ *Classem, quæ la.*) Non potuit fecisse, quod fuerat primum, conuertit se ad aliud, ne in totum nihil profecisse videretur, occasione quippe lædendi atque nocendi, ut cuiusque nauis vicinitas fecit. namque adherebant castris. Ex alia vero parte tutas reddebant circumfusi aggeres, & vnda fluuialis. sic tamen eas aggressus est poscens incendia, quo facilius interirent. Ouantes socios dixit, quæ nescientes consilia troianorum pro victoria habuerunt: quia nullus egrediebatur è castris & nullo obsistente posset naues exurere. ¶ *Atque manum pi.*) Prior ipse rapuit facem, ut cæteris audendi præberet exemplum. Feruidum sic dixit, facem ardentem manu corripuisse, quasi & ipse aliquo igne coepisset ardeat. ac per hoc allusit feruidum dicens, quia ferebat facem. ¶ *Tu vero in.*) Hoc est tum magis coeperunt operam dare. ¶ *Vrget prætur.*) Nihil verius, nihil secundum moralitatem dici expressius potuit. hoc solum ad implendos effectus sufficit, ut præsens sit, qui iubere poterat, quin potius plus valet præsentia, quam iussio. si enim iubeas, & recedas, potest iussio negligi: præsens vero etiam quum nihil iubet tacita præsentia videtur yrgeri, vniuersisque n. præsentia necessitate magis magisque compellitur facere, quod aduerterit esse faciendum. ¶ *Atque omnes facibus.*) Tantum rebus implendis animorum dabat turni præsentia, ut omnis exercitus facibus armaretur. iccirco desituerunt igne focos, & omnis in faces flamma migrauerat. ¶ *Piceum fert fu. lu.*) Ipse exposuit, cur atris facibus dixerit. quum dicit, fumida teda fert ad astra piceum lumen, & ignis fauillam emittit ad sydera.

**ASCENSIVS.**

¶ *Ac veluti, &c.*) Docet quomodo remanentibus Teucris intra castra sua, Turnus eorum classem incedere conatus sit. Vnde hoc solum affertur Donati. ¶ *Vrget præsentia Turni.*) Plus valet præsentia eius qui potest iubere, quam iussio. Quam autem dicit, Fumida tela: exprimit quare dixerit, facibus atris. Hæc ille. ¶ *Ordo è.* Ac veluti quum lupus insidiatus pleno ouili, fremit ad caulas, id est ouilia, aut sæptat perpellus ventos & imbreis; dum, expectat & captat aditum: super media nocte, id est circa, aut vltra medianocem: sed pro vltra diceret, super medianocem, nunc autem dicens, nocte super, videtur accipi pro sub: ut sit, sub ipsa medianocem: agni tuti, scilicet per septa, & munimenta caularum: exercent sub matribus balatum, quo scilicet lupus irritant; vnde ille asper

**SERVIVS.**

¶ *Quis deus o Musæ,*) Quia res deorum est & ardua, ideo pro se eam non potest dicere. Hic autem gloria Turni latenter ostenditur, cuius vis nisi à numinibus repelli non potuit. ¶ *Prista fides facta,* sed fama perennis.) Omnis antiquitas difficile pura & incorrupta manat in posteros. Hoc enim dicit, Factum hoc licet præscitum sit, id est antiquum, tamen fama eius non est obliterata temporis vetustate. ¶ *Quo primū.*) Hoc est in initio. non enim secundo factæ sunt naues apud Idæ ab Ænea. ¶ *Formabat.*) Id est formare cogitabat. non enim in Ida, sed apud Antandrum factæ sunt. ¶ *Alta pelagi.*) Absolutum, ut lata camporum. ¶ *Ipsa deum fertur genitrix.*) Pigmentum hoc licet poeticum sit, tamen quia exemplo caret, notat

Atque omnis facibus pubes accingitur atris, Diripere focos: piceum fert humida lumen Teda, & commixtam vulcanus ad astra fauillam,

& improbus. f. affectus: ira, furore: quia repellitur, aut secluditur: sæuit. i. sæuitiam suam acuit: in absentes, id est securos a se: rabies edendi, id est fa-

mes rabiosa: collecta, id est contracta: ex longo. scilicet tempore: fatigat, id est torquet, & vrget ipsum: & fauces siccae. i. non imbutæ ex longo tempore: sanguine. f. prædarum, sup. fatigant ipsum. Haud id est non aliter: iræ ignescunt, id est ignitæ fiunt, & incenduntur: Rutulo scilicet Turno: venti id est insipienti muros: & castra, & dolor, ardet, supp. in duris ossibus, id est medullas usque penetrans: cogitanti scilicet qua ratione id est via, & modo, tætet id est molliatur aditus: & qua id est per quam partem via id est ratio inuenta: excutiat Teucros vallo) non est dicendum, qua via, id est qua ratione: quia sic via, quum sit septimi casus, produceretur. Sed alij legunt, quæ via id est quæ ratio excutiat. Alij, qua via: quod ego potissimum dicerem, si autoritate iuuaret, quia opportunus est spondaicus versus, in tanto molimine positus.) atque effundat id est effusim venire cogat: in equor id est campum equum: & supple hoc cogitans. inuadit classem. i. Teucrorum: circumseptam aggeribus, & vndis fluuialibus: quæ latebat adiuncta lateri castrorum: & poscit socios ouantes. i. exposcit a socijs ouantibus & lætis, & quasi de imbellibus triumphantibus: sicut in non satis ampla victoria, Romani fecerunt postmodum: incendia. i. vt immittant incendia, aut facies incendia facturas: atque ipse feruidus implet manum. f. suam: pinu. i. arbore pingui, & resinosa: flagrantia. i. ardenti: & supple Rutuli: incurbunt. f. combustioni nauium: tum vero, id est precipue tunc: aut tunc ad verum: quia præsentia Turni vrget. i. instigat, supple eos. Atque omnis pubes. f. Rutulorum: accingitur facibus atris. i. fumosis ex pice, aut nocijs, & infestis: & diripere. i. admoerunt: foros. i. tabulata superiora, aut diripere focos. i. igneis: accipiendo continens pro contento. Tepe. i. arbor illa pinguis: humida: fert lumen piceum. i. quale ex pice fit: & Vulcanus, id est igneis: fert ad astra fauillam. i. flammulæ commixtam. f. fuligine picea,

**P T E R I V S.**

¶ *Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.*) In antiquis omnibus codicibus quotquot inspexi, absque particula, &, notatum in manu. Ignescunt iræ duris dolor ossibus ardet. Et in medi diceo pro, ardet: hæret, habetur. ¶ *Qua tenet ratione aditus, & quæ via clausos excutiat Teucros vallo.*) In Romano codice, & plerisque alijs, legere est, Et quæ via: quæ lectio Seruio etiam videtur absolutior. In aliquot alijs legitur, clauso excutiat Teucros vallo. ¶ *Atque effundat in æquor.*) In Romano codice legere est, in Æquum: vt. f. equo omnes pede cõferre manus possint, nã Turnus, nunc iniquo pugnat loco, dum illi in castris aggeribus, & vallo clausi obteguntur. Hic in aperto prouocat, mirabantur paulo ante Rutuli Teucrum inertia corda: non equo dare se campo. ¶ *Aggeribus sæptam circum.*) In Romano codice, clausam: sed enim sæptam, magis placet, id vero per æ diphthongon scribitur,

notat a Criticis. Vñ logo potest mio excusaf. nã ideo & pristina rone religionis & Iouis bñficio dicit esse pfectū vt naues mutarent in nymphas: quo vel aliqua ex parte possit esse verisimile. Berecynthia.) Mater deū a monte Phrygiæ Berecyntho, cuius vltima syllaba caret aspiratiōe, quã addimus quotiēs montē Deli Cynthū dicimus. Est aut tenuis ista discretio, quibus noibus subtrahi debeat aspiratio. Nã ecce, Rippei montes Arcadię nō scribunt cum aspiratiōe: quã ad dimus, cū Riphæos montes Scythię significamus. ¶ *Da nate petenti.*) Ac si diceret, Egi iubere debuerat. ¶ *Domito te poscit Olympo.*) Videt hoc dicere, Præsta ei cuius bñficio seruatus ad Olympi regna venisti. Saturnus. n. cū oēs consumeret filios, Iouē solū esse non

Ordo.

Quis deus o Musæ tam sæua incendia Teueris Auertit: tantos ratibus quis depulit igneis? Dicite, pristina fides, facta, sed fama perennis. Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Æneas classem, & pelagi petere alta parabat: Ipsa deum fertur genitrix Berecynthia magnum Vocibus his affata Iouem, ¶ *Da nate petenti, CYBEL,* Quod tua chara parens domito te poscit Olympo, Pineæ sylua mihi multos dilecta per annos, Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant, Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis: Has ego Dardanio iuueni, quum classis egeret, Lata dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget. Solue metus, atque hoc precibus sine posse parentem; Neu cursu quassata villo, neu turbine venti Vincantur: prosit nostris in montibus ortas, ¶ *Filius huic contra, torquet qui sydera mundi, POE,* ¶ *O genitrix, quod fara vocas? aut quid petis istis? IVPI,* Mortali ne manu factæ, immortale carinæ

non potuit cælaturæ matris auxilio. Domito ergo olympo, in tuas. f. leges per bñficium meum mundo redacto. ¶ Pi-nea sylua mihi.) Congruè, nã pinus est i tutela Matris deũ. ¶ In arce fuit summa.) Hoc è apud Gargara, q̄ dicta sunt q̄si κάρρα κρατὸς, id est caput carpitus, altitudinis altitudo, κάρρα est κρηφάλη. Gargara autè sunt montis Idæ cacumina. p̄pter qd̄ dicit In arce summa. ¶ Nigranti picea.) Nigranti, ymbrosa: & picea arboris genus est, vñ pix defudat. Haru aut̄ (c̄dm Plinium quinçq; sunt sp̄s: sicut etiã supra diximus. ¶ Has ego.) Nõ trabes.

nã de acere naues nõ fiunt. Vnde melius arbores itelligimus, referentes ad piceas vel pinos. Sane notandum trabes, nõ nisi iam cæfæ sint & cõpositæ, dici. ¶ Classis egeret.) Iusta Æneæ petitio, & concedentis benignitas numinis exclusit piculum. Nã his remotis sacrilegium cõmitteretur. ¶ Timor anxius angit.) Aut per petuũ est timoris epitheton: aut certe verum timorẽ voluit significare, vt separaret ab eo qui ex cupiditate nascitur prosperorum. vt, Exultantiaq; haurit Corda pauro pulsans. ¶ Profit nostris in montibus ortas.) Bona breuitate detraxit & his & esse, nam plenum est Profit his ortas esse in nostris montibus: quod fecit eloquutionis causa. ¶ Torquet.) Sustinet, regit. ¶ Quo fata trahis?) Ostendit fata posse aliquatenus trahi, non tamen vsquequaq;. Hinc enim dicit Quo, id est ad quã rem. ¶ Petis istis?) Id est pro istis, nam sic dicimus, peto tibi, id est pro te. ¶ Fas habeant?) Ius: nec enim possunt æterna esse quæ ab hominibus facta sunt. Horatius, Debemur morti nos, nostraq;. Nam sicut animi fata sunt immortalia, ita corporis pereunt. Salustius, Cæterum studia oĩa nostra sicut anima, immortalia sunt. ¶ Certusq; incerta pericula lustret Æneas? Et hoc dicit, casibus licentiã hæc petitio vult adimere. Nam Æneas sorte qua homo est, nauigationis debet time re periculum: qd̄ perit si eius nauibus æternitas detur. ¶ Cui tanta deo permiffa potestas?) Cui: ac si diceret nec regi quidem deorum. ¶ Defunctas.) Liberate, vnde, O tandẽ magnis pelagi defunctis periculis. ¶ Portusq; tenebunt.) Nautico vsus est verbo cum de nauibus diceret. ¶ Quæcũq;.) Hic ostendit aliquas perituras esse. ¶ Euaferit vndis.) De vndis exierit: cum venerit ad eũ locũ, de quo nauigatura iam non sit. Alij legunt euaferit vndarum periculum. ¶ Mortalem eripiam formam.) Bene dixit Mortalem, nec enim potest fieri vt eadem res & mortalis sit, & immortalis. antè est vt definat esse mortalis. ¶ Qualis nereia Clotho.) Non dixit tales erunt, sicut supra, Qualis mugitus fugit cum saucius aram Taurus. ¶ Per pice torrentis.) Ardentes. & est figmentum poeticum. ¶ Aderat promiffa dies.) Promissum tempus adueniret. ¶ Turni iniuria.) Scilicet quã inferebat. Et modo iniuria est & βίαιμα, id est iniustitia. Hinc est apud comicos iniurius, qui au det aliq; contra ordinẽ iuris. Et bene iniuria. nã & cõtra necessitate fati, & contra rationem foederis bella cõmouerat.

## DONATVS.

¶ Quis deus o musæ.) Intellectus in verborum ordinatiõẽ aperi-ritur. Dicite o musæ, quis deus à teucrorum nauibus tam sæua auertit incendia? tãtos ignes quis depulit? quod dixit, à nauibus, manifestum est naues fuisse arsuras: vt fugæ subsidium troiani non haberent. huius, inquit, facti antiqua est fides, & posset vitio vetustatis intercipi, nisi illud fama propter admirationem suis posteris tradendo perpetrasset. Huius igitur autorem vult poetã libris suis inferere, & vt maiore fide confideret, vult videri multis suggerentibus posuisse veritatem. Incipit iam loqui, quod vult musæ rogatæ docuerunt. ¶ Tempore, quo primum.) Tẽpus, & locum, & personas, & rem posuit, quibus maximam relationis fidem fecit. Tunc enim verum ostenditur factum, quũ d̄r, quã do extiterit, & vbi, & quibus annitentibus. itaq; memoriam tan- gillius temporis, quo regressurus æneas, ex littoribus patriæ suæ nauigia præparabat, sicut in prima parte tertij libri dictũ est. Classẽq; sub ipsa Antandro & phrygiæ molimur montibus idæ, non possẽt enim nisi nauibus fugere, quia ipso tempore nõ fuerunt. Dixit tempus, dixit locum & speciem facti, & dixit plena autoritate. Manifeste enim constabat æneam nauigia fabricasse,

Fas habeant certusq; incerta pericula lustret  
Æneas: cui tanta deo permiffa potestas  
Imò vbi defunctæ, finem, portusq; tenebunt  
Aufonios, olim quæcũq; euaferit vndis,  
Dardaniumq; duces Laurentia vexerit arua,  
Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo  
Æquoris esse deas, qualis Nereia Clotho,  
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.  
¶ Dixerat: idq; ratur Stygij per flumina fratris  
Per pice torrenteis, atraq; voragine ripas,  
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.  
Ergo aderat promiffa dies, & tempora Parcæ  
Debita complerant, quum Turni iniuria matrem  
Admonuit sacris ratibus depellere tædas,

POE.

postulantis. ¶ Da nate petenti.) Mixta dictio habes autoritatem matris, habes & poscētis blandã vocẽ. Da, quũ sit impatius modus, pot ostẽdere fiducia parentis, dixit nate, quod nomẽ ad im- petrandi cãm satis abunde; supererat, securũ est petenti, vt facilius mereretur postulans, quæ iubere debuerat. Et hoc ipsum fa- ciat, quasi dicat nihil negandũ esse parẽtib; quũ aliquid iubẽt, quanto magis, quũ rogant. Verũ quia sunt parentes, qui nihil de liberis mereantur, addidit, cara, quod dictum vtranc; personam tangit, vt sit da parenti quam diligit, & quæ te amat. Fecit ergo attentũ necessario ex abundanti, & beneuolum, quod non facit, nisi qui expediendi necessitate constringitur. debuit proculdubio principijs subnectere desiderij summam, sed non fecit, opportuit enim, vt rem arduam petitura primo causas insereret iuste peti- tionis, vt mereri facilius posset, quod obseruandum est, quoties in materijs talis locus occurrit. si n. primo dixeris, quod petas, perturbas audientẽ petitionis forsitan iniquitate, quum iam non admittat causas asserentẽ ipsius desiderij. quocirca incipit dice- re, cur petat. & petitionis speciem seruat ad finem. ¶ Pineã silua mihi.) Dum refert lucũ se habuisse, quod merito eius ostẽdit, vt non tantum ipse, verum etiam quicquid ex eo factum est iudica- retur dignum veneratione: habui, inquit, lucũ gratũ ex loci posi- tione. nã fuit in summa arce, q; constabat ex arboribus diuersi ge- neris, hoc est pini piceq;, & aceris, quæ merito ad fabricã nauium necessariẽ negari non possent. Lucus fuit dilectus arboribus per multos annos: cuius affectũ nutrierat diurnitas tẽporũ, & dilectus iungit, custoditus vsq; adeo honore prestans, vt hũc sacris incolæ celebraret. Ex eo igitur, quod meus debet habere ex mea maiestate priuilegiũ, quod gratus ex amonitate, q; nullus vnq; manu contactus, quod seruetur tẽporibus multis, q; incolarum iugibus honoratus est obsequijs. Ecce quanta præmissit, vt quod desiderabant mereri potuissent. ¶ Has ego dardanio iuueni.) Grã de pondus in vno nomine & p̄nominibus duobus, dixit. n. has, hoc est quas sacras habui, quas violauit nullus, quas per infini- tos annos incolæ venerati sunt: quæ amonitate & magnitudine sua ingentẽ loco gratiã dabant. Ego, id est cui soli licuit iubere, qd̄ vellem, ego, q; reliquis saltem debeo fauere troianis. Dardanio iu- ueni, pio, forti, religioso. ¶ Quũ classis egeret Lætã dedi.) Quũ re- cessurus de troia subsidium nauigandi nõ haberet, hoc. n. est bñfi- cij summi, quum vrgeant necessaria, dare, quod dixit dedi, osten- dit se non petenti prestauisse. Addidit aliã gratiã, vt cum lætitia mentis id se asserat contulisse. Quod dixit, læta dedi, ad accipien- tis meritum pertinet, vt beneficium digno videretur præstitisse. Multis enim inuitis extorquetur, quod prestatur indignis, quod ait dedi, potest etiam sic intelligi, non petenti libentius dedi. Ille enim licet in magna necessitate positus auderet postulare, quod nouerat sacrum, aut escindere quod ab incolis omnibus venerari consueuerat. ¶ Nunc sollicitam.) Permite, ait, securam impe- trare precibus matrem tuam: quod tẽ etiam non rogatũ contue- nerat sine mora præstare. Venit ad summam petitionis confectis omnibus, quæ præmitti debuerant. ¶ Neu cursu quassatæ vllõ.) Id est ne currendo quassentur: neue eas ventus suis turbinibus su- peret. ¶ Profit nostris in mon. or.) Non debent eiusdem esse me- riti, cuius sunt aliæ, quæ non sacris ex lucis oriuntur. ¶ Filius huic contra.) Filius, cuius potestas est, & nollet datam omnibus lu- cem, quũ poscente matre corrumpere, contra respondit, hoc est non est assensus ei, quæ studio magis quã ratione ducebatur. red- denda tamen ei ratio fuit, cur non posset impetrare, ne læsa disce-

Virg.

LII

deret,

deret, & mereri tamen aliquid debuit, quod legibus datis non irrogaret iniuriam. Incipit igitur sic. *Pro genitrix quo fa. vo.*) Fidia, inquit, vteris matris, atque ut possibile impetres, factum nomen pietatis opponis: sed in hac causa quo in regendi mundi necessitate constringor, nec possum coelestia iura conuellere, non solum quaerit, aut à quo petas, verum etiam quid fieri velis, debes expere. incipit iam tractare quale sit, quod petatur. Et qui desiderium matris nolebat implere, visus est inuentione mirifica: ut non arborum sacrarum, quae aeternitate merebantur, nec originis fabricae, sed nauium saceret causam. *O genitrix quo fata vocas? aut quid petis.* *Pro Mortali ne manu factae?*) Vis, inquit, mater fatorum cursum mutari: contrarius posuisti duo utraque fatorum legibus nexa: unum, ut nauibus decernatur aeternitas: alterum, ut aeneas cursum subeat: incerta utraque impossibilia non interire necesse est, quod manus hominis fecerit: tantus autem est in discursibus nauigationis euentus, ut si deus aliquis velit nauigare, securitas illi sponderi non possit. *Immo ubi defunctae?*) Faciam tamen, inquit, quod tuum mater exuperet postulatam, ut fiant pelagi deae, quae laborandi necessitate transmissa dardanium in italiam iuuenes cursu per superiora peruenerint: & sit miraculo omnibus sub alia forma naues incolumes esse sub fluctibus, quibus perire consueverunt: sic hoc loco dixit defunctae, quomodo in sexto libro, *O tandem magnis pelagi defunctae periculis.* Alias enim defunctum mortuum dicitur: sed in utroque vna significatio est. defungi est enim completere. defungitur ergo, qui munus debitum complectitur. defungitur quoque, qui tempus sua viuendo transmiserit: perinde & naues defunctae dici poterunt, quae aeneam ad italiam completa nauigandi necessitate vexissent. *Mortale eripiam formam,* magnique iubebo *Aequoris esse deas,* qualis nereia clotho. Et galatea fecant spumantem petore pontum. Plus promittit quam tenuerat postulare, ut ex mortibus fierent deae pelagi, & ceteris equarentur. *Dixerat,* idque ratum stygij. *Quoniam rem arduam promiserat,* futurum effectum iurando firmavit. *Turavit ergo firmum fore,* quod dixit. & iuravit per stygem, cuius tanta potestas est, ut etiam ipsis diis credatur esse venerationi, ut ipse virgilius etiam in sexto libro posuit, *Cocytii stagna alta vires stygiamque paludem;* *Dij cuius iurare timent,* & fallere numen. *Ergo aderat pro. di.*) Retulit, quod olim gestum videre, rediit ad causam & ad praesentis temporis necessitate. *Venerat, inquit, dies promissi,* & dispositione sua fata compleuerant, hoc est & nauigationum munus expletum fuerat. & aeneas in italia fuit. restabat, ut naues deposita forma mortali verterentur in deas. *Cum turni iniuria ma.*) In obliuionem venerat deum matri, sed interuenit iniuria, hoc est improba cogitatio, quae illam commouere faceret, ut à nauibus sacris, hoc est quae ex sacris arboribus edificatae fuerant, incedat & faces auerterent: pinde nihil tale fieret, si non extitisset inimici violentia.

## ASCENSIVS.

*Quis deus, &c.*) Quia res difficilis est creditu: & praeter opinionem interuenire, facit autoritate Musarum: ideo autem figmentum hoc interserit, ut delectet nouitate, & decorum seruet. Nam si bello viuuda, virtus fuit Troianorum, non esset decorum classem, ante oculos incensam videre, sine defensione vlla. *Donati verba sunt.* *Tempore quo primum.*) Verisimilis fit res, quum tempus & locus exponitur. *Pro ipsa deum genitrix.*) Nullus homo hec viderat, aut audierat: sed Musae Poetae docuerunt. *Pro Da.*) Imperatiua vox ostendit parentis. *Pro Nate.*) Quod nomen ad imperandum multum valet. *Pro Chara.*) Ut fit de parente quam diligis, & quae te amat. *Rem autem arduam petitura,* causas iustas inferit. *Pro Torquet qui sydera mundi.*) Cui est omnium rerum potestas: sed tamen non debet aliquid prestare contra fatum, ut illa petit scilicet ut & naues, & aeneas non sint subiecti casibus. *Haec ille.* *Ordo est.* *O Musae, dicite, quis deus, q. d. mortalium neminem potuisse: avertit Teucris, id est à nauibus Teucrorum.* (nam dum nostra ardent, nos ardere dicimur: sicut in. ij. *Iam proximus ardet Vaelegon.*) *incendia tam seua id est tam magna, & violenta: & quis deus depulit ratibus id est pepulit de ratibus, tantos igneis dicitur.* (inquit) quia fides est factio prisca, id est valde antiqua, & ita subobscura & debilis: sed fama est, supple perennis id est per annos durans, & ad nos usque perducta. Incipit autem narrare, quasi dicentibus Musis. *Tempore quo aeneas formabat primum in Ida Phrygia classem. s. suam: & parabat petere alta pelagi.* *Pro Bercyntia. s. Cybeles,* quae in Bercynto colitur: *genitrix, id est mater: deum id est deorum: fertur affata Iouem magnū, scilicet sine exemplo: his vocibus, o nate, da, id est concede: potenti, supple id quod tua chara parens, id est mater: poscit te, id est requirit a te: Olympo domito, id est postquam coeli dominus effectus*

Ordo.

es, & voti compos, atque omnia potens. Incipit autem docere, quod velit sylua pinea, id est in qua plurimae pinus nascuntur. dilecta mihi per multos annos fuit in summa arce, hoc est apud Gargara: lucus, id est inceps: ut sit mihi lucus consecratus: quo. i. ad quem lucum, sup. Phrygij ferebant sacra lucus: inquam existens obscurus, id est vmbrosus: picea, sup. arbore: nigranti. i. ad nigredinem tendenti: & trabibus acernis. i. ex acere arbore preciosa. *Ego leta, id est lubens & volens dedi: has. s. arbores: iuueni Dardanio, id est Aeneae: quum egeret classis: non ergo sacrilegus erat, nec contemptror diuum: timor anxius. i. anxietate afferre solitus: vrget nunc me sollicitam, quia sciuit classem Aeneae appetendam ignibus solue metus. s. meos, de pectore meo: atque sine. i. per mitte: iparete. i. matrem tuam: posse hoc precibus. i. per preces: neu, id est neut: ipare vincantur quassatae vlllo. cursu: neu vlllo turbine venti, profut, sup. ple ipsi ortas esse in nostris montibus. Filius, scilicet Iupiter, qui torquet sydera mundi, id est cui est rerum omnium potestas: contra, id est contrario: loquitur, hoc est respondet huic, sic. *O genitrix, quo, id est in qua conditionem vocas fata: ut, scilicet contra fatorum ordinationem, corruptibiles arbores non corrumpantur: nam nihil tam fatale volunt, quam mortalia mori, & corruptibilia corrumpi: unde fatum, pro morte vsurpat, aut, quid petis istis: in datiuo, id est per istis, scilicet vilibus rebus, ac insensibilibus: petisne, supple ut carine facte manu mortali: habeat fas, id est ius, & permissum in mortale, id est ut immortales sint: & vt aeneas: incertus quia mortalis, & submergibilis: iustret. i. circumspectat, & experitur pericula: existens certus. i. tutus: eo quod naues tutae essent cui deo est tanta potestas permittit: quasi dicat nulli preterquam mihi, unde animaduertit in Aesculapium, qui Hippolytum ab inferis reuocauerat. *Imo, quasi dicat quinimo id potius: facia: ubi, id est postquam: naues defunctae, s. munere nauigandi, & vehendi Aeneae: sicut de Aenea dictum est, *O tandem magnis pelagi defunctae periculis: tenebunt finem, scilicet nauigationum: & pro. i. portus Aulis scilicet olim, id est aliquando, tempore futuro: post septennales, scilicet errores: quae cunque euaserit vndis, quia perijt vna inter Syrteis, ut dictum in. ij. est. & vexerit ducem Dardanium, scilicet Aeneam, supple ad arua Lauretia: ego eripiam, supple ei, formam mortalem: & iubebo, sup. omnes esse deas magni quaeoris, id est in nymphas marinas: quales Clotho Nereia, id est Nerei filia, (Nereides, maris nymphae, humanam habentes effigiem, quarum nomina sunt Nysee & Cymothoe. & Galatea (quae nymphea est marina. a lactis candore sic dicta, quasi lactis dea: quia γαλα, lac significat. unde et galaxia & galathites, gemae sunt colore lacteo.) fecit pectore pontum spumantem. i. mare spumas: dixerat, scilicet Iupiter: & annuit, id est nutu significauit: raturum, id est firmum, & solidum esse: per flumina fratris Stygij, id est per Plutonis Stygij, dii cuius iurare timent, ac fallere numen: & per ripas torrentes pice: & atra voragine, id est per Stygias paludes, & tremefacti nutu totum olympum. Ergo dies promissa, id est tempus exolutum diu promissum aderat: & Parce complerant, pro compleuerat: te pora debita: quum. i. quando: iniuria. i. violentia iniusta Turni: admonuit matrem. s. deorū: depellere ratibus sacris. i. sacratis arboribus factis: tædas. i. faces ex tepidis factas.****

## PIERIVS.

*Prisca fides factio, sed fama perennis.*) In Ro. codice legere est, fit fama perennis. Quia, d. sepe vertit in. t. Maximeque, set, pro. sed, scribere solet. & e, pro. i, & vice versa, i, pro. e. Nam sed, omnino agnoscit Seruius. *Pro ipsa deum fertur genitrix Bercyntia.*) In Romano codice legitur, ipsa deum genitrix fertur Bercyntia. *Ac de, e, in pene vltima nominis huius, genitrix, satis superque dictū alias.* *Nunc sollicitam timor anxius vrget.*) In omnibus vaticanae bibliothecae codicibus, & in Mediceo, in Porcio, & aliquot alijs, angit: non, vrget, est. *Pro Ne cursu quassatae vlllo, neu turbine veti.*) In Mediceo, in Porcio, & aliquot alijs codicibus antiquis, Neu cursu, legitur: eadem repetitio, qua etiam superior in huius codicibus obseruauimus eo versu, Neu struere aueretur acie, neu credere capto. *Pro Qualis Nereia Clotho.*) In codicibus aliquot antiquis, quales, numero multitudinis legitur. In vaticanae bibliothecae omnibus exemplaribus, Doto: non, Clotho, scriptum obseruauit. quam lectionem in Valerij quoque Flacci codicibus emendatis inuenias: Quam Panopae, Dotoque foror. licet professores nonnulli, qui aetatem nostram proxime praecessere, Clotho, reponendum ex hoc Virgilij loco censuerint. Sed in Oblongo etiam scriptum est. praeterea Homerus libro. viij. Iliados, quum Galatea, Doto, & Proto enumerat, atque alias compluris Nerei filias, quae mare incolunt, neque cum ijs Clotho recensetur. Ait enim



ἡρώδης, πρώτῳ τε, φέρουσά τε, δυναμένη τε. Paulo vero ifra, κλειά γαλαέτη γαλαέτια. Eadem sunt apud Hesiodum in Theogonia, exaepto epitheto Galateae: quam formosam Hesiodus vocat. Quumq; nymphas eas, omnes numero quinquaginta recenset, quae ἡρώδης ἀμυλωνοῦ ἐυφραίνοντο. Clothus nusquam mentionem

facit. Quare & his rationibus, & veteribus fretus exemplaribus omnino legerim, Nereia Doto. Quod vero sequitur, Et Galatea: in Romano codice, Aut, discretiua particula habetur. ¶ Admonuit sacris ratibus.) In antiquis fere omnibus codicibus, legere est, mutato numero, Admonuit ratibus sacris.

## SERVIVS.

(Nova lux.) Id est nimbis deorum, quod ipse paulopost dicit. ¶ Ne trepidate meas.) Pro ne festinetis. Et per hoc significatur, ideo ad nauium defensionem egressos non esse Troianos, quia nume vetuit. ¶ (Ite dea pelagi.) Alij hucusque volunt matrem deum locutam. Alij iungunt Genitricem iubet. ¶ (Obstupuerunt animis Rutuli.) Timuerunt Rutuli, timuit Messapus numinis filij, timuit Tyberis. Per hos aut gradus, maior Turni designat audacia. Tale est & in quarto, At non infelix animi Phoenissa. ¶ (Et amnis rauca sonans.) Licet antiquitas habuerit hic & haec amnis: melius tamen est rauca sonans accipere pro rauca, quae rauca amnis. ¶ (Reuocatque pedem Tyberinus ab alto.) Nunc ipsum deum territum dixit: supra vindas fuisse perterritas & se represas. ¶ (Animos tollit dictis.) Magnanimitate sua comprobata dicit: tale est illud contrarium, Turbatumque oculis. ¶ (Haec monstra petunt.) Appetunt, ut, Regnam peti. ¶ (Iupiter ipse.) Scilicet qui omnibus praestare consuevit. Vnde & Iupiter dictus est, quasi iuuans praesens. ¶ (Solum ergo auxilium non circa Troianos accipimus: sed quod ipse praestare consuevit.) Non tela neque ignes expectant Rutulos. ¶ (Non expectant Troiani, ut Rutulos telis aut ignibus pereant: qui iam nauium amissione perierunt.) ¶ (Maria inuia Teucris.) Color est. Nam rem quam pro se Troiani putabant, in contrarium vertit dicens, nauigationis auxilium & fugam perdidisse Troianos, quos con-

Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens Visus ab aurora caelum transcurrere nimbis, Idæique chori: rum vox horrenda per auras Excidit, & Troum, Rutulorumque agmina complet: ¶ (Ne trepidate meas Teucris defendere nauis: CYBEL. Neue armate manus: maria ante exurere Turno, Quam sacras dabitur pinus, vos ite soluta, Ite dea pelagi, genitrix iubet. ¶ (Et sua quaeque Continuò puppes abrupunt vincula ripis: Delphinumque modò demersis aquora rostris Ima petunt: hinc virgineae (mirabile monstrum) Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur: Quot prius arata steterant ad littora prorae. Obstupere animis Rutuli: conterritus ipse Turbatus Messapus equis: cunctatur & amnis Rauca sonans, reuocatque pedem Tyberinus ab alto. At non audaci cessit fiducia Turno, Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro, ¶ (Troianos haec monstra petunt, his Iupiter ipse Auxilium solitum eripuit: non tela, nec igneis Expectant Rutulos, ergo maria inuia Teucris, Nec spes vlla fugae: rerum pars altera adempta est, Terra autem in manibus nostris, tot millia gentis Arma ferunt iratae, nil me fatalia terrent, Si qua Phryges praese iactant responsa deorum. Sat satis, Venerique datum est, tetigere quod arua Fertilis Ausoniae Troes, sunt & mea contra Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem, Coniuge precepta: nec solos tangit Atridas Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis. Sed perijisse semel satis est, peccare fuisse Ante satis: penitus modo non genus omne perosos Foemineum, quibus haec medijs fiducia valli, Fossarumque morae, leti discrimina purua, Dant animos: an non viderunt moenia Troiae Neptuni fabricata manu confidere in igneis?

stat pro sollicitate habuisse nauigationis vitare discrimina. ¶ (Rerum pars altera.) Humanae enim naturae duo elementa concessa sunt, mare & terra. ¶ (Nil me fatalia terrent.) Tacitis occurrit quaestio, nibus dicens, Si fataliter se venisse ad Italiam dicunt, iam venerunt, completa sunt fata, & callide tacuit quod erat fatale. Troiani enim dicebant Italiae sibi regna deberi. Et est oratorum, quaestiones ita proponere ut facile solutionis sortiantur euentum. ¶ (Si qua Phryges praese iactant.) Quasi & ista configant. ¶ (Sunt & mea contra Fata mihi.) Hoc falsum est quod dicit Turnus: sed in arte rhetorica tunc nobis conceditur vti mendacio, cum redarguere nullus potest. Vt hoc loco est, quis enim vere potest scire Turno data sint, necne responsa: quia scit falsum esse quod dixit, argumentis probare dicta contendit, dicens esse sceleratam gentem, raptam sibi coniugem, in quo facto vitur Graecorum exitum, qui rapta Helena gentem deleuere Troianam. ¶ (Coniuge precepta.) Inuidiose sponsam, coniugem vocat. ¶ (Nec solos tangit atridas iste dolor.) Cur non in similitudine criminis sit perosa similitudo? si culpa repetitur, supplicia quoque geminentur. ¶ (Penitus modo non genus omne perosos Foemineum.) Modo omne genus foemineum, non eos penitus perosos esse debebat. Locutus est autem figurate. ¶ (Fossarumque morae.) Non tunc sed mortis dilatio. ¶ (An non viderunt.) Legitur & at non-

pergit, & ne perisse potius quam liberatque viderent addidit, Ite dea pelagi genitrix iubet. Ostendit iussionis auctoritatem dicendo, genitrix iubet. ¶ (Et sua quaeque, Continuo pup.) Rupta vincula vim periculi imminentis ostendunt. nam si esset otium, soluerent potius vincula eadem, quam rumpentur. ¶ (Delphinumque modo.) Ipse exposuit, quid sit, delphinumque modo, quum dicit, nauium rostra primum ima equoris petijisse, delphinos enim quum vna maria petunt, primo mergunt sui corporis partem, hoc est caput. ¶ (Hinc virgineae (mira. mon.) Red. se to.) Quot naues mersae sunt, totidem facies virgineas pelagus reddidit. ¶ (Obstu. ani. ru.) Quod dixit, obstupere, ad solos rutulos pertinet. Totidem, ideo, ut ostenderet reuera ipsas esse, quae fuerant mersae. ¶ (Obstu. ani. ru.) Vt ipse qui talia probabant merita troianorum. Obstupere, non ad permutationem nauium pertinet tantummodo, sed ad omnia, quae vis fuerant, vel audita. Obstupuerunt igitur simul vniuersi, nec remansit quisquam, qui non admiratione teneretur. ¶ (Conterritus ipse Tur. mess. eq.) Territus est ipse quoque messapus, atque equi eius visu ipso turbati sunt. Ipse, inquit, messapus, qui esset constans inter suos, & fiducia virtutis intrepidus tantum perterrefactus est, ut equos suos tenere non posset, quos constabat cum domino esse turbatos. Qualem interea putamus terrorem fuisse, quum illa serent, quando maiestatis potentiam animalia etiam

si an non, absolutum est. si at non, inceptiua particula est ad ornatum pertinens. Horatius. At o deorum quicquid in caelo est regit. Tale est, At non sic Phrygi penetrat Lacedaemona pastor.

## DONATVS.

(Hic primum no. lu. ocu.) Bene posuit hic primum. debuerunt enim ante commutationem nauium ostendi signa, ne casus videretur, quod deorum voluntate & arbitrio fuerat procellurum. Primum igitur facta est lux noua. lux est, quae praeter solitum nascitur, & ab oriente parte nimbis cursus ostensus est. deinde idaei chori sonus auditus. Debut. n. in ipso facto & beneficii autor intelligi. ¶ (Tū vox hor. per au.) Primo ergo signa posuit quibus sola coniectura colligi posset, quod per id temporis gerebatur: deinde quod signis ipsis accessisset, augmentum ut vniuersis suspicionibus exclusis ipsa veritas veniret in medium. nam vox horrida ideo non deformis sed metuenda reuerteremissis est & tam clara, ut troianorum & rutulorum agmina completeret. ¶ (Ne trepiditate me.) Cesset, inquit, officium vestrum in defensionem nauium, nec manus vestrae profuturis onerentur auxilijs. habent quippe defensionem meam: nec possum pati perire, quod meum est. ¶ (Maria ante exu. tur.) Pulchre ab eo loco, in quo gerebantur, arripuit impossibilitatem faciendi. Ante, inquit, peruenit turno mare incendio, quod naues exurere, quas tuetur origo venerabilis. ¶ (Vos ite solu.) Vos ait solutus vinculis

muta fenserunt. Cunctatur & am. Rau. fo.) Raucus somnus est  
 yndē tardioris & parua: Reuocatq; pedem tyberinus ab alto.  
 Retardatur etiam potentissimus tyberis: & ex his quę in fauorē  
 pauum gesta sunt, in fluctus maris non audebat exire. At non  
 audaci.) At turno audaci non cessit fiducia. Omnes, inquit, facti  
 nouitate occupauerat stupor, homines, equos, & flumen cū ipso  
 deo. f. uo. audacia tantū turno immobilis mansit. Temerarq; n. non  
 mouentur ex accidentibus, nec succedentibus malis aliqñ frangū  
 tur, sic pereunt manifesta grauiorū pericula proleuibus & dubijs  
 æstimates. Vltro animos tollit.) Ecce secundū temeritatē suam  
 intellexit factum, & intellectū ipsum, q̄ flere fortunā suā debuit,  
 insultanter exponit: quæ insultatio p̄ciebat suis, vt animis refi  
 cerent sed quos iudicio imoderatus fauor affixerat. Troianos  
 hæc mon. pe.) Cœpit nō à principijs, sed ab ipsa disputatione, vt  
 mature reficeret, quod si solū fuisset, sufficeret. quid. in. fuit in tpe  
 necessarium? nisi vt sciret exercitus illud quod gestū est malū qui  
 de eē, sed expectare troianos? Addidit alia, qbus astrueret exposi  
 tionē suam: His iup. ip.) Solitum dixit non quod solitus esset  
 præstare iupiter, sed quo troiani semper in fuga vti consueissent.)  
 Non tela nec ig.) Vltro, inquit, iupiter præstitit, quod nitendo cu  
 piebamus efficere. quid enim fuit pro imbellium persona neces  
 sarium, nisi vt fugiendi subsidium non habeant? quos formido tur  
 pis retinet inclusos? Deniq; arreptas faces deponite, & remouete,  
 quæ tenetis incendia. Dijs iuuantibus factum est, quod p nos  
 forsitan impleri non potuisset. Ergo maria inuia teu.) Votis no  
 stris optata cesserunt: tenemus hostem metu desperationis op  
 pressum. mare fugiendi subsidium negat. armis clausimus terrā.  
 quid superest remotis incertis, nisi certa victoria? hinc pergit ad  
 cæteras materiae partes, vt ab omnibus, quæ obiectari poterat,  
 ipse magis quasi obiectis occurreret. Equidem primam quæstio  
 nem noluit euidenter ponere. Potuit enim dici sic, si occidissimus  
 istos, quid faceremus in illos, qui cum gnea venturi sunt? huic ex  
 occulto respondit dicens. Tot millia gētes Arma ferunt itale.)  
 Hunc locum quū pronuntiamus, separare debemus tot millia, se  
 parare gentes, ne coniuncta vitium faciunt, si dicamus tot millia  
 gentes. separatione vero facta non semel intelligamus positum  
 tot, vt sit, tot millia, tot gentes arma ferunt: quod ipsum sic intel  
 ligitur posuisse, atq; dixisse. vt assereret, se nec illud metuere, qd̄  
 cum auxilijs gneas sperabatur esse venturus. Hinc transit ad aliā  
 quæstionem. potuit enim dici frustra contendimus contra eos,  
 qui dijs & fatiis volentibus ad italiam venerūt. Ait ipse. Nil me  
 fa. ter.) Nec illa me, inquit, terrent demum responsa, quæ cum fa  
 torum voluntate se meruisse confingunt. phryges, pro conuitio  
 posuit. non enim potuit hostes suos sine iniuria nominare. Sat  
 fa. vene. da. est.) Noluit in eo perseverare, quod de responsis & fa  
 tis troiani mentirentur. Sed hæc pro veris collocat, & tanq; ve  
 ra dissoluit. Non hoc, inquit, solum assero, quod troiani mentian  
 tur: sed soluta iam sunt, & si vera iactantur. Tetigerūt italiam, qd̄  
 amplius quærunt fatiis venerari: factum est, & illorum fata com  
 pleta sunt. aliam partem dispositionis factorum responsorumq;  
 diuinorum, quoniam destruere non valebat, omisit scilicet quod  
 illis & veniendū in italiam, & in ea regnādum esset. Iccirco dixit  
 certe debebatur troianis videre italiam, factum constat, nihil iam  
 præter eorum exitium superest. Sunt & mea con.) Fatis, inq;  
 illorum oppono etiam ipse fata mea. non enim solis licet habe  
 re. fatum fuit ipsorum, vt terras itales tangerēt. habeo & ipse de  
 bitam meis virtutibus partem. Ferro sceleratam ex. gen. Con.  
 præ.) Effundam, inquit, sceleratorum sanguinem repetiturus ar  
 mis coniugem, & habiturus eam non patris voluntate sed iure  
 victoris. Nec solos tangit atridas.) Admirādum exemplum re  
 petit. nam personæ eadem fuerunt, & similis causa. aptum autē  
 pro tempore, vt ostenderentur facilius posse superari, sicut priō  
 scelere. vt victos esse constabat, & sedibus suis exclusos. Plus in  
 terea fuit, quod ipsorum & in ipsos proferebatur exemplū. Sed  
 perijisse se. fa. est, pec. suis.) Aliud crimen annectit quo magis ma  
 gisq; troiani deformentur. Post primum quippe facinosum  
 amissum, post vltionem facti debuit morū prouenire correctio.  
 ducuntur, inquit, peccandi consuetudine & morem sceleratorum  
 pertineti, temeritate sectantur. Penitus modo non ge.) Vel non  
 interia, vt penitus quos exitium suum ad bonam vitam forma  
 re non valuit. supra posuit, si qua phryges per se iactant, & in ap  
 pellatione phrygum occultum conuitium dixit. Hic autem dum  
 loqueretur, vehementer exarsit, quod ipsum intelligitur ex eo,  
 quod in apertam iniuriam fuit, dicendo perosum formineum ge  
 nus, vt corruptionem reus sui non aliqui sed omnes rōne nascē  
 di viderentur habuisse. Probatio ex præsentibus fuerat colligen  
 da,

da, vt inertes, vt soluti dicerentur. Quibus hæc me. fi. val.) Vtq;  
 adeo, inquit, inertes ac stolidi, vt inde se arbitretur superiores ac  
 fortes, q̄ eorum exitium paruulum interstitium valli & exigua  
 mora fossarum defenderet: ac si diceret, quantum inter ipsos pu  
 tatis & mortuos interesse quos tuetur interim, quod pot̄ facillimē  
 me superari: Definit inquit, quid sit vallum, vel quatum præstet  
 ambitus fossæ. hoc, inquit, præstant, vt paulo tardius moriantur.  
 Deniq; hoc est, quod ait vallum, & fossa leti parua discrimina,  
 ipsis expugnatis, nihil superest morę, quin hostes intereant. An  
 non viderunt mœ. tro.) Fiduciam gerunt, quia defenduntur for  
 sis & vallo post paulum morituri, quasi non viderint illiētes mu  
 ros mira fortitudine atq; admirabili magnitudine structos, & ne  
 ptuni diuinis manibus fabricatos in ignes confedis? Non dixit  
 incendio dirutos, sed in flammarum substantiam esse conuersos.  
 Comparisonem iduxit maioris edificij & minoris, & illorum,  
 qui hæc atq; illa condiderunt, & laudat perdita, & deprimit peri  
 tura. Proinde quum pronuntiamus moenia troiæ, extollere de  
 bemus, vt fuerint magna, neptuni etiam nomen cum laude extē  
 dere. vt muros troiæ ille fecisse videatur, qui integri elemēti ha  
 beat potestatem. Rursus, quum dicimus confidere in ignes, ita  
 intelligamus, vt nullæ ipsorum reliquæ post flammam superesse  
 valuerint. Redigitur dehinc intellectus ad eum finem, qui si ma  
 gna & dei manu constructa perdiderunt, multo facilius possent  
 præsentia perdere, quę non fulcirentur tanto firmitatis subsidio,  
 nec tali niterentur autore.

ASCENSIVS.

Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens visus ab Auro  
 ra cœlum transcurrere nymbus, &c.) Docet ergo, quomodo nauis  
 Troianorū, in nymphas mutatae sint: & quomodo id prodigium,  
 animosus Turnus in suū vertebat commodum: docens id sibi a  
 dijs factū, ne amplius aufugerent Phryges. Eam autē deorum esse  
 voluntatē, probat ex simili. Nam sicut vlti sunt raptū Paridis, ita  
 & Aeneas vlturi sint: quū par sit ratio. Purgat p̄terea Turnus, oia  
 quę Phryges de factorū oraculis sibi pollicita adducere possent:  
 seq; Græcis collatū præfert. De qbus omnibus dicit Donatus sic.  
 Hic primū noua lux oculis effulsit, & ingens visus, &c.) Debe  
 runt ante coniuurationē præire signa, ne casu res facta videatur.  
 Deinde, vox sequitur, vt coniectura signorum firmetur. Maria  
 ante.) Pulchre a loco in quo erant, possibiliter sumptis. To  
 tidem.) Vt apparet ipsas esse quæ fuerunt versę. Increpat vlt  
 tro.) Temeritas maxima, qui quū factum intellexisset, debuit po  
 tius fortunā suam desistere. Auxilium solitū.) Quasi dicat q̄ suge  
 res semper soliti sunt. Tot millia.) Separa. & deinde dic, Gētes  
 Phryges: pro conuitio posuit. Solos Atridas.) Siluerūt p̄ om  
 nis primarū iniuriarum in Atridas pulsā patria luent, & istarum in  
 nos iam extorres, & ideo imbecilliores: est ergo mirū exēplum.  
 Deprimūt autē oia illorum gesta apud Troiam: & se Græcis prep  
 nit, quod non fraude, sed vi velit adoriri. Hæc ille. Ordo est.  
 Lux noua. i. magna, & insolita: effulsit primū hic. i. in hac exultio  
 ne nauis: aut hoc loco dicto: & iogens nymbus. i. lucida nubec  
 visus est transcurrere cœlum. i. aerē: incipiens. f. ab Aurora. i. par  
 te Orientali. Et chori I dei. i. qui sunt in tutela matris deorū, sup. vlti  
 sunt. Tū. i. insuper: vox horrenda. i. metuenda, & reuerenda, cum  
 horrore quodā excidit per auras, & complet Troiā. f. nouā, i. mo  
 rem castroꝝ extructam: & agmina Rutulorū. i. populorū Turni.  
 O Teucris, ne trepidate. i. ne cū timore festinetis: defendere nauis  
 meas. i. mihi, propter pinus sacras: ve, p̄ vel: ne armate manus.  
 f. ad defensionem: dabit Turno ante. i. prius. i. citius, aut facilius  
 exurere maria, q̄ sacras pinus. i. nauis, ex pinib. sacris mihi ædu  
 catas: vos. f. ad huc nauis, ite solute: ite (inquit) deg. i. effectæ de  
 pelagi: genitrix. f. deū iubet. Et puppes. f. ipsæ nauis, incipientes a  
 a puppibus, nymphæ fieri, abrūpunt vincula quæq; i. q̄libet sua  
 f. vincula. seu retinacula: rips. i. ab ipsis ripsis: & petūt ima æquo  
 ra: rostris demersis, more delphinū, & totidem facies virginæ:  
 mirabile monstrū idest quæ res est mirabile monstrū: reddūt f. i.  
 exhibent se, emergentes ex aquis: & serunf ponto idest in mare  
 totidem littora (inq;) quot proræ æratæ, steterant prius ad lit  
 tora: Rutuli obstupere animis, & ipse Messapus. f. ductor exerci  
 tus: domitor equorū, & filius Neptuni, q̄ audacissimus esse de  
 buit: cunctas idest fixas mansit: existens conterritus, & hoc equis  
 turbatis: & amnis sonans rauca. i. raucæ: quasi præclusa: voce præ  
 stupore: translatio ab homine a lupis viso, sup. cōterritus cunctas:  
 & ipse Tyberinus. f. deus, hoc est Tyberis: reuocat pedem ab alto  
 f. mari. i. non audet influere Tyrrhenum mare in qd̄ se nymphæ  
 ex nauibus factæ receperāt. At. i. sed: fiducia. i. cōfidens virtus &  
 animositas: nō cessit, i. nō amota est: Turno: audaci. i. a Turno  
 daces

dace: & tollit aios. s. suorum obstupescantium: vltro .i. in super: di-  
 ctis. i. verbis consolatoris. atq; increpat vltro. i. non solum non tur-  
 batur, aut finit, eos turbati: sed in super increpat, atq; redarguit  
 turbatos, dicens, Hæc monstra. i. prodigia: petunt. i. affectant in  
 perniciæ & vltionem eorum Troianos: quia ipse Iupiter, quæ. s.  
 dicunt suæ professionis author: scripuit h. s. i. eis auxilium solitum:  
 quia non poterunt amplius nauibus aufugere, vt hæcenus aufu-  
 gerunt. Ipsi Troiani non expectant tela, neq; igneis Rutulos. i.  
 Rutulorum manibus immisso, hoc est debent iam non expecta-  
 re, sed vereri. Ergo. s. quia naues ablatae sunt: maria, supp. sunt in-  
 via. i. inaccessibilia Teucris. Nec vlla spes fugæ, sup. est eis reliqua.  
 Altera pars reru. i. auxilioru, quæ in fuga collocabant, est eis ad-  
 pta. i. ablata: terra aut, est in nostris manibus. i. in potentia nostra  
 est, quidquid in terra nostra est: nã tot millia gentis Italæ. i. Itali-  
 cæ: ferunt arma. s. contra tam paucos: quod tamen, ob gloriã suã  
 reticet. Responda deorũ. i. oracula fatalia: si Phryges. i. Troiani: a  
 stant qua. i. aliqua: præ se nil terrent me. i. nihil moueor, quod fa-  
 tale eis fuerit in Italiã peruenire. Nã fat. i. satis: datum .i. cõcessũ,  
 id fat. s. Troianorum: & Veneri. i. petitioni Veneris: quod. i. qut:  
 Troes tetigere arua Aufonia. i. illius partis Italæ, fertilis. Satis  
 & Letiam: mihi mea. i. mihi fauentia fata: contra. i. in contrariũ. s.  
 excidere ferro. i. gladio: gentem sceleratam. i. impiã, coniugij vio-  
 laticem: & hoc, coniugæ præcepta. i. quia mihi coniugæ Launia  
 præcepta est. Nec iste dolor. s. de raptu coniugis: tangit (solos Atri-  
 das. q. d. etiam me tangit: nec licet. i. cõcessum est a dijs: solis My-  
 cenis. i. populis Menelai, capere arma. s. cõtra raptorem coniugis.  
 Et si dicantur Phryges satis puniri, propter raptum Helenæ a Pa-  
 ride factum: & ita, deos placatos dicit: quod non, quia si satis est  
 perisse semel: fuisset id est esse debuisset: satis ante. i. prius, aut po-  
 tius: peccare semel fuisset satis ante, fuisset (inquit) satis peccare  
 eos perosos: modo non peritos, omne genus foemineum: qã, nõ  
 se, qui potius foeminae sunt, q̃ viri dicendi: sed alias: omnes foe-  
 minas vero simile id est perosos esse, qbus, sup. est hæc. s. sola fiducia:  
 mediũ valli. i. quia vallum habent inter medium, quo a nobis eri-  
 piuntur: & quibus moræ. i. dilationes: fossarum. i. quas fossæ fa-  
 ciunt: paruo discrimine. i. parua distantia: leti, id est a morte: dant  
 animos, id est fiduciam: an non: aut at non, per ironiam: viderit  
 moenia Troiæ, fabricata manu Neptuni, confidere in igneis, qua  
 si dicat maxime: vt verosimile, sic hæc parua castra, & vallũ mo-  
 dicum non posse diu stare.

## P I E R I V S .

¶ Lux oculis effulsit.) In Ro. co. & aliquot alijs, offulxit, & ob-  
 fulsit, habet. Sed, effulsit, receptũ. ¶ Agmina cõplet.) Et cõplet,  
 & cõplerant, per n: & ita reliqua scribuntur ppositione icolumi,  
 in antiquioribus quibusdã codicibus. ¶ Genitrix i ubet.) In quibusdã  
 codicibus antiquis ita scriptũ inueni, Genetrixq; iubet, sua  
 quæq; Cõtinuo, &c. vt sit, Vox excidit, ne trepidate, & q̃ sequun-  
 tur, Genetrixq; iubet, vos ite solutæ, ite deq; pelagi, Sua quæq; cõ-  
 tinuo puppes abrũpant vincula. Sed enim, genetrix iubet, ex per-  
 sona deæ magis placet. ¶ Hinc virginæ mirabile monstrũ.) Red-  
 dunt se totidẽ facies. In Ro. co. legere est, mirabile dictũ. Sed, mo-  
 strum, magis placet. Quod vero sequitur, Reddunt se totidẽ fa-  
 cies, in antiquis aliquot, Redduntur totidẽ, habet. ¶ Quot prius  
 æratq; steterat ad littora proræ.) Versus hic non habetur pro-  
 fus

## S E R V I V S .

¶ Vallum.) Vallum dicitur  
 ipsa munitio. Nam valli fustes  
 sunt, qbus vallum munitur,  
 Ipse de sustentaculis vitium;  
 Primus vallos sub testa refer-  
 te. ¶ Nõ armis mihi Vulcani,  
 non mille carinis.) Bene ar-  
 ma generaliter dixit. Nam  
 ipse habuit à Vulcano, sed so-  
 lum gladium: vt, Ensem quẽ  
 Dauno ignipotens deus ipse  
 parenti Fecerat, & Stygia can-  
 dentẽ tinxerat vnda. Per hoc  
 autẽ quasi latenter dicit se A-  
 chille esse meliorem, qui se  
 Troianos etiã sine diuinis ar-  
 mis superare posse confidit.  
 ¶ Addat se protinus omnes.)  
 Ne timere videatur auxiliorũ  
 multitudinem, dicit incremẽ-

Sed vos o lecti, ferro quis scindere vallum  
 Appareat: & mecum inuadit trepidantia castra!  
 Non armis mihi Vulcani, non mille carinis  
 Est opus in Teucros: addant se protinus omnes  
 Etrusci socios: tenebras, & inertia furta  
 Palladij, cæsis summæ custodibus arcis  
 Ne timeant; nec equi cæca condemur in aluo:  
 Luce palãm certum est igni circũdare muros:  
 Haud sibi cum Danais rem faxo, & pube Pelasga  
 Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum.  
 Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei:  
 Quod superest, lecti bene gestis corpora rebus  
 Procurate viri, & pugnam sperate parati.  
 ¶ Interea vigilum excubijs obsidere portas  
 Cura datur Melapo, & moenia cingere flammis.  
 Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,

sus in Romano codice, neq; in Mediceo, neq; quidem in plerisq;  
 antiquis, nisi subditũ. Habet vero locum in .x. vbi nymphæ Æ-  
 neq; obuiam fiunt. Cæterum illud non omittendum, quod vbi in  
 uenitur adscriptitius, non, proræ: sed, puppes, legit. Proræ enim,  
 pelago obuertunt: & stant littore puppes. In Oblongo vero, co-  
 dice, neq; proræ, neq; puppes: legitur: sed, naues. Id aut loco suo  
 examinabitur. Neq; in dissimulandũ quod in codice Porcio ver-  
 sus is, qui desideratur in alijs, inuenitur quidẽ: sed nõ ea, ordine  
 quo in vulgatis exemplaribus. Sed ita transpositus, ima petũt,  
 hinc virginæ mirabile monstrum, Quot prius, Æratq; steterat ad  
 littora proræ, Reddunt se totidẽ facies, pontoq; feruntur. Quæ  
 quidem structura, si versus sit admittendus, longe ṽ elegatior.  
 ¶ Turbatus Messapus equis.) Non placet qd̃ in Romano codice le-  
 git, Turbatus præterea Messapus, varie scribitur: nõnullis, vti di-  
 ctum, s̃: nõnullis, pp. geminantibus: neq; id cõsteter, alijs etiam  
 vtrancq; consonantẽ simpliciter scribentibus. ¶ At non audaci ces-  
 sit fiducia Turno.) In codicibus aliquot antiquis ad cappacisimũ  
 euitandum, transpositis dictionibus legit, At non audaci Turno  
 fiducia cessit. Sed enim, cessit fiducia Turno, versum reddit publi-  
 miorem, validiorẽq; q̃ languescere videatur, si, fiducia cessit, le-  
 gas. ¶ Expectant Rutulos.) In antiquis, expectant. Sed enim grã-  
 matiçi quidam in hoc significato adimunt, s̃: vti alibi dictũ. ¶ Re-  
 rum pars altera adempta est.) Neq; id placet, quod in Romano  
 cod. legere est, dempta est: quæ aures magis impleat, adempta:  
 quod forte factũ per apostrophẽ. ¶ Terra aut in nostris mani-  
 bus.) Ita est in Romano codice, & in Oblongo, & in Mediceo,  
 sed in alijs quibusdã antiquis legere est, In manibus nostris.  
 ¶ Tot millia gentes Arma ferunt Italæ.) Milia, vnico l, antiquis  
 sima veterũ consuetudine scriptũ. In codicibus antiquis plerisq;  
 gentis, legitur: quod genitiũ casus multi volunt esse, gentis Ita-  
 læ. Sed mihi figuratũ magis videt, gentis, legere: atq; ita nescio  
 quid elegantius præ se ferre. ¶ Sat satis Venerisq; datũ est.) In Ro-  
 mano quidem codice, & in Mediceo, est, habet. In alijs vero mi-  
 nime, perinde ac etiam in eo loco. Sat patriæ Priamoq; datum:  
 absq; est, legit: quod longe cõcinnius videt. ¶ Sed perisse semel  
 satis est.) In codicibus nõnullis admodum vetustis legere est, Si  
 perisse. & pro, peccare, peccasse. Nam si, Sed, legas, ratiocinium  
 illud non nihil impetum cõcinnat orationis remorari videtur,  
 quæ nihilo serius tamen decurrit, dicendo, Si. In quo illud vnũ  
 est negociũ, vt ad obiecta respondeat: neq; nunc per interpella-  
 tionem, dũ res geritur, retardetur. Affirmatiua. n. omnis enucia-  
 tio moram trahit, quæ in conditionali, vel coniunctiua propæ-  
 tur. ¶ Penitus modo non genus omne perosos Foemineum.) In  
 codicibus aliquot antiquissimis, modo nec genus. Sed recte Ser-  
 uius, nõ, aduerbium agnoscit. Est & vbi, perosum, legat: sed cor-  
 rupte. Nam, perosos, legẽdum: qd̃ duorũ infinitiuorũ: perisse:  
 & peccare, suppositum est. ¶ Quibus hæc mediũ fiducia valli, Fos-  
 sarumq; moræ leti discrimine paruo Dant animos.) In Ro. codi-  
 ce legere est, Fossarumq; mora, & leti discrimine paruo Dant ani-  
 mos. In eodem, in Porcio, & alijs quibusdã manu scriptis, dis-  
 crimina parua, legitur per appositionem: qd̃ valde placet. ¶ An  
 non viderunt.) In antiquis plerisq; codicibus, At non, legitur:  
 particula ea confutationibus, comparisonibus, & redargutio-  
 bus apta: vt, At nõ sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.

ta esse victoriæ. ¶ Luce palãm.)  
 Propter tenebras & furta in-  
 ertia. ¶ Quos distulit He-  
 ctor.) Bene solius Hectoris fa-  
 cta est cõmemoratio, vt ostẽ-  
 datur ipse perisse, qui potuit  
 esse terrori, per quod vult Æ-  
 neam nihil fortiter in bello se-  
 cisse Troiano. ¶ Melior quo-  
 niam pars acta diei.) Id est  
 maior, & prima. ¶ Bene gestis  
 corpora rebus.) In eo tantum  
 quod hostes nõ ausi sunt egre-  
 di. ¶ Pugnam sperate parati.)  
 Scilicet contra Troianos, non  
 à Troianis, ne videatur cõtra  
 supradicta omnia nunc socijs  
 inferre timorem. ¶ Vigilũ ex-  
 cubijs.) Excubijs, diurne sunt:  
 Vigiliæ, nocturnæ. ¶ Cente-  
 si quinquẽ.) Centurionum  
 LL ij scilicet,

POE.

Virg.



scilicet, ex more Romanæ militiæ, nam ex numero militû qui eos sequuntur, gradus dignitatis apparet. ¶ Vertût crateras ahenos.) Potant : & est hemistichium Ennianum.

DONATVS.

¶ Sed vos o lecti.) Ecce suos quoq; & hostiû facit cõparatione. non. n. vocat. quod dixit in exhortatiõis primordio. vos o lecti, troianos. n. deprimi, qui essent ex reliquis troiæ. perindeq; non lecti. ¶ Ferro quis scin. va. Ap. & c.) Dixit suos lectos, hostes vero trepidantes: quam trepidatione nõ facit nisi desperatio salutis & certaminis metus. tertium addidit, ad incitanda hortamenta validissimum, quod ait, mecum. videbat. n. de victoria securus persuadere militibus is qui societatem faciendi fuerat subiturus. ¶ Non armis mihi vul.) Ecce ostendit non magno labore opus esse, vt superentur. non, inquit, faciam, quod greci, vt mille nauû subsidia componã: nõ exercitus tantos adducam, quantos illi tot nauibus vexerunt in interitum troiæ, nõ armis mihi vulcani, nec quero arma vulcani. hæc exprobatio est ipsius regis, qñ diffidentia virtutis fuisset effectum, vt arma illi vulcania parare

Delecti: ast illos centeni quonq; sequuntur.  
Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci  
Discurrunt, variantq; vices, fusi q; per herbam  
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenas.  
Collucenr igneis, noctem custodia ducit  
Infomnem ludo.

tur. ¶ Addât se protinus om.) Deprimi omnia pro qualitate materię, vt pauorem suos penitus tergat. Nec arbitremi, inquit, esse difficile superare troianos. Ego arma vulcani manibus fabricata nec quero, nec timeo, nec mille nauibus ad longinqua tendendum

est mihi. Veniant etrusci, congregentur vniuersi ad eorum expugnationem. nulla doli tentamenta perquiram: nec faciam quod inertes greci. palladij præsidium non vocabo: non eius custodes occidam, non fabricabo equum, non eius vtero armatos abscondam: nihil insidiarum metuant. superabo hos sola virtute. superabo per lucem non me iuuant illorum ebrietates aut tenebræ, non capiam vino sepultos aut somno. ¶ Luce palam cer.) Ego potius vigilantes aggrediar. mactabo ignauos ad eorumq; exitum solus mihi auxilio ignis est necessarius. sic enim imbelles necari cõuenit, quos belladi vsus & fortitudo deseruit. ¶ Haud sibi cum danais.) Ecce hic quoq; grecorum victoriam tenuat, sumpto a tempore argumento, dans crimini, quod post apparatus nauium mille, postq; innumera insidiarum genera, decimo vi

anno obtinere valuerunt: & hoc quia interuenit casu mors Hectoris: qui eos vnus tādū impediuit, & distulit. Ex p̄sona igitur Hectoris cuius vita tenuit Teucros, quantum suos refecit? quū ostēdit potuisse troianos maturius tunc penitusq; superari: h̄ Hector in ter initia defecisset? Nūc adeo melior quoniam pars acta diei est.) Ex eo quod quolibet genere nauigia troiani perdidērāt, dixit illū diem festū, quod eius pars tantā lētitiā peperisset. ¶ Quod super est lēti be. gest. cor. re.) Vnum, inquit, faciendum restat. quia oīa pro voluntate prouenerunt, vt reficiatis vestra corpora cum gaudio spei melioris, & animos vestros iminenti iam certamini pręparetis. ¶ Interea vigilum excubijs.) Recedendum paulisper fuerat reficiendorum corporum causa: debuit cū necessaria dispositione discedere, ne aliquo casu euaderent, qui tenebantur inclusi. data est igitur messapo cura huiusmodi, vt vigilibus & vigilijs custodiret portas, & omnes troianorum obseruaret egressus, muros vero cingeret flammis. incipit dicere, quali dispositione iussa curabantur. ¶ Bisseptem rutuli.) Electi, inquit, fuerāt quatuordecim, qui centenis iuuenibus essent prepositi, instructi armis & in ipso armorum habitu satis superq; perspicui. Ordinatur sensus sic. Electi bis septem, qui rutulo milite seruent muros. ¶ Discunt, va. q; vi.) Sic enim vigilijs exercendis durari consuevit, dū vicissim vigilando noctis transfigitur tempus. ¶ Fusci per herb. Ind. vi.) Velut de prosperitate securi non reficiendis corporibus, vt turnus mandauerat, sed onerandis vino atq; obruendis operam dabant. vsq; adeo vt vasa exhausta verterent: quæ res ostendebat tantum bibitum, quantum fuit, non quantum naturali refecione sufficeret. ¶ Collucent ignes.) Vtpote omnibus adhuc vigilantibus & nondum vino sepultis ac somno. ¶ Noctem custodia du. In fo. lu.) Vigilabant, bibebant, ludēbant. quæ omnia non refecioni proderant, sed fatigationem pariebant.

## ASCENSIVS.

(Sed vos o, &c.) Continuo prosequitur Turnus cohortationē suam. circa quam partem nihil habemus Donati. ¶ Ordo igitur est. Sed vos, o, supple viri: lecti, id est delecti ad militiam, aut inter delectos electi: quis, supple vestrum: apparat scindere vallum id est castrorum. ¶ Aeneadum munitionem? & quis vestrum intudit mecum castra trepidantia id est aut fragilia, & infirma: aut Phrygum trepidantium metu? (Omnia mire dicta. Nam præsentit utitur tempore, vt rem non gerendam, sed iam non geri, fiduciā quadam significat. dicit, lectos: vt suæ virtutis admonitis fatidat. dicit, mecum: vt se participem laboris doceat. dicit, ferro: vt instrumenti copiam monstrat. dicit, castra trepidantia: vt facilitatem rei indicet.) non est mihi opus id est non indigeo necessario in Teucros id est ad excidium Teucrorum: armis Vulcani, sicut Achilli, opus fuisse legitur: cui Thetis, mater Vulcania procurauit arma: non est etiam opus mille carinis, tot enim vsi dicuntur Græci: vnde & in. ij. Non anni domuere decem, non mille carinę. Ad dant permittentis verbum, id est concedo, aut permitto: vt omnes Etrusci addant se socios Teucris: protinus, id est porro tenus, id est circūaque, aut statim: tamen, supple. ne timeant id est non opus est, vt timeant: vel admoneo, ne timeant tenebras, id est ne per tenebras adoriatur: & furta inertia id est que inertibus, nō stremitis viris, conueniunt Palladij. i. quibus Vlysses cum socijs, Palladium ex arce Troiana sustulit: vt in principio. ij. visum. custodibus summæ arcis, scilicet Ilij: cæsis, id est interemptis per insidias. Non timeant, inquit, quasi dicat, nos id nō faciemus: nec nos cōdemur. i. abscondemur, vt Græci: in aluo cæca. i. tenebrosa: equi. f. lignei. Certum est. i. delibaturam, & decretum est mihi: circundare muros igni. i. obsidere castra, & ea persequi incēdio. luce, ergo non per tenebras. & palam, ergo non per inertia furta. Ego faxo. id est fecero, aut faciam: vt, sup. haud. i. non: putet rem, scilicet militarem. hoc est bellum esse sibi cum Danais: & pube Pelasga, quasi dicat, imbelli, & ignaua, respectu nostri: quos. f. Danaos, & Pelagos, Hector distulit. i. dimouit a victoria, & patria: aut extendit

## SERVIVS.

(Trepidi formidine.) Festi ni per formidinem. Nam nō est iteratio. ¶ Pontes.) Qui sunt in muris angustioribus. ¶ Propugnacula.) Pilas. Restores iuuenum.) Legitur & iuueni: Si iuueni, Ascanio: si iuuenum, magistrōs militum accipe. ¶ Sortita periculum.) Sorte diuina ad defensionem pericli.

Hæc super è vallo prospectant Troes, & armis Alta tenent, nec non trepidi formidine portas Explorant, pontesq; & propugnacula iungunt, Tela gerunt, instant Mnestheus, acerq; Serestus, Quos pater Aeneas, si quando aduersa vocarent, Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistrōs, Omnis per muros legio sortita periculum Excubat, exercetq; vices, quod cuiq; tuendum est

Virg.

dit in castris versantes: in. i. vsq; ad decimum annum. Nunc, o viri lecti, id est egregij: quoniam melior, id est maior, aut magis opportuna pars diei: est acta, id est transacta: adeo, id est omnino: quæ id est quæ res: superest id est reliqua est vobis facienda: aut quod, scilicet diei: superest, id est quantum huius diei reliquum est: procurate. i. reficite corpora vestra: rebus gestis bene, id est feliciter, quod contra portentum dicit: & vos parati, id est refecti: sperate id est affestate, & appetite: pugna, scilicet contra Troianos: aut licet Seruius aliter sentiat: sperate. i. cum spe expectate: pugnam. i. inuasionem Teucrorum: nam non tam parui fecit Troianos, vt non putet se posse ab eis inuadi: frustra enim aliter excubias instruxisset: vnde addit Poeta, Cura obsidere. i. obsidēdi: ab obsido, non obsideo: portas, scilicet nouæ Troiæ, aut castrorū Troianorū: excubijs. i. cum excubijs: vigilum. i. agēdi vigilias nocturnas: & cingere, id est cingendi: moenia, id est vallum castrorum flammis, datur interea, dum, scilicet se reficiunt Messapo. Bisseptem, id est quatuordecim: Rutuli delecti, supple sunt: qui seruent, id est obseruent. ne quid inferat, aut exeat, muros, scilicet castrorum: milite, id est manu, seu multitudine militum. Ast, id est sed: illi sequuntur centeni iuuenes purpureis cristis, id est habētes in galeis cristas purpureas: & corusci, id est fulgentes auro: sequuntur inquam, quæq; id est quælibet centurionum discuntur & variant: vices. i. exercēt se militariter: & ipsi fusi per herbam indulgent vino: & vertunt. i. funditus ebibunt crateras (a nominatiuo, crateres, tertie declinationis: cuius singularis hic crater) ahenos id est greos: igneis collucent. s. in castris, & custodia. ducit ludo. i. ludēdo: noctem in somnem, id est sine somno.

## PIERIVS.

(Sed vos o lecti, ferro quis scindere vallum Apparat.) In codicibus aliquot antiquis, Sed vos electi, legitur: quod nequaquam placet. Illud non ita repudiauērim, quod in Med. & alijs cod. pueterib⁹ habetur, ferro quis scindere vallum. Et in aliquot ex his apparet: non per interrogationem, sed per enunciatū: quāuis interrogatio non displiceat. ¶ Cæsis summæ custodibus arcis.) In Ro. cod. cęsis latæ custodibus arcis, legitur. In quibusdā alijs, late, aduerbia liter, horū vtrūq; sociorem ostendit cædē: sed epitheton, summæ, propriū est arcis. Et Homericum est carmina repetere, quod nonnunq; Virgilius imitatur. ¶ Nec equi cęca cōdemur in aluo.) In Ro. cod. alueo. Vnde in quibusdā alijs antiquis, cæco: sed de, alueo, non admodum sollicitus fuerim. Quod vero cæco, an cęca, legendum sit, Attius quidē virili genere, aluum, posuit: sed Virgili. ait Nonius, sceminum protulisse. ¶ Cum Danais rem faxo & pube Pelasga Esse putent.) In codicibus Medii. & aliquot alijs antiq; esse ferant, legitur. ¶ Decimum quos distulit Hector in annum.) Legere est in antiquo codice. decimum, per ut in pene vltima. Et in antiquissimo codice Actionum in Verrem M. Tullij, semper decumas, notatum animaduērti. & Agri Veientani decumas vocatas. Est ita passim apud Titium in veteri cod. & quartonis decumas. Augusti liberti monumentum alibi citauimus, ne quis hoc per libriorum imprudentiam scriptum putaret. Sed quæ ætas illa in Augusti gratiam ita scribere consuevit. Cuiusmodi exempla locis pluribus recitata sunt. ¶ Pars acta diei.) In plerisque codicibus antiquis, diei est, legitur: quod sua me offendit exilitate, quum abque substantiuo verbo concinnus omnino versus hic enuncietur. ¶ Et pugnam sperate parati.) Antiqui omnes codices quotquot inspexi, sperate parari, legunt. Quod etiam agnoscit Seruius, quum dicit, contra Troianos, nō a Troianis. f. parari pugna. ¶ Cingere flammis.) In anti. flamma. sed magis placet, flammis numero multitudinis, vt negocium id multorū opera procuratum indicet. ¶ Centeni quæq; sequuntur.) In Romano codice, sequuntur, legitur. In reliquis, sequuntur, & secuntur. ¶ Purpurei cristis iuuenes.) Sunt codices in quibus, Purpureis cristis, legitur, sed figuratum magis, Purpurei: & huic similis nominatiuus sequitur, auroq; corusci, quāuis etiam dici possit, Corusci purpureis cristis, auroq;

pericli. ¶ Quod cuique tuendum est.) Exercet vnusquisque vices ad id quod accepit tuendum. ¶ Ida Venatrix.) A plerisque Ida mater Nisi accipitur, quia dixit venatrix. Nam si monterem volueris accipere, abusiue Idam venatricem dictam intellige pro venationibus abundantem. Nam venatrix est pprie quæ

Ll iij vcnatur,



ter intendunt, quos. f. duos: pater Æneas dedit iuueni. f. Ascanio (sic enim Donatus legit, addēs iuueni, pro eo quod est iuuetuti; etiam positum intelligi posse. Seruius quoque, iuueni legi posse asserit, & iuuenium.) & magistros rerū. f. gerundarum si aduersa, veluti hostiū oppugnationis, & obsidionis: vocaret. i. exigeret. seorum accuratone, & præsidii. Omnis legio. i. exercitus Troianorum: excubat. i. extra cubiculū dēgit, hoc est vigilat: per muros. i. in circuitu murorū: sortita. i. postq; per sorteis quilibet quod obiret, acciperat: periculum, pro eo quod est periculum. i. locū periculolum: hoc enim pacto, nulla potest esse inter milites querimonia: quia, qui maius periculū obire coguntur, & difficiliore provinciā gerere, non inuidia cuiusquā, sed sorte id factum agnoscūt: & exercet viceis. i. vicissim, & per viceis: quod tuendum. i. defendendum, & protegēdū est: cuiq; .i. quisq;, quod sup protectioni deputatum est: & ne simul oēs excubuisse putentur: quod diu durare nō possēt, addit, Exercetq; viceis, &c. Nisus Hyrtacides. i. Hyrtaci filius: acerimus. i. maxime strenuus: armis. i. in rebus bellicis: erat cuius portæ: quē. f. Nisum: f. d. a. f. mater eius, hoc nomine dicta: venatrix. i. venationi intēdere solita, sicut & Partheniæ virgines in Arcadia: aut I. d. a. f. monosyluosus in Phrygia: venatrix. i. venationi conueniens, miserat Æneā comitē: celerē. i. expeditum: iaculū. i. quia solum iaculū portare solebat, & ita velocissimo cursui intēdere: & sagittis. f. ex arcu mittēdis: quum iaculū manu mittatur: leuibus. i. non ponderosis. Et Euryalus iuxta, sup. ipsū Nisum, erat et custos: quo alter Æneadū, pro Æneadarum. i. inter Æneades, non erat pulchrior: nec induit adhuc. f. arma Troiana, exiēs puer: signans ora intonsa. i. imberbia, & leuia adhuc: prima iuuentati. i. in flore iuuetatē: & ita nondum habilis visus fuit ad arma: sed tunc primū cōperat deputari armis: aut nec alter Troianorū induit pulchrior arma Troiana, ita vt arma Troiana illū maxime deceret, nam quomodo se quoq; inter labores Troiæ eruditū diceret à patre, si fuerit eatenus inermis: vnus. i. vniformis: amor. i. dilectio vehemens: erat his. f. duobus: & ruebant pariter in bella. (Si in bella ruebant, quō dicit Seruius, quod Troiana nec induit arma sic intelligi, qđ nōdū armatus fuerat. Illud ergo, nec, nō de terminat, i. dicit: sed alter pulchrior: vt fit: nec alter pulchrior &c.) & tenebant tum quoq;. i. et tūc, portam: cōstitutiōe. i. deputati ad standum pro portis in eodē loco. Nisus ait. f. ad Euryalum. O Euryale, adduntē dñj: aut, ne. i. an dñj: addunt mentibus nostris, scilicet hunc ardorem. i. hunc vehemētē affectum ad aliquid noui, & insoliti perficiendum: hoc est, an genij (quē nos angelum, ac spiritum nobis deputatum dicimus.) alicuius inspiratione mouear: an cuiq; sua dira, idest vehemens, & execrabilis cupido: sit deus, idest principium motionis quod competit. vide Seruium egregie hunc locum profectum: hoc est, an ego inspiratione alicuius boni numinis ad facinus magnum instiger: an prauitate propriæ mentis ad aliquid imprudenter gerendum mouear. Mens agit, idest versat, & meditatur mihi: tandudum, idest iam à paucō tempore, aut pugnam, aut inuadere aliquid magnum: nec ipsa mens

est cōtēta quiete placita, idest non potest quiescere, etiam si quiescere coner. Cernis, idest vides: quæ, idest qualis: & quanta fiducia rerū habeat, idest teneat. Rutulos? Lumina, scilicet nocturnorum ignium, micant rara ipsi sepulti. i. sopiti, & obruti, somno, & vno: procubere. i. procul extēsi cuberunt: loca silent late. Percipe porro, idest profundius: quid dubitem. i. cogitem: dicit Seruius. aut (reuera) quid dubitem. i. cum dubio formidem: & quæ sententia surgat nunc animo. i. quid decreui (sub obscura, sed oportuna obscuritate est oratio. Nam in te quam palam enunciare erubescimus, ex industria obscuri sumus: sicut hoc loco Nisus, qđ duo dicit: vnum, se dubitare: & alterum, consituisse: dubitare an populus & patres permittant Euryalum ad facinus insolitum, & magnū assumi in focium, quod se pro amicitia poscere dicit: consituisse autem ad Æneā proficisci per medium hostiū.) Omnes, & populus, & patres, exposcūt Æneam acciri. i. aduocari ad nos: & mitti, sup. aliquos: viro. i. ad virum, qui reportent. f. ab eo certa. i. quid nobis in hoc casu agendum sit, aut (secundū Seruium) qui vult, re, vacare sic: qui reportent, idest afferant: & portent viro. i. ad virum, scilicet Æneam: certa. f. noua, de rebus nostris. Sed dubito, sup. si. f. patres promittunt. i. pmittunt tibi: aut promittūt tibi. i. de te: qđ posco. i. cupio: promitti. i. te mecum proficisci. Nam mihi. i. quantū est de me: fama facti est fati. i. satis scio, quod ex claritate gestorum, merueris concessionem gerēdorum. Aut potius fama facti: f. tui: est mihi fati. i. satis. i. nihil diffido de te: cognosco te satis virilem: sed dubito de consensu patrum, dicit autem, quæ sententia surgat, videor. f. mihi posse reperire viam ad muros, & ad moenia Pallantea. i. ad Euandrum, vbi Æneam eē putabat: sub illo tumulo. i. eundo sub illo tumulo. i. colliculo, quē vides: hoc enim dicens, monstrauit ille tumulum. i. tumore quēdam terræ, per noctem prominentem.

## PIERVS.

¶ Et iuxta comes Euryalus.) In anti. aliquot exempla. & Nisum iuxta Euryalus, legitur. ¶ Troiana nec induit arma.) In antiquis aliquot co. neq; induit suauiori numero legitur. ¶ Somno, vinoq; sepulti.) In Ro. cod. & aliquot alijs, legere est, soluti: non, sepulti: vt, soluit se somno: & Lytus, eo quod soluat appellatur. Seruius sepulti, quasi sine pulsu interpretatur. Sed & interius quoque co. dices omnes veteres, soluti, legunt in hanc sententiam. Illud vero Ouidianum ex. ij. Fastorū, Vtq; videt comes somno, vinoq; sepultos, sunt qui, grauatos, legant. ¶ Æneam acciri omnes, populusq;, patresq; Exposcunt.) In antiq. quodā cod. omnis: vt quædret cum viciniore, populus: quod non ita mihi satis facit; quum dilatatio totius in parteis figura longe vetustior videatur. Quare omnes omnino magis placet: sed enim, & populus. In veteri co. dic. nominatio singulari legitur. Quam dictionem ita scriptā in legibus. xij. tabularū Victorinus adnotauit, vt alibi ostendimus, ¶ Tumulo videor reperire sub illo Posse viā.) In codicibus aliquot peruetustis, aperire, legitur: quippe, viā quæ clausa erat hostium obsidione, neq; quidē timendum syllabæ, quia locus communis est.

## SERVIVS.

¶ Summis adiungere rebus.) Summum & extremum dicimus & laudabile. Bene igitur in re dubia sermone vsus est dubio, nam hoc dicit, Non debes me, nec à tua gloria, nec à periculis segregare. ¶ Genitor bellis affuetus. ¶ Ipse puer est necdum probatus. Vnde se & ab illis temporibus, & à patris virtute commendat. ¶ Argolicum terrorem.) Quem Græci inferebant. ¶ Sublatum.) Susceptū. ¶ Est hic, est animus.) Hic potest esse & aduerbium demonstrantis, vt fit, Est hic: idest in meo pectore: potest & sic accipi vt dicas, Est hic animus lucis cōtempstor, hoc est, est iste animus. Ergo hic, & produci potest & corripit. ¶ Istū qui vita bene credat emi, quod tendis, honorem.) Quo tendis, idest ad quem niteris: libenter emat vita, idest vitæ pretio.

¶ Obstupuit magno laudum percussus amore Euryalus, simul his ardentem affatur amicum. ¶ Mene igitur sociū summis adiungere rebus Nise fugis? solum te in tanta pericula mittam? Non ita me genitor bellis affuetus Opheltes Argolicum terrorem inter, Troiæq; labores Sublatum erudit, nec tecum talia gessi, Magnanimum Æneam, & fata extrema sequutus. Est hic, est animus lucis contemptor: & istum Qui vita bene credat emi, quod tendis, honorē. ¶ Nisus ad hæc: ¶ Equidem de te nil tale verebar, Nec fas, non ita me referat tibi magnus ouantem Iupiter, aut quicunq; oculis hæc aspicit æquis. Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali) Siquis in aduersum rapiat casus ue, deus ue, Te superesse velim: tua vita dignior ætas. Sit qui me raptum pugna, pretioq; redemptum Mandet humo solita: aut, si qua id fortuna vetabit, Absenti ferat inferias, decoretq; sepulchro, Neu matri miseræ tanti sim causa doloris.

POE.

EVRYA.

POE.

NIS.

¶ Nil tale verebar.) qđ le tu suspicaris. ¶ Hæc.) Humana negocia: vel quæ loquitur. ¶ Mandet humo.) Multi hic distinguunt, alij iungunt mandet humo solita, vt commentet in terra. ¶ Solita autem fortuna.) quæ pijs inuidere consuevit. Staius hinc trahens colorem ait, Inuida fata pijs, & fors ingentibus ausis Rara comes. ¶ Absenti ferat inferias.) Hoc est cenotaphion faciat, & impleat honorem sepulchri. ¶ E matribus.) E nobilibus: nam matres non nisi nobiles dicimus. Vnde & matronæ dictæ sunt. Scimus autem non omnes mulieres in Sicilia remansisse, nam legitur in vno decimo, Et moelsum Iliades crinem de more solutæ. ¶ Ille autem.) Hunc locū esse inter ruptū oratione Nisi intelligimus. ¶ Vigiles simul excitat.) Qui vigilantiū officij habebat. ¶ Seruantq;

## ÆNEIDOS.

¶ Seruantq; vices.) Hic distin-  
guendum est: aliàs sensus non  
procedit. ¶ Regemq; requi-  
runt.) Regis filium. vt, Ma-  
gnum reginæ sed enim misera  
tus amorem.

### DONATVS.

¶ Obstupuit. m. l. p. a. Eurya-  
lus.) Euryalus etiam ipse cupi-  
tus laudis, quum hæc accepit  
set, dictis suis amicum est affatus ardentem. ¶ Me ne igitur sociu.)  
Et prospera simul & aduersa proposuit, contra meritum, inquit,  
veteris amicitie consilium Nise capere potuisti, & solidam facti  
gloriam tuis tantum titulis vsurpare, videlicet speras nihil posse  
in contrarium verti? quod si tu exploratè amicitie virum prospe-  
ris tuis non vis adiungere, ego te non deseram in pericula perge-  
tem, non vis tu gloriosus remeare cū socio? ego veniam tecū, ne  
peras solus. ¶ Non ita me genitor.) Erudire est nouitate indoctā  
hoc est rudè facere docendo meliorè, tractum est hoc à vestibus,  
quæ cum rudes sunt nullam retinent gratiam & posita rudimen-  
torum illuuiæ arte suscipiunt speciosissimam formā, quam inter  
initia non habebant. ¶ Magnanimum Æneā.) Non sic sum instru-  
ctus à puero, nec tale magistrum patris accepi, pater natus sum  
bellis assuetus, probauerunt virtutem nostram labores patriæ: &  
si aduerso Marte pugnatum est, nõ nostrum sed fortunæ vitium  
fuit, docuit me ille, aut cum socijs, aut pro socijs mori, rudimen-  
tis meis non defuit causa, qua viri fortis filius magistrus tanti ge-  
nitoris instrueret, ardebat infelix patria, vastabatur armis hosti-  
libus, & laboribus paternis adiunctis, quum nondum ætas hu-  
meros meos lacertosq; firmasset, aut faciendo quod poteram,  
aut videndo disceram. O pietas consultissimi patris, adolescen-  
tem filium periculis vigentibus dabat: iam tum præcipuo magi-  
sterio docens fluctuantem tempus. vniuersis affectibus esse po-  
tiorum, quam putas me animi constantiam ferre? quando illis tē-  
poribus nec occumbere timui, nec armorum fragores expaui?  
hinc digressi cum rege subsidium quod extremis supererat fatis,  
pariter sumus aggressi, quid tibi vnquam displicuit in moribus  
meis? quando non vnum sensimus? quando in duobus pectori-  
bus nostris nõ idem fuisse tractatus? Voluisti aliquid, volui, si im-  
probatum est aliquid, sententiam tuam secutus, istam, quam recu-  
sasti, damnaui. ¶ Est hic, est animus.) Noui ipse quoque pro laude  
vitam salutemq; contemnere, noui facinus magnum sine magno  
periculo compleri non posse, quippe gloriæ pretium est, vitæ sta-  
tus necisq; discrimen, talisq; in ea parte conditio, vt aduersi euē-  
tus & prosperi viros fortes in factis semper & vbicq; probent, er-  
go Nise consimile pretium, quo honorem summum comparare  
disposuisti, communi cedat amicitie, quod fortuna p̄stitit. ¶ Ni-  
sus ad hæc.) Ostendit obiectis se esse responsurum. Ille dixit Ni-  
sum male de amici voluntate sensisse, iudicasse timidum, asseru-  
isse imbellem, idcirco solum se ire voluisse, hæc ipsa quæ suspicio-  
ne fuerant collecta, atq; cum ingenti inuidia exposita non negat  
Nisus, sed aperte confitetur, & doluit, ostendere cupiens id se me-  
rito fidelis amicitie, & animo religioso fecisse: cuius rei, quoniam  
nullus testis extabat, & dispositionem suam solum tractantis no-  
uerat pectus, addidit iurandum, vt deorum testimonio, qui so-  
li humanæ mentis possunt nosse secreta, confessionis puræ firma  
retur assertio. Incipit igitur sic. ¶ Equidem de te. n. t. ve. Nec fas.)  
Hoc est, nil tale, quale tu dixisti. ¶ Nõ ita me referat.) Non separan-  
dum est à sequentibus, quum versus ipsum pronuntiare coeperi-  
mus. Tunc dicendum, ita me referat tibi magnus ouantem Iupi-  
ter. Nam si totum iungamus, erit male dictum potiusq; iurandū.  
¶ Aut quicunq; o.) Aut Iupiter, aut dei alterius numen, cui  
æquitas placet, ecce & ipso iureiurando cõstitetur se solum ire vo-  
luisse, & in ea etiam tunc voluntate persistere, quum enim dicit,  
ita me referat tibi magnus ouantem Iupiter, quid animo gereret  
ex aperto signavit huius rei tamen causa profequitur non ex ma-  
leuolo studio, sed ex beneuolentiæ partibus prouenientem. ¶ Sed  
figuis, q. m. v. d. t.) Sed quoniam hoc tempore & in tali causa mi-  
nus spei ac plus timoris est disceptationem meam vtriusq; cõmo-  
dum continentem paucis aduerte. Tractaui quippe non illā tantū  
sed & personam tuam, personā quoq; tue matris & meam. Stetit  
ante oculos meos periculū facta, quod ego animo longeuus fe-  
ram: & si casus aut deus me subiugauerit morti, relinqua te inco-  
lumē, cuius ætas dignior, & dignior vita, te, inquam, qui amicissi-  
mus repertum terræ cõmendes, aut funerationis causa præmio  
redimas, aut si neutrum fortuna præstiterit, constituas honoris  
causa

Quæ te sola puer, multis è matribus ausa  
Persequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.  
Ille ait. ¶ Causas nequidq; nectis inaneis:  
Nec mea iam murata loco sententia cedit:  
Acceleremus. ¶ Ait, Vigiles simul excitat: illi  
Succedunt, seruantq; vices: statione relicta  
Ipse comes Niso graditur, regemq; requirunt.

EVRYA.

POE.

causa sine funere tumulum in  
quo inferias mihi soluas, &  
amici tui memoriam supremo  
honore testificeris. Certe non  
ero, matri tuæ doloris causa,  
ne consilia mea iclu sæuientis  
orbitatis accuset, meretur illa  
nõ decipi aduersis casib; tuis,  
ipsa est, cuius affectu nec etas  
minuit, nec longæuus tot na-

uigationum labor affixit, tantū illa præcipuas matris partes im-  
pleuit, vt remanentibus apud Acestem tot matribus, labore præ-  
tulit ocio, & humanitatem ac diligentiam tanti hospitij præue-  
rit, quā iam putas illis temporibus eius intentionem fuisse: labora-  
re proculdubio contra etatis meritum maluit, q̄ diuelli à conspe-  
ctibus tuis. O præcipuum studium matris. Opietas in longā pro-  
paganda memoriam, quam nec labor terruit, nec cessantium tra-  
xit aut mutauit exemplum. Quanta materiam iam subtilitate,  
quanta arte conclusit, seruauit quippe ad finem personam matris  
& eius merita euidenter ostendit. sed ille animum gerens reipub.  
necessarium, priuatis prætulit, quod publicum fuit. ¶ Ille autē. c.  
n. n. i.) Quā cito allegationes omnes Nisi dissoluit, dicēdo inanes  
esse causas, quas ad excusationem sui putauit esse neccendas. si. n.  
reuera considerentur, reperientur omnes ipsæ causæ à professioe  
viri fortis alienę. superesse enim Euryalum voluit, ea videlicet cā-  
ne in primis annis occumberet, quasi domum optare vir fortissi-  
mus debeat, cui pulchrum est in campo potius q̄ in lectulo mori  
deinde sepulturæ subnexuit aliam, qua non decuit moueri præci-  
pientem. quando enim sentiunt mortui commodum sepulturæ?  
quando terræ beneficium? quando inferiarum superfluas dapes?  
Tertiam posuit matris causam, quam putauit validissimā Nisus,  
sed ipsam quoq; Euryalus videretur tetigisse & transmisisse pro-  
leui. cur enim illa grauius sui iustus exciperet? si illum in certa-  
mine perderet? quam conueniebat ad omnia animum tenere cõ-  
positum? quæ viri fortis conditionem nosset? quæ vtpote lon-  
gæua tot bellorum incerta experiendo didicisset. ¶ Acceleremus  
ait.) Ecce iam celeritatem suadet, vt ostenderet studio suo & di-  
spostionibus reipu. pro futuris moras non esse neccēdas, in quo  
ostendebat persuasionibus alijs sententiam suā mutare nõ posse.  
¶ Vigiles simul excitat.) Si vigiles fuerunt, quomodo excitaban-  
tur? manifestum est nullam hic esse quæstionem: vicibus enim ser-  
uatis, ea hora dormientibus alijs, qui fuerant vigilaturi, Nisus  
tunc & Euryalus vigilabant, proinde recessuri excitabant alios,  
qui essent ex vigiliis numero, quo facto dimissa statione, id est  
dimisso officio, cui fuerant deputati, fuerunt pares, vt quære-  
rent regem. Incertum enim fuerat qua in parte castrorum inueni-  
re potuissent Ascanium.

### ASCENSIVS.

¶ Obstupuit, &c.) Recitat n̄sum Euryali, & rursus Nisi, ipsum à  
professione ob matrem dehortantis, & tandē cõsentientis. Vnde  
Donatus hoc solum dixisse nobis permittit. ¶ Sed figuis.) Oia  
huc refert, quod in causa minus spei, & plus timoris inest. Hæc  
ille. ¶ Ordo est. Euryalus, percussus magno amore, id est desyde-  
rio laudum obstupuit, scilicet nouitate rei: & affatur simul, scilicet  
quum stupefecerit: amicū. s. Nisum: ardentem, scilicet cupidi-  
tate gloriæ, & rei gloriôsæ gerendæ. Igitur quia, scilicet te dubita-  
re dicis, & rem aperire non audes ne. i. an. d. Nise, fugis. i. refugis,  
& renuis: adiungere me rebus summis. s. quas gerere paras: mit-  
ta te solū in tanta pericula: quasi dicat, nequa q̄ id fecero: vel, visne,  
vt ego mittam te solum? quasi dicat, id nõ recte velis: quia Ophel-  
tes genitor. i. pater meus, qui me genuit: assuetus bellis, id est  
vir ab ineunte ætate rei militari assuetus: non erudit me ita. s. vt  
me socium fugere debeas: non erudit (dicit) sublatum, id est edu-  
catum: inter terrorē Argolicum, id est quem Argolici inferebant:  
& quum ad verum instituerentur in re militari, iuuenes. & inter  
labores Troiæ, id est quum Troia inceperat laborare, penuria bel-  
latorum: nec ego gessi tecum talia. s. vt fugias me: vnde etiam ap-  
paret, prius armatum fuisse: sequitur tecum magnanimum Æneā:  
& fata extrema, i. vsq; ad fatalem terram. Hic animus. s. meus, est:  
est (inquit) contemptor lucis. i. vitæ, præ gloria: aut animus est:  
est (inquit) etiam, sup. hic. i. in hoc corpore meo: contemptor lu-  
cis. i. vitæ: & qui credit istum. i. tuum, & à te, modo contemptum  
honorem: quo. i. ad quem itendis. i. properas: bene erit vita. i. pre-  
tio vitæ. Nisus, sup. respondit: ad hæc. s. Euryali dicta. Equidem. i.  
ego quidem, d. Euryale: nil, id est non aliquid: ego non verebar de-  
te aliquid tale. i. satis confidebam virtuti & animositati tuæ: nec  
cas,



fas, sup. est me, de te quidq̄ dubitare: nō, sup. fas est ita. i. sicuti veterum: aut, quod sentio, dico: magnus Iupiter referat, id est reducat me: ouantem. i. mediocri victoria latantem. Iupiter, dicit, aut quocumq̄, sup. deus: aspiciet hęc oculis æquis. i. fauorabilibus: ex cuius. i. inspirationibus, eam mentem conceperat. Sed si quis. i. aliquis: si quis (inquit) ve, pro vel: castus, vel deus: quæ. i. qualia. s. pericula aut quæ. i. quas res: tu vides multa. i. plurimas: in, sup. tali discrimine. i. periculo: quale est per medios hostes, viâ captare: rapiat, supp. me (sed id, timore mali ominis non profert) in aduersum. i. eam aduersam. s. in mortem: ego velim te superesse. i. superiuiere post mortem meâ: tua ætas est dignior vita. s. q̄ mea: qui veterior sum, velim (inquit) te superesse: vt sit, qui mandet humo solita. i. sepeliat me raptum. s. morte: in pugna. i. inter pugnandum: & redemptum pretio, sicut Achilles Hectoris corpus reddebat: aut si qua fortuna, vetabit id, videlicet me habere legitimâ sepulturam vt, sup. sit aliquis, qui ferat mihi absenti fertas. i. sacrificium in inferis placandis fieri solitū: & qui decoret. i. ornet me, in sepulchro. s. in anni: quod in necessitatis casu, pro vero repute. Neu, ego sim miseræ. i. miserâdo, matri. s. tuæ causa tati doloris, q̄. s. mater tua: ausa sumare, iterū ingredi: p̄sequitur te, ð puer, sola è multis matribus Trojanis, quæ in Sicilia manserant: vt dictum est in, v. nec curat moenia magni Acastæ. s. regis Sicilia: à quo, cæta vrbs, Trojanis addita, ædificata est. Aut, pro sed: ille. s. Euryalus, sup. respōdet: tu

nectis. i. ingeris, & implicas, aut inuoluis: nequidq̄. i. frustra: cau, fas inaneis. i. nihil in me profuturas: quia non dimouear à sententia mea. vnde addit, Nec mea sententia cedit iam loco mutata. i. neq̄ mutabitur, neq̄ cedit à statione sua. Ipse (ait) acceleremus, id est properemus, ad cōceptum facinus, habito commeatu à partibus: & excitat simul vigiles. i. qui officio vigilandi addicti erāt excitat autem, quia vicissim dormiebāt: vnde addit, illi succedūt: scilicet vigilijs: quas vicissim, & successiue agebant: & seruant vicis. i. officium vigilandi: statione. i. prostratione: relicta. s. à Niso, & Euryalo. Ipse. i. Euryalus, graditur comes Niso: & requirit regem. i. regis filium, Ascanium. s.

## PIERVS.

¶ Percussus amore.) Vt sæpe dictum, veteres omnes codi. percussus, legunt, per s̄ geminatū. ¶ Et fata extrema sequutus.) Non placet, quod in Ro. cod. fama, legitur: quum, sequutus extrema fata, sit omnino casta lectio. ¶ Quæ te sola puer multis è matribus atq̄ sa Prosequitur.) In Ro. codi. multis à matribus, habetur: in quo, vel procul, aut disseparata, intelligendum esset. Sūt etiam cod. in quibus legas, multis è matribus vna. Sed enim est hoc superfluum, quum iam sola, dictum sit. Magis vero me mouerit, quod verbū, Persequitur, in antiquis codicibus aliquot, non, Prosequitur, notatum est. Tangit enim hoc, perseverantiam in sequendo gnato. ¶ Regemq̄ requirunt.) In antiquis aliquot codicibus, reuincunt, habetur.

## SERVIVS.

¶ Cætera per terras omneis.) Exaggerat more suo vigilantiū laborem. ¶ Consilium summis regni de rebus habebāt.) Lucili versus, vno tantum sermone mutato. Nam ille ait, Consilium summis hominum de rebus habebant. ¶ Tam nuncius esset.) Tam, aut cito, aut cum nullum inuenirēt. ¶ Adnixi hastis.) Ostendit iam eos diurna statiōe fatigatos: quod autem stant, & Romani moris est, & bellicæ necessitatis. Hunc autem standi habitum & Sallustius commemorat. vt, Felli arma sua quisque stantes incumbere. ¶ Castrorum, & campi medio.) In medio campi est statio, qui campus castrorum medius fuit. ¶ Rem magnam, pretiumq̄ more fore.) Dicebat se afferre rem magnam, cuius mora pretium posset afferre, id est poenam. Terentius, Ergo pretium ob stultitiam fero, vt sit sensus, Si tardius mittamur ad Æneâ luemus hostium poenas. Alij sic intelligunt, scimus quidem aduētum nostrum moram vestris afferre consilijs: verum huius moræ erit pretium, id est remuneratio. Nanque hoc offerebant quod illi cogitabant, vt diximus supra, Quisve Æneâ iam nuncius esset? ¶ Accepit trepidos.) Festinus more suo. ¶ Neue hæc nostris spectentur ab annis.) Bene excusat: quia scit de ætate puero rum posse dubitare, dicens nō ex suggerentum persona, sed

Cætera per terras omneis animalia somno  
Laxabant curas, & corda oblita laborum.  
Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus,  
Consilium summis regni de rebus habebant,  
Quid facerent, quis ue Æneâ iam nuncius esset.  
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes  
Castrorum & campi medio: tum Nisus, & vnâ  
Euryalus confestim alacres admittier orant,  
Rem magnam, pretiumq̄; moræ fore: primus Iulus  
Accepit trepidos, ac Nilum dicere iussit.  
Tunc sic Hyrtacides. ¶ Audite ð mentibus æquis  
Æneadæ, neue hæc nostris spectentur ab annis,  
Quæ ferimus. Rutuli somno, vinoq̄; sepulti  
Conticuere: locum insidijs conspeximus ipsi,  
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima Ponto.  
Interrupti ignes: aterq̄; ad sidera fumus  
Erigitur: si fortuna permittitis vti,  
Quæsitum Æneam ad moenia Pallantea,  
Mox hic cum spolijs, ingenti cæde peracta,  
Affore cernetis: nec nos via fallit eunteis,  
Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbe  
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.  
¶ Hic annis grauis, atq̄; animi maturus Alethes: POE.  
¶ Dij patrij, quorū semp sub numine Troia est, ALE.  
Non ramen omnino Teucros delere paratis,  
Quum taleis animos iuuenum, & tam certa tulistis  
Pectora. ¶ Sic memoras, hūeros, dextrasq̄; tenebat POE.  
Amborum, & vultum lachrymis, atq̄; ora rigabat.  
¶ Quæ vobis, quæ digna, viri pro laudibus istis ALE.  
Præmia posse rear solui? pulcherrima primum  
Dij, moresq̄; dabunt vestri: tum cætera reddet  
Actutum pius Æneas, atq̄; integer eui  
Ascanius, meriti tanti non immemor vnq̄.

æui (superest. ¶ Meriti.) Præstiti: vt, Merui quoq̄; item, Quisq̄; sui memores alios facere merendo.

## DONATVS.

¶ Cætera per terras.) Dicendo cætera animalia quæta fuerāt, & per oēs terras somno laxabant curas, vult Trojanos solos peruigiles fuisse, tractantes de summa regni hoc est de statu, quia obses si tenebantur, & incerti quid agerent, vel quis ad Æneâ ire nūcius posset, cogitabant. ostendit & hoies dici posse aialia. Laus interea exprimitur

sua vi consilia ponderanda. ¶ Portæ, quæ proxima ponto.) Apparet, vt supra diximus, castra Troiana in Hostiensis fuisse. Si quidem nullus alter locus in Laurolauinati hinc fluuii cohæret, hinc pelago. Et nunc dicit, Portæ, quæ proxima ponto. Item paulo post dicturus est, Opposuerit aciem, nam dextra cingitur anni. ¶ Interrupti ignes.) Supra aliter, Lumina rara micāt. ¶ Fumus frigitur.) Signum est sopitorum ignium, quoties maior fumus erigitur. ¶ Fortuna.) Occasione. ¶ Quæsitum.) Vt quæramus.

exprimitur ducum, qui absente rege tantum auræ ac diligentiæ dabat, ut ultra tempus vigilarent, tractantes regni cōmoda, & quid fieri in tanta necessitate congrueret, vel quis ad Æneā posset nunciū destinari. ¶ Stant longis ad. h.) Præter vigiliarum laborē nō saltem sedentes sed stantes & tenentes scuta & longis hastis adnixi, eccē & armorum gestatio, quantum laboris imponebat vigilātibz, quos solum leuabat halitarum auxiliū, quibus innixi iuuantur. Medio, bis accipiendum est, ut sit, medio castrorū, & medio campi, campum hic dixit nō talem, quales sunt in quibus bellicæ congressiones agitantur, sed spatium intra castra constitutū. Deniq; iccirco addidit castrorum medio, ut ostenderet spatium, quod ergo nomine appellauit intra castra fuisse constitutū. Campum ergo debemus accipere spatium intra castra, tractatibus necessarijs deputatum. ¶ Tum Nisus & vna Euryalus.) Tum, inquit, hoc est eo tempore, quo illi vigilabant, qui stabant, quo æstibus iactabantur, quo tractatibus publicis nō occurreret effectus. Opportune venerant simul Euryalus & Nisus, qui alacres orarent, se in illud consiliū admitti. Alacres, hoc loco non gaudentes, sed festinantes debemus accipere, non enim conueniebat gaudium illi tempori, aut personis, aut loco. hoc verum esse sequentia probant. Rem, inquit, magnam, pretiumq; moræ fore. dicebant enim illi res magnas se ferre, & earum inextimabile pondus. & labi posse, si fieret mora, & merito fuerat propterandum, dum in hostibus vinum fuit & somnus, & dum paratas fraudes noctis tempus poterat adiuuare, pretium significare vtilitatem & multi authores dixerunt, & ex eo fit manifestius quia operæpretium dicitur, quū ex aliquo actu queritur commodum, ergo celeritatem rogabat, ne mora corrumpent parata consilia, primus Tulus accepit trepidos, id est turbatos cogitatione necessaria, & properatiōe, ac Nisus dicere iussit, debuit quippe deferri natu maiori, & ei qui per ætatem potuit ferre matura consilia. ¶ Tum sic Hyrtacides.) Præclare in ipsis principijs posuit, mentibus æquis, ne quis quum audisset, inuideret audientibus. ¶ Neue hæc nō. f.) Ne arrepta ætatis nostræ occasione leuiter sumant, quod est pro omnium salute prospectum, ætatis commemoratio facta est propter Euryalum, de quo supra dixit, ora puer prima signans intensa iuuentia, vult enim egregius amicus omnino gratiam inuenti consilij participare cum socio. ¶ Rutuli. f. v. q. f. Conticuere.) Bene posuit, conticuere, potuit enim dici, & vnde scis eos dormire? ex eo, inquit, quod tacet, dormiunt, quod autem vinum hoc fecisset & somnus, viderant oēs. ¶ Locum insidijs con.) Hæc quoq; signa constabant esse dormitium. ater, inquit, fumus, non quo sit aliquando albus, sed ut cras sum copiosumq; monstraret. Interea more suo Virgilius an ipsius consilij cogitationem, possibilitatem præmittit effectus, tunc inuentionem ipsam dicit, ne contrarijs interrogationibus relatiōis ipsius intentio rumpatur. si enim in prima parte diceret Nisus, ne tractetis vterius, nos imus ad Æneam posset responderi, quō ibitis, si circumfusi sunt hostes? hæc illi inter initia non negarunt: sed sepultos vino esse afferuerunt ac somno, proinde pro absentibus haberi debebant, qui ad mortuorum vicem fuerunt stricti. ¶ Si fortuna. p. v.) Tetigit disciplinam militarem citra potiorum quippe iussionem nulli licere abscedere. fortunam, euentum debemus accipere, si permittit ut subeamus euentum, possumus transire per hostes ebrios & dormientes, præbebit nobis transitū locus, qui patet in biuio portæ quæ proxima ponto. Pergemus quæ situm hoc est ad inquisitionem Æneæ ad pallanteam ciuitatē, erit argumentum prosperitatis istius, ut videatis redeuntes onustos spolijs, & perfecta cæde victores. potuit dici, quomodo pergetis, qui viam nō nostis? huic parti occurrit, dicens. ¶ Nec nos via. f. e.) Ecce accessit huius rei assertio. ¶ Vidimus obscuris.) Hic non querenda est veritas, eundi enim cupidi potuerunt in sua assertione metiri, assignauit dictionem poeta hominum perturbatorum. su pra enim dixit. Primus Tulus accepit trepidos, hunc locum dicimus apertius. Audite o mentibus æquis Æneadæ, neue hæc nostris spectentur ab annis Quæ serimus, principiorum cursus habet continuationem suam, sed quando est ad alia ventum, exorta interruptio est. vbi enim coepit dicere, quid hostes agerent, non conuenit vniuersa: sed miscuit, quæ ad actus rutulorum nō pertinerent, & ad ea rursus reuoluitur est, & sic compleuit interposita, sed hæc confusio facta ordinatione monstrabitur, & inuenietur intellectus instructior. Rutuli somno vinoq; soluti conticuere, interrupti ignes, aterq; ad sydera fumus Erigitur, hoc pertinet ad æstus rutulorum, dicitur quid & qua via faciendum sit, locū insidijs conspeximus ipsi, qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto, si fortuna permittitis vti quæsitum Æneā ad moenia Pallantea, mox hic cum spolijs ingenti cæde perfecta Affore cernetis,

nec nos via fallit euntes. Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem Venatu assiduo, & totum cognouimus annum. ¶ Hic annis grauis, atq; a. m.) Maturi hominis & tantam sollicitudinē generis qualis esse debeat responso videamus. ¶ Dij patrij.) Professa ad eos Alethæ actio gratiarum magnam nisi & Euryali continet laudem, nec immerito sic exorsus est, deorum quippe beneficiū est nasci homines magnanimos, fortes, vtilis, ac necessarios, quando, inquit, tales meruerunt habere Troiani, quid spei sit, longe monstratur. ¶ Sic memorans hu.) Hoc signum fuit gratias agētis etiam ipsis ante verba. ¶ Et vultum lachrymis.) Gratulationis fuerunt lachrymæ, & doloris, gratulatiōis quæ extitissent tales voluntarij, doloris vero, quia dixit omnino non tamē Teucros delere paratis. Recordatus est enim, quanta perdidissent magnanimos heroes Troiani. ¶ Quæ vobis, quæ digna.) Bene dubitauit, ut in ipsa dubitatiōe metuiffe videretur, ne minus diceret, quā illi merebatur. ¶ Pulcherrima primum dij.) Ecce tractatum antipitem indicauit, quicquid, inquit, debetur meritis vestris, reddent dij præstantibus vobis recte honesteq; viuentibus. ¶ Tum cætera reddet. A. p. æ.) Aestum dixit, solutio enim reciproca est vicissitudinis, proxima debuit promitti ipsius Æneæ, pro cuius salute tam dura incerta fuerant subituri. ¶ Atq; in. æ. f.) Ne illi dicerent quanto tempore nobis poterit Æneas professe? Addidit ætatem pueri, ex quo plurima longo tempore sperari potuissent: meriti tanti nunquam immemor futurus, hoc non tantum promittentis est, verum etiā optantis, hoc enim desiderabatur, ut Æneas mature remearet.

## ASCENSIVS.

¶ Cætera per ter, &c.) Docet quō rē ad patres, Tulumq; tunc de re cōicantes retulerint: utq; acceptissima ipsis fuerat pollicitatibus p talibus, ausis magna p̄mia. Vñ dicit Dona. sic. ¶ Vidimus.) Demonstrat rē fieri posse. ¶ Dij.) Maturi hoīs matura oratio. Recte aut incipit à dijz quoz fauore res publice, tales viros recipiunt: lachrymæ aut cōgratulationis fuerat, quod extitissent tales: itē doloris, quod recordaretur tot fortium viroz iam amissoz: quia dixerat, Non tamē omnino Teucros delere paratis. ¶ Dij.) Qui bonis fauent. ¶ Moresq; vestri.) Recte viuēdo Æneas: & ut diuturnior res sit Ascensius. Hæc ille. ¶ Ordo est. Cætera animalia laxabant somno, id est dormiēdo curas omnes per terras, aut laxabant curas per omnes terras: sed plus ad contentionem facit, si laxarent omnes curas, quum Teuci haberent plurimas: & corda oblita, sup. erant laborum: sed, sup. ductores: primi, id est præcipui: Teucrum. i. Teucrorum: & iuuetus delecta, scilicet ad hoc, quum non omnes ad consilium admittendi sint, habebant consilium, sup. de summis rebus regni. i. de republica: quid facerent. i. facere deberēt: ve, pro vel: quis esset iam, scilicet in tam arcta obsidione: nuncius Æneæ. i. qui talia nūciaret Æneæ. Ipsi ergo stant adnixi, id est suffulti, quas in manibus habebant, longis hastis: & tenentes scuta in medio castrorum: & campi. i. aræ, quæ erat in noua vrbe nondum ædificata: tunc Nisus & Euryalus alacres. i. læti, & præ se ferentes fiduciam: orant vna. i. pariter: admittit, id est admittit, ad consilium: & sup. dicunt, aut promittit rem magnam: & pretium moræ. i. differendi consilij, fore, scilicet explorum admiffione: Tulus accepit primus ipsos trepidos. i. festinos, & gestientes ac iussit. Nisum dicere. f. quod vellet. Tūc Hyrtacides. i. filius Hyrtaci, Nisus: sic, sup. orsus est: Æneadæ, audite, sup. quæ dicam: æquis mentibus. i. æquanimiter: neue hæc quæ serimus, id est afferimus: spectentur, id est considerentur: ab annis nostris. i. non iuu dicentur pro iuuenili ætate nostra: quia iuuenes constat, raro esse prudentes. Rutuli, scilicet qui urbem hanc obsident, sepulti. i. sepulti, & immerfi: somno & vino procubuere. i. prostrauerunt: senos ipsi conspeximus locum, sup. aptum: insidijs. f. Rutulis faciendis: qui. f. locus, patet in biuio portæ. i. quod tendit ad portam: quæ. f. porta, est proxima Ponto. i. mari Tyrrheno: ad portum. f. Hostis. fem. I. gnes. f. Rutulorum, sunt interrupti, quod signum est dormitæ: & fumus ater erigitur ad sydera: si vos pmittitis vti fortuna, id est occasione, fortuito nobis oblata, vos cernetis Æneam quæ situm, id est inuestigatum à nobis (Serui. dicit, quasi sit supinū, id est vt quæramus) ad moenia Pallantea, affore mox hic cum spolijs, & hoc ingenti cæde perfecta. f. ab ipso nobiscum: nec via fallit nos euntes. i. quando imus: nos vidimus urbē. f. Pallanteam: primā. i. pro prima parte: sub obscuris vallibus. i. existētes in obscuris vallibus, & cognouimus totum annum. f. Tyberinum: assiduo venatu. f. priusq; obsidio esset: & bene dicit, venatorē Idæ venatricis filium: Alethes, vir ille, cuius consilio. in. v. vus est Æneas: grauis annis. i. senio, & maturus animis: aut si legatur, animi. i. g. & animum cōsilio maturauerat, inquit, sup. hic. i. ad hæc. Nisi verba

ha d' patrij dii, sub quorum numine. i. diuino nutu & protectu est semper Troia: tamen. i. tamen. i. haec tenus in summo periculo ver- samur, tamen vos non paratis delere, omnino. i. penitus, ad vnu Teucros: quum. i. quadoquidem: tulistis. i. produxistis. (Appro- bat ergo primam partem, quam Nifus tetigerat, dii ne hunc ardo rem mentibus addunt. hoc est affectum bonum à dijs inspiratū.) taleis animos, & tam certa pectora iuuenum: ipse memorans sic: tenebat humeros, & dextras amborum: quæras qui id fieri po- tuit: sed si ambos ante ipsum positos intelligas, & ipsum à tergo illis incumbentem, atq; iniectis lacertis per humeros dextram te- nuisse, vt in affectione amica solemus: nihil sit ambiguitatis, nisi quia altior & maior dicatur Alethes senior. Atque rigabat vultu, scilicet eorum, aut potius suū: atq; ora, sup. sua lachrymis: & sup. dixit, o viri. i. viriles animi: quæq; (inquit) p̄mia rear, posse solui vobis p̄ istis. i. vestris: laudibus. i. virtutibus. q. d. ignoro: sed dii, & vestri mores. i. conscia benefacti, & requies animi: dabunt vobis primam. i. præcipue, aut statim: vt etiam velle bene agere cœperi- tis: pulcherrima. i. p̄mia: quia ipsa virtus sibi quodammodo præ- mium est, atque anim. x. vera merces: deus tum. i. in super: Æneas pius reddet actutum. i. confestim: cætera. i. q̄ præter conscientiam requirenda sunt munera ad sustentationem. Atq; si forte Æneam cito moriturum timueritis: Ascanius integer æui. i. integro æuo, non immemor. i. futurus vnq; tanti meriti. i. vestri: reddet, supple cætera, q̄ dii, & pius Æneas non referent: quia ergo res ardua est, multis promissis afficiuntur.

## P I E R I V S.

(Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus.) In codi. pene omnibus antiquis quotquot habuit versus legitur absq; & copu- latura particula, Ductores Teucrum primi, delecta iuuentus. Sed enim copula, hic omnino necessaria esse videtur, vt duces à mili- tibus distinguat, & ordinum Romanorum mores vbiq; vti suos elimos) tangat: ¶ Consilium summis regni de rebus habebant.) In codi. aliquot manu scriptis, Concilium legas: nempe quia & Consilium, in veteribus exemplaribus reperitur: quod illi no- men ab esse conscium deducebant. Nam consilium, à consulo est, & diuersum quid significat. Sed enim in altero illo significato, scilicet ta plebis,

## S E R V I V S.

(Excipit Ascanius.) Id est sub sequitur: & à poeta dictū est. ¶ Canes vestæ. ) Venerabilis, antiquissimæ. ¶ Obtestor. ) Ad iuro. & est ordo, Immo ego cui sola salus genitore redu- cto, Vos obtestor per deos re- uocate parentem. ¶ Fortuna, fidesq; est. ) Quicquid casu, q̄ quid consilio egero, vobis cō- mittam. nam per fidem, con- silia significat: per fortunam opes, & imperium, & cuiusli- ber rei possibilitatem. ¶ Nihil illo triste recepto. ) Subaudis erit. ¶ Deuicta genitor quæ cæ- pit Arisba. ) At qui s̄m Home- rum Arisba misit auxiliū Tro- ianis, & ab Achille subuerfa est. Sed accipimus aut ante bel- lum Græcorū Arisbam à Tro- ianis captam, & in amicitia- sedus admissam. Aut certe pocula hæc data ab Heleno, qui in Achillis bona per Pyr- rhi successerat hæreditatem. vt sit, quæ cæpit, pro quæ accæ- pit. ¶ Deuicta Arisba. ) Scilicet ab Achille. ¶ Duo magna talen- ta. ) Bene addidit magna. nam varium apud diuersas gentes pondus est talenti. Vnde talen- tum potest & breue aliquid & magnum significare. Nam vt supra diximus, secundū Plau- tum, talentum septuaginta li- brarum est, qui cum dixisset debere centum quadraginta li- bras,

[Imò ego vos, cui sola salus genitore reducto, Excipit Ascanius, per magnos Nise penates, Affaraciq; larem, & canæ penetralia Vestæ Obtestor (quæcunq; mihi fortuna, fidesq; est, In vestris pono gremijs) reuocate parentem, Reddite conspectum: nihil illo triste recepto. Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis Pocula, deuicta genitor quæ cæpit Arisba, Et tripodas geminos, auri duo magna talenta, Cratera antiquum, quem dat Sidonia Didò. Si verò capere Italiam, sceptrisq; potiri Contigerit victori, & prædæ ducere sortem: Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis Aureus, ipsum illum clypeum, cristasq; rubenteis Excipiam forti, iam nunc tua præmia Nise. Præterea bis sex genitor lætissima matrum Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma. Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus. Te verò, mea quem spatijs propioribus ætas Insequitur, venerande puer iam pectore toto Accipio, & comitem casus complector in omneis. Nulla meis, sine te quæretur gloria rebus Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum Verborumq; fides. ¶ Contra quem talia satur Euryalus. ¶ Me nulla dies tam fortibus ausis Dissimilem arguerit, tantum fortuna secunda Aut aduersa cadat, sed te super omnia dona, Vnum oro, genitrix Priami de gente vetusta Est mihi, quam miseram tenuit non Iliæ tellus Mecum excedentem, non moenia regis Acastæ,

ta plebis, & scire plebem, apud veteres inuenio: non consilium, aut quid huiusmodi. Ea vero potissimum de causa conueniant, vt quid vniuscuiq; e republica videretur in medium conulerent. ¶ Quisue Æneæ iam, nuncius esset. ) In antiquis aliquot exem- plaribus, islet, legitur. Nam hoc etiam quærere poterant, nuncia- setne adhuc quispian Æneæ quid rerum gereretur? Sed quia di- xerat Nifus, populum, & patres exposcere mitti viros, qui certa reportarent. magis placet, esset, vulgata lectio. ¶ Castrorum & campi in medio. ) In cod. antiquis, in, præpositio non habetur. Sunt vero codices, qui legant, castrorum & medio campi. ¶ Tunc sic Hyrtacides. ) In antiquis, tum: quod & alibi sæpe pro, tunc, positum: vnoq; sepulti. vt diximus alio itidem loco. In Oblon- go, & aliquot alijs codi. soluti legitur. ¶ Procubere. ) Superius quidem verbū hoc habetur: sed hic veteres omnes codices, quot quot inspicere licuit, excepto Mediceo, Conticuere, legunt: quod magis indicat eos somno laxatos, in quo nihil magis quàm silen- tiū expetitū. ¶ Quæ proxima p̄oto. ) In antiquis aliquot cod. quæ proxima ponto est, vna plus dictione legitur. ¶ Quæsitum Æneam ad moenia Pallantea. ) In antiquis, & moenia, καὶ ὄρη ποῦ πρῶτον. ¶ Vidimus obicuri primā sub vallibus urbem. ) Caribus, primam, pro, in primis, hic positum ait, atq; expositum Terentianum illud in Adelphis, ab Hellenio Acrone, in prima fa- bula. Ita & illud, Troiæ qui primus ab oris, pro, in primis, vbi Te- rentius Scaurus in commentarijs in artem poeticam lib. x. Non qui ante omneis (inquit) sed ante quem nemo est. & addit, quo genere plures primi accipi possunt. ¶ Atque animi maturus Ale- thes. ) In Roma. codi. animis, legitur: quod non ita placet. ¶ Quū taleis animos iuuenum, tam certa tulisti pe. ) In anti. fere omni- bus exempt. talis animos iuuenum & tam certa tulisti, legitur: quod magis placet. ¶ Quæ digna viri pro talibus ausis. ) In cod. aliquot antiquis, pro laudibus istis, legitur. & id Seruius agno- scit. In eo porro veteri codi. qui apud me est, ita etiam legebatur: sed vtraq; dictio abrasa est, & talibus ausis, adscriptum. Est verò hoc idem alibi, vbi Æneas Iausi pietatē admiratur, qui sese mor- ti obiecerat pro salute patris: Quid tibi nunc miserande puer pro laudibus istis? Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?

bras, paulo post intulit duo ta- lenta, per iocum dicens, Debē tur talenta tot, quot ego & tu sumus. Item Homerus talen- tum breue quiddam ostendit, quippe quod accipit victus: cū victori leuia data sint mu- nera. ¶ Ducere sortem. ) Statue re. Alij proprie ducere legunt, quod est sortium: vt, Stat du- ctis sortibus vna. ¶ Excipiam forti. ) Præter, sortem dabo. ¶ Insuper his. ) Super hæc. ¶ Cæ- pi, quod rex habet ipse Latinus. ) Mos fuerat vt viris for- tibus, siue regibus pro honore daretur aliq; publici agri par- ticula, vt habuit Tarquinius superbus in campo Martio, quod spatium ab Homero τὸ τῆ μείων dice. hoc ergo quod Latinus per honorem de repu- blica habuit, ab Ascanio intelli- gamus eē promissum. ¶ Pecto- re toto. ) Omni affectu rerum. ¶ Verborūq; fides. ) Et républi- cā tibi cōmittā, & tecum cōi- cabo oē consilium. ¶ Me nulla dies tam fortibus ausis Dissi- milē arguerit. ) Ab hoc officio & ab hac audacia accessu tem- poris inferior non probator, qualiscunq; fortuna comite- tur. ¶ Tantum. ) Tātum modo hoc possum de me promitte- re, vt semper audeam, semper vclim fortiter facere, nam hoc est quod dicit fortibus ausis: Dissimile arguerit. ) Trū ergo meum

ASCA.

POE.

EVRYA.

meum est promittere, siue p/ spera, siue aduersa fortuna co/ mitetur, nam aut distinctua particula est, nō negatis aduer/ bium. ¶ Super omnia dona. ¶ Ultra omnia dona. ¶ Priami de gente vetusta. ¶ De familia. Et bene eam etiam ex cogna/ tione commendat, nam Asca/ nius nepos est Priami p/ Creu/ sam. ¶ Miseram. ¶ Quæ sic im/ patienter diligit filium. ¶ Mecū excedentem. ¶ Ut, Ille meū co/ mitatus iter, vult, n. intelligi sui causa matrē secutā. ¶ Quodcūq; pericli est. ¶ Syllepsis, nam subaudis periculum. ¶ Inq; salutatam linquo. ¶ Infalutatam, & est Tmesis: vt, Inutilis inq; ligatus cede/ bat. ¶ Quod nequeā lachrymas perferre parentis. ¶ Excusat ne vi/ deatur crudelis. Vnde sequitur matris eius tragicus & miserabilis ille conquestus, Potuisti linguere solam Crudelis, & talia. ¶ In opem. ¶ Modo auxilij egentē. ¶ In casu oēs. ¶ Ut supra, Fortuna secūda, aut aduersa. ¶ Pulcher Iulus. ¶ Incongruū epitheton pul/ chritudinis posuit, cū res sit in hoc loco religionis. ¶ Strinxit pie/ tatis imago. ¶ Prestrinxit, momordit, admonuit, Sensus autē est, aut postq; vidit istum sic amare matrem, paternæ pietatis virtu/ tem cepit agnoscere. Aut certe cepit etiam ipse sic in pietatē mo/ ueri, vt eius cōsueuerat pater. Aut certe exemplo Euryali audius cepit amare patrem etiam ante dilectum.

DONATVS.

¶ Imo ego vos. ¶ Excipit Ascanius, primo debuerat poni. Est eni poetæ persona & deinde, imo ego vos cui sola salus genitore re/ ducto, quū hæc Ascanius dicebat, ergo post Alethem excepit eos Ascanius dicens, imo ego vos, Alethes duorum, liberalitatē polli/ citus fuit Ascanius, imo ego vos numerabo, & adiecit cām, pro/ pter quam faciebat obnoxium, cui sola salus genitore reducto, tūc scio tutam fore vitam meā, quum remeauerit pater meus, p/ inde pro paterno reditu, & pro cōseruatione salutis meæ: ego vo/ bis meliora soluam, addidit & iusiurandum, quo magis securio/ res de promissis efficeret. ¶ Per magnos Nise pe. ¶ Hęc. n. præcipua Troiani, quæ colerent, habuerunt, penates deos, assaracilarem, & vestam canā, hoc est antiquā & perpetuā. Obtestari est ob aliquā cām deos testes adhibere cum iureiurando. ¶ Quæcūq; mihi. f. f. q. e. ¶ Fortuna in euentu est factorum, fides autem in potesta/ te, quæcūque, inquit, in me fuerit fortuna, hoc est, si melior me fortuna prospexerit, & si qua in me fides est, hanc seruabo meri/ tis vestris. intantum, vt in vestra sit potestate, quid rependi vo/ bis pro meritis debeat. ¶ Reuocate parentem, Reddite conspe. ¶ Hęc sūt desiderij summa, hæc promissorum causa, vt rediret pater, & hunc filius reduci videret. ¶ Nihil illo triste rege. ¶ Hoc non solum ad Ascanium pertinebat, sed ad omnia iccirco po/ suit, nihil futurum triste, quum ille remeauerit. ¶ Bina dabo ar/ gento perfecta. ¶ Bina dixit, non quatuor, sed duo, vt bina manu lato crispans hastilia ferro, vt singuli singula pocula haberent, species autem numeris cum laude sua posita est. argento, inquit, perfecta atque aspera signes pocula deuicta genitor quæ cepit arisba. non enim tollebat post victoriam, nisi quod esset ma/ gni meriti. ¶ Et tripodas geminos. ¶ Omnia vtrisque communia obtulit. ¶ Cratera antiquum. ¶ Ex ipsa vetustate mirabilē. ¶ Quæ dat sydonia Dido. ¶ Aditum est istius meritum ex persona eius, quæ dederat, sed & hoc, quia vnum fuit, commune ambobus da/ tum est, dat sydonia Dido, sic posuit, quasi tunc non ab Ascanio, sed à Didone proficeretur, postea ab eo, qui dabat in præsentia futuri quoque temporis, separata singulis munera pollicetur, & quæ esset largiturus, expressit, propter quam rem promiserat, quæcūque mihi fortuna fidesq; est, hoc ipsum nunc exponit. ¶ Si vero, inquit, capere Italiam, sceptrisq; potiri Contigerit. ¶ Hoc est, si prædam nos ducere dii concesserint. ¶ Vidisti quo Turnus equo. ¶ Certus enim de adipiscendo esse non potest, cui obstat for/ tis incertum. ¶ Ic circo dixit, excipiam, vt hæc iudicio potius ho/ minis, quàm euentu fueret fortis, hæc erunt Nise præmia tua. ¶ Præterea bis sex genitor. ¶ Duodecim ex captiuis foeminas sor/ mosas, quod ait, matrum, non solum mulieres intelligere pos/ sumus, quoniam sic multis locis posuit, verum etiam propter muneris laudem foecundas, vt præter numerum & formam, inde quoque earum cresceret meritum, vt ex illarum etiam par/ tu magna possent emolumenta conquiri. Vsq; adeo ostenditur foecunditatem tetigisse in appellatione matrum, vt de isto in/

Hanc ego nunc ignaram huius quodcūq; pericli est, Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis Dextera) q nequeam lachrymas perferre parentis: At tu (oro) Solare inopem, & succurre relictæ. Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo In casus omneis. ¶ Percussa mente dederunt Dardanidæ lachrymas, ante omneis pulcher Iulus Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago. Tum sic effatur.

POE.

tellectu non debeat dubitari. Mater enim dici non potest, nisi quam constat peperisse. Cum captiuorum non des/ nit quantitatem, vt mulierum fecit. Intelligitur etiam ipsis duodecim promississe, vt in mulieribus ac viris idem nu/ merus teneretur. ¶ Insuper id campi. ¶ Huius campi facere videtur commemorationem, quem tuendum latinus cre/ diderat, campum magnum quippe futurum esse constabat, quod habuisset rex in possessio/ ne regis, ex aperto significatur etiam latitudo terrarum. Interea mos poetæ ad imitationem retinendus est. vbi enim multa nar/ randa sunt, ne continuatio fastidium pariat, hæc diuidit, inter/ ponendo aliquid tamen, quod non sit alienum, nam in media enumeratione numerum interposuit. Excipiam sorti iam nunc tua præmia Nise. Quis non arbitraretur completam fuisse enu/ merationem ipsam? venit ad alia, rediit præterea, quum pos/ set continuare, & completis omnibus dicere, hæc erunt Nise præ/ mia tua. ¶ Te vero mea quem spatij propioribus ætas Inse. ¶ Multum enim valet ad confirmandum religionis affectum etas ætati conueniens. Deinde ait. Te Euryale quoniam ætas nostra prope æqualis est, sic totis accipio sensibus meis, quoniam spes abhinc tuæ virtutis apparet, sis mihi comes. ¶ Nulla meis sine te quæretur glo. re. ¶ Tempora omnia viuendi complexus est, dicen/ do, seu pacem, seu bella geram. Tertium enim non est. ¶ Tibi ma/ xima rerum verborumq; fides. ¶ Es enim tantus, vt tibi tuto co/ mittantur consilia pacis ac belli. ¶ Contra quem ta. fa. Euryalus. ¶ Nunquam, inquit, fiet vt dies aliqua mutet sententiam meam, vel maxime in hac causa, in qua tanta gloria & tantus futurus est labor: nec erit quisquam, qui me mutati consilij teneat reum, ¶ Tantum fortuna secūda. ¶ Solum illum absit ne fortuna in nos vultum contrarium vertat, quod in nostra non est potestate, sed potius in ipsius fortunæ arbitrio. ¶ Sed te super om. do. Vnum oro. ¶ Vnum, inquit, ne post tanta, quæ fuerant, odio suspectior fe/ ret. Incipit iam venire ad ipsum vnum arte mirifica, commen/ dat tantum eius personam, a quo ipsum vnum fuerat petiturus, nec in hac parte poeta morem suum deseruit. Primo enim dicit à quo petat, deinde pro qua petat, tunc venit ad illud, quod ex ne/ cessitate postcendum est. multum enim desideriorum iuuant præ/ missæ causæ, si ponantur primæ, quàm postremæ nectantur. Ponit igitur commendationem primam, quæ filij meritum nō teneret, haberet tamen ex ratione sanguinis pondus, atque ita hanc arti/ pit partem, vt ingratum se non esse de præteritis monstreret: & ta/ men adhuc sibi aliquid asserat necessarium, in quo ipse non avari/ tiæ sed pietatis studium comprobaret. ¶ Genitrix, Priami de gen/ te ve. ¶ Magna pondera verborum singulorum preposita sunt est maternum nomen, quod religione transeat affectus cæteros, & maiestate pietatis exuperet, sequitur sanguinis causa, qd esset ex ge/ nere Priami, nec accessione noua sed vetustatis ratione coniun/ cta. Ecce quot merita mater tanti viri, ei quoq; cui commendaba/ tur affinis, atq; ex gente Priami interiore descendens, quod illa nō mereretur ab eo, pro cuius patre Euryalus tot incerta luerat subit/ urus? Quid ille largiri non debuit consorti sanguinis sui? quam non tantū generis ratio, verū etiā ipsa tuebatur antiquitas, quam decorabat filij meritum, quam Priami nomen ornabat, qui auus fuisset Ascanij, hoc pertinebat ad ordinē generis, dicit iam ipsius non immerito præferenda, frustra quippe laus originis tangitur, nisi ipse, qui laudatur, moribus optimis & probitate vitæ maio/ ribus suis recte respondeat. ¶ Quam miseram tenuit. ¶ Hęc, inq; tantū me dilexit, vt illam me recedete de Troia, nec originaliter terrę retentaret affectus, nec ceterarū cessantiū tardare exēplum hæc apud Aestē mei causa otium labori nō prætulit, contempsit delicias affluentissimi ciuis, ne desereret filij, hanc ergo, nūc videamus, quid significare possit, hæc, inquit, quæ tantum laboris mea causa suscepit, quæ matribus cunctis tale monstrauit exēplū, quæ nostrorum tēdiū non sensit errorum, quæ cōstantiā seruauit vsq; ad ipsos effectus. Ego, quæ conuenit reddere maternis affectibus religiosissimam vicem. Ego supra matrum nomen dilectus ab ea, Ego qui ingrati culpā declinare debueram, nūc sollicitus. In tpe, quo hostis castra circumdedit, quo etiam si abesset, debui curare præsentia meā. ¶ Hęc ego nunc ignara huius. ¶ Quod fuit maximi sceleris, vt pegrina vt periculosa petiturus non retulisset mē, hui/

tellectu

his facti inferit purgationem, ne reum læsa pietas retineret. ¶ Nox  
ait & t. a. Dextera.) Iureiurando adhibito confirmavit, se nō impie  
facere. ¶ d. quod lachrymas eius ferre non possit, quas saluta lue-  
rat, si filium in tali causa videret abicere, hoc ex eplo fuluratione  
dicere possumus, non eam tantū, qua matutinis horis vti consue-  
tissimus, verum etiā illam, quā abeuntes relinquimus remansuris.  
causa lachrymarū matris si eam flentē cerneret, hoc vult ostende-  
re, iururum se non esse, vincere. n. eam necesse esset, quæ cruciatus  
suos effusus flentibus approbaret, hoc genere quanta factis cōmen-  
datio est: quum subtiliter dicitur, vt tu videas patrē tuū, ego sum  
matrē religiosissimam relicturus? ¶ At tu. o. sin.) Inopē dixit nō  
subsistantia familiaris rei exhaustam, sed minoris animi, quoniam  
consilabat illā absentiam filij equo animo ferre non posse. Hoc ita  
esse aliud quoq; probat exemplum, quo est dictum, sc̄uit inops  
animi. Ergo foue, inquit, mente inopem sc̄minam, foue deserta,  
vt habeat solatium tuum, & absentia filij non sentiat. ¶ Hanc sine  
me sper ferre tui.) Secutum me redde de partibus matris. Ego  
oēs casus intrepidus petā. ¶ Percussa mente dederunt.) Licet mo-  
ti essent omnes loquente Euryalo, plus tamen Iulus percussus  
est, nam eius animum exagitauit Euryali exemplum, & accedēs  
charitas patris, quoniam similis fuerat causa, & de parentibus  
agebatur, quippe alterum cruciabat patris absentia: alterum mo-  
uebat, quod talem matrem fuerat relicturus. ¶ Tum sic affatur.)  
Videamus Iuli responsum, cui dictum est. At tu, oro, solare in-  
opem, & succurre relictæ, & hanc sine me sper ferre tui, auden-  
tior ibo in casus omnes.

## ASCENSIVS.

¶ Imo ego, &c.) Docet quomodo subsequutus sit Ascianus: &  
q̄ pie, atq; beniuole, vtrūq; & precipue, Euryalum affatus sit: cu-  
ius ingenua clementia, atq; pietas, laudatur nimirum, quod Poe-  
ta maximopere pretēdit domus Iulia, in quā Augustus per ado-  
ptionem assumptus erat. Habetur quoq; pientissima Euryali de  
matre cura. De quibus hæc sunt Donati verba. ¶ Canā vestæ.) Di-  
cit canā, antiquam, & perpetuam. ¶ Obtestor.) Obtestari autem,  
est ob aliquam causam deos testes adhibere. ¶ Victa Arifba.) Ni-  
hil enim tollitur post victoriam, nisi quod sit magni meriti. ¶ In-  
super.) Mos mirandus in Poeta: vbi enim multa narranda sunt,  
ne continuatio fastidium pariat, diuidit: interponendo aliquid,  
quod tamen non sit alienum. ¶ Genitrix.) Magnum pondus in  
his verbis. Maternum enim nomen, omnis affectus transit. Præ-  
terea, q̄ sit ex genere Priami, non accessione noua, sed vetustate  
coniuncta. Laudauit ergo à genere: sed quia frustra laus originis  
tangit, nisi is qui laudatur, vita, & moribus, se maioribus suis di-  
gnum gerat, ponit suas virtutes: excusat autē, quod ignarā relin-  
quat: quia nisi illa causa intercessisset, scelus nō paruum commi-  
sisset. Hæc ille. ¶ Ordo est. Ascianus excipit. i. sermonem ex ore  
loquentis capit: quod indecorum hic non est, quia illius dictum  
approbat, & de se spondet, quod ille de ipso, tanquā de alio spo-  
nderat. excipit ergo sic: Imo, dō Nise, ego cui salus sola, idest so-  
lum, & duntaxat esse potest, genitore reducto, obtestor vos per  
magnum penates, idest deos domesticos: per Larem, idest deum  
familiarē: Astaraci, idest domus Anchisæ: & per penetralia, idest  
sacra templa: Vestæ, scilicet deæ ignis, & castitatis: canæ, idest an-  
tiquæ, & sane religiose colendæ: ego pono, idest colloco: in ve-  
stris gremijs, idest in complexu, & potestate vestra: eam, supple  
fortunam, & fidem, quæcunq; fortuna & fides mihi est. i. quid,  
quid casu, & consilio agendum est ego (inquit) obtestor, idest  
adiuro vos per sacra, testando, reuocate parentem, & reddite con-  
spectum, supple eius, nobis: quia nihil, supple erit nobis triste, illo  
recepto, scilicet in castra sua: ego dabo vobis bina pocula perfe-  
cta argento, idest ex argento atque aspera signis. f. insculptis: quæ  
scilicet pocula: genitor. i. pater meus: coepit. f. ab Heleno: Arifba. i.  
illa ciuitate, deuicta ab Achille. Ita tamen non vergeret in laudē  
Æneæ: vnde mallet dicere, Arifbam prius deuictam à Troianis,  
& eis concesseratam: postea iterum à Græcis expugnatam: & da-  
bo tripodas. i. sedes, quales sunt tripodēs Apollinis: geminos, id-  
est duos, & pareis: & duo magna talenta auri, & cratera antiquū:  
ergo & charum, & magni ponderis: quem Dido Sidonia dat. f. vo-  
bis, quia mihi ab ea datum est: vero, pro sed: si cōtingerit mihi, aut  
patri

## SERVIVS.

¶ Nec patrum gratia talē par-  
ua manet.) Debet ab omnibus  
colli quæ talē creauit. ¶ Casus  
factum quicunq; sequetur.)  
Satis cōgrue. Præmia enim nō  
debentur

¶ Spondeo digna tuis ingentibus oīa coeptis,  
Nanq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Creusæ  
Solum defuerit, nec partum gratia talem  
Parua manet, casus factum quicunq; sequetur;

## ASCA.

debentur euetui, sed volunta-  
ti. ¶ Per quod pater ante sole-  
bat.) Alij volunt ideo ante, quia  
absens est Æneas, nam iura-  
re possumus etiam per absen-  
tis filij caput. Alij ad cām res-  
ligionis

patri victori, capere Italiā: & potiri sceptris. i. regalibus insigni-  
bus, & ita & regno: & dicere fortem prædæ. i. conuictuere forte m-  
ita, vt dux sibi quoduis munus, extra sortem recipiat: dicit autem  
re capturum equum Turni, vnde addit: Vidisti quo equo, & in  
quibus armis, Turnus aureus, idest aureis armis insignitus: ibat,  
idest equitabat heri, quum nos oppugnaret, & in campum prouo-  
casset: ego excipiam. i. recipiam: forti. i. extra sortem illum ipsum  
clipeum: quem. f. Turnus habebat: & illas ipsas, supple. cristas, scilicet  
cet galeæ eius: rubentes: quia purpureas: dō Nise, iam nunc. i. ex hoc  
tempore tua præmia: audacter pollicetur animosus iuuenis. Præ-  
terea genitor dabit bis sex. i. duodecim corpora: matrum. i. ancil-  
larum fertulum: lectissima, idest maxime egregia, & eligenda: &  
dabit captiuos, scilicet liberos earum, aut potius bissex captiuos,  
scilicet viros: & dabit omnibus sua arma, & quia bona seruatorum  
accedit possidebis cum dominis etiam arma. Insuper, sup. dabit  
id campi quod ipse rex Latinus habet. Vero, pro sed: dō venerans  
de puer. f. Euryale, quem mea etas insequitur: propioribus spatijs  
idest qui mihi in ætate vicinior es, & minus anteis, q̄ Nisus: ego  
accipio te toto pectore, idest perfecto amore: & complector te co-  
mitem, idest socium hoc loco: aut quia regis filius (reuera) comi-  
tem in omnis casus: nulla gloria q̄retur meis rebus sine te, seu  
geram pacem, seu geram bella: fides, idest commissio, & creditio  
rerum, & verborum: erit, sup. tibi maxima. Contra quem Eurya-  
lus satur talia. Nulla dies, idest tempestas: arguerit, idest probaue-  
rit cum reprehensione: me dissimile, idest imparem, aut indignū  
tam fortibus ausis: vt, scilicet mecum inceperis, aut nunc aggre-  
dior tantum. i. quod tantum de me polliceri possunt: quod, scilicet  
conabor efficere me dignum: cadat fortuna secunda, aut ad-  
uersa. i. qualitercunq; euenerit, siue prospere, siue aduersè: sed oro  
te. i. progenie vetusta Priami: est mihi. i. ego habeo matrem de ge-  
nere nobili & antiquo ipsius Priami, sicut & genitrix tuā q̄ eius  
sanguis & filia erat: quam miseram. i. miserandam: non tenuit tel-  
lus. I. lia. i. Troiana: excedentem mecum. i. vt me sequeretur, nec  
mœnia regis Aecæ, supple. tenuerunt in Sicilia. Ego linquo nunc  
hanc. f. tam piā, tamq; nobilem matrē: ignarā huius pericli, pro  
periculi: quodcunq; sup. i. & insalutam. i. non salutatā: nox. f. hæc  
& tua dextera. i. virtus, est tellis, quod nequeam perferre lachry-  
mas parentis. ex pietate ergo relinquit insalutam, sicut dominus  
dixit, non mater, sed mulier, ecce filius tuus. At ego oro, tu solare  
inopem. i. miseram, & consolationis indigentem: & succurre reli-  
ctæ. f. a me: sine me ferre, f. mecum: hanc sperem tui. i. de te: quia ego  
ibo audentior. (In versu non fit absumptio, nec correctio voca-  
lis ante vocalem: quia sententiarum est diuisio: & ita distinctio hia-  
tum excusat) in omnis casus Dardanidæ dederunt lachrymas:  
mēte percussa. f. miseratiōe pueri: & Iulus pulcher ante omnis:  
sup. lachrymas dedit: & imago pietatis patriæ. i. q̄lis est in Ænea  
patre: strinxit. i. angustiauit: animū, sup. eius: & effatur tum. i. dein-  
de: sic. f. ad insequentem modū. Importune (dicit) pulchrū nunc,  
nisi lachrymas innuat decoras.

## PIERIVS.

¶ Cui sola salus genitore reducto.) Medicus codex, & aliquot  
alij, recepto, legit. Sed id melius inferius, nihil illo triste recepto.  
¶ Si vero capere Italiā, sceptrisq; potiri.) In aliquot veteribus  
cod. alio numero legitur: Si vero Italiā capere, sceptrisq; potiri.  
Sed prior ille numerus, capere Italiā, magis placet. ¶ Cristasq; ru-  
bentes.) In Ro. codi. comantis, legitur. Sed rubentis, placet, quia  
purpurei cristis iuuenes superius indicati sunt. ¶ Insuper id capi  
quod rex habet ipse Latinus.) Varie legitur hic versus. Nā codices  
nonnulli veteres, in super his campi quod, & quos. Alij legūt &  
his campis, quod rex habet ipse. Vt cunq; vero priores legatur di-  
stiones duæ, placet, quod, legere. ¶ Ignaram huius, quodcunq; pe-  
ricli est.) In Roma. codi. & aliquot alijs, pericli, absq; est, legitur.  
Sed hoc loco sententia verbum id requirit, & verbum venustiorē  
facit. ¶ At tu (oro) solare inopem, & succurre relictæ.) In codici-  
bus aliquot manu scriptis, Hæc tu. Sed magis placet, At. ¶ Percul-  
sa mente.) In antiquis omnibus codicibus, Percussa: vti sæpe di-  
ctum. ¶ Tum sic effatur.) In antiquis, & tum, & tunc, inuenio: &  
adatur, quod (vt mihi videtur) non ita congruit huic loco.



ligionis trahunt, quæ præcepit  
 vt filij imitentur in omnibus  
 rebus suos parentes: vt nunc  
 quasi imitatio sit iurifurandi,  
 vt dicat Afcianus, Turo per ca-  
 put meū ficut præfens pater p  
 fuū caput iurare confueuerat,  
 quoties fidē fuā cōfirmare cu-  
 piebat. Alij volūt ideo dictum  
 ante, quia pontificibus per li-  
 beros iurare non licebat: fed p  
 deos tantūmodo, vt fit, ante  
 quam pontifex eſſet Æneas.  
 ¶ Reduci rebusq; fecudis.) Mi-  
 ſa arte moratur in proſperis,  
 & ea iterat: tacet aduerſa, &  
 magis intellectui & ſubaudi-  
 tioi relinquit. Cū.n. dicat, ſi nō  
 redieris, ait. ¶ Matriq; tug, ge-  
 neriq; manebunt.) Hoc aut ſe-  
 cundū morē Romanoꝝ dicit,  
 apud quos ita præmia decer-  
 nebantur illi, liberisq; eius, vt  
 darentur

Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat,  
 Quæ tibi polliceor reduci, rebusq; fecudis,  
 Hæc eadem matriq; tuæ, generiq; manebunt.  
 ¶ Sic ait illachrymās, humero ſimul exiit enſem POE.  
 Auratum: mira quem fecerat arte Lycaon  
 Cnoſius, atq; habilem vagina aptarat eburna.  
 Dat Niſo Mneſtheus pellem, horrentisq; leonis  
 Exuuias, galeam fidus permutat Alethes.  
 Protinus armati incedunt, quos omnis euntes  
 Primorum manus ad portas, iuuenumq; ſenumq;  
 Proſequitur voris, necnon & pulcher Iulus,  
 Ante annos, animumq; gerens, curamq; virilem,  
 Multa patri portanda dabat mandata, ſed auræ  
 Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant.  
 Egreſſi ſuperant foſſas, noctisq; per vmbra  
 Caſtra inimica petunt, multis tamen ante futuri  
 Exitio, paſſim vino, ſomnoq; per herbam  
 Corpora fuſa vident, arrectos littore currus,

darentur liberis q̄ non potuiſ-  
 ſent accipere parētes. ¶ Lycaō  
 Cnoſius.) Cretēſis. Et eſt laus  
 ab artifice, hunc aut gladiū Eu-  
 ryalo datū intelligimus, nam  
 Niſus accepit pellē & galeam.  
 ¶ Pellē, horrētisq; leonis Exu-  
 uias.) τὸ εὐρὸ dixit: hoc eſt  
 bis idē: vt, Bellū etiā pro cæde  
 boum ſtratisq; iuuenis Laō-  
 medontiadæ. ¶ Galeam fidus  
 permutat Alethes.) Aligenim  
 ſunt explorantium, ſicut etiam  
 Homerus oſtēdit. ¶ Primoz-  
 Genitiuus hic venit ab eo qd  
 eſt hi primores, ſicut hi proce-  
 res: quorū nominū noſtius  
 ſingularis non inuenitur, licet  
 dicamus huius primoris. ¶ Vo-  
 tis.) Aut cū votis: aut pro redi-  
 tu vota faciētes. ¶ Et nubibus  
 irrita donāt.) Vt, Ipſe ptē vo-  
 lucres diſperſit in auras. ¶ Ca-  
 ſtra

tra inimica.) Non tantū hosti-  
lia, sed & pernicioſa, nā cū do-  
lore dictū est inimica: vnde. ſi  
redituri nō erant. quod ex ſe-  
quētibz comprobatur. dicen-  
do. n. Multis tñ añ futuri Exi-  
tio: oſtēdit pernicioſa eſſe ca-  
ſtra, q̄ iſtis mortē fuerant alla-  
tura. (Vina ſimul.) Vaſa. ſ. vi-  
ni. in q̄bus vina ponūtur. ¶ Ore locutus.) Non eſt Periffologia, nā  
ſm Homērū, exploratores, quę volunt, plerunq; nutu ſignificat.  
¶ Audendū dextra.) Quia audemus & curſu & animo. ¶ Hac iter  
eſt.) Per hoſtium credē & audaciam noſtram. ¶ Hęc ego vaſta da-  
bo.) De quibus dixit, Corpora fuſa vident.

## DONATVS.

¶ Spondeo digna tuis in.) Quicquid ſcis, ait, conuenire meritis  
tuis, quicquid arbitratu fueris te dignū, ante ipſam petitionē tu ti-  
bi ſpondere ne dubites, atq; ita vt iam te accēpiſſe conſidas: nec  
te vterius matris cura ſollicitet. quę. n. tua eſt merito Efficitur &  
mea, tantus q̄ illius erit in animo meo religionis affectus, vt hoc  
ſolū differat à mea matre quod Creuſa non dicitur. Mererentur  
quippe magnā gratiā, quę genuit talē, nec illi euentus facti ſed ini-  
tium debita honorificentia dabit, & quod ſemel meruit, erit per-  
petuum. ¶ Per caput hoc.) Hęc quę loquebatur, vt magis Eurya-  
lus crederet, iuraturando cōfirmavit, quod ipſum nō quaſi incer-  
tus de ſalute patris dixit, ſolebat: ſed alio illū more, & dehinc iu-  
rare conſueſſe, voluit demonſtrare. ¶ Quę tibi polliceor re.) Nec  
ſolū tibi, inquit, digna promittuntur, verum etiā matri tuę & ge-  
nitrici tuo, hęc dicēdo, & ſi rediſſet, promiſit beneuolentiā, & ſi  
non rediſſet, quod aduerſum fuit, reticuit, ne euidentis mala po-  
tius q̄ bona promittere videretur. ¶ Sic ait illachrymans.) Mox  
vt hęc Aſcanius dixit, detraxit ab humero ſuo cōditū vagina gla-  
dium, quę pretulit authoris merito, & pretio eboris, quo ſuit va-  
gina ipſa perfectā. ¶ Mneſtheus pellē.) Mneſtheus, inquit, pellem  
leonis Niſo dedit. Alethes vero galeā permutat, hoc eſt dominiū,  
quod in ea habuit, transferret: ¶ Protinus armati incedūt.) Quos  
omnis euntes, quā pronūciamus, ſeparare debemus quos oīs, &  
morā facere: dehinc dicere, euntes, qui fuerunt duo, ordinari autē  
debet ſenſus ſic, quos euntes. i. Euryalum & Niſum, primorū &  
ſenium & iuuenum oīs manus hoc eſt multitudo ad portas vōis  
proſequitur, optans. ſ. bona patrię eos proſequatur, ad quos cu-  
ra pertinebat: & ſumma tractatum publico: Iuuenes, quibus  
adhuc fuerat laborandū, & excitabantur exēplo. Senes vero quic-  
Nifus abijt: iamq; imprudens euaserat hosteis: Atq; locos: qui post Albæ de nomine dicti Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat, Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum, ¶ Euryale infelix, qua te regione reliquit Quæue sequar? ¶ Rursus pplexum iter omne reuoluens Fallacis syluæ, simul & vestigia retro Obseruata legit, dumisq; silentibus errat. Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum. Nec longum in medio tempus, quum clamor ad aures Peruenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis Fraude loci, & noctis subitò turbante tumultu Oppressum rapit, & conantem plurima frustra. Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis Eripere? an sese medios moriturus in hosteis Inferat? & pulchram properet per vulnera mortem? Ocyus adducto torquens hastile lacerto, Suspiciens altam lunam, sic voce precatur. ¶ Tu dea, tu præsens nostro succurre labori Astrorum decus, & nemorum Latonia custos, Siqua tuis vnq; pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi, Suspendi ve tholo, aut sacra ad fastigia fixi: Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras. ¶ Dixerat, & toto connixus corpore ferrum Conijcit, hasta volans noctis diuerberat umbras, Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq; Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno. Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus, & longis singultibus illa pulsat. Diuersi circumspiciunt, hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure, Dum trepidant, it hasta Tago per tempus vtrunq; Stridens, traiectoq; hæsit tepefacta cerebro.

NIS.

POE.

DONATIVS.

NIS.

POE.

lix qua te regione reliquit? deinde accedat, quæue sequar? vt inde magis infelix Nifus, quia nescit, quum amicū perderet, vbi amicum deberet inquirere. Alia distinctio est, Euryale infelix, vt miser rationis videatur esse, quum perditum nominat, & ideo infelix, quia amici peritioris gressus obseruare non potuit, qua te regione reliquit, quæue sequar? Inde quoq; infelix, quæ sic errauerat, vt inueniri non posset. Iudicium hic legentis est necessarium, vt sequatur vtrunq;, aut deligat alterum, quod putauerit melius. Mihi tamen videtur secundum animum nisi tantum doluisse perditum, vt se potius infelicem diceret, quia tardius respexit. Deniq; addidit accusationem suam dicendo, qua te regione reliquit? non dixit quam regionem reliquisti: vt & inde infelix Nifus, quia nescit, quum perderet & perditum tarde intellexit. ¶ Rursus pplexum iter om. reuol. ¶ Quem intellectum nobis dederit, caute considerandum est, vt plenius appareat infelicitas Nifi, nam rursus

sum cœpit repetere, quod cum maximo labore semel transmitti potuit, quantæ infelicitatis fuit vix viam repetere perplexam, hoc est multis impedimentis obsessam? subire omnem reditus molem? & remeare, vnde fuerit periculi contemplatione discessum? repetere fallacem syluam, syluæ significatione & latitudine monstratur & dumorum impedimentum. fallacem autem ideo, quia quum nulla gradiendi facilitas esset in tenebris, in ea magis supererant, quæ non regerent, sed fallerent ambulantes: vestigia vero considerare, & redeundo colligere quis potuit? quum tali tempore ac loco videri non possent. Tamen quantarum morarum hæc fuit, & quantæ diligentie. Dumisq; silen. errant.) Tantum valuit aduersa natura loci, vt cum ipsa spectatione curiosa, toto simul implicatus esset errore. Audiat equos.) Tantum inter ipsum & hostes supererat spatij, vt ad eius aures equorum strepitus & sequentium hostium signa peruenirent. Nec longum in me. tem.) Non plurimum temporis consecutum est. Quum clamor ad aures Peruenit.) Clamor capti scilicet Euryali. Ac videt Eu.) Videt dixit, aduertit. Quam iam manus omnis.) Capti Euryali defensionem poeta profecutus est, ne iners nec per imbecillitatem videretur factus esse captiuus. Captus est, inquit, Euryalus, sed illum locorum fraus hostibus dedit, & tumultus repentinus, & inimicum tempus tenebrarum, accedente multitudinis violentia, quæ totam circumdederat syluam. Et conantem plurimum frustra.) In ipsis tamen angustijs non sibi defuit, conatus est quippe multa pro se, sed contra tot difficultates obtinere non valuit. Salustius quoque vbi ponit conatus est, nullos effectus consecutos ostendit. Quid faciat?) Qua Nisus perdidit eueni: prius inuentionis suæ, in deliberationem repente mutatus est: sed prima illa pars fuit æstantis, vt amicum incolumem vi aut armis si posset, eriperet: aut quia id contra multos impleri non poterat, hostibus sese ipse quoque ingereret subiturum gloriosam cum socio mortem. Ocyus adducto torquens ha. la.) Deliberat, inquit, hæc fuit in illa necessitate sententia. Cito rediit cum hastili dexteram. Cito ideo, ne locum mutarent, qui Euryalum detinebat, reditio autem manus idcirco fit, vt fortius exeat, quod fuerit destinatum. Altam lunam intelligere possumus, aut magni luminis, aut in excelsa coeli parte constitutam. Tu dea, tu præfens.) Idcirco, inquit, te rogo, quia dea & sola es: præfens succurre labori nostro, generalis petitio, quam sequentibus patefacturus est. Prius enim vult connumerare obsequia iuxta causam sui patris, & sua promissa nihilominus narrare. Amant enim numina laudari, quum rogantur. Tu es ait, astrorum ornamentum, & decus coeli, tu memorum custos, & latonæ filia. Si qua tuis inquam.) Bene addidit pro me, quoniam nullus esset ex eo istius meritum, si ille non pro filio fecisset. Si qua ipse meis venatibus auxi, Suspensio tholo.) Ecce addidit etiam obsequia sua, vt ostendat se quoque eius esse cultorem. Tholum ferunt esse medium te-cti in rotunditatem collecti, subiungit prece completa petitionis summam. Hunc sine me tur. glo.) Non petit impossibile, quod impetrare non posset, liberationem, scilicet suam, & socij Euryali, & vt turbaret saltem hostium congregationem, vt postea factum est. Dixerat, & toto.) Toto corpore connixus, aut quia paulo longius stabat, aut quia mittebat iratus. Hasta volans.) Expressum est hic beneficium dæ, & humanæ fortitudinis rotunditas enim rutuli Sulmonis scutum excipit, ibiq; frangitur non hasta, sed scutum, deniq; sequitur, & fixo transit præcordia ligno, diuiso scuto atq; per fracto transit hasta per illius præcordia, qui tenebat. Voluitur ille vomēs.) Ille, inquit, frigidus effudit vomēs sanguinis calidū sumē, de frigido ait fundebatur calidus sanguis, quoniam recedente eo, quid in corpore calidum est, quid supererat, nisi vt frigus repente succederet: singultus vero sanguis ne sequebantur. expirantis enim signa sunt, quum vis maior animæ visceribus excludit, plena descriptio morietis ex magno ictu per plagam, qua eius fuerant perforata præcordia, vomebat, vt dictum est, calidum sanguinis flumen, ipse recedente calore frigidus remanens singultus ducens animæ luctantis, quam in extremis exitus cogebat exitum. Diuersi circumspectant.) Non omnes vnam partem intuebantur, sed alij aliam, volētes missi teli aut thorem, & mali tanti originē nosse. Hoc. a. i. Ecce aliud summa t. l. a. a.) Magna copia describetis, magna varietas, supra dixit adducto lacerto missum telū, hic dixit, ab aure librabat. Vbi igitur primum iactum euentus consecutus est, acrior factus parabat alterum ab ipsa aure. quanto enim retrorsum ducitur telum, tanto ictus & longius vadit & fortior peruenit. Dum trepidant.) Dū rutuli vnus casu cōmoti turbantur, percussus est etiam tagus, nā per eius vtrunq; tempus transit hasta.

## ASCENSIVS.

¶ Nisus abijt, &c.) Docet quomodo Nisus elapsus pernicitate sua ac pedū qua plurimū valere in. v. comprobatus est velocitate: tandem Euryalum abesse cognoscēs, eum requisit: ac sagittis, qui eū circumstantib; turbavit. Vn dicit Donatus sic. Euryale infelix.) Duplex est lectio. vel, infelix Euryale. vel, Euryale ego infelix, q̄ regione, reliqui, te: sed magis ad se refert, cui labores, & pericula iam peracta repetēda sunt. Fraude loci.) Tam liberat Nisum ab inertia. Tu dea.) Vt possis. Astrorū decus.) Laudat quæ rogat, vt beniuolū reddat si: quæ ostēdit meritum q̄ nihil proficeret: nisi pro se pater fecisset. Tholum autē dicunt, medietatē te-cti, in rotundum collecti. Et rege tela.) Petit autē quod facile est non liberationē sui, & socij, sed turbationem globi. Summa librabat ab aure.) Summa copia scriptoris. nam supra dixit, Abdusco lacerto. Hæc ille. Ordo autē est. Nisus abijt. i. aufugit: & ipse imprudens. i. ignarus remanentis Euryali, euaserat iam hostes: atque, supp. euaserat: aut potius legamus, Adq; vt sit, Et vt stetit ad locos, qui dicti sunt post. i. postmodū, Albani de nomine Albæ. f. suis, aut ciuitatis: rex Latinus habebat tum. i. tunc quum hoc fieret: alta stabula. f. equorū, illic in pratis stare solitiorum: vt ergo. i. postq; stetit ad illos locos: & respexit. i. retrorsum inspiciēdo, oculis quæ fuit: frustra, quia absentē amicum. f. Euryalū: inquit, sup. d. Euryale infelix: aut, o Euryale, qua regione ego infelix reliqui te: ve, pro vel: qua sequar, sup. te. Inquit, sup. reuoluēs rursus omne iter: perplexum. i. implicitum, varijs circuitibus syluæ fallacis. f. errore, & ambagibus semitarum: & legit simul retro. i. repetit vefligia: obseruata. i. memoriæ cōmendata: quia eadē redibat, qua ipse abiuerat. Idem in. ij. dictum est de Æneæ, Creusam repetēte: & erat dumis silentibus. i. inter dumos, vbi alta erant silentia. Au- dit equos, & audit strepitus, & signa sequentium. Nec longū tempus, sup. erat in medio: quum clamor. f. eorū, qui Euryalum com- prehēderant: peruenit ad aureis. f. Nisus, ac videt Euryalum: quem omnis manus. i. multitudo, rapit oppressum fraude loci: quia non inuenerat syluas abijt: & subito tumultu noctis turbante. f. eum & conantē plurima. f. eluclari, aut hostem ferire: frustra, quia circunuetus à tot nil potuit. Quid faciat, sup. dubitauit Nisus (& est bona ecliphs, quæ nihil obscuritatis, sed plurimum comiserationis habet: quæq; alibi, vt in. iij. Geor. in dubitatione Orphei visus est.) qua vi, & quibus armis audeat eripere iuuenē: & an ipse moriturus. i. certus mori: inferat se in medios hostes: & properet. i. se stinet, & celeriter prouocet: pulchram mortem per vulnera. f. & hostibus illata, & ab illis suscepta. Ipse torquens ocus. i. cito: hastile, id est iaculum missile: & leuē lacerto adducto, scilicet ad se, vt fortius emittat: precatur sic, voce, scilicet expressa: quæ & mente precari posset: suspiciens, id est susum, seu susum aspiciens: lunam altā. Tu, o Latonia. i. Latonæ filia: Diana, seu Phœbe, aut luna decus astrorum. f. nocturnorū, & custos nemorum. quia vena- trix, & dea. i. quæ quia dea es: potes succurrere præfens. i. aut fauorabilis, aut cito succurrere potēs: nostro labori. i. laborioso periculo: si pater. f. meus, Hyrtacus nomine: tulit. vnq; qua. i. aliqua: dona tuas aris. i. ad tuas aras: pro me. i. pro salute mea: & si ego auxi meis venatibus. i. quæ ego cæpi: qua. i. aliqua dona: quia de venatione Dianæ sacrificare solebant: vnde in Bucō. Setosi caput hoc apri tibi Delia puus: Et ramosa Micon vluacis cornua cerui, & c. ve, pro vel: si ego suspēdi, supp. aliqua: tholo. i. ad trahium in adē tua connexionem, ad quem dona suspendi solent: aut si fixi, supp. aliqua: ad fastigia. i. sublimitatem: sacra. i. delubri, aut vestibuli sacri: sine. i. perimite: quod minus est, q̄ si dicat, da: quasi ipse possit si illa non impediat: me turbare hunc globum, & rege tela per auras. Dixerat. f. Nisus: & connixus. i. connitēs toto corpore conicit ferrum. i. hastile ferratum, hasta volans, diuerberat umbras noctis: & venit in tergum. i. scutum, tergore te-cti: Sulmonis aduersi. i. aduersæ stantis: &, sup. hasta frangitur ibi: ac transit præcordia. i. itima cordis cingētia: & hoc ligno. f. scuti: f. f. i. diuisio, & se-ctio. Ille. f. sulmo: voluitur. f. retrorsum: vomens de pectore sumē calidum. i. sanguinē: existens frigidus. i. moriēs: & pulsat. i. trahit, Illa longis singultibus. Ipsi circumspectant diuersi. i. ad diuersa loca: & idē. f. Nisus, sup. effectus: acrior. i. vehementior. hoc. i. per hunc talem euentum: ecce. q. d. præter opinionē stantium, ac præter spē eius: librabat. i. librando: hoc est, circumrotando emittebat, aliud telum: ab aure summa. i. desuper, & longe educlō brachio: dū trepidant. f. metu, & festinatione; hasta stridēs. i. cum stridore: hoc est impetu magno volans: i. i. tranfijt: Tago. i. illi viro: per vtrunq; tempus. i. ab altero in alterum: & ipsa tepefacta cerebro traicctō, hēst. f. in eo. Nihil autem mirum, si hasta impetu pro parte fracta, pro parte tranfijt.

P I E R I V S .

¶ Qui post Albæ de nomine dicti Albani.) Albæ regi successisse Procram, ait Seruius. Sed Livijs, eum Aventino successisse, dicit. ¶ Suspiciens altam lunam, sic voce precatur.) In Roma. co. & ali quot alijs, legere est, altam ad lunam: quod nequaquã displicet. In Porcio, altam lunam. Et cuiusmodi quidem lectio agnoscitur à Prisciano, ubi tam, & quæ, atque: poetice nonnunquã postponi notat: aliter vero non: exëplo hinc ex Virgilio citato, Suspiciens altam lunam & sic voce precatur. Pleriq; in eruditis placet magis absque vlla copula carmen legi. Est & ore precatur, in anti. aliquot cod. quod parvi refert. ¶ Tu dea, tu præsens.) Seruius exponit, præsens, ilico. sed cur non potius præsens, propitia, fauens: vt illud in Bucu. Nec tam præsentis alibi cognoscere diuos. ¶ Connixus cor pore.) In Ro. co. conisus, hac de geminatione quidem apud anti quos adeo rara, superius dictu. Quantu vero pertinet ad x, vel s, in participij forma reponedas, Valerius Prob. sentire videtur, eã dem esse appellatione, in proprio nomine, in appellatio, & partici pio,

S E R V I V S .

¶ Interea.) Donec ille inueni tur. ¶ Persolues amborum.) Aut occisorum: aut tuas & Ni fi. Nam duos eos fuisse nouit, supra eni ait, State viri. ¶ Me me.) Subaudis interficite, & est interrupta elocutio dolo re turbati. ¶ Nec potuit.) Va lidior argumentatio ex impos sibilitate. vt, Quid Troes po tuere? Item, Non ea vis ani mo: nec tanta superbia victis. ¶ Tantum infelicem nimium dilexit amicum.) Cõtra illud, Cur ergo venit: dicit, Tantum amicum dilexit, vt cum nihil posset, tamen veniret. ¶ Volui tur Euryalus leto.) Aut septi mus est, aut datius: sed si da tius fuerit, figuratum est, id est in letum. vt, It clamor coe lo. ¶ Purpureus veluti cum flos succisus aratro Langue scit.) Habetur ratio compara tionis. videtur enim Euryalo Hyacinthum comparare, qui pulcherrim⁹ fuit, & post mor tem conuersus in florem est. ¶ Lassõve papauera collo De misere caput.) Homeri est & comparatio & figura. nam & ille sic ait, vt mortuorũ vnũ diceret caput. ¶ Volscentem pe tit.) Appetit. Petitiones enim proprie dicimus impetus gla diatorum. Vnde Cicero, Quot ego tuas petitiones ita conie ctas, vt vitari nullo modo pos sent, parua quadam declina tione concutiunt: & vt aiunt, corpore excessit. ¶ Proturbant.) Confodiunt. Vnde paulo post, Confossus. ¶ Non segnius.) Non secius quã vulneratus. ¶ In ore condidit aduerso.) Archaismos est, vt supra, Pectore in aduerso qui totum cominus ensem Con didit. ¶ Placidaq; ibi demum morte quieti.) Aut proprium est mortis epitheton: aut ex affectu pereuntis dictum est, qui cum amico moriebatur. ¶ Si quid mea carmina possunt.) Verecunde. ¶ Domus.) Familia. ¶ Capitoli immobile saxum Accolet.) In vt be Roma Iouis templum non fuit, quod cum iam deuotum à Prisco Tarquinio vellet Superbus Tarquinius edificare, coepit au gurijs captare qui mons huic templo esset aptissimus. Et cum in omnibus Tarpeius esset inuentus (in quo erant multa diuersorũ numinum sacella) actum est vt exinde ad alia templa numina euocarẽtur sacrificijs, quo posset libere & sine piaculo templum Iouis edificare. Cumq; omnes dij liberent inde migrassent, Ter minus solus, hoc est limitum deus, abscedere noluit, sed illic re mansit. Tunc de hoc sacrificatum est, & deprehensum, quod Termini us cum Ioue remanens æternum vbi imperium cum religio,

Sæuit atrox Volsens, nec teli conspicit vsquam Authorem, nec quõ se ardens immittere possit.

¶ Tu tñ interea calido mihi sanguine pœnas Persolues amborũ. ¶ Inquit, simul ense recluso Ibat in Euryalum: tum verò exterritus, amens Conclamat Nisus, nec se cælare tenebris Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

¶ Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus, Nec potuit, cœlum hoc & sydera conscia testor: Tantum infelicem nimium dilexit amicum.

Talia dicta dabat, sed viribus ensis adactus Transadijt costas, & candida pectora rupit. Voluitur Euryalus leto, pulchrosq; per artus It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit.

Purpureus veluti quum flos succisus aratro Languefcit moriens, lapsoue papauera collo Demisere caput, pluuijs quum sorte grauantur. At Nisus ruit in medios solumq; per omneis Volscentem petit, in solo Volscente moratur:

Quẽ circum glomerati hostes, hinc cõminus, atq; hinc Proturbant: instat non segnius, ac rotat ensem Fulmineum donec Rutuli clamantis in ore Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hostis:

Tum super exanitem sese proiecit amicum Confossus, placidaq; ibi demum morte quieuit. Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo, Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

tipicio, Niso, Hyrtaci filio: Niso, participio: & nifusq; imotus eod dem. quare, conisus, ex Probi sententia scribendum. ¶ Frãgitur, ac fixo trãsit precordia ligno.) In vete. cod. vel fiso, legi: à fido, quod agnoscit Seruius: vel lectione abrafam, & modo, fixo: mo do, frãcto, aliena manu repositũ. ¶ Et longis singulibus Iliã pul sat.) In Ro. cod. pulsant. sed melius vnitatis numero. ¶ Telum vi brabat.) In codi. plerisq; omnino vibrabat, legitur. Sed in emen dationibus, librabat. ¶ Dum trepidat, ijt hasta Tago.) In cod. ant. it, omnino per synxresin: siue, it, p̄sentis tẽporis omnino fit: & vi subsequẽtis adspirationis producat: quod magnũ literatissimis viris negocium facessit, meliore tamẽ parte in eorũ sententiã con cedente, qui concisione factam ex, iuit, autumant: vt in Terentia no prologo, Existimat: pro, existimauit: qua lectionem Donatus agnoscit. Licet apud Priscianũ, in hoc citato versũ, neq; it, neq; ijt, legatur: sed, Volat hasta Tago per tempus vtrũq; sed & illud ob seruatione dignum, quod Carissus monet tempora pluraliter tantum disci, quãuis Virgilius singulari fit vsus, vt hoc loco.

VOLS. POE.

NIS.

ne significaret. Vnde in Capito lio prona pars tecti patet, que lapidem ipsũ Terminum spe ctat, nam Termino nõ nisi sub diuo sacrificabatur. Hinc ergo nunc dixit, Capitoli immobili le saxum Accolet: quia Terminus non est reclusus de loco,

D O N A T V S .

¶ Sæuit atrox volsens.) Plus enim crescebat iracundia eius, quã author facti non apparebat, nec constabat vnde vltio de buisset exposci. ¶ Tu tamẽ in terea.) Quoniam latet, inquit, socius tuus. tu interim duoru pœnas expendes. ¶ Simul en se recluso.) Dictio irati feruens fati & breuis. nõ enim in ver bis sed in facto vltio fuerat res poscenda. Ibat igitur in Euryalum educto gladio & parato ad feriendum. ¶ Tũc vero ex territus. a.) Quando ad amici necem ventu est, latebras dor lor vltieris ferre non potuit, in tantum vt se ipsũ sua per deret voce. Videamus nunc quã lis vox perturbati esse potuit, & eius, quem ex causa maxi mi doloris amentem dixit esse factum, quum ad ea responde re cogeretur, quã dixerat volsens, tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas persol ues amborũ. Nisus contra ait, ¶ Me me adsum, qui feci.) Des scientis vox fuit, propter ni mium dolorem deniq; quod animo tenebat, non potuit se

mel effundere, ait ergo me: & quum deesset continuatio verbor sequentiũ, ait iterum me. tertio, vbi coepit paulatim sese colligere, adiunxit adsum qui feci, quarto, in me conuertite ferrum. Quum igitur hæc pronunciantur separanda sunt, ne coniuncta minuant intellectum. Magna subtilitate dispositum, quod autem duplica tum est me, infra completum est adiectione, facta verborũ, quæ inter initia secuta non fuerant. si, inquit, malũ in vos admisi, quæ ritis rutuli: prestõ sum, audite consistentem, & ferrum retorquere in me ab exitio innocentis, me percutite, me pœnis, quibus volue ritis absumite. Me quippe authore & inuẽtore factũ constat quicquid vobis inflictum est. Mea fraus omnis, inuentio nes fraudis in perniciem vestram concepte meis consilijs processerunt nihil ille nec ausus est, nec potuit. Considerate eius gratem, inuenietis eum nec aliquis audere potuisse, nec facere, probatur istius amẽtia, dũ putat hostes iusiurandum inimici in tantis angustijs acceptare posse. ¶ Cœlum, inquit, & conscia sydera testor.) Hic quia potuit ei dici, si ille reus non est, quid hic facit, vel cur tecum est: occurrit vltro, & ait. ¶ Tantum infelicem ni.) Quod ait tantu, contu pi debet

pi debet in pronuntiatione nō produci. vt fit hoc solum deliquit, quia venit huc mecum, amicitia in felicitis hominis ductus non odio vestro. errant autem qui producant tantū, & sic intelligunt. quasi Nisus dixerit tantum me amauit quasi multum, quod si solum est, non implet intellectum. vt excusetur euryalus. Multum enim putauit interesse Nisus inter reum facti & eū, qui interfuerit facto, nec tamen aliquid fecerit, quum ambos teneat vna sententia. sed hoc virgilius non approbans pro dolentis & turbati peramentiam persona posuit. vt quasi hoc genere parceretur ei, qui diuelli ab amico non potuit. ¶ Talia dicta dabat. Nisus quidem loquebatur, quæ prodesse euryalo potuissent. sed hostis tenuit intentionem suam, & quatum iræ gereret animo in ictu, quo euryalus percussit, ostendit. nam viribus omnibus adegit ensem per costas eius & pectus. ¶ Voluit euryalus. Duo genera comparauit funeri, purpureum florem toto corpori præter ceruicem & caput, papaueri ceruicem & caput, quia sic inflectitur cum maturitate lassatur, aut humoris onere prægrauatur. ¶ At Nisus ruit in me. Vicit hostium multitudinem Nisus, & rupta circumstanti turba ad autorem ipsum peruenit occisi, nihil de sua morte formidans, qui moriturus irruerat, & post amici mortem petebat potius vitare interitum. ¶ Quæ circum glomerati ho. Proturbant eum, qui poterant & ferire, sed obseruabant potioris iudicium, nec temere audendum aliquid arbitrantur, vbi fuit excelsior potestate, qui arbitrio suo pœnam deberet exigere. sed nō ab fuit intentioni nisi perturbantium multitudo. ¶ Instat non segnius. Quo magis instat, nec deseruit consilium suum, rotauit ensem fulmineum. hoc est in morem turbinis misit gladiū, quasi iaceret fulmen. ¶ Donec rutuli cla. in ore. Opportune iactus est ensis, fuit enim penetrandi facilius via, vt os clamantis simul feriret, & clauderet. O consilium præsens desiderans vltionem cōsortis occisi manu propria ferire nō potuit. Impediebatur enim proturbantium turba, & tamē rotato ense vindictam, quā desiderabat, impleuit. ¶ Et moriens ani. ab. ho. Hoc dicendo, ostendit etiam Nisum fuisse percussum, propter volscensium exitium. cui gloriosa mors fuit: quia vindicato consorte diem vltimū clausit. ¶ Tum super exanimū. Et quum multum spiritum redderet, in animo habuit amicū indiuiduum. Deniq; cum ab eo nollet etiam mortuus separari, super ipsum maluit cadere, & super carissimum funus animā stare. ¶ Fortunati ambo. Exæquauit amorum fidem, exæquauit laudem. Euryalus enim noluit Nisum relinquere in pericula pergentem. ecce & Nisus, qui euaserat ne amico exanimi superstitisset, properauit ad mortem. Et quoniam res fuit præclari exempli, digni inuenti sunt, quorum per virgilij carmen memoria conderetur ad posterum. Ideoq; facta apostrophe; ait. ¶ Siquid mea car. pos. Ne videret arrogans in laude carminū suorum, dixit, si quid mea carmina possunt, hoc est, si digna fuerint carmina mea, quæ concelebret securura posteritas, semp ipse eritis in laude. ¶ Dū domus genæ. Hęc dicendo, ostendit nihil ipse perpetuū, & omnia ad vltimū finem esse ventura: tamē magna fuit gloria illoꝝ cum omnibus sua quoq; durante memoria vno cum omnibus sine concludi.

## ACENSIVS.

¶ Sicut atrox, &c.) Recitat necem Euryali, & deinde Nisi, amico eum, miserandam & memoria dignissimam, quam necq; fraudādam pollicetur. Vnde dicit Donatus sic. ¶ Sicut.) Crescit ira, quoniam author facti non apparebat. ¶ Purpureus.) Ad totum corpus refertur hæc comparatio, ¶ Papaueri.) Papaueri vero, ad ceruicem, & ad caput. ¶ Dum domus.) Ostendit omnia vctura ad finem. Hęc ille. ¶ Ordo est. Volscēs, scilicet equitū magister: atrox i. ferociens: scuit. i. ferocior efficitur: nec. i. quia non cōspicit vltimū autorem teli, nec cōspicit quo ipse ardens possit immittere, id est inferre se: & (inquit) tamen. i. tamē, si non cōspiciam autorem, nec quem punire merito debeam: tamē tu (ad Euryalum loquitur) persolues interea. i. dum author teli latebit: mihi sanguine tuo calido: pœnas. i. sumam de sanguine tuo vindictam, & vltionem: amborum. i. Sulmonis, & Tagi interfectorum: & ibat simul. Equum id dicitur: in. i. cōtra: Euryalum ense recluso. i. etā ginato: quia re, cum verbo ad, clausuram: aut velamen spectate, cōtrarium importat, Nisus exterritus: tum vero. i. maxime tunc: aut tūc primum ad Verum, conclamat, existens amens. i. sine metu: quia illum salutare non poterat: vt se, & a quibus missus erat: & tamen immemor, & suæ, & reipublicæ salutis: nec potuit celare. i. occultare se amplius, aut perferre tantū dolorē, quantus erat amicū, ante oculos interfici. Cōclamat igit, o Rutuli, me me. i. petite, & interficite meme (inquit) qui feci. i. facinus, quo illi periequit; conuertite ferrum in me, omnis fraus est mea: iste. i. quem occiditis;

occiditis: nec ausus, sup. est quidquam: nec potuit, sup. quidquā: testor. i. in testimonium veritatis cito hoc cœlū: sub quo. i. sumus & sydera cōscia, scilicet facti.) Hęc eadem verba, vir quidā plus de morte Christi cōuertit, vno verbo mutato. i. pro, o Rutuli, Tu dæi. dicens: Meme, adsum qui feci, in me conuertite ferrum, i. u. dæi, &c. Adclamat autem Poeta) Tantum. i. tantum: Nisus dilexit nimium amicū infelicem. i. Euryalum: aut tātū dilexit amicū infelicem nimium sed potius adherere priori expositioni, ne vitiose cohæreat duo epitheta. Ser. vult esse, Nisi verba vt fit, Sed ideo venit, quia dilexit tantū amicū. i. me, suum nimium infelicem, ipse Nisus dabat talia dicta: sed ensis adactus id est accusus viribus: adigit, (supple. se, trans costas: aut transadigit, pro eo quod est transfit costas: & rupit pectora candida. Euryalus voluitur leto. i. per letum: hoc est, mortem prostermitur: & cruor id est fuit per pulchros artus: & ceruix collapsa recumbit in humeros, veluti quum flos purpureus, videlicet Hiacynthus: quum id est quando: ipse succisus aratro id est euulsus vomere: aut, falce recisus: languescit id est flaccidus fit: moriens scilicet morte animæ vegetatiq; id est deficcari incipit: ve, pro vel: quum, sup. papaueri demiserunt. i. deorsum miserunt: caput collo lassō. i. defatigato pōdere: quum. i. quādo: ipsa grauant forte pluuia. i. vehementius incubente. At. i. sed: Nisus ruit in medios: & petit per omnes. i. præter alios omnes: solum Volscensium. i. autorem mortis Euryali: & moraf in solo Volscensium. i. iam reperto: quem. i. Nisum hostes circum glomerati, hinc atq; hinc id est vtrinq; proturbant id est confodiunt: aut potius, cum turba, & impetu, irruunt postea cōfossus: &, sup. Nisus: instat. i. in persequendo Volscensium: non secus id est non segnius: nec aliter, ac si proturbatus non esset: & rotat id est circūagit: ensem fulmineum id est in morem fulminis vibratum: donec condidit id est abscondidit eum in ore: aduerso Rutuli. i. Volscensium clamantis. Seruius dicit improprum esse sermonē: innuens dicendū esse: condidit in os aduersum: sed si intelligamur ensem prius in os aduersum immisum, & quū illic eēt in eo conditū, stet Latinitatis ratio: & ipse mories. i. letaliter vulneratus: absulit animā hosti. i. Volscensium: & picit tum. i. deinde: post quā hostis ceciderat, se sup. amicū. i. Euryalum: exanimē. i. mortuum, in quo nō erat anima, existēs cōfossus: & quicūq; demum ibi morte placida id est placente: quia ibi. i. sup. corpus amici. ambo, sup. estis (adloquit enim eos in secunda persona, vnde constat ambo, etiā vocandi esse casus: saltē si quodāmodo. collectiue sumatur, vt fit) O vos ambo fortunati, sup. eritis, aut estis: si mea carmina possunt quid. i. aliquid ad felicitatē facere (quod posse attestat Hora. dicens, Cœlo Musa beat, &c.) Nulla dies. i. nulla tempestas: eximet vnq; vos quo memori. i. vestri: dū. i. quādiu: domus. i. familia Æneæ: accolet immobile faxū Capitolij, pro Capitolij. i. habitabit Roma: & dū pater. i. patratus. i. princeps Romanus: habebit imperiū. i. rerū oīum: quod æternū fore pollicitus est Iupiter in j. dicens de Romanis, His ego nec metas rerum nec tēpora pono Imperium sine fine dedi, &c. de domo Æneæ. i. Iulio Cæsare, hæc pulchra Troianus origine, Cæsar Imperiū Oceano, famā qui terminet astris. Et dii pœtes in. iij. loquētes de Italia, Hic domus Æneæ cūctis dominabit oris, Et nati natoꝝ, & q nascent ab illis. Verū iam ea domus extincta est. Nec tamē Nisi, Euryalicy domus excidit memoria. hoc plus possunt carmina, q; arma.

## P T E R I V S.

¶ Atrox Volscens.) In antiquis codi. Volcens. vt dictū, absq; .i. Atq; ita scribendū inferius, Volcentem petit, in solo Volcēte moratur. ¶ Nihil iste, nec ausus.) In Ro. necq; ausus: quod licet parui sit momenti, elegantioris tamen ingenij viri numerorum huiusmodi varietate delectari solent. ¶ Et sydera conscia testor.) Veteres omnes codices legunt, & conscia sydera: adiectiuo præiecto. ¶ Transadigit costas.) In Roma. codi. Transabit, legitur. & in aliquot alijs, Transadijt: quod ab aliquot eruditissimis rezeptum video. In Porcio, & pleriq; alijs manu scriptis, Transadigit, omnino scriptum est. Sed vsus loquendi est, vt adigo, ferrum, aut ensem enunciemus, non ensis adigit, & iam dictum est, Ensis adactus: quare vel, abijt, vel adijt, melius videtur. ¶ Et candida pectora rupit.) Rom. codex cum aliquot alijs, pectora candida epitheto quod miserationem mouere posset, vltimo loco apposito. ¶ Laxo ve papaueri collo.) Antiqui pleriq; cod. lassō, Porcius, Vitalianus, & aliquot alijs, l. apso, habent. ¶ At Nisus ruit in medios.) In Oblongo, Ac. In quibusdam alijs, Nec. Sed enim locus ipse exigere videtur, At. ¶ Proturbant.) In antiquis aliquot, Perturbant. Sed omnino melius, Proturbant. ¶ Instat non segnius.) In anti. cod. nō secus. Quod nonnulli etiā per, t. scribunt, setius, qd nequaquā docti probāt, ¶ Capitolij im. faxum.) Quāuis in vltis

Aia ve  
getatiua

tullio. Capitolij, geminato, scribatur: eo modo, quo Teren-  
Scaurus hmoi genitios scribi præcipit. Hoc tamen loco, ne sy-  
nalæpha ex tribus vocalibus distinctus fiat, Capitolij, vnico, i scri-  
bendū

bendū censuerim, facta synæresi, vt prius erat in Porcio. Quæ ve-  
ro Ser. de termino eadē fere apud A. Gel. habent. Lactā. in lib. cō-  
tra Gēteis. i. faxū hoc a Romanis cultū dicit, ppter illius memo-  
riā, quod pro Ioue obiectū est, Saturno deuorandū.

SERVIVS.

Præda rutuli, spolijsq; poti-  
tū.) Non solū suis armis eos  
exuerunt, sed etiam illa pda  
quæ Rutulis fuerat antè detra-  
cta. (Serranoq; Numaq;) Decima  
Antapodosis, quæ sit  
quotiens cōmemorantur ea  
quæ non sunt antè prædicta.  
Tepidaq; recentem cæde lo-  
cum.) Hypallage est, tepidū  
locum recentī cæde. Vñ mul-  
ti legunt, Tepidumq; recenti  
Cæde locum. Spumanti san-  
guine riuos. Spumas tunc  
habet sanguis cum effundit,  
nam postea conquisit. Vnde  
bene dixit, Spumanti riuos:  
quia præmisit, Seminecesq;  
viros. Iam rebus luce rete-  
ctis.) Suprà, Et rebus nox ab-  
stulit atra colorem. Quisq;  
suos.) Scilicet comites. nā ple-  
num est, Aratasq; acies. A-  
cuunt rumoribus iras.) Quia  
duo ausi sunt per eorū castra  
transire. Euryali, & Nisi.) Vo-  
lunt nonnulli clamorem esse  
militū: sed melius hoc à poe-  
ta dictus, accipimus. nam Ru-  
tuli, eorum non nouerant no-  
mina: vt sit, Quinetiam capi-  
ta Euryali & Nisi præfixit in  
arrectis hastis, & cum magno  
clamore comitantur. Cingi-  
tur amni.) Amne debuit dice-  
re: nunquā enim bene in i, exe-  
runt, nisi quæ communis sunt  
generis: vt docilis, agilis. Sed  
ideo ausus est ita ponere abla-  
tiuū, quia vt supra diximus,  
apud maiores hic & hæc am-  
nis dicebat. Tenent fossas.)  
Tuentur, defendunt. Nota  
nimis miseris.) Hoc plus cō-  
mouebatur, quoniam etiam  
abscissi vultus, necdum etiam  
agnitionis amiserant notas.  
Excussi manibus radij.) Be-  
ne Excussi, qua nescienti: me-  
lius q; si diceret, pieffi. Fo-  
mineo vlulatu.) Impatienti:  
vt, Fomineo præde & spolio-  
rū ardebat amore. Primape-  
tit.) Ideoq; prima, quæ solent  
in extrema necessitate et mu-  
lieres muros ascendere: vt, Ip-  
sæ de muris matres. Nō illa  
virū, nō illa pericli.) Vnum  
pudoris ē, aliū salutis. Hūc)  
Talem. Et est cōquestio ma-  
tris Euryali plena artis Rhetorice,  
nam pene omnes partes  
habet de misericordia cōmouenda à Cicerone in Rhetoricis pos-  
tas. Hunc te aspicio? A qualitate cædis. Sera meæ requies?)  
Euander, Mea sera & sola voluptas. Potuisti linguere solam.)  
Ab intercepto solatio. Crudelis?) Qui potuisti linguere solam  
cum pius esses. Affari extremum.) Anchises sic. O sic positum,  
Affari discedite corpus. Terentius, Quinigitur dum licet loqui-  
mini mecum Antiphoe? Nec te tua funera mater.) Id est funera.  
Nam apud maiores funereas dicebant eas ad quas funus perti-  
net, vt prorem, matrem. nam præfixa, vt & supra diximus, sunt  
planctus

Victores præda Rutuli spolijsq; potiti,  
Volscentem exanimem flentes in castra ferebant.  
Nec minor in castris luctus, Rhamnate reperto  
Exanguis, & primis vna, tot cæde peremptis,  
Serranoq; Numaq; ingens concursus ad ipsa  
Corpora, seminecesq; viros, tepidumq; recenti  
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.  
Agnoscent spolia inter se, galeamq; nitentem  
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.  
Et iam prima nouo spargebat lumine terras  
Tithoni croceum linquens Aurora cubiles  
Iam sole infuso, iam rebus luce reiectis,  
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse  
Suscitatur, aratasq; acies in prælia cogit  
Quisq; suos, varijsq; acuunt rumoribus iras.  
Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis  
Præfixunt capita, & multo clamore sequuntur,  
Euryali, & Nisi.  
Æneadæ duri murorum in parte sinistra,  
Opposuerunt aciem: nam dextra cingitur amni:  
Ingenteisq; tenent fossas, & turribus altis  
Stant mœstissimi ora virum præfixa videbant,  
Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.  
Interea pauidam volitans pennata per urbem  
Nuntia fama ruit, matrisq; adlabitur aures  
Euryali, ac subitus miseræ calor ossa reliquit,  
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa:  
Euolat infelix, & foemineo vlulatu  
Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu  
Prima petit: non illa virum, non illa pericli,  
Telorumq; memor: cœlum dehinc questibus implet.  
[Hūc ego te Euryale aspicio? tū ne ille senectæ  
Sera meæ requies, potuisti linguere solam  
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum  
Affari extremum miseræ data copia matri:  
Heu, terra ignota, canibus data præda latinis,  
Alitibusq; iaces: nec te tua funera mater  
Produxit, pressū ue oculos, aut vulnera laui,  
Veste regens: tibi quam noctes festina, diesq;  
Urgebam, & tela curas solabar anileis,  
Quo sequar? aut quæ nunc artus, auulsaq; membra,  
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te  
Nate refers, quæ sum terraq; mariq; sequuta?  
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela  
Conijcite, o Rutuli: me primam absumite ferro.  
Aut tu magne pater diuum miserere, tuq;  
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:  
Quando aliter nequeo crudelem abrumperé vitam.

planctus principes, non do-  
loris. funeras autē dicebant,  
quasi funereas ad quas perti-  
net funus. Funus lacerum  
tellus habet.) Dilaniatum ca-  
daver. nam funus pro cadate  
re posuit. Si qua est pietas.)  
Si qua est pietas in occidēdo,  
in me p̄betur. Me primam  
absumite ferro.) Vnusquisq;  
enim in propriæ salutis despe-  
ratione, credit vniuersa etiam  
posse consumi. vnde est quod  
modo dixit Me primam. In-  
uisum hoc detrude caput sub  
tartara telo.) Inuisum quidē  
est hoc & odiosum caput: ve-  
rum est misericordię genus,  
si me etiam iratus interimas.  
Quando aliter nequeo cru-  
delem abrumperé vitam.)  
Hinc traxit illū colorem Tu-  
uenalis, Quod facinus dignū  
tam longo admiserit quō-  
DONATVS.

Victores præda rutuli.) Vt  
Flores dixit obrestationis cau-  
sa, qui putarent se aliquid ma-  
gnum fecisse, qui troianos oc-  
ciderant duos, cum & duo ac-  
potius alter duorum iam ipsi  
tres peremissent. deniq; qua-  
lis victoria fuit: quam sequen-  
bantur lachrymę perditorū  
quod ipsum vt satiaret, ait.  
Volscentem exanimem.) In  
castra dixit, vbi pars alia erat  
exercitus, qui troianos obser-  
derat. spolijs, inquit, potiti, &  
hoc notabile. gloriabantur. n-  
pro magno existimantes, quia  
acceperunt ea, quæ solus por-  
tabat euryalis. Intelligamus  
prædam fuisse in speciebus,  
quas tulerat nisus. Spolia ve-  
ro, quibus ipse & nisus fuerat  
induti vel armati. Nec mi-  
nor in castris luctus.) Auctus  
est eorū luctus ex aliorum cō-  
dibus repertis in castris, quos  
primos & plurimos vna si-  
mul calamitas strauerat. In-  
gens concur. ad ip. Corpo.)  
Vel quia videbatur plurimo-  
rum acerbitas funerum, vel  
quia volebant scire, quos quā-  
tosue perdidissent. Tantum  
autem momēti vnus clades  
insixerat, vt omnes simul tur-  
bati calamitatum causæ tene-  
rentur intenti. Seminecesq;  
viros.) Scelus receter admisi-  
sum ex eo colligebant, q̄ nō

EVRY.

MATER

nullū ad huc aliquam partem spiritus retinebant, & caesorum san-  
guis nondum amiserat colorem, terræ ipsa non nihil calorū  
ex cruoris effusione reddebat. vnde magis agebantur dolentes,  
quæ si adiuersa illos fortuna nō impedisset, nihil emerisset eiūsmodi,  
quod plangeret aut lugerent. Ac noscunt spolia inter se.) Agnosce-  
bat messapi galea & phaleras sudore largissimo recuperatas. Intel-  
ligi potest et sic, vt adhuc moneat rutulorū ludibriosa laudatio, vt  
trecenti armati receperint sudore ingenti, quæ sustulerant duo.  
Et iam prius no.) Iā, inquit, cōsumpta nox fuerat, & appebat ois,  
quæ



quæ occultauerant tenebræ. Turnus in arma viros armis circumdatus ipse fuscitat, fuscitat utpote dormientes, nec possit alios in bellum constantius excitare, nisi etiam ipse primo fuisset armatus. *¶* Irata scq; acies in prælia cogit. Quisq; suos. *¶* Rege procedente ad bellum, armatas acies vnusquisq; dux cogebat in prælia. *¶* Quin ipsa arreptis. *¶* Ipsa capita, quorum alterum euryali fuit, alterum nisi hastis infixâ insultationis causa monstrabant, non sibi troianis miseranda, clamore magno eadem persequentes. *¶* clamor iste qualis fuerit ex persona insultantium poterit æstimari. Ordinatur sensus sic, ipsa capita euryali & nisi præfigunt erectis hastis. Et magno clamore sequuntur. *¶* Aeneadæ duri. *¶* Duros dixit durantes in labore murorum. *¶* In parte sinistra Op. a. *¶* Supra dixit causam, propter quam non egrediebantur, & fossas tenebant turribus oppositas & aciem in læuam partem dextra enim muriebat armis. tristis interea dicitur causa moestitiæ. *¶* Simul ora virum. *¶* Mouebant rutuli occisorum capita, quæ troiani ex notitia agnoscerent, & darent. *¶* Atroq; flu. e. a. *¶* Quæ tabo corrupta agnoscere non possent, nisi ab his, qui ea penitus noscunt. In eo aut troianos dolor angebat, & qd tales viros predidissent, & nihil fuisset aeneæ nuntiatum. *¶* Interea pauidâ. *¶* Poetica descriptio cæterum nuntium dicit ad matrem euryali peruenisse: quo filium sciret occisum. *¶* At subitus miseræ calor. *¶* Quum audisset filij mortem a ferali nuntio, corporis calor dirigit & reliquit ossa eius torpenti. *¶* Excussis manibus. *¶* Dolor enim vel maxime in petatus ac repentinus neruos eius membraq; dissoluerat. *¶* Euolat infelix. *¶* Vtpote, quæ ante filium occisum comperit, qd didicisset absentem. *¶* Et foemineo vlu. Sci. co. *¶* Ecce quæ faciunt luctus, & subitus dolor amens, inquit, effecta est ex amentia inconsideratio ætatis & sexus accessit. petebat deniq; muris cursu, capillis turfis, & maximos vlulatus attollens. *¶* Non illa virtum. *¶* Petebat imprudenter muros non cogitans illic viros consistere vel se incurrere periculum posse. Quid enim detrimentum pudoris formidaret, aut mortem quæ post filium talem cupiebat extinguere? Mirandum non est foemina grauioris ætatis cursu muros potuisse concedere, quæ mentis permutatio in amentia fuerat fortis, & plus audere qd deberet, aut posset. *¶* Coelum dehinc quem. *¶* Ecce etiam voce fortior facta est ex dolore: namq; querelis suis compleuit & coelum. *¶* Hunc ego te eu. a. *¶* Ad hoc, inquit, de ducta est euryale infelicitas mea: ad hoc incolumes mæserunt oculi mei, vt post illum ætatis tuæ florem hinc te videam mater, hoc est occisum, & triumphum præbentem in hostibus duris. *¶* Tunc illa sene. se. me. re. *¶* Hoc est quod sene. e. a. me q; fuisi solatio: quod ait seræ, probatur, cui seræ, apparebat enim illum in proiectioni matris etate susceptum, quæ illa anus esset, euryalus vero prima signans intonsa iuuenta. Ergo recte dictus est serus accessisse materno solatio. *¶* Potuisti li. *¶* Plena accusatio in paucissimis verbis. Nam quanti est sceleris, matrem in periculis linquere? quanti est sceleris, deserere eam, quæ alterius solamen non haberet. crudelis animi signum est, quod tam execrabile malum in filio esse nõ debuit. Possent ad hæc dici ex persona filij, missus sum utpote miles, qui non fui in potestate mea. munus hoc militie, non voluntarium fuit, ad hæc illa ait. *¶* Nec te sub tanta pericula mis. Affa. *¶* Non, inquit, accuso abcessum tuum, missus es, nec tui iudicij fuit, quod maiorum tuorum imponebatur arbitrio, faceres tamẽ, qd fuerat potestatis tuæ, quod publicæ non officeret causæ: faceres quod reprehendere nullus auderet. Subiectus casibus videres prius matrem non leue subituro incertum. Videres matrem tantam in pericula coniectus. daret loquendi liberum locum, misceremus extrema colloquia. omnia hæc dolentis sunt. Ceterum quid prodesset occiso, aut eius matri: si hæc quæ dicta sunt, extitissent. missum sub tanta pericula, possumus etiam sic intelligere, vt sub lugatum periculis accipiamus. sed illud est melius, quod supius dictum est, vt non ipse voluntate, sed impulsus esse videretur. nõ enim sciebat mater, qd euryalus sese sponte ingesserat. *¶* Heu terra ignota, Alitibusq; iaces. *¶* Addidit augmentũ, præter orbitatem quippe accesserat aliud, quod generet vehementer, quod iaceret insepultus ignotis in terris, relictus, & canibus latinis, & auibus præda. Dolebat ergo propter mortis eius accidentia quæ magis orbate pectus validius vulnerabant. si enim ignota terræ non essent potuisset, existere qui noti funus traderet sepultura, qd eriperet canibus & alitibus. vbi curusq; est heu, separari a cæteris debet, affectu. n. dolentis a verborum contentione fecerendus est. Nec te hic quoq; aliud enim fuerat dictura, & aliud subiecit dolentis more. *¶* In tua funera ma. Pro. *¶* Nec tuum, inquit, funus psecuta sum. *¶* Pressiue oculos. *¶* Hoc est, neque tuos oculos clausi, vt moris est, aut vulnus laui, vt fieri solet, quomodo cecidisti

perfoffus, aut veste contexti, transiit ad aliam doloris partem, illa, quæ se dixerat solatia perdidisse, euidenter enumerans. Prosequitur querelas suas misera mater. Tui causa, inquit, vixi, & viue re optaui, solum habens in te & in lanificio solatium. quod nec in luce dimisi, nec noctis occasione deserui. Iterum ad alium doloris rapitur modum. *¶* Quo sequar? Quo sequar? quum omnia retineant hostes, aut quomodo sine capite ac lanianum corpus in spiciam? bene addidit lacerum corpus debuit enim mater, & potuit, quæuis truncum filij agens vnus agnoscere, si illæsum reperire potuisset: rursus labitur in aliam partem. *¶* Hoc mihi de te. *¶* Cur, inquit, non te video, quem secuta sum marie? cur non te video, quem tantis in regionibus terrarum nõ dimisi? *¶* Figite me, fig. est pie. *¶* Sensus a contrario positus, vt pius dicatur quisquis eam velit occidere. Si norunt, inquit, hostes aliquando misereri: me quoq; occidite rutuli. In me omnia tela congerite, præstabitis infelici beneficium, & vobis procurabit vltionem. hic videntum est, cur dixerit, me. & rursus posuerit me. Ita est enim ac si diceret, me occidite, quæ hostem vestrum genui, quæ alii, quæ nutriu. cõuerti debet exitium in me: quo hostis vester exortus est, & viuendi sumpsit exordium. *¶* Aut turma. pa. di. *¶* Miserere, inquit, iupiter, & me perime fulmine tuo. Sentio enim quia aduersus superis viuo. in nec mea probabitur pietas tua, si dolentis cruciatus abruperis, & deleueris leto, aliud quippe doloribus meis remedium non est, nisi vt mors adimat, quod odiosa vitæ diuturnitas dedit, hæc fuit orbatæ mulieris vox absca, & p multa diuersaq; discurrens. Integritas enim sensus manere non potuit in ea, quàm infelicitis casus repentina turbabat acerbitas. vsq; adeo vt multa impossibilia pro possibilibus videat posuisse.

## ASCENSIVS.

Victores præda, &c. *¶* Cõmemorat quomodo Rutuli sese in castra recaperunt moesti, quidem propter magistri sui mortem: qui & moestos inuenerunt propter stragem a Niso, Euryalocq; factam: quorum capita ita moti hastis præfixa, in conspectum Troianorum inferebant: vnde, infausta fama auribus matris Euryali increpuit: quæ re cognita, miserabilem edit lamentatione. *¶* Vnde dicit Donatus sic. *¶* Victores *¶* Irrisorie: tâquã qui magnum putarent, si trecenti duos vicerint quum duo, tres interemissent. *¶* Duri. *¶* Durantes in labore. In matre autem Euryali, ostendit quid possit dolor, quum oblita sexus & ætatis tantum fureret. Deniq; accusat eorum, quæ & si facta fuissent, nihil tamen prodesset. *¶* Canibus date præda. *¶* Non solum morte, sed mortis ac cidentibus cruciatur. Hæc ille. *¶* Ordo est. Rutuli victores idest qui se victores iactabant quum potius victi censendi sint: & potius præda scilicet rerum, quas exportarant: & spolijs, quæ e castris Turni extulerant ferebant, stentes Volscentem exanimem, in castra scilicet Turni. Nec minor luctus, supple erat in castris: & hoc Rhaminete reperto, exangui idest sine sanguine: quia eum effuderat: hoc est, occiso: & tot primis idest de primoribus: peremptis: vna hæc idest vnus noctis occisione, supple repertis scilicet Serano, & Numa, cuius prius non meminit. Ingens cõcurus, sup. factus est, aut fit ad ipsa corpora: & viros semineceis, idest semini teremptos, & ad locum recentem: tepida cæde, pro eo quod est tepidum, recenti cæde. i. sanguine recenter per cæde effuso: & ad riuos plenos, sanguine spumanti. i. impetuoso, & cum spumis de fluenti. Ipsi agnoscunt inter se spolia idest quorũ fuerant, quæ Niso, & Euryalo abstulerant spolia: & galeam Messapi nitentẽ: quæ signatus erat Euryalus: & phalaras receptas. i. iterum, atque iterum (vt dictũ est) captas: & prius ab Euryalo alijs ablatas: & nõc rursus a Rutulis, Euryalo: vnde bene addit, multo sudore: Et Aurora prima, idest prima pars Aurora: linguens cubile Tithoni. f. regis Orientalis: croceum. i. croci coloris: spargebat iã terras nõc uo lumine: & hoc iam sole infuso. f. in aërem: & rebus iã reiectis i. denudatis, & apertis luce, quæ. f. occulte fuerant tenebris. Turnus suscitatur viros in arma, existens ipse. quod dicitur ipsemet, aut in propria persona: circumdatus armis. f. suis, & circumstantium: & cogit. i. cõpellit: acies ætatas. i. ære munitas, hoc est armis greis cogit (dicit) quisq; i. quilibet, sup. ductorem. suos. f. subditos, & commissos: & acunt. i. accendunt iras: varijs rumoribus. i. vario murmure. Quin. i. quinetiã, præfigunt ipsa capita: Euryali, & Nisi, in hastis arrectis: & sequuntur, sup. cum multo clamore: mirabile aut potius miserabile. i. quæ res miserabilis erat: visu. i. ad videntum, aut dum videbantur. *¶* Aeneadæ duri. i. aduersa fortiter tolerant, opposuere aciem in sinistra parte murorum: nam dextra, sup. pars: cingitur amni, videlicet Tyberi. Et tenent. i. tutantur, & descendunt ingenteis fossas: & ipsi moesti. i. seueri, & circumspiciti, ac moesti, ppter amicorum necem: stant, sup. in: aut, pro altis turribus:

ribus: & videbant simul, aut stant moesti simul. i. statim: dum videbant ora virum idest virorum: præfixa. f. hastis ora (inquit) nota nimis miseris idest ipsis miseratione dignis, qui libenter iucurrere voluissent, si sciuissent, & potuissent, aut misere se assignibus: & fluentia atro tabo idest sanguine concreto, & corrupto. Fama nuncia scilicet malorum: volitans pennata idest quia pennata, ruit interea per urbem pauidam: & allabatur idest lapsu peruenit, ad aureis matris Euryali. At calor subitus idest subito aufugiens: relinquit miser. f. matris ossa. Radix. f. rotæ, qua nebat, aut f. la ad textoriam artem voluebat: excussi, supple sunt idest illico percussit de manibus, & pensa. f. lanam appensam tenentia: reuoluta idest retrorsum voluta: aut in contrarium voluta sunt. Ipsa infelix euolat scilicet e domo: & ipsa scissa comam. i. habens comam scissam, & manibus dissectam: amens idest auersa a mente, & ratione: petit prima idest ante alias matronas: aut petit idest ante volat prima agmina: sed melior est prior sensus, petit prima, scilicet mulierum: agmina. f. virorum: cursu idest currendo, sup. cum vulatu: formineo, idest vehementi, qualis feminis esse solet: & præcipue in luctu vnigeniti, etiam in sanctis literis celebrato. Illa non est, supple memor: virum idest virorum, hoc est quod non deceret inter viros sic diuagari. Illa non est memor periculi. i. periculi: illa non est memor telorum quæ scilicet incipit sunt, nec cuiquam inermi pereunt: & ipsa implet dehinc. i. postquam nati ora conspexit, coelum questibus idest querelis (a queror Vnde u, ante bus, habet) dicens, supple o Euryale, respicio ego te huc idest huiusmodi truncatum. f. & atro tabo manantem, tu ne illa fera re quies meæ senectæ potuisti linquere, o crudelis, me solam? nec copia. i. facultas: est data idest facta: miseræ matris. f. mihi: affari extremum idest extremo. seu supremo loco te missum idest quum mittereris sub tanta pericula? Heu tu iaces præda idest existens præda, data canibus Latinis: & alitibus. i. auibus in terra ignota. Nec ego mater funera. i. quæ debebam esse funera tua idest præfata funeri tuo (& declinatur, hæc funera, huius funera: pro muliere ad quam funus pertinet, produxi. i. ad sepulchrum, aut vestri nam duxi te. f. quum efferteris: nec ego pressi. i. occlusi: oculos. f. tuos: aut laui. i. & non laui: vulnera. f. tua: aqua calida, vt spiritus vitalis reuocari posset: tegens. i. cooperiens te, veste. f. funebri: aut potius veste, qua viuens gaudere possis. nam hodie quoque in Italia, in charis vestibus efferuntur, & sepeliunt plurimi: quæ, sup. vestem: ego festina vrgebam. i. vrgenter contexebam, aut nebam tibi noctes, & dies: & solabar. i. lenibam. curas anileis. i. senectutis: tela. i. texendo telam: quo sequar, sup. te: aut quæ tellus habet nunc artus. f. tuos, & membra auulsa: & funus. i. cadaver lacerum. O nate, refers. i. reddis: hoc. f. solatiu, aut beneficium de te, mihi. f. matris tuæ quæ sum sequuta, sup. te: terra. i. per terram. f. mari. i. p. mare. O Rutuli: siqua pietas est, sup. in vobis: figite. i. trasfigite me iaculis:

SERVIVS.

¶ Torpent infractæ.) Antea infractæ, nunc tamen torpent. Vt, Turnus vt infractos aduerso Marte Latios. ¶ Lachrymantis Iuli.) Puerio dat lachrymas cui potest sine pudore: viris fortibus, tantum dolorem. ¶ Sub tecta reponunt.) Homerice. Quod autem dicit Corripuit, non iniuriæ est, sed celeritatis, id est raptim tollunt. ¶ At tuba terribilem sonitum.) Hemistichium Ennii. nam sequentia iste mutauit. Ille enim ad exprimendum tubæ sonum ait Taratantara. Et multa huiusmodi Virgilius cum aspera inuenerit mutat. Bene tamen hic electis verbis imitatur sonum tubarum. ¶ Increpuit.) Et insonuit, & segnitium increpauit. ¶ Volsci.) Non mirum, quia dicit Volcos, cum & Camilla de Volscis sit. vt, Et Volca de gente Camilla. Namque pars aliqua, Tusciæ dat Turno auxilia, cum Tuscos dixerimus specialiter

¶ Hoc fletu concussi animi, moestusque per omnes  
It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.  
Illam incendentes luctus Idæus & Actor  
Ilionei monitu, & multum lachrymantis Iuli,  
Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt.  
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro  
Increpuit sequitur clamor, coelumque remugit.  
Accelerant acta pariter testudine Volsci,  
Et fossas implere parant, ac vellere vallum.  
Querunt pars aditum, & scalis ascendere muros,  
Qua rara est acies, interlucetque corona,  
Non tam spissa viris: telorum effundere contra  
Omne genus Teucris, ac duris detrudere contis,  
Assueti longo muros defendere bello:  
Saxa quoque infesto voluebant pondere, siqua  
Possent tectam aciem perrumpere: quum tamen omnes  
Ferre libet subter densa testudine casus.  
Nec iam sufficient, nam qua globus imminet ingens,  
Immanem Teucris molem voluuntque, ruuntque:  
Quæ strauit Rutulos late, armorumque resolut.  
Tegmina: nec curant cæco contendere Marte  
Amplius audaces Rutuli: sed pellere vallo

culis: & concite in me omnia tela. i. omne genus telorum: & absumite me primam ferro. i. armis iuauis: aut tu. f. Iupiter, magne pater diuum: miserere: sup. mei. Magna autem est miseria vite eius, ger pro beneficio mortem suscipiat: & detrude tuo. telo. f. fulmine trifulco: hoc. i. meum caput: inuisum. f. superis: sub tartara. i. ad inferni tenebras: quando. i. quandoquidem: ego nequeo absumere vitam crudelem. i. me crudeliter torquentem: aliter. i. alia via. Vbilectum est, Canibus data præda. Donatus legit, canibus date præda vt sit latinitas sicut ibi, Salue vera. Iouis ples decus adite diuis. Et ordo, Heu tu o date præda canibus Latinis, & alitibus Latinis iaces in ignota terra. putem Poetam iuxta Donati lectionem scripsisse, quia maior est, vis in sermone, maiorque venustas: sed rariora tinitas, quæ si, data præda, legatur.

PIERIVS.

¶ Volcentem exanimum.) In Ro. co. Volcentem exanimem. In alijs, exanimum: vt nuncque receptum a grammaticis. ¶ Tepidumque recenti Cæde locum.) Ita quidem habet in Ro. cod. sed in Oblongo, & quibusdam alijs, Tepidumque recentem Cæde locum, legitur, quæ hypallagen figuram agnoscit Seruius. In Porcio vna mutata dictione, eadem tamen eloquutionis figura, tepidumque madentem Cæde locum, habetur. ¶ Tam rebus luce retectis.) Sunt antiqua exemplaria, in quibus, receptis, scriptum sit: quasi res noctu aufertur videant, die vero reddi. Sed. n. retectis omnino receptis. ¶ Murorum in parte sinistra.) In Ro. co. murorum parte, legitur: absque, in. ¶ Simul ora virum præfixa videbant. (In Ro. co. in Oblongo, in Mediceo, & quibusdam alijs peruetustis, mouebant, legere est: cum paraphrasi, commouebant, ex Seruii commentarij desumpta. ¶ Pénata.) In Rom. co. pinnata. de qua scribendi ratio alibi satis dictum. ¶ Hunc ego te Euryale aspicio.) Cice. in rhetoricis, octauus locus per quem aliquid dicitur esse factum, quod non oportuerit, hoc modo: Non affui, non vidi, non postremæ eius vocem audiui, non postremum eius spiritum excepi. Item, inimicorum in manibus mortuus est: hostili terra ut piter iacuit in sepultus, a feris diu vexatus communi quoque honore in morte caruit, qui loci omnes hic a Virgilio tangunt. Quantū vero pertinet ad grammaticen, Solipater solocismum notat transmutatione fieri, quum finitua pronomia pro qualitatatis significatione ponunt, hoc citato versu, Hunc ego te Euryale aspicio pro talē. ¶ Tibi quæ noctes festina diesque vrgebam.) In Ro. cod. tibi quæ. Et, Vrgebam: in aliquot veteribus, Attiano more. ¶ Hoc mihi de te nate refers, quæ sum terræque mari, Sequuta.) Exemplaria manu scripta magna ex parte ita legunt, Gnate refers, hoc sum terræque marique sequuta. quod dubio procul longe venustiore sententiam reddit. & est τὰ δὸς ab inani spe, qua inducenda fuerat: vt, Gnatum terra, marique sequeretur, felicitatis proposita spe: nunc vero funus eius miserabiliter intueatur. Nam illud, quæ sum terræque marique sequuta. subfrigidum nescio quid habet.

cialiter Æneæ fauere. Item e contra pars Venetiæ auxiliū præstat Æneæ, quam Turni fuisse superius diximus. ¶ Testudine.) Testudo est scutorum connexio curuata in testudinis modum. Namque in armorum generibus milites sumunt ab animalibus nomina, vt aries. Sallustius, In modum hirci militaris. ¶ Fossas implere parant.) Vertit ordinem: nam ante est vt impleat fossa, tollantur valli: & sic testudine accedat ad muros. Quæque possumus intelligere et ad fossas eos facta venisse testudine. ¶ Effude re contra.) Proprie: tela. n. non iaciunt in subiecto, sed funduntur: & dicendo Omne genus telorum, ostendit telum vocari omne quod iacit: Græci τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ βέλλον: sicut latine tela, ἀπὸ τοῦ τῆλε, id est longe. ¶ Assueti longo.) Docet vsum in hominibus plurimum posse. ¶ Infesto voluebant ponderē.) Infesti ponderis. ¶ Hic sufficient.) Diu iam non sufficient.

Armorumq; resoluit tegmina. Hic ostēdit armorū cōstructionē eē testudinē. Lucan' de testudine. At postq; virt' ierit aviorū Perpetuā rupit defesio milite cratē, Singula contūnis cesserūt icētib' arma. He truscā pinū.) Ipse Hetruscus.

Missilibus certant.

Parte alia horrendus visu, quassabat Etruscam Pinum, & fumiferos infert Mezentius igneis. At Messapus equum domitor, Neptunia proles, Rescindit vallum, & scalas in moenia poscit.

micatione certare: quia supra dixit, quærunt, & addidit ps aditum, & scalis conscendere muros. hoc ipsum quærūt, ad multas partes, non ad vnam ptinet, Deniq; ait. Parte alia horrendus visu.) Horrendum dixit visu trucem animo

## DONATVS.

Hoc fletu con. ani.) Audientium. Troianorum. Mœstusque per omnes It gemitus.) Quū talia dicerent, concussa Troianorū omnium mens est & plena molestia vniuersorū sensus affixit tātum, vt pugnandi officium cuncti respuerent virtutis torpente substantia. Illam incedentem luctus.) Luctus per se mali sunt & graues. acerbiores vero fiunt, si hos quispiam aliquibus nutrimētis accumulēt. quum igitur mater Euryali lugendum casum verbis accendēt, & affigeret audientis: Ideus & Actor Ilionei mo.) Quoniam apud iulium multarum re; cōsideratio fuit. primo, qd ad patrem mandata perferri nequuerant. deinde amissio tantorū virorum. cōmendatio Euryali in causa matris, & fides promissa pei genti. Rapta igitur & missa sub testā est. ne vltierius virorum animos suis clamoribus frangeret: At tuba terribilē sonitum.) Rutuli, qui ad hoc venerant, vt dimicant accēsi quoq; ex facto dederunt belli signum per tubā. tanto nixu & ferali cantu oppleta fuerunt vniuersa: & remugit cœlum. Inter mugire & remugire hoc interest, mugit vnde mugitus primo proficitur, remugit, quod mugitus alieno percussum reddidit auribus, quod accipit. Accelerant acta pa. testu. vol.) Post hoc signum venerūt volsci vno animo vnoq; consensu acta testudine. Testudo est, quæ coniunctione scutorum facta latentes subter tegit armatos: quæ tunc sit, quoties inferiora adeunda sunt, & superiorū metuū violētia. in summo igitur fuerunt Troiani. Volsci autem pro rutulis facientes parabant fossas implere, vel rumpere quo possent etiā ad turres parietes perducere. fecerunt idcirco. testudinem, vt disposita completerent. cui rei vt factum est, vna mentium conspiratio fuerat necessaria, ne maiore Troianorum vitestudo ipsa dissoluta succumberet. huic societati animorū celeritatem quoq; coniunxerant: vt aggrederentur tarditas expugnationem faceret fortiorē. Quærunt pa. adi.) Quærunt aditum diuisis officiis, dicit iam quō quærēbant. Et scalis ascendere mu.) Alij cōsilio potiusq; temeritate ducti voluerunt scalis appositis muros ascendere per ea loca, quæ videbant nō multis defensoribus instructa. Apparebant enim rari, & sperabantur defensionem murorū superesse non posse. Telorum effusio. con.) Quum non enumerat genera telorum, reliquit intellectui latissimam suspensionem, vt misisse Troianos arbitremur. quicquid hominem in inferioribus positum negare vel excludere potuisset: cuius rei magnā copiam extitisse monstrauit, quō dicit effundere, plus est qd mittere. & ille fundit cui magna est copia: nec mittendi metuit finem nimia existente substantia. In eo quod dixit effundere etiam illa pnt intelligi, quæ mitti non possunt: sed fusa proficiunt, vt aqua calida, vt pax seruens, & soluta, vel oleum. Ac duris detru. con.) Hoc tūc fit, quum scalæ occupantur, & prope ad summū peruenitur, & fortissimis contis truditur ascendens, ne desiderata possideat. Vnde intelligendum est scalis vsq; ad Troianos esse peruentum, quādo virtute res agebatur & contis. Affueti longo muros.) Faciebant hæc, vt pote illi, quos Troiani belli prolixa calamitas fecerat doctores. Saxa quoq; infesto.) Præter illa, quæ superius cōprehendit missa, vel potius effusa, dicit nunc ea, quæ testudinem quāuis firmam & fortem opprimere pondere vel dissoluere potuissent. Cum ta. om. Ferre libet.) Troianis hæc instant agentibus constituti sub testudine fortiter tolerabant ex summo deiecta, quærentes adipisci victoriam. Nec iam sufficiunt.) Tam tamen ceperant vinci, & expugnationem superiorū ferre nō posse, post hoc & de Troianis intelligi, qd fundendo atq; mittendo defecissent. Nam qua globus im. in.) Hic confirmatur, quod Troianorū defectio magis dicta sit, qd rutulorū. nam quum minuta nihil proficerent, & virium extitisset magna defectio, super congregatam multitudinem magnam molem trahendo atq; voluendo miserant Troiani præcipitem. æstimandū est, qd habuerit moles illa ponderis, qd quæ ferri non posset, tracta in pæps vel inuoluta puenit. ne aut in dubiū veniret, præcipitatae molis euentus diuersus est. Quæ strauit rutu.) Sup quos quā tanta ruina concidisset, mox eos necauit, aut soluit. Nec curat cœ. cō. ma. Am. au. ru.) Post factū de suis stragē ultra nō ausi sunt rutuli testudine struere, sed inopta fraude, atq; insidijs bellicibus ceperūt missilibus & apta dimicatione

& corpore ingentem. Et fumiferos infert mezentius ignes. Tbat ergo mezentius, quem videre tantummodo magnus fuerat tremor. concutiebat pinum, non partem faciem sed ipsam arborem pini fumiferam. pini dixit, quia hoc materias genus quū arderet, plurimum fumum eremit ex se. At messapus equum domitor.) Ecce alia pars, in qua fuit messapus neptunia proles, filius scilicet euerforis Troiæ & antiqui inimici, obtinuit vallū. Et quia sola supererat turris, quæ esset occupanda, scalas petebat, quibus ad summa eius posset perueniri. quāto istorū laudat instatā, tāto pferunt Troiani quos ingens manus superare non poterat.

## ASCENSIVS.

Hoc fletu, &c.) Docet quomodo dolore concussi, Teucrum miserram abduxerit Euryali matre: vtq; totis viribus conati sint Rutuli castra Troianorum expugnare, & Troiani eadem defendere. Nihil extat Dona. Ordo est. Animi, Troianorum: concussi. i. p. culsi sunt: hoc fletu. i. matris Euryali: & gemitus. i. mezerorū index: it per omnes. i. Troianos: vires infractæ. i. nūq; fractæ: ad prælia torpent. i. labascunt, quasi fractæ hoc fletu: sic in. ij. Capitiq; dolis, lachrymisq; coacti, Quos nec Tyides, nec Larissus Vlysses, Non anni domuere decem, non mille carinæ. Idæus, & Actor, Troiani illi (declinat Actor, huius Actoris, penultima breui) corripunt. i. simul rapiunt, & abducunt: illā. i. Euryali matrem incendentem. i. excitantē luctus: corripuit (inquā) monitu. i. p. admonitionē Ilionei prudentis, & facidi illius viri: & Iuli, multū lachrymantis. vt paternam in eo agnoscat pietatem & clementiam, quam domus Iulia, quasi hereditariā obtinuit: & reponit sub testā inter manus. f. adductā. At tuba. f. bellica: inerepuit pulcre canoro. i. cōcauo, Vt latius canat: sonum terribilem. f. classis cum, ac bellicum signum: clamor. f. virorum: sequitur. f. tubæ clamorem: & cœlum remugit. i. reboat, aut resonat Volsci: qui. f. Volscente magistro aduenierant Italiae populi: accelerat. i. celeriter in sulcum faciunt: pariter. i. conserata manu: & hoc testudine. i. cooptura, ex clypeis acta: sicut testudo testa sua integitur. Et parant. i. nituntur: implere fossas. f. vallorum: acvellere. i. deicere: vallum. i. munitionem castrorū, ex vallibus seu stipitibus factam. Pars. i. ipsa partim: quærunt. i. inquirunt, & indagantur aditum, & ascendere muros scalis, supple ea parte, qua acies est rara: & qua corona. i. circumstantium manus interlucet. i. per medium lucet: existēs non tam spissa viris. i. habens interualla, per quæ lux quædam apparebat. Teucris, sup. parant: cōtra. i. cōtrario: estundere omne genus telorum, ac detrudere. f. ascendentes: contis. i. testibus: & pti cis duris, id est iduratis, aut dure incussis: affueti, id est affuefacti, & experti: longo bello, scilicet decenniali, defendere muros: & ipsi voluebant quoq; id est etiam: saxa pondere infesto, id est vim in ferente, & molestante, si qua, supple vi, aut ratione. i. vt quomodo ratione possint percurrere aciem. f. hostium: testam, scilicet clypeis, hoc est sub testudine incedentem: quum tamen libet scilicet hostibus eorū, hoc est Volcis, & Rutulis: ferre id est tolerare: omnes casus. i. aduersa: aut potius omnia quæ cadunt, existentes subter densa testudine.) Nunc siquidem subter, accusatio iugitur. Persi. Iliā subter Cecum vulnus habes. Olim communis erat prepositio, sicut & super: quia ergo subter erant, nec est mutatio loci, vsus est ablatiuo.) nec sufficunt iam. i. amplius. f. sustinere vim Teucrorum: nam Teucris voluēt. i. deuolūt, & ruunt ea parte: qua ingens globus. i. maximus cuneus hostium imminet: molem ingentem. i. fragmentum muri, aut rupis maximi ponderis, quæ strauit late Rutulos, & resoluit tegmina armorum, ex clypeis. f. facta: nec Rutuli audaces. i. licet audaces: curat amplius contendere Marte cæco. i. nō visi, nec plane videntes: sed certant pellere missilibus. i. iaculis, & sagittis: vallo, id est de vallo, vt illis pulsus ipsi conscendant Mezentius, contemptor ille diuum, & immanissimus vir: vnde dicitur, horrendus visu. i. horribilis, & horrori habendus, quassabat alia parte, pinum, Etruscam. i. hastā, ex solida pinu Etrusca: quia ipse Etruscus erat: & infert igneis fumiferos, id est pice, & resina, aut sulphure fotos. At Messap' domitor equum. i. equorū: proles Neptunia, id est filius Neptuni: rescindit, id est rescocat vallum: officio. f. paterno intētus: vnde in. ij. Neptunus muros, magnoq; empta tridenti, Fūdamēta quatit. Fūdamēta

Ordo.

Actor.

Testudo.

Subter.

ÆNEIDOS.

dammenta enim Neptuno consecrata dicuntur, eo quod sit aquarum deus, ad quas fundamenta sere pertingunt: & poscit, i. exigit a suis, scalas: in moenia, id est ad moenia exuperanda & expugnanda, dissecto prius vallo.

PIERIVS.

Sub testa reportant.) In Mediceo, i. Vitaliano, & plerisque alijs antiquis codicibus, in testa reponunt, habetur. In Porcio, subtesta reponunt: præpositiua ab is tantum particula variata. Ac vellere

vellere vallum.) Male in Ro. co. pro, vellere, pellere, est sumptum ex inferiori verbu: vbi recte, Pellere vallo Missilibus certant, scriptum est. Quum tamé omnes Ferre libet.) In mediceo, i. Vitaliano, scriptum est. Subter densa.) In cod. aliquot ant. super, per p. gatur: & hic, & alibi. Rescindit vallum.) In cod. admodum vetustis legere est, transcendit vallum, quia sequitur, Scalas in moenia poscit. Magis tamé placet, Rescindit: vt in pluribus manuscriptis codicibus habetur. Na si ad moenia succedendum erat, via prius aperienda fuit, rescisso vallo.

SERVIVS.

Vos o Calliope precor.) Syllepsis p numerum. erat eni rectu Vos musæ, aut te Calliope. Aspirat primo fortuna labori. Oras euoluite belli.) Narrate no tm initia, sed etiã extrema bello. Nam ora snt extremitates. Et meministis eni diuæ, & memorare potestis.) Differt meminisse ac memorare: cu illud sit memori ter tenere, Memorare vero exponere & narrare. Est auté Homeri sententia.

ἔσπετε νῦν μοι μούσαι δ' ἄλμπια δώματα ἔχουσαι. ὕμεις ἄρα θεῖσσι, πάρεστέ τε ἴσητε πάντα.

Turris erat.) Turres hmoi esse ad munitionem ciuitatu & in secudo legimus: sed hæ ple rung; mobiles sunt, plerunq; fixæ, fixæ, vt in secundo, Turres ac testa domoz. mobiles, vt in duodecimo meminit, Subiecty rotas, potestq; infra uerat altos. Opportuna loco.) Scilicet circa portas. Cauias.) Patulas. Opū vi.) Pōt & Hypallage esse, vt fit Ope viriū. Denh.) Pro tela desā. Et flammā affixit lateri.) Afsectate. Debit enim dicere af fixit aut facem, aut maleolū, non flammam. Quæ pluri ma vento.) Ghsens, & magna facta per ventum. Hæsit adesis.) Non iam adesis, sed quos exedit adherēdo. Malorum velle fugam.) Honefissima eloquutio. Peste.) Incendio. vt. Et toto descendi corpore pestis. Vnus.) Subaudis & Alter. nam non procedit vnus. Helenor & Lycus elaphi.) Scilicet n mortem, sed turris ruinā. Mœonio regi.) Aut proprium patris nomen est, aut cognominem eum filio intelligamus: quia vt supra diximus, cum filij vel patris nomē p mittitur, & aliud tacetur, cognomines eos esse itelligam. Furtim sustulerat.) Ex stupro educauerat. hinc est. Et dulcia uerat.

Vetitissq; ad Troiam miserat armis.) Secundum Donatum vetitissq; ad Troiam miserat armis, sed melius lege militari intelligimus, quia serui à militia prohibebantur. Vnde in Deiotariana purgat hoc Cicero, cum fuisset obiectum inter equites quos Deioratus miserat Cæsari, vnus seruum fuisse. Virgilium autem nouimus trahere aliqua de historia. Seruos sane nunq; militasse constat, nisi seruitute deposita excepto Hannibalis tempore: cum post Cannensē preliū in tanta necessitate fuit Vrbs Roma, vt ne liberandorum quidem seruorum daretur facultas. Ense nudo.) Id est stricto, Par

Vos o Calliope precor aspirate canenti,  
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus  
Ediderit, quem quisq; virum demiserit Orco:  
Et mecum ingenteis oras euoluite belli.  
(Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.)  
Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis:  
Opportuna loco, summis quam viribus omnes  
Expugnare Itali, summaq; euertere opum vi  
Certabant: Troes contra defendere faxis,  
Perq; cauas densi tela in torquere fenestras.  
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,  
Et flammam affixit lateri, quæ plurima vento  
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.  
Turbati trepidante intus, frustra; malorum  
Velle fugam: dum se glomerant, retroq; residunt  
In partem, quæ peste caret: tum pondere turris  
Procubuit subito, & coelum tonat omne fragore.  
Semineces ad terram, immani mole sequuta,  
Confixiq; suis telis, & pectora duro  
Transfossi ligno veniunt: vix vnus Helenor,  
Et Lycus elaphi: quorum primæus Helenor,  
Mœonio regi quem serua Lycimnia furtim  
Sustulerat, vetitissq; ad Troiam miserat armis:  
Ense leuis nudo, parma; inglorius alba:  
Isq; vbi se Turni media inter millia vidit,  
Hinc acies, atq; hinc acies astare Larinas:  
Vt fera, quæ densa venantum septa corona  
Contra tela furit, seseq; haud nescia morti  
Iniicit, & saltu supra venabula fertur:  
Haud aliter iuuenis medijs moriturus in hosteis  
Irruit, & qua tela videt densissima, tendit.  
At pedibus longe melior lycus, inter & hosteis,  
Inter & arma fuga muros tenet, altaq; certat  
Prendere tecta manu, sociumq; attingere dextras:  
Quem Turnus pariter cursu, teloq; sequutus,  
Increpat his victor. Nostras ne euadere demens TVR.  
Sperasti te posse manus? Simul eripit ipsum POETA  
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.  
Qualis vbi aut leporem, aut cãdenti corpore cycnum  
Sustulit alta petens, pedibus Iouis armiger vnus.  
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum  
Martius à stabulis rapuit lupus, vndiq; clamor  
Tollitur, inuadunt, & fossas aggere complent  
Ardentis tãdas alij ad fastigia ictant.

esset dicturus, ondit, inuocãs velut vnã spãliter musam, & tãgẽ gñaliter sub plurali numero vnuerfas. vt oēs rogatẽ videantur. Obseruãda sunt ergo subiecta, vt colligi possit, vbi & quẽ admodũ propositis poeta rñderint. Turris erat va. sus.) Suspectus est sursum aspectus. q. q. d. n. in summo ductũ est, videri nõ pot, nisi oculi fuerint in superna porrecti. Ideo loco opportuna, quia iniebat ex maxima parte vndis fluuiabilibus: sicut ipse virgilius supra dixit Classẽ quæ lateri casrorũ adiuncta latebat. Aggeribus septam circum, & fluuiabilibus vndis. pontibus altis quã altum

ma; inglorius alba.) Quali tyro, vt diximus supra. Lige melior Lycus.) Ergo & Helenor bous. Inter.) Per, vt. Hunc inter fluuiio Tyberinus amœno. Prehendere san manu.) Quia tũc alti nõ erant muri: sed ad impetum tantũ repellẽdum, vt etiã Sallustius ostendit. Vbi Sertorium laumeris sublatũ per muros adesse cõmemorat. Curia, te loq; secutus.) Nimirum curia ostendit celeritatẽ, qui potuit telum missum consequi. nam hoc dicit, Cũ præmissõ telo ad hostem venit. Status, Et missum cursu cõprehendẽ telum. Reuellit.) In verbo vello, facit in pncipio vultus. Qualis vbi aut lepore.) Pro qliter. Cõparatio Homerica. ὠρμησεν δ' ἔσπετο ὡς αὐτὸς τὸ σὺ φητε τινὲς ὄσσει ὡς ἰπεδίοις δὲ διαπρῶν ἐρεβεννῶν ἀρπάζων ἅρνα καλὴν ἠντιῶκα λαγυδόν.

Pedibus Iouis armiger vnus.) Quia dicitur de Aquila in bello Gigatum toui armistrasse, quod tamem fugitur. Nam vt supra diximus, Jupiter & Saturnus reges fuerunt. Sed Jupiter dum cũ patre Saturno haberet de agni cõtentionem, ortum bellum est. ad quod egrediens Iupiter, Aquile vidit, augurium: cuius cum vicisset auspicio, scitum est quod ei pugnante la ministrauerit. Vnde etiã de foelici augurio natum est vt Aquilæ militum signa comitentur. Quæsitum.) Quirquitur: nam p̄sens à passiuo non habuit: & est hysterica proteron. nam post raptum requiritur. Martius lupus.) Aut cruentus, aut Marti dedit catus. Aggere.) Agger est cuiuslibet rei coaceruatio, vnde fossæ, aut valles pnt repleri.

DONATVS.

Vos o calliope pi.) Quos ibi tũ ferro strages, q funera turnus. Ediderit. qu. q.) Sub inuocationis contextu, que

altum est, altos necesse est habeat pontes, quibus in cacumē eius esse possit ascensus. Summis quam viribus omnes. Hanc turrim, quia troiani tutissime defendebant, omnes itali omni adhibita vi & opibus totis nitebatur euertere. sed nec illi deerant sibi deniq; ait. Troes contra de. fa.) Nequis ad euerfionem turris accederet, hanc troes defendebant saxa mittēdo. Perque cauas densi tela.) Densitatem defensionum faciebat timor, & plena virtutis instantia. Princeps ardentem con. lam. tur.) Principem dixit turnum, aut omnibus potiorē, aut, qui ante oēs facē misisset ardētē. sed quum secutum est, ante omnes cōiecit, magis in eo accipiendum est principem, quia facem primus coniecerat. hęc igitur quoniam venti suffragio iuuabatur, quo incendia nutriunt, hęc sit postib; & hoc coepit absumere, facile enim ardere potuit, quod adesum fuerat vetustate. Turbati trepidare intus.) Quum inimicis ignibus se peruri aduerterent, trepidi quid facerent cogitabant, quando fugiendorum malorum spes deerat. quoniā per omnia discurrerat incendium, & hostis tenebat, qua euadi potuerat. proinde aut flammis pereundum fuit, aut ferro. Dum se glomerant.) Dum se, inquit, in eam partem congerunt omnes, quæ interim carebat incendio. Tum pondere turris.) Bene addidit subito, quoniam si signum dedisset liberari forsitan possent. Semineces ad terram.) Descriptio accidentium post casum turris. præcesserunt, inquit, homines & mox ruina consequuta est. Inuenit fermines aliquos, alios suis telis, alios lignorum fragmentis infixos. Vix vnus.) Duo de ratis. Quorum primæus helenor.) Superfluam originem helenoris refert. filius, inquit, fuit regis natus tamen ex serua, nutritus furtim, & quod non licebat, seruus in militia troianam datus est. hic igitur sic effugit casum turris, stricium ensem & scutum retinens breuem. inglorium dixit, hæc mereri potuisse: quia casu potius euaserat, q̄ viriute corporis, aut subtilitate cōsiliij. Isq; vbi se turni.) Nihil profuit helenori, q̄ ruinam turris euasit, ait q̄ nō interijt gladio suo, quem tenebat nudum. non enim euadere potuit millia hostium & cateruas incurrisse, ad hoc deductus, vt turris casibus liber teneretur inter arma captiuus. Is igitur vbi hostibus se circūdatū, nullamq; spem superesse fugiendi conspexit, ruit in confertos hostes ferarum more, quæ viuendi desperatione se ingerunt ferro, & petunt mortem, quam vitare non possunt. At pedibus longe melior.) Dixit causam qua iter hostes & inter arma ad muros potuit peruenire. Pedibus melior, inquit, q̄ helenor, & his adiutus ad muros fuga facta peruenit. Altacq; certat. Prendere tecta ma.) Vbi ad muros venit, coepit niti, vt retineret tectorū tuta. aut sociorum dextris tolleretur in sūmum. Quem turnus pariter cursu.) Cursu, inquit, secutus & telo tantum cucurrit turnus, quātum cucurrit & telum. Magnā ibi laudem curretis expressit, quū dicit eum cum telo peruenisse, quod lecerat. Increpat nō deflor.) Insultantis voce vhis his comprehensum increpare nō desistit. Nostre euadere demens Spe. te. po. ma.) Quum breuis dictio, & superfluis carens: quid enim multa ingerit verbis in eū, quem iam tenebat exitium, & ad cuius poenam gladius debebat properare potius q̄ verba. cui satis ad cōuersationē daret si plurimis loqueretur. Apparet, inquit, te esse dementem. quando spe rasti te meas manus euasurum, quādo hoc tibi prouenire posset, vt vires: qui sequentem turnum ratus es fugam tuam prouenire non posse. Simul arripit ip. Pen.) Ecce quantum profuit pernicitas turni. iam euaserat lycus, iam tenebat tuta: deniq; quū eum pendentem rapuisset, cum muri parte, quam tenebat auulsus est, hoc factum est turno loquente, ne effectum perderet in crepito. hoc est quod ait, simul arripit ipsum. Pendentem, vt turnum & locutum esse, & verbis factum sociasse mōstraret. Quam vbi aut leporē.) Comparatio quomodo turnus rapuit lycū, quemadmodum solet, inquit, aquila vnguibus leporem tenere vel cynnum. Quæsitum aut matri.) Aut quomodo solet lupus agnum matri subripere. Aquila & lupus, quibus turnum cōparat, animalia sunt satis astuta, & ad rapiendum aptissima. lepus vero & cynnus semper prædæ subiecti, Et quos semper feritas tāta despiciat. hoc igitur factum quum turnus mirā celeritate complotisset. Vndiq; clamor Tol.) Quis enim non laudaretur propter tantum velocitatis effectum? Inuadunt, & fossas ag. cō.) Occasio eorum, quæ troianis acciderant, dedit rutulis inuadendi copiam; & congesione terræ fossas implendi. Ardētis tēdas.) Eiusdem fossis facile vsq; ad ipsam turrim potuit perueniri. Quo factum est, vt vsq; ad ipsa fastigia iactarentur faces, vt a sūmo ardens inferiora flammis & ruina deiceret.

## ACENSIVS.

Vos o Calliope precor aspirate canēti. Quas ibi tum ferro strages,

ges, quæ funera Turnus ediderit, quem, &c.) Quia rem maiorē q̄ quæ humanis viribus geri possit: nec satis vero similem dicturus est: Facit inuocationem Musarum inuocans principem earum: Calliopem. s. pro omnibus: vnde & numerum mutat. Recitat autem instructus a Musis ingentem pugnam: & propugnaculi cuiusdam ruinam, quæ duos iuuenes secum traxit: quorum miserabilem, licet diuersum subiungit vitæ exitum: tanta dicendi gratia, vt auditorem, ac lectorem penitus illiceat, non obtundat. Vnde Donatus nihil lectu dignum attulisse visus est. Ordo igitur est. O Calliope. i. o Musa, bonæ vocis, quæ heroico carmini præes: ego precor vos. s. Musas omnes: aspirate. i. fauorem date, & inspirete: canenti. s. mihi quas strages, & quæ funera Turnus ediderit: tum id est tunc, quum assiliret castra Troianorum: ferro id est telo, aut ense ferreo: & quem virum quisq; demiserit. i. deorsum miserit: aut dimiserit id est in diuersa miserit: Orco. i. ad Orcum, hoc est inferum. Aspirate (inquit) & euoluite mecum: in gentes oras. i. extremitates: hoc est, etiam extremas partes belli. Metaphora est ab annalibus, qui euoluunt ab ijs qui res gestas disquirunt: quasi vero oīa apud Musas scripta sunt: vnde addit. Etenim diuæ id est quia diuæ vos meministis id est memoria tenetis hæc omnia: & potestis memorare id est recensere: hinc patet, cur plurali vsus est: quia licet vnam nominet, ad omnes loquitur, dicens, non diuæ, sed diuæ. Turris. s. quædam: erat suspecta vasto. i. vasti suspectus, aut habens vastum suspectū id est sursum aspectum. i. alta & ampla: & altis pontibus. i. ad quæ ascendebat altis pontibus. Opportuna loco. s. ad portas, quam, supp. turrim: omnes Itali certabant summis Viribus, expugnare id est euincere: & certabant summa opum id est auxiliorum, & facultatū suarum: euertere. i. funditus deicere: Troes contra. i. eōtrario, sup. certabant defendere saxis: & ipsi densi. i. frequentes certabant in torquere. s. in Italos: tela per fenestras cauas id est patulas. Turnus princeps. s. exercitus, & eius oppugnationis: coniecit lampada id est facem ardentem: & affixit flammam. i. facem in qua erat flamma: lateri scilicet turris: quæ. s. flamma: plurima id est plurimum aucta: vento corripuit. i. simul inuasit, & incendit tabulas & hæc sit postibus ades id est quos edebat. Ipsi intus. i. qui intus erant turbati: trepidare. i. trepidabant: & velle id est volebant, aut velle cooperari: frustra id est in vanum: fugam malorum id est periculorum imminētium, hoc est obuersionis cū turri: quum ipsi glomerant, id est in morem glomeris voluntur: & refundunt, id est se recipiunt: retro id est retrorsum in partem quæ caret pelle. i. incendio: tum. i. tunc: turris procubuit. i. prostrata est: subito. i. de repente: pondere. i. mole sua, aut pondere subito. i. ex onere subito concurrentium: & omne cœlum. i. totus aer: tonat fragore. s. rui. ng. Ipsi, sup. Troes: veniunt ad terram. i. corrūt: semineces. i. semimortui, priusq; terram contingerent: & hoc immani mole se quata. i. sequēte eos. i. cadente: postq; ipsi cū altera parte ceciderant: & veniunt ad terrā confixi suis telis: quæ. s. in manibus habebant: & transfixi pectora. i. habētes pectora transfixa duro ligno: vix vnus. s. Helenor: & alter, & sup. s. Lycus elapsi, sup. sunt e rui. na: quos Helenor primæus. i. adhuc in primo æuo florens: quæ serua Lycinia. s. nomine: sustulerat. i. pgenerat, aut educauerat: regi Mæonio, aut noie, aut patria: furtim. i. ex stupro conceptus: & miserat ad Troiā armis vetitis. s. lege militari: quia seruilis conditionis, hæc nō erant recipiendi ad legitimā militiā: & iō erat, sup. leuis. i. celer, & expeditus: ense nudo. i. habens solūmodo ensē: aut ense nudo. i. stricō, & nudato, sicut stabat in turri: & in glorijs parma alba. i. nullo insigni adhuc ornata, nec picta. est autem breue scutū veliti aptum. Et is. s. Helenor, vbi vidit se inter media millia. s. armatorū Turni: & vbi vidit acies Latinas astare hic & hinc. i. ab vtraq; parte: vt. i. quæadmodū fera, vt leo, aut sus syluester, q̄ septa. i. circūdata densa corona venantū. i. venatorū, furit cōtra tela: & inicit se morti haud nescia. i. certa mori: & serē saltu supra venabula. i. venatorū tela: cuspidēs videlicet: haud. i. nō aliter: ipse Helenor iuuenis, vnde primæus prius dictus est: moriturus. i. certus mori: irruit in medios hostes & dedit, sup. ea parte, qua videt tela densissima. At. i. sed: Lycus Longe melior. i. præstantior: pedibus. i. cursu & velocitate pedū tenet. i. apprehendit muros. s. nouę Trois: & fuga. i. fugiēdo, & inter hostes: & iter arma: & certat. i. cōtēdit: prædere. i. accipere manu, alta tecta, & attingere dextris sociorū. Quæ Turnus sequutus, pariter cursu & telo victor. i. quū esset voti cōpos, & eū teneret: increpat. i. cū amaro crepitu adloquitur: his. s. verbis: o demēs, sperasti ne te posse euadere nostras manus: & simul. i. quū hoc diceret, accipit ipsum pedē tē: & reuellit ipsum cū magna parte muri: existens, sup. talis, qualis armiger Iouis. i. aquila, q̄ Ioui fulmina subministrasse dicit, eo q̄ altissime

ÆNEIDOS.

altissime volat: nec fulmine sternitur, nec radijs solis viſus eius obtunditur, ſupple eſt: vbi ideſt quando: petens alta ideſt erigens ſe e terra: ſuſtulit ideſt ſurſum tulit: pedibus vncis ideſt incuruis vnguibus, aut leporem, aut cynum ideſt holorem: corpore candidi ideſt habentem corpus candidum: aut qualis ſupple eſt: lupus Martius ideſt in tutela Martis habitus: aut acer, vbi rapuit a ſtabulis agnum quaſitum ideſt quaſibilem, aut qui tunc queritur matri ſcilicet oui multis balatibus: fic enim querit, vñ agnus, quia balatu matrem agnoſcit, dictus putatur. Clamor ſcilicet Rutulorū: tollitur ideſt erigitur: vndiq; .i. ex omni parte: & ſupple Rutuli inuadunt, & complent foſſas aggere ideſt terra, quę agge

ſta erat: & alij iactant ad faſtigia. i. culmina turrium, & propugna colorum: tædas ardentes. i. flammiferas.

PIERIVS.

Et flammam affixit lateri, quę plurima vëto Corripuit tabulas, & poſtib' hęſit ad eſis.) In Mediceo, affectit. ſed melius, Et flammā adfixit: vt in alijs habet. ¶ Vix vnus Helenor. Et Lycus elapſi, quorū primus Helenor.) In aliquot anti. Helenor: ſed, Helenor, in plurib'. ¶ Serua Lycimnia.) In antiquis aliquot codicibus, Lycinia, legit, In alijs, Licinnia. Vſq; adeo ſcruitū eſt paſſim in ora pene hoium, & locoꝝ nomina. ¶ Quaſitum aut matri multis balatibus agnum.) In Rom. co. & in Porcio, matris, quippe balatibus, legitur: quāq; matri, vulgata leſio non diſpliccat.



SERVIVS.

Ingenti fragmine montis. (Supradicti saxi exaggeratio eſt. ¶ Lucetium.) Solū hoc nomen eſt quod dictum à Virgilio in nullo alio reperiat aut thor. Sane lingua Oſca Lucretius eſt Iupiter, dictus à luce quā dicitur hominibus preſtare. Ipſe eſt noſtra lingua dieſpiter,

Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis  
Lucetium portę ſubeuntem, igneisq; ferentem;  
Emathiona, Liger: Chorineum ſternit Aſylas,  
Hic iaculo bonus, hic longe fallente ſagitta:  
Ortygium, Cæneus: victorem Cænea, Turnus:  
Turnus Ityn, Cloniumq; Dioxippum, Promulumq;  
Et Sagarim, & ſummis ſtāntem pro turribus Idam:  
Priernum Capys, hunc primo leuis haſta. Themilę

ſpiter, id eſt diei pater. Horatius. Namq; dieſpiter plerūq; per ſudū tonātes egit equos. ¶ Cæneæ, Turnus.) Turnus Ityn. Vt ait Lucilius, Bonum ſchema eſt quotiens ſenſus variatur in iteratione verborū. ¶ Pro turribus.) Aut pro deſenſiōe turrium. Aut ſic magis, vt turrim putares. ¶ Ita

Themillæ.) Themillas The millæ, vt Æneas Æneq. f. Leuis) aut hasta pro leuiter veniens. Vnde & Strinxerat dixit. i. paululum vulnerauerat. Vt Tandem etiã magno strinxit de corpore Turni. f. De mens.) Qui scutum quo se tuebatur abiicit. f. Alis.) Pinnis. f. Leuo affixa est lateri.) Offendit vulneris locum quem antè suppresserat. Sic in quarto, In fixum strident sub pectore vulnus. f. Spiramenta animæ.) Diffinitio pulmonu. f. Pictus acu chlamydè.) Id est Phrygiam habens chlamydè. f. Ferrugine clarus Ibera.) Ferrugo coloris genus est, qui vicinus est purpure subnigre. Ibera autem modo, nõ Hispana, sed pontica. nam Iberia pars ponti est, vt offèdit Horatius dicens, Herbasq; quas Colchos atq; Iberia mittit Venenorum ferax. f. Gëitor quem miserat Arcens.) Ordo est, Stabat arcëtis filius Arcens in ar-

Strinxerat, ille manum proiecto tegmine demens  
Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,  
Et leuo infixa est lateri manus, abdiraq; intus  
Spiramenta animæ letali vulnere rupit.  
Stabat in egregijs, Arcentis filius armis,  
Pictus acu chlamidem, & ferrugine clarus Ibera,  
Insignis facie, genitor quem miserat Arcens,  
Eductum Martis luco, Symethia circum  
Flumina, pinguis vbi & placabilis ara Palici,  
Stridentem fundam, positus Mezentius armis,  
Ipse ter adducta circum caput egit habena,  
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo  
Diffidit, ac multa porrectum extendit harena.

Tum primum bello celerem intendisse sagittam  
Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces  
Ascanius, fortemq; manu fuisse Numanum,  
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem  
Germanam, nuper thalamo sociatus habebat:  
Is primam ante aciem digna, atq; indigna relatu  
Vociferans, tumidusq; nouo præcordia regno  
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat.

mis egregius. nam non congruit vt huius filij prætermissio noie, bis fiat patris cõmemoratio. f. Symæthia circum flumina.) Symæthos fluius est Siciliae haud longe ab vrbe Catinensi, circa què sunt Palici dei, quorum talis est fabula. f. Et nam nympham Iupit cum vitiaffet, & fecisset grauidam, timens Tunonem (secundum alios, ipsam puellam) cõmendauit Terræ, & illic enixa est. Secundum alios, partus eius postea cum de Terra erupisset, duo pueri, Palici dicti sunt, quasi iterum venientes. nam πάλιν, est rursus, i. reu. est venire. Hi primo humanis hostijs placabatur, postea quibusdam sacris mitigati sunt & eorum imutata sacrificia. Ideo ergo Placabilis ara: quia mitigata sunt eorum nûmina. f. Liquefacto tempora plumbo diffidit.) Plumbum enim iactû nimio rotatu & aeris calore dissoluitur. Status, Et arsus cœli per inania glandes. f. Porrectum extendit arena.) Intelligimus eum cecidisse trans murum, dicendo autem multa, ostendit eor poris proceritatem. f. Minorem germanam, (Quia maior Nympha fuerat Iouis voluntate. f. Digna atq; indigna relatu.) Indigna, id est turpia & obscœna. f. Nouo regno.) Aut noua regij generis affinitate: aut quia etiam ipsi per regis filiam portio debatur imperij ingentem esse clamore ferebat.) Non erat ingens, sed se esse clamitabat ingentem.

## DONATVS.

Ilioneus saxo &c.) Semel positum sternit, ter accipiendum quò tres a tribus dixit occisos. Ilioneus quippe Lucetium strauit, emathiona liger strauit, choriteum asylas strauit. Similiter intelligenda & portè subeuntem ignesq; ferentem triu personis apta dum est, vt tres ad incedendum portam accesserint, tres a tribus videantur occisi. f. Hic iaculo bonus.) Ad istorum trium perficiendum necem, vnum dixit vsus esse saxo, alteru iaculo, tertium sagitta. f. Ortygium ceneus.) Subauditur occidit, sed quærendum est, quid sit, summis stantem pro turribus. potest enim intelligi, qd ante turres stabat, sed hic magis, quia de obsessis loquebatur, & clausis, pro defensione turrium stantem, hoc est laborantè debemus accipere. f. Priuernum capis.) Primo, inquit, illum themillæ hasta non grauitè percusserat. f. Ille manum proiecto.) Demens hoc est incautus atque inconsideratus, proiecto scuto, quo aduersus insidias vel securam vim tutus esse potuerat, manum tulit ad vulnus. f. Ergo alis elap. sagit.) Et quum se opportunum dedisset ad mortem, & vulnus cuperet manum contingere, & premendo dolorem mitigare Sagitta sequens ipsam eius manum lateri iniicit, & vsque ad interiora vteri pertedens letale vulnus ruptis omnibus, quæ animam tenent, commota mora difficultatis inuenit. hinc intelligitur, quia ictus hastæ nihil letale percusserat. f. Stabat in egregijs Arcentis.) Huius nomen non dicendo & demonstrando, patris videtur ostendisse, quod recens etiam ipse dicitur: & illud intelligi potest per partem: vt ostenderetur iste, cuius fuit nomen incognitum, Stabat, inquit, in armis egregius. f. Pictus acu clamy.) Ex acu habens picturas in clamyde.

fEt

fEt ferrugine cla. Ibe.) A nomine loci addidit speciei dignitatem: quomodo alio loco, tyrioque ardebat murice lena, sed illic purpura significata est cõfecta ex murice. hic autem ferruginem dixit aeris coloris. f. Insignis facie.) Hoc est ipse quoq; formosus. f. Genitor quem miserat Arcens.) Hunc in bellum pater suus Arcens miserat. f. Eductum mar. lu.) Educatum atq; nutritu in martis luco. f. Symæthia circum flumina.) Dixit lucum, & cui deo videret esse sacratu, addidit & regionis & fluminis signa. hunc iuuenè notabiliter poeta descripsit, quasi bellum aut tempus, quo troiani in periculo tam graui fuerant constituti, non desiderarent aut pulchros aut oculos, aut veste conspicuos. f. Stridentem fundam &c.) Quanto enim contorta fuerit fundam frequentius: tanto ictus perfectus ex ipsa tortius currit,

& grauior peruenit: positus, inquit, hastis mezentius, ad fundam sese conuertit. Cur enim contra mortem ferro contenderet? & illud intelligi potest idcirco illu hastas posuisse, vt expeditior esset ad fundam. stridentè ait fundam, quia dũ torquetur vt impetu col ligat stridit. fundæ intortæ quanta vis fuerit, consequenter ostendit, subiuciendo. f. Et media aduersi.) Solent & lapides his mitti tormentis: sed violentior est species plumbi, quum iacitur. hec. n. emissa sinu fundæ dum fertur, aere dissoluitur & veniens non tam tum pondere verum etiam liquore plumbeo quasi ignis quicqd inuenit vrit, atque dissoluit. Denique in huius faciem veniens, eum qui stabat non armis sed veste conspicuus, vno ictu prostrauit. f. Tum primum bello.) Ecce quanta necessitas, vt puer inrer iuuenes auderet arma tractare. Poeta tamen quoniam impossibile videbatur pueri manu robustissimum iuuenem cecidisse, non se facit autorem. dicitur, inquit, factum, vt in auspicijs ascanij, qui feras sagittis agitare consueisset numanum cecidisse, qui alio nomine etiam remulus diceret, & sorori turni, quæ esset natu maior, nuptiarum esset sorte coniunctus. Quu dicit thalamo sociat? habebat, ostendit honestam coniugij societatem fuisse contractam. Erigebat istum regalis puellæ coniunctio, nouu regnum, & affinitas turni. f. Is primam ante aciem.) Indigna relatu, turpia debemus accipere: quæ non decuit grauem poetam & honestu inferere carminibus suis. f. Tumidusque nouo præ. re. Ibat.) Tanta iste coniunctionis turni superbia ferebatur, vt licenter ante aciem & temere staret. Inde existimans magnu, quia clamabat, est autem tale hominum genus, qui secudis rebus efferrunt, vt q sint, vel quales, nec ipsi discernat. Incipit dicere, quæ essent relatu digna omiſſis deterioribus, quæ tanto carmini potuit neclere.

## ASCENSIVS.

Ilioneus, &c.) Prosequitur reliquam pugnae partem, commemorans etiam eos quos Troiani strauerunt. Inducitq; Numanum Remulum, qui Turni sororem pauloante duxerat, Troianis insultantem. Occasione cuius, Ascanius primum arma hostilia tractauit. Vnde dicit Donatus sic. f. Dicitur ante feras.) Poeta quoniam impossibile videbatur pueri manibus cecidisse, robustissimum virum non se facit auctorem. Hæc ille. Moris enim est Virgiliani, in rebus fictiuis, aut dubijs, addere particulam dicitur, fertur, vt perhibent, vt aiunt, vt fama est. Sed Ordo est. Ilioneus, Troianus ille, vir strenuus, & sacundus, sternit saxo: atq; pro idest: ingenti fragmine montis idest rupis saxos: Lucetium, Rutulum illum: subeuntem idest ab inferiori imminentem: portæ idest ad portam: & ferentem idest inferentem igneis: Liger. i. vt videtur Italus, quasi Ligur, aut Ligus idest de Liguria sternit: emathiona idest Troianum illum, & id quidem vocabula indicant: sed series verborum postulare videtur, vt dicamus Liger scilicet Troianus ille, sternit Emathiona scilicet Rutulum. nam is proprie sternit, qui de super incumbit, vt Itali, non Rutuli: Asylas Troianus, sternit Chorineum Italum. hic scilicet Chorineus: Virg. N N n erat,

erat, supple bonus idest peritus, & utilis iaculo: & hic scilicet Aylas: bonus, supple erat: sagitta fallente longe idest quum procul iacitur. Cæneus, Troianus ille sternit, sup. Ortygiū Italum. Turnus, supple sternit Cænea, victorem scilicet Ortygij: & Turnus. f. idem: sternit Itin, & Clonium, & Dioxiptum, & Promulum, & Sagarim, & Idam: stantem pro summis turribus idest pro defensione summorum turrium: aut, ante ipsas summas turris: aut sic magnum, vt pro turri haberi & putari possit. Omnes autem qui a Turno sternuntur, Troiani intelligendi sunt. Capys, Troianus ille: sternit, sup. Priuernum, Rutulum illū, leuis hasta Themilla, ille illius Troiani: strinxerat idest leuiter vulnerauerat: prius hūc scilicet quem Capys strauit, Priuernum. Ille. f. Priuernus: demēs idest maleficus, & inemor salutis suæ: tulit manum ad vulnus scilicet factū, a sagitta Themillæ & hoc tegmine. f. corporis, hoc ē clypeo proiecto. Ergo, quia. finermis videbatur sagitta. f. a Capy immissa: illapsa, sup. est, alis: quia (reuera) pennarum plumis dirigitur: alis igitur idest pennis: & manus. f. quam ad vulnus tulerat: infixa est lateri læuo idest simul cum latere transfixa est: aut quasi clauo lateri affixa est: & ipsa sagitta abdita idest abscondita intus: rupit. i. fregit: vulnere letali, idest mortifero: spiramēta animæ. i. pulmonem, aut præcordia. Arcens, vir ille qui inter Troianos erat, & forte ab Aceste comes datus, filius Arcentis: stabat in armis egrægis, pictus chlamydem, idest habens chlamydē pictā: acu. f. opera Phrygonū: & clarus idē relucens: ferrugine. i. purpurea subnigra: Ibera. i. Pontica: existens insignis. i. præter ceteros spectabilis facie, quem Arcens genitor miserat: eductum. i. educatum: luco Martis. i. Marti deo facto, circum flumina Simethia. i. idest ipsum Simethum, fluuium in Sicilia, non longe ab agro Cathinēsi:

SERVIVS.

(Iterum.) Denuo. Nā iam tertio ogfidentur: & iterū, nō nisi de duobus dicimus. (Bis capti Phryges.) Semel ab Hercule, postea à Græcis. (Morti prætere muros.) Emphas est. Morti enim p bello posit. Sic supra. Læti discrimine paruo. (Nostra cōnubia.) Aut quasi Turni cognatus loquitur: aut inuidiose retorquet, & vult causam omnium esse cōmunem. (Nō hic Atridæ.) Exaggeratio vituperationis. nam non tantum se Troianis, sed etiam eorū victoribus præfert. (Fandi fictor Vlysses.) Aut fallax, aut logodædalus, d est qui dolum cælat sermone ornato. (Durum à stirpe genus.) Italix disciplina, & vita laudatur: quam & Carro in originibus, & Varro in gente populi Romani cōmemorat. (Gelū duramus, & vndis.) Vndis gelidus: & est ēν δίαδύοιν, vt Hamis auroq. Nā nemo qd plus est prius dicit. Si. n. duo essent, antē a quā diceret, postea gelū. (Venatu.) pro venatu. vt. Curru pro curru. (Syluasq; fatigat.) Ipsi fatigantur in syluis: aut pro feris syluas posuit in quibus sunt feræ. (Flectere ludus equos.) Alioq; labor nostræ pueritiæ ludus est. (At patiens operum, paruoq; assueta iuuetus.) Hoc & in Georgicis laudat. nam magne virtutis est in nimio labore paruis esse contentum. (Terram domat. Bene bellico vsus est verbo: & ne à re militari discederet, nō dixit terras colimus, sed domam: ac si diceret, cū hostes defunt, terras ferro domamus. (Versa iuuenum terga fatigamus hasta.) Agriculturam sine officio belli non gerimus. Est autem κακοσύνδου & δμοιοτάλευτου. (Nec senectus debilitat vires animi.) Bene Animi, quia non est ausus corporis dicere. Nec enim potest fieri, vt quāuis robustus senex vires habeat prioris ætatis, & suæ comparetur adolescentie. Nunc ergo licet dicat fortes esse etiam senes, bona tamē est vsus tempeperatione, vt diceret nihil animoq; vigori derogare temporis vetustatem. (Vobis picta croco.) Vituperatio Troianorum, in qua

thinēsi: vbi, sup. est ara Palli. f. dei pinguis. f. frequētī sacrificio: & placabilis. f. alia hostia, q; humana. Ipse Mezentius egit armis positis. i. depositis: fundam stridentem idest cum stridore emitentem, glandem, aut lapidem: & hoc habena scilicet fundæ: qua scilicet tenebatur: abducta ter circū caput, vt. l. fortius emittatur: & diffidit. i. dissecuit tempora. f. Arcentis: aduersi. i. ex aduerso: stantis media. i. per medium: & hoc plumbo. i. glāde plumbea: liquefacto. f. ex celerrimo impetu, & vehementi motu: ac extendit. f. Arcentem: porrectum. i. extensum, quū morte grauaretur, sup. in media harena: Ascenius solitus ante. f. illa tempora. terre teras fugacis: dicitur tūc, primum intēdisse bello. i. more bellico, aut animo belladi, & hostili: sagittam celerem. i. celeriter emissam: & dicitur fudidit manu. i. sagitta e manu missa: Numanū fortem. i. robustum: cui. f. Numano, cognomen erat Remulus: & sup. q; foctatus: nuper. i. paulo ante: thalamos. f. matrimoniales: habebat germanam. i. sororem Turni minorē: quia maior erat Tuturna, amica Iouis. Is. f. Numanus, Remulus: vociferans ante primā adē, digna, atq; indigna relatu. i. quæ referantur: & tumidus. i. inflatus præcordia. i. habens præcordia tumida, & inflata nouo regno: q; per sororem regis, in partem regni aduenerat:ibat. f. conspicuus: & ferebat sese ingentem. i. egregium & præstatem: clamore. i. vociferatione & inclamatione sua. Clamabat autem quæ sequunt, Non pudet obsidione.

PIERIVS.

(Allapsa sagitta.) In antiquis, adlapsa, per d, & per b, more veterum, & sagitta: quod eam a sagaci istu dictam, volunt. (Et leuo infixa est lateri manus.) In antiquis aliquot, adfixa: quod nequaquam displicet.

[Nō pudet obsidione iterū, valloq; teneri NVMANVS  
Bis capti Phryges? & morti prætere muros?  
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.  
Quis deus Italiam? quæ vos dementia adegit?  
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.  
Durum astirpe genus, natos ad flumina primum  
Deferimus, sæuoq; gelū duramus, & vndis.  
Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant:  
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.  
At patiens operum, paruoq; assueta iuuentus,  
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.  
Omne æuum ferro teritur, versaq; iuuenum  
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus  
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem  
Caniciem galea premimus, semperq; recentes  
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.  
Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,  
Desidiæ cordi, iuuat indulgere choreis:  
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.  
O vere Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta  
Dyndima, vbi assuetis biforem dat tibia cantum:  
Tympana vos, buxusq; vocat Berecynthia matris  
Idææ: finite arma viris, & cedite ferro.

sunt Troiani. (O' veræ Phrygiæ.) Ipsos vituperat Phryges: sed nunc ad maiorem iniuriam Phrygiæ non Phryges. (Alta dyndima.) Montes matris deum. (Biforem dat tibia cantum.) Bifonum imparē. Et seruauit eis tibiariū suarum naturam. Tibiæ aut serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauerinas. Ergo biforem, dissimilem, dissonum. Nō enim sunt pari modulatione compositæ. Vt enim ait Varro, Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet: sinistra duo. quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem. (Buxusq; vocat Berecynthia.) A monte Berecyntho. Dicitur autem & hæc buxus & hoc buxū, vt. Et torno rasile buxum. Vnde superfluo quidam arborem generis foeminini esse voluit, cum hoc loco etiam de ligno generis foeminini habeamus exemplum. (Et cedite ferro.) Aut ferrum relinquit: & est iteratio. Aut cedite ferro, id est cum viri non sitis, abscondite partem virorum.

vitur argumētis quæ in Rhetoricis cōmemorat Cicero. à gēte, ab habitu, à gestu, ab animo. (Fulgenti murice.) Purpura. Hanc autem vitio & de decori apud maiores fuisse cōstat. Iuuenalis, Peregrina ignotaq; nobis. Ad scelus atque fas quæcūq; purpura ducit. (Desidiæ cordi.) Vobis sunt, (Choreis.) Seruauit hoc loco naturam syllabæ, quam in sexto metri causa corripuit. Vt. Pars pedibus plaudat choreas, & carmina dicunt. (Et tunicæ manicas.) Tunicæ vestrae habent manicas. quod è Cicero vituperat, dicens, Manicatis & talaribus tunicis, ni colobis vtebantur antiqui. (Et habet redimicula mitræ.) Illud dicturus fuerat, Habetis in pileis redimicula: quod conuertit in vituperationem maiorem; dicens, Reliquas habetis mitras. nam pilea, virorum sunt: mitræ, foeminarum quas calaticas dicunt. Mitra autem proprie Lydorum fuit, vt, Mæonia mentis mitra. quem habitum imitatis



¶ Non pudet obfisione iterum.) Ideo iterum, quia obfessi fuerant in troia, & rursum in prefenti. ¶ Valloque teneri?) Quod semel dixit iterum bis debemus accipere, vt fit iterum obfisione, iterum vallo. quid fit iterum ipse exposuit dicendo. Bis capti phryges, sed idcirco, inquit, non semel vobis hoc contingit, quia phryges estis. hoc gentis nomen pro conuicio posuit, quasi eneruati, molles, imbelles, ac foeminiis proximi, & captiuitatibus crebris adiecti. Crimen enim fuit, quia iterum potuit quippe casus fuisse in prima obfisione, sed quum secundo quoque vallati sunt. nec prima potest casibus applicari, nec secunda obfidio. ¶ Et morti pre. mu?) Nouum, inquit, inuentum inertie, quae sibi murorum munimenta conquinat, non vt clausos defendant, sed vt obfessos abdicent. ¶ En qui nostra sibi.) Singula habent vim suam. En, inquit, vituperantis demonstratio est haec en qui, hoc est mendici, naufragi, dissoluti. nostra quasi meliorum, atque nobilium bello conubia poscunt. Volunt, inquit, bello alienum coniugium quere re, qui in causa simili sciunt sese mactatos. ¶ Quis deus italiam?) Quis deus iratus scilicet vos ad italia morituros adduxit? Quae vos dementia adegit. An dementia vos huc impulit? qua soletis ferri praecipites? ¶ Non hic atridae, nec sandi fictor vlyxes.) Inter nos, inquit, non sunt atridae, nec vlyxes. primos grecorum maculat, vt reliqui deteriores intueniantur. vlyxes enim mentiendi atque fallendi arte peritissimus fuit. Atridae quum summam tenebant imperij, helenam perdiderunt neficientes, & tamen obtinuerunt aduersum vos, & vicerunt. & victores, scilicet, qui alios superare non possent. ¶ Durum a stir. ge.) Genus, inquit, nostrum non arte aliqua fit durum, sed nascitur forte. ¶ Natos ad flumina.) Vsq; adeo nostros liberos paramus ad laborem, vt mox natos deferamus ad flumina. Si hoc solum diceret, non tanta esset laudantis assertio, quanti enim laboris est vnam fluminis partem addidit. ¶ Saeuioque gelu du. & vn.) Vt ostenderet naturam fluminis frigidam, & interueniente gelu sequitiam ipsius fluminis duplicari. Apud nos, inquit, vnusquisque quum nascitur cum ipso primae lucis exordio, labores quoque durissimos aufpicatur. In vnda fluuiales & in glaciem missus, ne aliquando delicias etiam sui nefcius sentiat. ¶ Venatu inui. pue.) Puerilis enim aetas succedit infantiae. ad hanc, inquit, quum venerint, venationibus pueritiam transigunt. Quod genus exercitij proficit bello. Illic enim discitur, quicquid pugnarum certaminibus esse necessarium, equitatur, curritur, mittuntur haste, sagittae iactantur, vsque adeo hoc verum est, vt sequatur, flectere ludus equos, & spicula tedere cotru. hi sunt nostrorum puerorum ludi, nec aliorum puerorum more inanibus officijs occupantur. ¶ Syluasque fa.) Non syluas fatigant sed latitudinem sylvarum obeundo percurrunt. A pueritiae autem laboribus, & venandi studio ad agrorum transiunt cultu. Itaque ad omne genus laboris sic producit aetas eadem, vt a consuetudine laborandi nihil repentinum videat, nihil sentiat nouum. hoc est quod ait. At patiens operum, paruoque assuetu iuuetus. Sic, inquit, aetatem iuuenum nostri suscipiunt, & laborare didicerunt, & paruis operibus viuere. ¶ Aut raris ter. do.) Nunquam se patiuntur desidia otioque corrumpi. Denique illorum virtute aut hostis domat aut terra. ¶ Omne eum fer. te.) Itaq; fit, vt vita omnis nunquam deferat ferrum. ¶ Versaq; iuuen. ter. fatiga. li.) Et quum aratro profcindimus te. ram, hasta iuuenus ducitur. hasta in opus vrgetur, vna atq; eadem species & ruri fertur. ¶ Bello. Vertitur in hostem exercitatio agricolae, & sic exagitat bouem, vt semper apud nos militet rusticus. Et ne quisquam improuisus irruat, semper armatus est, ne tunc securus animi quum iacet. ¶ Omne aeu. fer. teri.) Nulla etas nostra est, quae neficiat ferrum, quum dixit omne aeuum, addidit aetatis sensum, vt confirmet omne eum ferro conteri. ¶ Nec tarda sene. Debi. vi. ani. mu. vigo.) Tardam senectutem dixit, non quod tarde veniat. sed quod faciat homines tardos, hoc est segnes ad laborem subeundum: nec ipsa ait senectus vires nostras infringit animi, mutatque vigorem. hoc est dicere senectutis aduentus nec vigorem animi minuit, nec de subtilitate corporis. ¶ Mollem Cani. gal. premi.) Tantum potest laborandi vsus, vt nec ipsi senectuti parcamus. Tegitur canices galea, nec tunc immune periculis caput est: quod debuit excusari propter senium. ¶ Semperque recen. Com. iu. pre. & viue. rap.) Semper, inquit, non enim magnam est interdum aliquid agere laboriosum, inde est, quod ait recentes praedas. Qui enim semper venatur, aut pugnat, semper petitur praedarum notitate: Et quia sunt, qui inuiti laborem subeant, adiecit iuuat viuere rapto: Illa est, inquit, apud nos ratio melior vitae. si receti praeda pascamur, & alienis opibus captis ducamus continuos dies. Canicem galea premimus. tantus in nobis amor gloriae est, vt

etiam cani procedamus ad bellum. Nulla nobis etatis occasio est: nec a militari muneribus quaequam tarda senectus excludit: volutatas aggreditur omnia, & ausus omnes voluntate complentur. Senes nostri nouerunt de campo redire cum palma, & quum victores sudantem posuerunt galeam, madentem monstrant iuuenibus senectutem, neficit apud nos senectus tardos efficere, quos iuuentutis finibus quum venit excluserit. Vna temporum adaequatio est. nec imminet metuimus senectutem: neque eius senes detrimenta sentimus, sola canorum signo discitur aduenisse. Ipse capitis candor non solum hostes, sed ipsa quoque vitia senectutis expugnat. imponit senectuti galea, ne minorem faciat, quem gloriosum iuuenta tradente suscepit. Interea ab ipso oburgationis initio comparatiuae materiae partes induxit. Complētis, quae pro se facerent transit ad deformationem troianorum. ¶ Vobis, inquit, picta cro. & fulgen. muri. vest. Desi. cor.) Delicata enim vestimenti species dissolutionem animi & corporis parit: denique ostendit corruptionem vestitus multa initia comitari. Iuuat indulgere choreis.) Vestitum vestrum turpis saltatio sequitur & foeminarum similes estis. ¶ Et tunicae ma. & hab. red. mit.) Vsq; adeo in vobis virorum nihil est, vt pro scutis fit vobis manicata vestis. & mitra pro galea. ¶ O ueræ phrygię (ne. enim ph.) Errat, inquit, quisquis vos phryges & non phrygias vocat. nihil enim inter vos & vestras mulieres distat. vnus vobis est cultus. vna debilitas corporis, vna dissolutio mentis. Certamen vobis est maximum, vt turpitudinis studio foemina vestras nitendo superetis. ¶ Ite per alta Dindema &c.) Apparet qui sitis, quum ea, quae colitis, recensendo conuoluo. nec immerito enim ideę matris sacra sectamini. Ite psallite cum tympanis. habetis illic amoenitates ex bulso. potestis vacare his, quae vestrae personae moribusque conueniant. ¶ Sinite arma viris.) Habetis, quae vos ipsa magis sacrorum solemnitate corrumpant. patiamini viros arma tractare, & ferrum, quod viris paratum est, ac vobis non congruit, ponite.

## ASCENSIVS.

¶ Non pudet.) Haec sunt verba Remuli, Troianos vituperantis, quod mœnibus inclusi tenerent: & sese obfisione iterum premi sine rent. Dico iterum cum textu: Nam licet Seruius velit denovo dici: quia non iterum id est secundo, duntaxat obfessi erant, secundo enim: sed iam tertio, tamen, quia Troiani iuuenes erant: & quia prior obfidio magne Troiae ab Hercule facta, non erat longa: sed postius expugnatio, quae obfidio. Ideo placet iterum, obfessos dici Troianos: licet iam bis fuerint capti. Sed Donati verba sunt. ¶ Phryges.) Pro conuicio posuit. q. d. ideo capti, quia Phryges. ¶ En.) Vituperantis demonstratio. ¶ Qui.) Scilicet mendici, & exules. ¶ Nostra.) Quasi meliorum, & fortiorum. ¶ Bello.) Quis sciant in simili causa se victos. ¶ Non hic A.) Inuenietis fortiores his, quae tamen vos vicerunt. ¶ Durum.) Fortem. ¶ A stirpe.) Non arte, sed natura. ¶ Flectere ludus equos.) Non enim inertibus ludis intenti sunt. ¶ Tarda.) Quae faciat homines tardos. Haec ille. ¶ Ordo aut est. O Phryges bis capti: non id est non pudet vos teneri: iterum id est denovo aut rursus obfisione & vallo: q. d. id merito fieri debere quibus non fiat: & nonne pudet praetendere id est obicere: morti id est bello letifero muros, aut praetendere morti muros. i. habere solimodo: a morte discrimen murorum, quasi si muros non haberent, omnes extincti essent. En, irridentis vox: q. i. quales? q. d. muliebri animi, q. se intra muros claudant, possunt sibi bello. i. virtute bellica: nostra. i. nobis pacta, & debita conubia. Bene dicit nostra: quia communis videtur iniuria, si enim regi impune auferatur coniux, aut sponsa: vtro simile est nullum deinceps habiturum pro priam: quod dicit Statius in Achilleide sic, Quid maneat populos ubi tanta iniuria primos, Degraffata deuses? Quid deus. q. d. non bonus vobis: vnde addit: quae dementia adegit id est adire coegit vos: quasi stolidum decus, Italiam. Non hic, supple sunt: Atridae id est illi bellatores: sed tamen vestri victores, nec Vlysses: fictor id est compositor, & exornator: sandi id est loquedi: q. Grece λογος δειλος dicit, hoc est non confidimus in calliditate sermonum, sed in virtute nostra. Nos enim durum genus a stirpe id est ab origine, & longa propagatione deserimus natos: primū id est vt primū liberi nati sunt ad flumina: vt. scilicet indurescant: & duramus id est induramus, saeuo gelu: & vndis. i. vndis gelidis, aut gelu. i. frigore vndarum: aut gelu etiam in aere & vndis. i. frigore aequorum. Puerū. i. quū adhuc sūt pueri: ipsi inuigilant venatu id est venatu, datius antiquus: aut vigilant. i. vigilantes & strenui sunt in venatu: & fatigant syluas. i. feras sylvarum: & plus est quae si dicat, fatigant syluas flectere equos etiam, sup. eis ludus: aut (vt Donat. accipit) ludus. i. exercitatio eorum, dū ludunt est flectere equos: &

Ordo.

etiam

Virg.

NNn ij tēdere

# ÆNEIDOS.

tedere spicula. i. sagittas: cornu. i. ex arcu cornu munito, saltem in extremis angulis. At iuuentus. i. ea multitudo, quæ ad iuuentam peruenit: patiens operum. i. scies pati opera & labores: & assueta paruo. i. frugalitati, & parsimonie intentat: aut domat terram raris: aut quatit. i. concutit, vt eruat oppida bello: omne eum te ritur ferro: aut enim venabulis, aut rathris, aut sarculis, aut bellicis armis incubunt, quin etiam dum agriculturæ insudant armati sunt. Nam nos fatigamus terga iuuentum. i. iuuentorum, hoc est boum aratoriorum. hasta ferrata. i. ferro munita, vt parati sumus contra insultus hostium etiam in agris: nec senectus tarda. i. tardificans corpus: debilitat vires animi: mutatq. i. & non mutat: vigor. i. animi. (Refertur enim negatio præcedens ad vtrūq. verbum sequens.) Nos premimus caniciem. i. canos capillos, scilicet galea. i. et canescetes induimur galea: & iuuat semp. cōuectare p̄das receter. i. receter raptas: aut ex nemore, aut ex iusto bello. Nam prius dixit, getem Italicam sine legibus æquā, & iuuat viuere rapto. i. ex his quæ ab hoste, aut in syluis rapuimus. Vestis picta croco & murice. i. purpura fulgenti: & sup. defidia. i. ignauia: sunt vobis cordi. i. ad cor & placitum vestrū, hoc est placet vobis: & iuuat, sup. vos indulgere. i. nimium intendere, & animū illaxare: choreis. i. tripudijs, & saltationib?: & tunice, sup. vestræ: habent manicas. i. tegmina, ad manus vsq. protensa, quæ brachia impediunt: & mitræ, idest capium indumenta potius foeminis, q̄ viris apta: habent redimicula. i. religaturas ad ornamentū spectantes: o vere. i. certissime: Phrygiæ. i. mulieres ex Phrygia: neq. enim Phryges. i. viri ex Phrygia: ite per Dyndima alta. i. monte is illos Phrygios, matri deum sacros: vbi tibia dat vobis assuetis. i. ad sonum tibiarum saltem, cantum biforem, idest binis, & disparibus foraminibus emissum concetum: tympana, idest instrumē

ta musica, habentia pellem extensam: & Græce τὸ μπάνον. & buxus, idest fistula ex buxo: buxus (inquit) & berecynthia, idest que crevit in Berecyntho monte: matris, scilicet deum: Idææ, idest Phrygiæ: vocat vos. i. ad choreas: finite. i. permittite arma viris. i. nobis: & cedite. i. discedite, aut date locum: ferro. i. armis ferreis quæ tractare nescitis: aut cedite. i. virilia, & pudenda, more Galorum. i. sacerdotum Cybellis: sed non procedit quia non ferro, sed cultro lapideo, aut testa, abscedebant ea: vnde dicam, cedite. i. date locum, & discedite a ferro.

## PIERIVS.

¶ Et morti prætere muros.) In codicibus aliquot antiquis, Marti, legitur. Sed enim, morti, pro bello positum ait Seruius. ¶ Sguoq. gelu duramus.) In antiquis aliquot codicibus, duroq. gelu, habet. Sed, sauo, castior omnino lectio. ¶ Cōuectare iuuat p̄das.) In Romano codice, in Mediceo, & peruetustis aliquot alijs, comportare, legitur. Sane, comportari, dicuntur, quæ pueniunt ex re ditibus. Horatius, Si comportatis rebus. bene cogitat vti. Ita de ijs omnibus quæ ex agro in urbem comportantur, cōuectare, tamē magis placet eruditus auribus. ¶ Tympana vos buxusq. vocant, Berecynthia.) In antiquis exemplaribus, vocat, numero singulari, vt cum viciniore supposito congruat. Est & Verecynthia, per, u, digamma, in codicibus nonnullis: vt hmoi pleraq. alia, Græce consonantis sono. Male vero scribunt qui syllabæ pene vltimæ aspirationem apponunt, quom, t, sit apud Græcos βερεκύντια. ¶ Et cedite ferro.) Seruius intelligi putat de cultis, quibus sacerdotes deę Cybelis euitabantur. Atque ita, cedite, parete, interpretandum erit. Sed enim figuratius est dicere, ferro, hoc est bello. Neque indecora est illa eius sententiæ per diuersa vocabula repetitio, quam is fere negligit.

## SERVIVS.

¶ Iactatem.) De suorum gloria. ¶ Diræ canetē.) Ad iniuriā Troianoꝝ. ¶ Ante Iouem supplex per vota precatus.) Atq. Apollinē debuit inuocare iaculaturus sagittas. sed dixim⁹ ideo Iouē inuocatū, q̄ oē initium: Ioui debetur: vt, Ab Iouur. principū muse. Vnde nunc Ascanius non quid faciat, cogitat: sed primū facit, inde inuocat Iouem. ¶ Iupiter omnipotens.) Hoc epitheton interdum ad gloriā numinis ponitur, interdū ad cām dicentis. Nāq. hoc loco dicēdo Omnipotens, ostendit eum ēt ijs q. per se minus valent, præstare posse virtutē. ¶ Feram solennia dona.) Feram, de iuueno non dicimus: sed adducam. Intelligimus ergo eum alia dona ferre pmississe. Singulis enim numinibus certa sunt dona quæ offeruntur. Vnde est, Strueremq. suis altaria donis, id est congruis. ¶ Et statuam ante aras.) Aptam se daturum victimam ostendit alibi, Eductus cornu stabit sacer hircus ad aram. Quotiens enim victima relucetabatur, ostendebat se improbari. Lucanus, Discussa fugit ab ara taurus. Iuuentum autem secundum Romanas ceremonias dixit. Nam Ioui de tauro non immolabatur, vt etiam in tertio diximus, nisi cum triumphī nomine sue vel tauro fiebat: quod tamen ideo admissum est, quia non tantum Ioui, sed & alijs dijs quibello præsumt, sacrificabatur. ¶ Aurata fronte iuuentum.) Ita enim victima ornari consueuerat. ¶ Candentem.) Candidum. Iuuenalis, Ducin Capitolia magnum creatumq. bouem. ¶ Caput cum matre ferentem.) Equalem matri, nondum patri. Iuuenalis, Quem iam pudet vbera matris ducere: qui vexat nascenti robora cornu. ¶ De parte serena.) Vt non causæ sit, sed augurij, ¶ Intonuuit læuum.) Prosperum. Vt enim etiam supra diximus, quæ sinistra nobis videntur, intuentibus cœlum illie dextra sunt: non quod sinistra bona sunt, sed quod dextra cœli, nobis sinistra sunt. ¶ Sonat vna letifer arcus.) Simul atq. auguriū. ¶ Et fugit.) Melius Effugit legitur. ¶ Perq. caput Remuli venit.) Figmenta hæc vulnerum non sine ratione ponunt poetæ. Nam modo hunc ideo in capite dictū esse percussum, quia eum supra vaniloquum introduxerat, & superbum: quod vitio capitis euenit. Horatius, Attollens vacuum plus nimio

[ Talia iactantem dictis, ac dira canentem POETA  
Non tulit Ascanius: neruoq. obuersus equino  
Contendit telum, diuersaq. brachia ducens,  
Constitit ante Iouem supplex per vota precatus.  
¶ Iupiter omnipotens audacibus annue cœptis, ASCA.  
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,  
Et statuam ante aras aurata fronte iuuentum  
Candentem, pariterq. caput cum matre ferentem,  
Tam cornu petar, & pedibus qui spargat harenam.  
¶ Audijt, & cœli genitor de parte serena POETA  
Intonuuit læuum: sonat vna letifer arcus,  
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta,  
Perq. caput Remuli venit, & caua tempora ferro  
Traijcit. ¶ I, verbis virtutem illude superbis: ASCA.  
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.

meditantem non est vltra passus ascanius. ¶ Neruoque obuersus equino.) Quia primordia fuerunt, merito rogatus est iupiter, vt faueret. cætera descriptionem tenent sagittam, missuri. Stabat, inquit, tenens arcum habentem neruū equinum, latere vno retrorsum verso sagitta imposita, brachijs in diuersum adductis, hmoi precem fundens. ¶ Iupiter omnipotens.) Hoc loco bene positus omnipotens: is enim poterat oia, & illud valebat implere, vt puer stereret fortiolem.) Ipse tibi ad tua tem. fer.) In obsequio illius modi plenum debet officium exhiberi, quod ostenditur & pbat in ipsius hostiæ oblatione, signatum animal sacris, si non macie vel etate consecutum fuerit. Hæc ergo ascanius tetigit, feram, inquit, ad templa tua dona solennia. noluit dona ipsa solennia spali ter dicere, ne faceret moram. Adducam ad aras tuas bouem iuuenem, candidū, vaccam quoque matrem. non iuueni matrē dixit: sed quæ iam peperisset, vnde consuetudo permansit, vt vacca simul taurus auratis fronte & cornibus ioui capitolino mactent. Talem quoq. iuuentum spondet, non qui esset breuis, sed q. tam sese posset agnoscere. ¶ Audijt. Et cœli genitor de pa. se. Into. le.) Audiuit iupiter cœli genitor, & de parte serena Intonit a sinistro latere, non enim esset aliquid signum si de nubibus fragor exiret. Ea sunt autem læua quæ a læua parte nuntiantur: quia quod petentibus læuum est, id est præstantibus dexterum. ¶ Sonat vna let. ar.) Arcus letifer, qui hosti fatum portat aduersum. ¶ Effugit horrendum.) Sagitta, quæ fauore numinis ferebatur, per inimici caput temporaque transijt. ¶ I verbis vir. illu. super. Bis cap. p. hæc

hæc ru. respon. remit.) Hæc ascanij verba sunt. nûc, inquit, velim verbis superbis troianis insultes: talia bis captis phrygibus respõ sum accipere meruisti. hoc tantum ascanius vel fecit, vel dixit.

ASCENSIVS.

¶ Talia iactantem. &c.) Recitat quomodo Ascanius, implorato diuino auxilio, eoq; impetrato, Numanũ iaculis suis trãsfixit: quo facto, docet diuinus Poeta, iactantiam, & vaniloquentiam multis obfuisse: quum tantum virum Ephœbus deiecerit. Donatus dicit sic. ¶ Precatus.) Quia primordia erant belli, recte Iouẽ præcatus est. Hæc ille. ¶ Ordo est. Ascanius non tulit. i. non perpeffus est, nec ferre, aut tolerare potuit: Numanum, supp. iactantem: talia. i. facinora sua, & suorum dictis. i. verbis laudatorij: ac canentem dira, idest execrabilia in Troianos: & ipse obuertus. i. controuertus, vt fortius iaciat: neruo equino idest arcu corrobato neruo equino: contendit. i. toto conatu tendit in hostem: telum idest sagittam: & ducẽs brachia diuersa idest in diuersas partes ita vt arcus, lignum, & chorda, multum distraherentur: constitit ante Iouem idest in conspectu Iouis quem suspexit: precatus. i. precans: supplex idest suppliciter: per vota idest simul vouens, ac dicens: O Iupiter omnipotens: si, omnipotens: ergo & arcipotens: vt, videlicet Iupiter possit ad omnia inuocari cætera numina, ad ea dũtaxat, quibus præesse dicuntur officia: vnde sic Phœbus a Ioue accipit diuinandi potestatem, iuxta illud in tertio huius, Quæ Phœbo pater omnipotẽs mihi Phœbus Apollo Prædixit, &c. ita & sagittandi: quocirca nunc Iupiter inuocatus annuisse dicitur: & tamen Phœbus, quasi a Ioue missus, auxilio affuisse: quia ergo Iupiter omnipotens, & illa omnia rerũ, debentur auspicia: bene inuocat eum, quum Nifus, qui alias sæpe in hostem tela miserit, Dianam inuocauerit. Veneranda est autem in hac re Poetę nostri religio, & pietas qui in omnibus egregijs facinoribus, docet, diuina numina imploranda admonens: & a nobis magnum aliquid conaturis imploranda. Iupiter igitur omnipotens, annuæ cœptis audacibus quia audaciæ erat, in ephœbo talem virum appetre: a quo si eum non strauisset, graue periculum imminuisset. Ipse idest egomet; feram, idest offeram, quum adductus fuerit iuuenus: ad, idest apud tua templa: dona solennia, idest taurum solẽnem, hoc est statuam ante aras: iuuenum candentem fronte aurata, & ferentem caput: pariter, idest pariformiter, & æque alte, cum matre, scilicet sua; qui petat iam, idest laceffat, & prouocet quauis cornu: & qui spargat harenam pedibus, quod bonæ habitudinis & valitudinis, atq; animositatis

SERVIVS.

¶ Hoc tamẽ Ascanius.) Et dixit & fecit. ¶ Animõsq;.) Aut suos, aut Ascanij, per fauorem. ¶ Nube sedens.) Sicut solent numina. Iuno nec tu me aëria solã nunc nube videres Digna indigna pati. ¶ Ma. &c.) Magis aucte affectatæ glorię. Et est sermo tractus à sacris. Quoties. n. aut tus, aut vinũ sup victimã fundebat, dicebant, maclº est taurus vino vel ture, hoc est cumulata hostia & magis aucta. ¶ Nouavitute puer.) Aut magna: vt, Pollio & ipse facit noua carmina. Aut re vera noua, q; itũ ad bellũ. ¶ Dijs genite.) Propter Venerẽ. ¶ Gẽiture deos.) Propter Iuliũ Cæsare & Augustũ. ¶ Iure oĩa bella.) Merito. ¶ Gente sub Assaraci.) Sub gẽte Romana. Assaracus. n. pĩ e Capyos, auus Anchisæ. ¶ Favetura.) Magna: hæc. n. bella sunt graua, quę fatali rone pueniunt, vt Troiana & Thebana. ¶ Nec te Troia capit.) Maioris es meriti q; ciuitas i qua nũc es. Lucanus de Cæsare, Plus patria potuisse sua. ¶ Spirãtes.) Vitales, quibus spiramus & viuimus. ¶ Petit.) Notãdũ petit sine insidijs dictum. ¶ Fidusq; ad limina custos.) Ædituus fuit: quod, vt supra diximus, in inge

¶ Hæc tãtum Ascanius. Teucris clamore sequũtur, POE. Latitiãq; fremunt, animosq; ad sydera tollunt. Ætheria tum forte plaga crinitus Apollo Desuper Ausonias acies, vrbemq; videbat Nube sedens, atq; his victorem affatur Iulum. [Maeste noua virtute puer, sic itur ad astra, APOLLO Dijs genite & geniture deos; iure omnia bella Gente sub Assaraci fato ventura resident: Nec te Troia capit. ¶ Simul hæc effatus ab alto POE. Æthere se mittit, spirantes dimouet auras, Ascaniumq; petit. forma tum vertitur oris Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusq; ad limina custos. Tum comitem Ascanio pater addidit: ibat Apollo Omnia longæuo similis, vocemq; coloremq; Et crines albos, & sæua sonoribus arma: Atq; his ardentem dictis affatur Iulum. ¶ Sit satis Æneide, telis impune Numanum APOLLO Oppetisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo Concedit laudem, & paribus non inuidet armis. Cetera parce puer bello. ¶ Sic orsus Apollo, POETA Mortales medio aspectus sermone reliquit. Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.

mositatis indicium est. Possit verbum, feram, accipi pro eo qd est, offeram: vt sit, offeram dona solẽnia idest quædam alia sacrificia præter iuuenum, ad tua templa: & statuam: &c. Genitor, scilicet deorum, ac hominum Iupiter: audijt idest exaudiuit scilicet Ascanium, & læuum cœli, intonuit de parte serena: ita, vt a Ioue significandæ exauditionis gratia factum intelligat. nam in sereno non fit naturaliter tonitruum. Possit esse ordo, genitor cœli au dijt, & intonuit. i. tonare fecit: læuum. i. læuam partem cœli: vnde de rara fiunt auguria, & prodigia: quia, quæ cœlum suspicientibus læua sunt, ipsi superis dextera: de parte serena idest vbi erat serenitas. Arcus. i. Ascanij: letifer. i. mortem allaturus, Numano sonat vna, idest pariter. Sagitta elapsa effugit. i. fugienti similis, per uolat stridens horredum. i. horribiliter: & venit per caput Remuli. i. Numani: & trañcit ferro. i. quod ei affixum erat: tẽpora caua. i. concaua, aut cerebri expertia: & sup. dixit (quia sequitur hoc tãtum Ascanius). i. vade modo, & illude. i. irride virtutem: aut potius illude. i. simula per lusum: virtutem verbis superbis. i. superbe loquendo, quum nequiter agas. Phryges bis capti, remittunt Rutulis hæc responsa. i. sic respondent temeritati eorum; fortiter s. agendo, & parum dicendo.

PIERIVS.

¶ Audijt.) In anti. per synærefim, audit: de quo sæpe alibi dictũ. ¶ Sonat vna lerifer arcus.) In Roma. codi. nonnullisq; alijs legitur, fatifer. ¶ Effugit horrendum stridens elapsa sagitta.) Quauis Seruius, Effugit, agnoscat: vetera tamen exemplaria, Et fugit, legunt. & pro, elapsa, adlapsa, & allapsa, inueni. In Roma. vero codi. & in aliquot alijs, ipsa venerandis vetustate, adducta, scriptum animaduerti: in qua lectione ipsum iaculantis, & telum contẽditis, gestum aspiceret videaris. Ouid. Viderat adducto tendentem cornua neruo. Loco tamen hoc nonnulli volunt, allapsa, melius esse. ¶ Et caua tempora ferro Trañcit. I, verbis virtutem illude superbis.) Est & hic quoq; vnus ex illis locis, qui tam varie legunt, quam varie sunt veterum codicum manus. Nam in Roma. codi. Transadigit verbum scriptum habetur: facta nimium iniuria sententiæ: si nequeas, I, verbis virtutem illude superbis. integrũ subiungere. Nam si tollas, i, verbum, totam eius sententiæ venustatem tollas. In Oblongo cod. perueteri, Traiecit. In aliquot alijs, Transiecit, sed enim oblatis etiam mihi sunt codices peruetusti, in quibus, Transiecit, scriptum videas. Quare aut hic aliquid simile versibus illis ex legibus, Nec te comitem hic asportare Creusam, & Rostrisq; stridentibus: aut, quod omnino placet, Trañcit, legẽdum: vt, i verbis, subsequatur.

ti honore apud maiores fuit, illic enim & epulabantur, & deos colebant. Censuram etiam illic omnis seruabatur: qd & Plautus docet in Afinaria, in qua inducit Sauriam seruum atriensem in tota familia plurimum posse. ¶ Seua sonoribus arma.) Strepitu terribilia ¶ Ardẽtem.) Desyderio dimicandi. Vnde, Animosq; ad sydera tollunt. Melius Ascanij intelligimus, sicut Statius de Menæce, Et laudibus implet honestis. ¶ Æneide.) Patronymicum hoc nõ vẽit ab eo qd est Æneas. Nam hic Æneades & ò Æneadę faceret. ¶ Primã hanc tibi magnus Apollo.) Dicendo Primam hanc, pollicetur & aliam. Concedere autem se ideo dixit, quia sagittarũ deus est: & licet cum Iupiter iuuerit, Apollo tamen officium sibi suũ vindicat, quod dicit se concessisse, quia nõ prohibuit. Ea enim quæ ab alijs numinibus poscimus, tũc implentur, si non aduersent numina, quorũ propria sunt quę poscimus. vnde & in quarto

Iuno ait, Adero, & tua si mihi certa voluntas. Hoc est, Quod in me est, iungam eos: restat vt & tuum velis impleri officium. ¶ Paribus non inuidet armis.) Pari gloria. Nam vt Apollo puer oc

Virg.

NNn ij cfo

numera. Æditus

# ÆNEIDOS.

diso Pythone, vltus est matris iniuriam: sic Ascanius occiso Numano, Troianorum castra iniuriasque defendit. Paribus ergo armis, id est similibus: non peritia, sed genere victoriae. (Cætera.) Deinceps: & est aduerbium. (Ortus.) Modo locutus, aliàs coepit, quod magis est proprium, vt Sic Venus, at Veneris contra sic filius ortus. (Medio sermone.) Ideo medio, quia non respondit Ascanius.

## DONATVS.

(Teucric clamore sequuntur.) Commoti, troiani ex felicitate facti tulerunt clamorem cum læto fremitu, & sperantes tanto auspicio meliora, plurimum gratulabantur. Ætheria tum forte plaga. Iulus tam felici auspicio ardebat ad gloriam, sed apollo qui nosset, quid in sagittarū arte argeretur, noluit illum vltius animos tendere, nec quicquam dehinc audere, hunc igitur monebat dictis, & a certamine reuocabat. (Maeste noua vir. p.) Laudat ascanium, & ne incipientis animum frangeret, eum quem a certamine reuocare cupiebat, extollit, sufficit te, inquit, i ipsis coeptis & in exordio placuisse, actus es noui facti successu. sic peruenit ad cœlum. Nec tibi erit hæc sedes insueta. nam dijs genitus & geniturus deos dignus es qui opinione factorum ad ipsa vsque astra peruenias. (Iure omnia bella Gente sub asca.) Quum dicit geniturus es deos, & refidet bellorum omnium timor, pacē fore perpetuam spondet, & spem pollicetur præsentis temporis & futuri. (Nec te troia capit.) Erit tale meritum tuum, vt hinc non iam imperium, sed fortiora conueniant. (Simul hæc effa.) Loquutus est hæc sed constitutus in nubibus etiā, quem audire ascanium posset, qui præsentem affatus est. sed quia astantis dei nomen puer vel cuiuslibet ætatis alius ferre non potuerat. (Ab alto æthere se mittit, spirantes dimonet auras.) Scilicet, quibus veclus ad terras venerat. (Ascaniumque petit.) Hoc est ad ascanium venit.

(Formatum verti, oris Antiquum in bu.) Deligit eius hominis formam, qui antiquitatis & exercitationis longinquitate collectæ merito sanum dare consiliū posset, & debuisset audiri. (Hic dardanio anchisæ arm. an. fu.) Armiger belli tempore, & quum esset anchisæ in otio fidelissimus, ei fuerat custos, & non ab eo diuelleretur. dicitur eius etiam aliud meritum, vt ostendat amoris causa iuxta ipsius nepotem. (Tum comitem ascanio pa. ad.) Necessario istum fidelissimum senem tali tempore filio addiderat pater, nepotem qualem anchisæ auo in armis & in pace præbuerat. Ecce alta dicitur causa commendationis & fidei, que apollinem fecerat talis viri sumere personam. (Ibat apollo Omnia long. si.) Ibat, inquit, deus latens sub hominis forma, & mortale sustinens cultum, ac vocem. (His ar. di. asca.) Solent secūde res erigere homines etiā ætate prouectos: sed quando ad pueri aium ventum est, sic ardere coepit, & prosperis ferri. vt alia quoque nō dubitaret audire: sed hunc ille, de cuius persona tanta dona sunt, sic per sua signa reuocabat, vt sciret ascanius animum suū robustiori ætati seruandos. (Sic satis æneidæ.) Sufficiat tibi, inquit, quis æneæ filius, quoniam numanum telis tuis impune prostraueris, vltus es magnum facinus aggredi: necemque hominis cū tua incolumitate completū, sufficiat, quod factum est. (Primam hanc tibi ma. apol.) Imitatus es apollinis studium, ipsius fauore, quod vltus completum est, non inuidet coeptis tuis. Caue aliquid per tentare posterius ab eo, quod est primo casu æneides, declinavit, & dixit vocatio gneide. (Sic ortus apollo.) Ipse enim fuit, non butes & sic compleuit dicta, etiam puerum instruxit mādatis vtilibus, & ostendit in effectu occisi se potius adiutorem fuisse quam ionem. (Mortales medio aspectus) Et procul in tenuem ex oculis euauit auram. (Hunc locum sic pronuntiare debemus, si ortus apollo mortalis, hoc est constitutus sub hominis forma: tunc dicendū medio aspectus sermone reliquit, Antequam sermone acciperet, medium sermone reliquit, & deseruit humanos aspectus & in auram tenuem repente discessit medius sermo, qui cōmunicatur cum alio vel medius, qui non impletur aliqua occurrēte causa, quod intelligendum est in presenti. Multa enim dici potuerant sed in corpore mortali deum diutius esse non decuit proinde vltius videri noluit, & abscessit.

## ASCENSIVS.

(Hoc tantum.) Prosequitur ea quæ facinus illud egregiū Ascanij subsequuta sunt. Quomodo videlicet post applausum Troianorum affatus sit Ascanium Apollo: eumque ad virtutē cohortatus, atque in Buten transfiguratus, vt armis abstineret familiaris admonuerit: admonitumque in forma dei ascendens dereliquerit. De quibus omnibus hoc solum habemus Donati. (In Buten.) Nā ætate, & longa exercitatio dignus erat, cuius consiliū multi faceret. (Æneide.) Ab eo quod in nominatio casu Æneida. (Apol.)

lo Mortalis.) Id est constitutus sub hominis forma. Hæc ille. (Ordo est Ascanius, sup. dixit, tantum hoc. f. quod præmissum est, his. f. verbis, &c. Teucric sequuntur, sup. clamore. i. applausu: & fremunt lætitia. i. præ letitia: & tollunt. i. extollunt, animos ad ferydera, supple tunc: quum. i. quando, Apollo crinitus (quod propter radios solis illi assignatur) videbat forte a plaga. i. regione æthere. i. cœlesti: desuper. i. a superiore loco: acies Aufonias. i. Italop: & vrbem. f. Troianorum obsessam: sedens nube. i. super nubē, aut accinctus nymbo: sicut numina solent, quæ aliter videri vix possunt, atque affatur Iulum victorem. f. Numani: his scilicet verbis, o puer, maeste id est magis aucte: noua id est insolita virtute: itur sic id est per talia facinora: ad astra id est in numerum deorum: o genite dijs id est originem trahens a dijs & geniture deos scilicet Romulum, & Iulium Cæsarem, atque Augustum pro dijs habendos: omnia bella ventura fato id est per fatalem præordinationem: sub gente Assaraci id est illius principis Troiani: vnde Anchisæ originem traxit: resident id est sedebuntur in te: quia solus Ascanius, superflus mansurus est, interuentibus Latino, & Æneæ, Seruius tamen legit, iure id est merito: vt sit, omnia bella ventura fato resident id est placabuntur: merito, sub gente id est progenie Assaraci. Ego tamen priorem lectionem approbauero. Nec Troia scilicet hæc parua: capit te id est non eris ea contentus, immo nec Laurolauinio, quia secundum quosdam, Albam condidit: & ipse Apollo affatus hæc, mittit se simul ab alto æthere: & dimonet auras spirantis, id est vitales, & petit Ascanium: forma oris id est vultus: virtutem id est maturat: tum id est tunc: in Buten id est virtum illum: antiquum id est figuram, & similitudinem eius: hic scilicet Butes fuit: ante id est olim, in ante æto tempore: armiger id est vt vulgo dicunt, scutifer: Anchisæ Dardanio id est a Dardanio orto, & Troiano nobili: & fuit fidus custos ad limina id est diuitius, seu atriensis: tum id est tunc temporis: aut deinde pater. f. Æneas addidit scilicet Buten: Ascanio comitem id est custodem, & pedagogum: & hic, supple erat similis: longæuo scilicet Buten omnia id est per omnia, & vocem: & colore, & crineis albos, valde canos: & arma sua id est terribilia: sonoribus id est sonantibus: quas faciebat quum armatus incederet, atque affatur: Iulum id est Ascanium, ardentem scilicet desiderio dimicandū: incensum tali laude, aut Æneade id est filij Æneæ: satis fit, supple tibi: Numanum appetisse, supple terram id est occupauisse petens: do mordicus terram: impune id est sine vindicta: tuis telis. Dona, si vera est lectio, dicit, Æneidæ a nominatio Æneida deducta: quasi sit datiu casus: ego cum, Seruio dicam, Æneidæ vt diphthongus vertatur in i longum, a nominatio Aeneus: sicut Achilles, Achilles, interdum facit & putem esse vocatiu casus: quod dicit, telis tuis. Magnus Apollo, concedit tibi hanc primam laudem: & non inuidet paribus armis id est quauis ipse sit arcitenens: vnde in. ij. huius, At pius arcitenens: &c. Cætera id est per cetera: aut cæterum, o puer, parce id est abstine bello: Apollo ortus id est ordine loquutus sic: existens mortalis id est similis mortali, & in forma mortali (sic enim Dona legit) aut relinquit aspectus mortalis id est mortalium sermone: quia conferendo dicit medio id est ad medium dūtaxat perducto: quia responsum non expectabat, quo sine sermo non est cōpletus: & euauit procul ex oculis. f. mortalium: in auram tenuem. i. resoluens corpus æthereum, quod assumpserat in elementum suum.

## PIERIVS.

(Ab alto Aethere se mittit. In anti. aliquot, misit, præterito tempore. Formatam vertitur oris Antiquum in Buten.) Pierique veteres cod. formam, legunt: cuiusmodi lectio abrala dicitur ex Mediceo. Est & Antiquum, vnicō u. legere: quod olim per scribebatur, Anticum, vt posticum. (Et crineis albos.) In Porcio, & quibusdam alijs manu scriptis codi. crinis flavos, habetur. Sed qui, Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit. Albus iam capillos habere debebat. Qui vero Flavos repositos, forte aluos, corrupta sæculi pronunciatione, quam emendare conatus est Adamantius, scriptum intulerant, eiusque abfionis ignari, flavos, scribendum iudicarunt. Nam, albos, in codi. Delphico, & aliquot alijs antiquis, omnino legi. (Satis Æneide.) In romano codice legitur, Aeneade, secundum da syllaba a principio correpta, per abiectionem tau i. i. r. a. et diphthongo. In reliquis tamen exemplaribus, Aeneide, habetur, κατὰ συνηκοντων vel, Aeneide, per diphthongon, integra dictione: vnde Aeneis, patronymicum foemi diphthongo soluta. Sed enim Priscianus ait Virgilium authoritate sua dixisse Aeneiden, quod secundum regulas, Aeneas, debuerat.